CLYPEUS RELIGIONIS BIPARTITUS. CUJUS PARS PRIMA DETEGIT NOVATORUM RELIGIONIS MILLE...

Alexander : à Sancta Teresia

Digitized by Google

8
3 B
50

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

H/
1430

53.6.25.

53
B
21

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CLYPEUS RELIGIONIS BIPARTITUS.

CUJUS

PARS PRIMA

DETEGIT NOVATORUM RELIGIONIS MILLE FALLENDI ARTES. S. Auguſtini authoritatem expendit. Perpetuam ſtabilit Concordiam inter RELIGIOSOS ET CLERUM. Hinc propugnat Primatum poſitivè primum ſummi ROMANI PONTIFICIS; ac ſimplicem ei debitam obedientiam. Novitatem in Religione damnat. PAROCHIS ſua jura, REGULARIBUS ſua aſſerit Privilegia. Sanctiſſimam DEIPARAM meditatæ Concordiæ ſtatuit Patronam.

PARS SECUNDA

PROPUGNAT EXTERNUM RELIGIONIS CULTUM: SACROS RITUS, CEremonias, Symbola, Teſſeras; Pretioſum ac magnificum Templorum ornatum; Frequentem S. Euchariſtiæ Communionem. Cultum Sanctorum, maximè Sanctiſſimæ DEIPARÆ, eorúmque ſacrarum imaginum; Eccleſiaſticas Proceſſiones; Celebrat exequias monitorum prætensè ſalutarium B. V. Mariæ, ad Cultores ſuos indiſcretos; Agitúrque de plurimis aliis, hac tempeſtate tum inter Catholicos, tum inter hos & Acatholicos controverſis. Præfatio ad Lectorem omnia, velut unico intuitu, exhibet conſpicienda.

Scient errantes ſpiritu intellectum, muſſitatores diſcent legem. Iſa. 29.

AUTHORE

R. PATRE F. ALEXANDRO à SANCTA THERESIA

Ordinis FF. Beatæ Virg. Mariæ de Monte Carmelo, in Provinciæ Flandro-Belgicæ Conventu Bruxellenſi SS. Theologiæ Proceſſore Ordinario fabricatus.

COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Apud PETRUM ALSTORFF. Anno M. DC. LXXIX.

Permiſſu Superiorum & Approbationibus Theologorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

LAUDO, CELEBRO, SUPPLICO,

OFFERO ME, MEAQUE AUGUSTISSIMÆ

COELI TERRARUMQUE

R E G I N Æ,

DEIPARÆ VIRGINI

M A R I Æ.

AMABILI CARMELI MATRI.

DEcori. [1] *& Capiti Carmeli.* [2] *Quadrigæ Eliæ, virtutibus trahentibus conſitæ.* [3] *Abyſſo miraculorum.* [4] *Miraculo ſtupendo.* [5] *Advocatæ Unicæ peccatorum.* [6] *A-gnæ,*

1. Iſa 35
2. Cant. 7
3. Ioan. Geom. hym. de B V.
4. S. Damaſc. orat. 1. de Nat. B. V.
5. S. Epiphan. orat. de laud. B. V.
6. S. Bern. ſerm. 1. de Nat. B. V.
7. S. Damaſc orat. 1 de Nat. B. V.
8. S. Anſelm. l de 4 virtut. B. V.
9. S. Ambroſ. l de inſtitut. Virg.
10. S. Iren. l 3. c. 13.
11. S. Ephrem. de laud. B. V.
12. Richard à S. Laur. l. 2. p 104.
13. S Ephrem. de laud. B V.
14. Andre. Cretenſ orat. 3. de dormit B. V.
15. S. Bern. ſerm 2. in Salve Regina.

Digitized by Google

gnæ, ex qua Paſtor ovem induit. 7. *Apoſtolæ Apoſtolorum: Evangeliſtarum Evangeliſtæ.* 8. *Aulæ cæleſtium Sacramentorum.* 9. *Cauſæ ſalutis univerſo humano generi.* 10. *Clavi Regni cæleſtis.* 11. *Coadjutrici Chriſti in Paſſione & Redemptione humani generis.* 12. *Conſiliatrici efficaciſſimæ totius orbis terrarum.* 13. *Coronidi divinorum Oraculorum.* 14. *Dominæ rerum, Sanctæ Sanctorum, Reginæ cælorum.* 15. *Dominæ miſericordiæ.* 16. *Omnis creaturæ decori.* 17. *Feneſtræ cæli.* 18. *Filiæ Regum, Matri Regis Regum.* 19. *Fluvio Clementiæ.* 20. *fœminæ mirabiliter ſingulari, & ſingulariter mirabili.* 21. *fonti propenſionis Filii erga genus humanum.* 22. *forcipi cunabuli Purgatorii.*

16. *Guiliel. Pariſ. Rhetor divin. cap. 18.*
17. *S. Damaſc orat de Aſſump. B.V.*
18. *S. Fulgent. ſer de laud. B V.*
19. *S. Petr. Damian. ſerm. 3 de Nat. B.V.*
20. *S Bernard. in meditat. ſuper Salve Regina.*
21. *S. Anſel. alloq. cæleſt 27.*
22. *Method. orat. de hypap.*
23. *Anaſtaſ. Sinaita l 8. hexam.*
24. *S. Aug. ſerm. 35 de Sanctis.*
25. *S German. in Pſalm. 44*
26. *Theoſterictus in can. conciliatorio.*
27. *Petr. Cluniacen. in proſ. de B. V.*
28. *S. Bernard ſer. 2. de Advun.*

Digitized by Google

rii. [23] *formæ Dei.* [24] *Gaudio certo Univerſi, vitæ Largitrici, maledictionis Interemptrici, benedictionis Conſiliatrici.* [25] *Januæ pœnitentiæ.* [26] *Imperatrici cœlorum, Reparatrici terrarum.* [27] *Inuentrici gratiae, Genitrici vitae, Matri ſalutis.* [28] *Promptuario Providentiae Dei.* [29] *Luci mundi* [30] *Magiſtrae Religionis ac fidei.* [31] *Magiſtrae Gentium.* [32] *Margaritae prætioſae Orbis terrarum.* [33] *Matri totius veniae & gratiae.* [34] *Mediatrici cœli & terrae* [35] *Monti montium, Virgini Virginum, Sanctae Sanctorum.* [36] *Negotio omnium ſaeculorum.* [37] *Obſidi fidei noſtrae apud Deum.* [38] *Officinae miraculorum.* [39] *Operi quod Solus Opifex ſupergreditur.* [40] *Ornamento praeclariſſimo cœleſtis Hierarchiae.*

29 *Hymn. Græcor. apud Buter. p.126.*
30 *S. Laurent. Iuſt. Serm. de Nat. B V.*
31 *Rupert. l. 5. in Cant.*
32 *S Aug. ſerm. 6. de temp.*
33 *S. N. Cyrill ſer. 6. in Concil. Epheſ.*
34 *S. Anſel alloq. cœleſt. c. 23*
35 *S. Epiphan or de laud. B V.*
36 *Rupert l 9 in Cant.*
37 *S. Bern. ſerm. de Pentecoſt.*
38 *S. Auguſt ſer. 6. de Nat*
39 *S Damaſc. orat. 1. de Nat. B V.*
40 *S. Petr. Dam ſer. 2 de Nat. B. V.*
41 *S. Ephrem. de laud. B. V.*
42 *Richard à S. Laur. l. 2. p. 828.*

Digitized by Google

erarchiæ. 41. *Ori Eccleſiæ.* 42. *Palatio Regis æterni.* 43. *Paradiſo Dei.* 44. *Pelago gratiarum.* 45. *Portæ cœlorum.* 46. *Præconio Patrum, & Decori Prophetarum.* 47. *Promptuario munditiarum omnium.* 48. *Procuratrici ſoli ſupernaturalium bonorum mortalibus.* 49. *Prodigio cœleſti.* 50. *Promptuario divinæ charitatis.* 51. *Propitiatorio laborantium.* 52. *Pulchritudini pulcherrimæ, pulchritudinis pulchrorum omnium ſummo Ornamento.* 53. *Rationi totius Spei.* 54. *Receptaculo Dei, Revocationi Adæ, Evæ Redemptioni.* 55. *Reginæ ac Dominæ cunctis ſublimiori.* 56. *Reſtauratrici ſæculorum.* 57. *Sacrario plenitudinis totius Divinitatis.* 58. *Scalæ peccatorum.* 59. *Sceptro cunctis imperanti.* 60. *Simu-*

41. S. Petr. Dam ſer. 2 de Nat. B. V.
44. Gregor Neocæſar orat. de Annunt B V.
45. S. Damaſc orat 1. de Nat. B. V.
46. S. Auguſt. ſer. 6. de temp.
47. S. Ephrem. in laud B V.
48. Menæa 27. Ian. Ode 7.
49. S. Damaſc. Ephymnio de SS. Trin
50. S. Ignat. epiſt. 1. ad S. Ioan.
51. S. Method. de hypap.
52 S. Ephrem in laud B V.
53. Greg. Nicom. orat. de oblat
54 S Bernard. ſer de Nat. B V.
55. Theophanes hymn. de Annunt.

Simulachro divino ac vivo. [61] *Spei unicæ Chriſtianorum.* [62] *Suppeditatrici divinæ bonitatis.* [63] *Tabernaculo gratiarum Dei.* [64] *Templo miſericordiæ Dei.* [65] *Theſaurariæ gratiarum.* [66]

His laudum præconiorúmque titulis, ex innumeris, te extollunt, ô Virgo numquam ſatis laudanda! Patres præcones tui Sanctiſſimi ac Sapientiſſimi; horum gygantum humeris inſideo pumilio, quò altius mea exiguitas in tuæ elevetur Majeſtatis altitudinem, his me adjungo, his ſubvehor, hos ſubſequor, laudum, honorum, præconiorúmque tuorum legens, colligénſque flores: melius ab his edoctus, quam à Pſeudo illo Monitore, honoris, laûdúmque tuarum avaro detractore, qui adverſus praxim Eccleſiæ, Sanctorumque Patrum torrentem, non fuit reveritus, nec à tua Majeſtate retractus, quo minus, etiam tuo nomine, fideles tuos moneret: *ſit ſobria mea laus.* Hoc proindè avaro, tuóque indigno relicto præcone, cum Eccleſia, cum Sanctis Patribus, cum univerſis tuis Cultoribus, ad tuam Majeſtatem pronus, ſupplexque cum omni reverentia ac ſubmiſſione, magnâ tamen à tua Clementia conceptâ. Fiduciâ, advolvor ad Sacratiſſimorum pedum oſcula,

56. S. Ephrem in laud B V.
57. S. Bernard. epiſt. 174.
58 S. Petr. Dam. ſer. 3 de Nat. B. V.
59. S. Bern. ſer. de Nat. B. V.
60. S. Ephrem in laud B. V.
61. S. Damaſc orat. 1. de Nat. B. V.
62. S. Epiphan. orat de B V.
63. Hymn. Grac apud But p. 131.
64. Andr. Cret. orat. 1. de Aſſumpt.
65 S. Auguſt. ſerm. 2. de Aſſumpt.
66. Raymond Iordan. in prolog.

preſſis

preſſis labiis iis peroptans inhærere, oblaturus munuſculum, animi mei in laudes tuas diffuſiſſimi, etſi vel minimæ tuæ laudis impariſſimi teſſeram: at valeat apud te, pro me, hic verſiculus.

Laus erit in magnis, & voluiſſe ſat eſt.

Viris, religione, ſapientiâ, potentiâ magnis & eximiis dedicant, conſecrántque lucubrationes ſuas Auctores, ſperantes ex eorum benevolentia, nominibus, titulis, ac potentia magnum operibus ſuis ſplendorem, nec non adverſus æmulos Patrocinium ac defenſionem. Hos veneror, qui eos quærunt, non aſpernor, imitor. Aſt ego ambitioſior, aut verius (ſi mea mihi liceat promere ſenſa) tui amantior, in te confidentior, tuæ incomparabilis potentiæ, ſapientiæ, patrocinii, defenſionis indigentior, in re ardua, milléque invidiis ac diſcriminibus expoſita, te (*o Virgo potens, clemens, fidelis, ſedes ſapientiæ!*) Reginam cœli terrarúmque, magnam Orbis univerſi Dominam, hujuſce meæ lucubratiunculæ Patronam ac Dominam imprimis facio, eligo, deligo, indigito, tibi eam, & me cum ea, do, dedico, conſecro: quatenus ſub magni nominis tui tutela, lucem, ſplendorem, Filii tui, tuíque honorem, fidelium ædificationem, Heterodoxorum illuminationem habeat à luce, à potentia tua, quam nequit ſperare à tenebris ac infirmita-

te

te mea. Cui verò alteri præcipuè (ò Virgo intemerata!) Hic meus inhiaret libellus, ad quod aliud tutius potentiúſque aſylum confugeret? niſi ad excelſum thronum gratiæ Majeſtatis tuæ, niſi ad te, cui infinitis titulis debeo me, & quidquid fieri poteſt à me.

Debeo tibi hanc meam opellam, quia primitiæ fructuum ſtudii ac laboris mei: præcipitur verò in Exodo: *primitias tuas non tardabis reddere:* non tardo, do, reddo promptus, hilaris alacris: cui porrò? Sacerdoti; hoc enim eſt mandatum Domini: *omnes primitias quas offerunt filii Iſrael, ad Sacerdotem pertinent. Et quidquid in Sanctuarium offertur à ſingulis, & traditur manibus Sacerdotis, ipſius erit.* Tu verò, ô Sanctiſſima Dei Genitrix! es *Sacerdos pariter, & altare panis vitæ.* Tu *Sanctuarium totius Sacri cultus & ſacrificii.* Tu *Sacrarium plenitudinis totius Divinitatis.* Cui? primitias do, addo primitiis: primitias miſerorum meorum laborum, tibi, quæ tuo es Anſelmo, *primitiæ verè mirandorum Chriſti operum.* Primitias exulis remoti à cœleſti patria, tibi, quæ devotiſſimo tuo Andreæ æſtimaris, *primitiæ communionis, & conjunctionis omnium Genitoris Dei cum ſuo figmento.* Præcepit Deus (loquor ex mente tibi addictiſſimi filii tui Joannis Sylveira, qui univerſa ſua opera per novem juſtiſſimos Tomos diffuſa, ubique laude tuâ condita devoto, Carmelitæ digno, tibi ſacra-

Cap. 22.

Num. 5.

S. Epiphan. orat. de laud. B. V.

Andre. Cretenſ. orat de dorm. B V.

S. Petr. Dam. ſer. 3 de Nat. B. V.

Hymno 2. de variis Feſtis B V.

Tom. 1 in Apocal c. 14. v. 4. 5. quaſt. 15.

cra-

Digitized by Google

cravit affectu) offerri primitias fructuum, ut hac teſtificatione eum homines rerum omnium Auctorem profiterentur. Ego has primitias fructuum meorum offero tibi, ô Mater! ô Domina amabilisſima! ut hac teſtificatione profitear te omnium rerum genuiſſe Auctorem, adeóque te eſſe rerum omnium Dominam ac Reginam. Voluit quoque Deus offerri ſibi primitias, ut iis exornaretur ipſius cultus, templum, ac altare. Ego has meas primitias conſecro tibi, & per te Filio tuo, ut his exornetur ac defendatur tuus cultus, tuæ imagines, tua templa ac altaria. Offerebantur rurſum Deo primitiæ frugum, ut per illas reliqui fructus cenſerentur ipſi conſecrati, obindéque ab eo forent benedicti, & multiplicati. Non hunc declino ſcopum: offero tibi primitias fructuum meorum, ut ex his conſtet, ô Mater pientisſima! reliquos omnes, ſi quos per te ſim producturus, tibi fore dicatos ac conſecratos, utque per te omnes benedicantur & multiplicentur. Qui tandem oblatas Domino primitias temerè conſumebant ac devorabant, velut grandis ſceleris ſacrilegiíque rei, pœnas dabant. Ne, quæſo, ô bona Domina! primitiæ meæ cuiquam tanti ſint occaſio exitii: fac, ne quis invidus aut mihi, aut tibi dente Theonino has primitias tibi debitas, tibi deditas, tibi dedicatas arrodat, ne quis conſumat ac perdat, ne ſacrilegi ſceleris læſæ tuæ Majeſtatis pœnas luat.

Tibi

Tibi debeo hoc munuſculum quod ad te ſponte ſuâ accurrit: quia Ordini Carmelitarum, Ordini undique & per omnia tuo, qui innumeris titulis ac beneficiis ſe tibi profitetur obſtrictum, indignisſimus ſum adſcriptus. Nos, tua ſumus hæreditas, proles, ſervi, mancipia (non audio nomine tuo, contra te, monentem: *Soli Conditori Deo, & Redemptori Chriſto homines mancipantur.* Cum hoc aliàs mihi res erit.) Noſtra *ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te:* &, ut rectè vertit D. Hieronymus, *omnes fontes noſtri in te.* Eſt ita, ô *fons hortorum*! quod propinamus, haurimus ex te, quod erogamus, habemus à te, quia ſic eſt voluntas Filii tui, qui omnia voluit nos habere per te; quod referimus tibi, accepimus à te: Non igitur erunt *omnes aſpectus oculorum noſtrorum* (ut opportunè Hebraicus illum legit Pſalmum) *omnes cogitationes, ſtudia, providentia noſtra in te,* de te, ad te? erunt, erunt quamdiu Carmelitæ erunt: omnes annos, horas omnes, momenta omnia, omnia, omnia referemus ad te, erunt de te, in te. Quidquid in Carmelo eſt, tu es, tuum eſt, per te eſt, ad te eſt: ſacrificamus nos Deo per ſolemnem profesſionem? & tibi promittimus obedientiam, paupertatem, caſtitatem. Offerimus immaculatam corporis & ſanguinis Filii tui hoſtiam? & tibi immolamus ſacrificium laudis. Pſallimus? & tibi canimus. Templa, altaria

Monit. ſalutar. §. 4.

Pſalm. 86.

Ad hunc Pſalm.

Digitized by Google

ria ædificamus? in memoriam ac gloriam tuam dedicamus. Imaginibus eadem exornamus? tuæ ſunt primæ ac exornatiſſimæ. Monaſteria, clauſtra, cellulas inſtruimus? Icones, ſtatuæ, nomen tuum eorum eſt ſupellex, ſplendor, decor. Scribimus? nomen tuum laudabile primùm exarat calamus. Regulam obſervamus? vitæ tuæ ſanctiſſimæ normam imitamur. Veſtimur? habitu ipſo tuum præferimus candorem omnimodámque puritatem. Comedimus, bibimus, quieſcimus, aut aliud quid agimus? omnia in nomine tuo, omnia ad gloriam tuam facimus. Oramus, meditamur? omnes orationes, omnes obſecrationes noſtræ per te innoteſcunt apud Deum. Degener igitur ne ſim Filius, Carmelita ſpurius, & hoc meum opuſculum refero ad te: at quid dico meum? cur non tuum vocitem? quod, niſi te reſpiceret, in lucem non prodiret, niſi tu illi præeſſes, non prodeſſet. Neſcit ſeparari Lux à Sole, ſplendor à ſtellis, piſcis ab aquis, flos ab hortis: & fructus mei divellentur à te? advolabunt, ne luce, ne ſplendore, ne vigore, ne flore careant: ut enim in Sole lux, flammeis crinibus ſplendeſcit uberius, ut ſplendor in ſtella niteſcit ſuavius, piſces in aqua quieſcunt felicius, floſculi in hortis rident jucundius: ita in te [ô Sereniſſima Princeps! ô Mater amabilis!] paupertas noſtra vertitur in divitias, ærumna exaltatur in gloriam, nimíſque impoli-

impolita doctrina, tuâ venuſtate elimatur, decoratur, enitet. Tu enim es abyſſus magna ſapientiæ, tu totius ornamentum virtutis, & locuples divitiarum omnium promptuarium: tu verus Sol, qui *longè poſitos illuminas radiis miſericordiæ tuæ: tibi propinquos per ſpecialem devotionem conſolationis ſuavitate: præſentes tibi in patria excellentiâ gloriæ:* & ſic non eſt, qui ſe abſcondat à à calore tuo. Tu es nobilis illa Stella *ex Jacob orta, cujus radius univerſum orbem illuminat, cujus ſplendor & in ſupernis præfulget, & inferos penetrat, terram etiam perluſtrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora, foves virtutes, excoquis, vitia.* Tu aquæ puriſſimæ, quas Spiritus Sanctus, non ſecus, ac in mundi primordio incubavit *facturus in te quiddam melius & mirabilius, quam cum ferebatur ſuper illas.* Tu verus hortus, qui ſemper floret, ſemper viret, ſemper fructus fert, *quia in te natum eſt aliquid, quod numquam deſinit, & fructus tuus numquam marceſſit.* Meritò igitur puſillus meus partus primogenitus ad Auguſtum tuæ pietatis advolat aſylum, ad excelſum tuæ Majeſtatis peramanter curſitat thronum, qui, quantumvis exilis, tuæ Celſitudini dicatus geſtit, exultat, triumphat, quique quaſi furtivus muſſitaret, ſi alibi, niſi in te conquieſceret.

Idiota prol. de B. V.

S. Bernard. hom. 2. ſuper Miſſus.

S. Amade. hom. 5. de laud. B. V.

Rupert. in Cant. 4. v. 12.

Tibi adhæc debeo hanc opellam, propter ipſum de

quo in ea agitur argumentum: tibi debeo *Clypeum* quo propugno cultum ac Triumphum Filii tui Agni Euchariſtici tuum, tuorúmque Sanctorum honorem: quo defendo Primatum Vicarii Chriſti: ô Virgo Chriſtipara? quo detego ac tollo, mille verſipellium hæreticorum fallendi artes: quo adverſus eorum diſcordem concordiam, perpetuam inter miniſtros tuos ſtabilio concordiam. Quo expugno peſtifera Hagiomachorum, Antimarianorum dogmata: tibi inquam debetur hic *Clypeus Religionis*; tu enim es *firmamentum dogmatum Chriſti.* Tu *Interemptrix univerſæ hæreticæ pravitatis:* Tu *propugnaculum fidei Chriſtianorum.* Jure igitur *Clypeum meum* Aris tuis impono, ad Tholos tuos ſuſpendo, undè meritò ſibi pollicetur ſpem, ac auxilium, *firmamentum*, *propugnaculum fidei Chriſtianorum.*

Hymn. Græc. apud Bus. p. 117. Sophron. ſerm. de Aſſumpt. B. V. Rupert. l. 5 in Cant. Andr. Cret. orat. 2. de Aſſumpt. B. V

Nec iſtud (ô Mater! ô Domina ter quatérque amabilis!) involvam ſilentio, quod hinc meo opuſculo, tibi à ſuis primordiis deſtinato munuſculo, multo tempore, anxiâ curâ, congeſto, digeſto, formato, multis remoris detento, variis eventibus interrupto, tandem, te propitiâ, in pervigilio ſolemnitatis læ-tiſſimæ, immaculatiſſimæ tuæ Conceptionis, coronidem impoſuerim: quod an contigerit caſu, an favore supernâ, non diſquiro, ſi tamen, quod

ſentio

ſentio, quodque ultima retracta manu ſenſi, liceat devotis tibi aperire ſervulis ac clientulis; imò quia *opera Dei*, ejuſque Deiparæ, *revelare & confiteri* Tob.12. *honorificum eſt*: exiſtimo (tu ſcis ô Domina) peculiarem tuum fuiſſe afflatum, & inſtinctum, quo mirificè me tum ſenſi delectari, ac maximopere puſillo meo congratulabar partui, quod huc tandem, te auſpice, te duce, perveniſſet, ut è tenebris erutus, in hominum poſſet prodire conſpectum, eo præſertim die, quo in te divini operis, noſtræque Redemptionis fundamenta jacta fuêre: quo tu Alma mundi lux, digna Deo proles (ô Deipara Virgo Maria!) magnificè, mirificè, naturâ ſtupente, & ratione, cœlo, terráque ridente ac plaudente, in utero Matris tuæ feliciſſimæ Deo mirabiliter diſponente, innocens prorſúſque immaculata, à primogeniæ labis contrahendæ debito remotiſſima, es concepta: quo Carmelus tuus totus lætiſſimè tuum celebrat triumphum, ſuper integerrimè ſuperato ac protrito tartarei ſerpentis capite, morſu inquam, quem in ſuo protoparente, univerſæ infixit mortalium ſtirpi: hinc, dico, ſingulariter delectabar confidens, quidni certus? hoc omen, felixque fore auſpicium, ut his meus qualis qualis labor, gratus Deo, gratus tibi, gratus Superis aliis, gratus

Digitized by Google

ac proficuus hominibus futurus ſit: hanc enim ſpem mi-
Eccl 24. hi tu ingeris, ô *Mater Sanctæ Spei*! ô ſidus veræ felicitatis! ſub cujus luce puſillus meus partus formatus, politus, completus eſt, primámque cœpit adſpicere lucem. Menſis hic Hæbræis *Chisleu* dicitur, hoc eſt (Beda interprete) *Spes*: & tu, ô Virgo! es *vita, dulcedo, & Spes noſtra*: in bona igitur Spe, in hoc menſe immaculatâ tuâ Conceptione ſanctificato, in te, ô Maria! tecum, & per te, quæ hodiernâ luce, in materno utero Virgineum caput ſuper ſerpentem extuliſti, parvulus meus fœtus caput pariter attollere geſtit, ac è tenebris in lucem conſurgere, hominum conſpectum nec formidans, nec erubeſcens, beneficium enim, favorem & gratiam, quam nefas arbitratur celare, palam ambit agnoſcere, profiteri, divulgare, immortaliter ſibi gratulans ac applaudens, quod ſub tanto, ſub tam ſplendido ſidere, cujus lux occaſum neſcit, nec feliciſſimus influxus finem, felici luce dignari cœperit.

Lib. 3. in Eſdr. Cantic. Salve Regina.

His, omiſſis innumeris, tibi debitum titulis, offerro, do, dedico, conſecro Majeſtati tuæ ſublimiſſimæ munuſculum: hoc ex ingenioli mei exiguo penu depromo donariolum, quod velut Syngrapham meæ fidei, affectus, devotionis, ſubmiſſionis, ſervitutis, mancipatus, & munus votivum pro innumeris ac inæſtimabilibus per te mihi collatis bene-

beneficiis, ad aram clementiæ tuæ, in conſpectu mundi univerſi appendo. Verum jam omnes invadet ſtupor, undè mihi pauperculo indigniſſimóque homuncioni, tantæ fiduciæ, imò audaciæ, ut ad digniſſimam Dei Matrem, Orbis univerſi Dominam & Reginam accedere, illíque donarium, mille nominibus tantæ impar Majeſtati, offerre non dubitem ? & quidem verebar, retrahebar, ô Princeps celſiſſima! tibi appropinquare, pudebat me abjectum dona tibi offerre. At verò, ô amabiliſſima Mater! mihi ſpem, fiduciam, animúmque addidiſti: quantúmque Majeſtatis tuæ fulgor me perterruit, tantum mira tua clementia confirmavit: Splendor nominis tui oculos meos perſtrinxit, at umbra materni affectus me recreavit, ut plenus fiduciâ mihi loquerer: *Non deſpiciet humilis Virgo, amabilis Mater clientuli ſui vota ac munuſcula prono humilique affectu nomini ſuo ſacrata, Mater enim illius eſt, qui non vituperavit, at commendavit duo minuta viduæ pauperculæ: Et filia, ac Sponſa ipſius, qui in* Mar 12. Exod. 25. *aureo ſuo tabernaculo, viles pilos capræ immun-* Pſalm. 112 Prov. 10. *dæ admittere non eſt dedignatus: Magna eſt, at exemplo filii humilia reſpicit, & cum ſimplicibus ac parvulis ſermocinatio ejus.* Hac ſpe erectus, hoc munuſculum, & quidquid ſum ac poſſum tibi dico confidenter, amanter, humiliter; nec quiſquam hoc ſtupeat

aut

aut miretur, quod enim tibi offero, quidquid exiguo hoc opuſculo continetur, tuum eſt, quia totum quod in me eſt (quod confiteri rurſus urgeor, nec deſinam) à te eſt, per te eſt, ad te eſt. Tuum eſt, quia tuo favore, tuâ ope, tuo patrocinio, tuo auxilio, congeſtum, digeſtúmque eſt. Tuum eſt, quia omnes ejus ſententiæ, verba, apices, ad Filii tui, tuúmque honorem referuntur, ut à cunctis honoremini, amemini, colamini. Dignum proindè, ut ſub tuis auſpiciis, ſub tuis præſidiis prodeat in publicum, quod undique eſt tuum: tuum argumento, tuum dono tuo, voto, donóque meo.

Ad te nunc ſupplices extendo manus, ô amabiliſſima Domina! ad munera oblata illos tuos miſericordes oculos converte, vultu benigno ſuſcipe: voluntaria oris mei beneplacita fac Domina mundi, Regina cœli, fœcunda aridos ſermones meos, ut fructum vitæ afferant in legentibus; es enim *puteus aquarum viventium:* illuſtra donum tuum, ô *pulchra ut Luna, electa ut Sol*: offer munus meum, & comproba Filio tuo; hominum judicia, velut fragiles aranearum telas, minus morabor, tuo ſi ſuffragio non dico commendetur, at ſaltem excuſetur, tuóque ſi patrocinio adverſus Æmulos defendatur ac fulciatur. Salutaris à tuo Anſelmo, *Mater reſtitutionis omnium*: templa tua blaſphemantur, altaria tua deſtruuntur, imagines tuæ projiciuntur, ornatu

natu ſpoliantur, cultus tuus abrogatur, Cultores tui infeſtantur; eja, eja monſtra nunc, quod ſis *Mater reſtitutionis omnium*: templa denuo tibi dedicentur, perſonéntque laude tuâ, altaria tibi erigantur, ibíque agatur memoria tua, imagines tuæ ſplendide ornentur, cultus tuus reſtituatur, Cultores tuos confirma, oſores cultus tui compeſce: Mihi autem miſello tuo clientulo impetra ſapientiam, lumen & gratiam, ut ad Filii tui gloriam, honorem & cultum tuum illuſtrare, verbo, calamo, ſudore, ſanguine valeam propugnare. *Maria obſecro te* (cum tuo iterum ſupplico Anſelmo) *per gratiam quâ ſe Deus eſſe tecum, & te voluit eſſe ſecum, fac propter ipſam ſecundùm eādem ipſam gratiam miſericordiam tuam mecum. Fac ut amor tui ſemper ſit mecum, & cura mei ſemper ſit tecum. Fac ut clamor neceſſitatis meæ quamdiu ipſa perſiſtit, ſit tecum, & reſpectus pietatis tuæ quamdiu ego ſubſiſto, ſit mecum. Fac ut congratulatio beatitudinis tuæ ſemper ſit mecum, & paſſio miſeriæ meæ, quantum mihi expedit, ſit mecū. Sicut enim ô beatiſſima omnis à te averſus, & à te deſpectus, neceſſè eſt ut intereat: ita omnis ad te converſus, & à te reſpectus, impoſſibile eſt ut pereat. Sicut enim Deus per Filiū ſuū beatos Angelos à peccato ſervavit: ita tu decus puritatis per Filium tuum miſeros homines ex peccato ſalvabis. Quid gratiarū, quid laudis tibi tribuemus? Magne Domine, tu noſter major frater: magna Domina, tu*

 noſtra

Digitized by Google

noſtra melior Mater, docete cor meum quâ reverentiâ vos debeat cogitare. Bone tu, & bona tu, dulcis tu, dulcis tu. Veneretur igitur ſicut digni eſtis mens mea vos, ſicut æquum eſt cor meum diligat vos: ſicut ſibi expedit anima mea ſerviat vobis: ô bone Jeſu! ô bona Maria! Satis enim præmii, mei qualiſcúmque laboris reportavero, ſi me Albo tuorum, non dico amicorum, aut filiorum, at clientulorum, ſervulorum ac mancipiorum adſcribi patiaris: Non ſum (fateor) Bernardus, quem officioſè ſalutes: Non Fulbertus, cui ubera ſugenda præbeas: Carmelita ſum, at non qualis Francus, cui veſtem deferas: non qualis dilectiſſimus filius tuus Simon Stock, cui Sacrum dones Scapulare, tuæ *Confraternitatis ſignum*, tuæ pietatis teſſeram: Non qualis devotiſſimus tibi Petrus Thomas, ut nomen tuum, velut Mariophorus, cordi meo inſculptum geram: Non qualis Andreas Corſinus, ut à te audire merear: *ſervus meus es tu, in te gloriabor.* Non qualis Magdalena de Pazzis, ut albâ chlamyde à te veſtiri dignus ſim. Sed ô Domina! ego minimus, indigniſſimus ſervulus, clientulus tuus sũ, hoc nomine gloriabor, ſi permiſeris ô Virgo clemẽtiſſima, tibi enim ſervire, regnare eſt, tuum patrocinari, beare eſt.

Geſtit quidẽ, animus, ambit, exoptat plura loqui de te, & ad te, ſed cogor finire dicendo, ubi dicendorũ nullus

eſt

eſt finis: *quidquid dixero: minus profectò eſt, ô Virgo! quam dignitas tua meretur*, loquitur hoc tibi Hieronymus, loquor ego, loqui debent nobiſcum omnes, Angeli, homines. Vilitas quoque mea, indignitas mea, ruditas mea, os mihi obſtruit, jubétque tacere, ſed cor meum loquatur tibi, reſpondeat tibi reverenti potius ſilentio, quam diffuſo, nimíſque ſimplici præconio: diligat te potius ardenti amore, quam polluto ore. *S. Hieron. ſerm. 1. de Aſſumpt.*

Ave itáque & vale, ô Mater ſuperdulciſſima, ſuperamabiliſſima, ſuperpiiſſima! vale Virgo ſingularis & benedicta, è tot millibus præelecta, ſingulare cordis mei delicium, ſingulariter mihi dilecta. Vale Sponſa ſuper omnes Deo chariſſima, adeo formoſa, ut oculorum venuſtate, ipſum Dei Filium de cœlo in terram attraheres; adeo veneranda, ut Angelo paranympho ac pronubo digna eſſes; adeo fœcunda, ut ſine viro Virum Virgo generares; adeo incorrupta, ut poſt partum Virgo permaneres; adeo beata, ut cœlum & terra in tuis laudibus ſtupida & attonita conticeſcant; adeo ſublimis, ut ſola ſalutem mundo importares. Vale Virgo Regia, digna Deo proles, Dominorum Domina puriſſima, Regina Auguſtiſſima, quæ miraculo ineffabili Regem Regum, & Dominum Dominantium peperiſti; quam Reges honorant, Princi-

pes venerantur, omnis populus invocat, plurimúmque reveretur Angelica celſitudo. Vale ornatiſſimum Dei templum, divinæ gloriæ Thronus, Sacroſanctum Regis Regum palatium, Domicilium cœlo ſplendidius, quod immenſum gygantem auguſto uteri tui thalamo concluſiſti. Vale ô Domina mea Sancta, Sancta, Sancta, glorioſiſſima, cœlis ſublimior, ſtellis præclarior, aurorâ rutilantior, honoratior Cherubim, ſanctior Seraphim, incomparabiliter univerſis cœlorum exercitibus celſior, dignior, felicior. Vale lux hominum, cœlitum decus, & gaudium, miranda humani generis gloria, omnium Sanctorum corona fulgentiſſima. Vale Chriſtiadum honos, ſacerdotum decor, Monachorum gloria, Religioſorum munimen, omnium tibi devotorum victoria ac triumphus. Vale Sanctitatis exemplum, à nemine ſatis, à ſolo Deo dignè laudandum, ab omnibus magis ſemper amandum. Vale de morte Triumphatrix rediviva, glorioſis aureolis redimita, ſolo, quem peperiſti, Deo minor; cujus in Empyreo potens imperium agnoſcunt cœlites, beneficum experiuntur homines, terrificum ſentiunt Dæmones. Vale porta cœlorum, Scala beatorum, pulchritudo ſæculorum, utriúſque mundi ſuave deliciũ. Vale Carmeli decor, Eliadum gloria, corona, lætitia. Vale ô Mater amabiliſſima! ô ſoror chariſſima! *ſoror noſtra es, creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimi-*

Gen. 24.

inimicorum ſuorum: contere *tela novitia* Henſchenii & Papebrochii Jeſuitarum vibrata in cœtum fratrum tuorum: *creſcas* in honore, *creſcas* in cultu, *creſcas* in gloria: benedicant te tribus & linguæ, omnes gentes ſerviant tibi: *O Mater incorrupta, Virgo fœcunda, Filius qui datus eſt tibi, Filios tibi dedit, ut ſint omnes conformes imaginis ejus, & ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* *Guerric. Abbas ſer. 2. de Nat.* *Dilata itaque locum tentorii tui ab ortu uſque ad Occaſum*: quaquaverſum extenditur Chriſtianiſmus, & quaquaverſum extendatur Marianiſmus, ſequeris enim ô diviniſſima Agna! Agnum tuum, quocúmq; ierit; per te Gentiles, Acatholici, Neocatholici veniant ad pœnitentiam, ut univerſi tuâ depredicent miſericordiã, magnificentq; gloriam. ô quam cupit laudare, magnificare anima mea Dominam meam, non vereor exceſſum; non timeo hyperbolen, at unicè deploro, quod nimis ſimplex & ſobria ſit laus mea, præconium meum, exaltatio mea (abi, abi avare Monitor) major enim es omni laude; meas (agnoſco, profiteor) ſuperat vires, meum valdè excedit eloquiũ dignitas tua, felicitas tua, ſublimitas tua, gloria tua; laudet te cœlum & terra, & deficient; laudet te, quem genuiſti, Conditor cœli & terræ, & ſufficiet: huic committo cauſam meam, laudem tuã. Vale itaque vale, ô valde decora! & pro nobis Chriſtum Filium tuum ſemper exora, ut quam tantopere placet, & oportet laudare ac venerari, non pigeat imitari, nam *in imitatione totus eſt fructus venerationis.* *Guilel. in cap. 8. Cant.* Dixi tibi, vale, ô decus meum! clamavi poſt te, ave, vale, at nequeo deſerere te, trahe me poſt te, dic, fac

ut ve-

ut veniam ad te, ut ſequar te, ut nexu inſolubili amplectar te: *miſereare Domina animam, poſt te anhelando languentem.* Serva, ſuſcipe miſellam, paupercuiam animulam meam, clientulam tuam. Hæ ſunt laudes tuæ, hæc vota, hi gemitus mei ex hac lachrymarum valle ad te, ô Mons Montium! collocatam in cœleſtium vertice Montium, ad te, ô clemens! ô pia, ô dulcis! ô! ô! ô! Virgo

S. Anſelm. orat. ad B. V.

MARIA.

Clientulus tuus

FRATER ALEXANDER à S. TERESIA indignus Carmelita.

ADMODUM

Digitized by Google

ADMODUM REVERENDO

AC

OBSERVANDISSIMO PATRI,

PATRI MICHAELI

à S. AUGUSTINO,

Ordinis Fratrum Beatiſsimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, Provinciæ Flandro-Belgicæ Provinciali.

ADMODUM REVERENDE PATER

TUo ſoli nomini, honori, ac amori, has meas lucubrationes deſtinaſſem, ac inſcripſiſſem; niſi divinum foret mandatum: Honora Patrem tuum, & Matrem tuam: *niſi quoque probè haberem perſpectum, tuam eſſe voluntatem, ac erga amabilem noſtram Matrem pietatem, ut ei à filiis tuis Primæ ubique deferantur.* Honoravi *Matrem amabilem* Exod. 20 Prov. 3.

Digitized by Google

bilem de primitiis fructuum *laboris mei: CLYPEUM RELIGIONIS ad tholos cœleſtis illius aulæ in perpetuum grati ſubjectique animi monumentum, teſſeram ac ſymbolum ſuſpendi.* Nunc ergo petitionem unam
1 Reg. 2. parvulam ego deprecor à te ADMODUM REVERENDE PATER, *quæſo* ne confundas faciem meam. *Cogitanti itaque mihi cui has meas primitias poſt* AUGUSTISSIMAM COELI TERRÆQUE REGINAM *deberem*, UT *primus jure optimo merito occurris; utpote Mariani Ordinis Antiſtes digniſſimus, Mariani honoris ac amoris zelotes ardentiſſimus, & ego tuis plurimis nominibus debitor quàm maximus: dignare igitur te hic collocari juxta amabilem tuam Matrem, à cujus latere nuſquam divelleris: Patere debitum tibi à devinctiſſimo filio exſolvi obſervantiæ officium: Hæc eſt mea* parvula petitio quam deprecor à te, nec confundas faciem meam; *non gravabo te laudibus, quibus certum, exploratumque habeo te pungi, non ungi, excruciari, non delectari: quæque præclara tua merita poſtulant eximia elogia, tua prohibet ſingularis modeſtia. Silentio proindè involvo illuſtria virtutum tuarum ſpecimina, quibus in noſtro Eliano & Mariano Ordine eminentioribus paſſim muniis cum ſingulari ejuſdem fructu ac ſplendore defungi meruiſti. Sileo, Lectoris officium te gnaviter obiiſſe. Sileo, te Novitorum Magiſtri munus*

Digitized by Google

munus egregio cum fructu ac laude expleviſſe, novellas plantationes maternâ potius dixerim, quam paternâ ſollicitudine fovendo, ac puræ, dulcis, ſapidæ doctrinæ potum 1. Cor. 3.
dando. *Sileo, quod in primo Provinciæ Conventu, iteratis vicibus, cũ inſigni ejuſdẽ ornamento ac emolumento Priorem egeris. Sileo, quod Definitoris Provinciæ partes pari cũ Provinciæ ornamento ac emolumento expleveris. Sileo, te ſemel, iterum, & demum tertiò in noviſſimis Provincialibus Comitiis unanimi omnium Eligentium conſenſu & ſuffragio, totiuſque Provinciæ lætiſſimo plauſu ad inclytæ Provinciæ noſtræ clavum applicatum. Vereor hic, ob ruborem tuum, commemorare, quâ curâ & diligentiâ, quo zelo & ſpiritus fervore omnium tibi delatorum officiorum, ſeu verius, onerum numeros omnes adimplere ſatagas: temetipſum cum primis regularis obſervantiæ, omnigenæque virtutis vivam exhibendo normam & exemplar: tum tuis ignitis vehementer eloquiis ad ſerium perfectionis ſtudium ſtrenuè filios tuos exhortando ac animando: tum libros planè ſpirituales, ſublimiter myſticos, mira ac recondita eruditione refertos indefeſſo labore elucubrando, ad concrediti tibi gregis pinguiſſimum pabulum, imò univerſorum ſpiritualis profectûs amatorum commodum ſingulare: cupit quis ſurſum ſpiritu elevari, ſuaviſſimoſque vitæ piæ in Chriſto guſtare fructus? Dux illi eſt, tuus,* Inſtitutionum myſticarum Liber primus de

 pia

pia vita in Chriſto, pro incipientibus, proficientibus, & perfectis. *Deſiderat liberari à tentationibus & perſecutionibus, quas patitur, piè vivere volens in Chriſto? remedia præſentiſsima offert* Liber ſecundus de tentationibus piè vivere in Chriſto volentium: & de remediis earum. *Myſticam quis profitetur vitam? Magiſter ei eſt,* Liber tertius de introductione ad vitam myſticam, & fruitiva praxi ejuſdem. *Amat quis abnegare ſemetipſum? Docet, dirigit, adjuvat eum* Liber quartus complectens inſtructionem ad perfectam abnegationem ſui ipſius, & omnium creaturarum. Et ad vitam Dei-formem ad divinam in Deo, propter Deum. Et ad vitam Mariæ-formem & Marianam in Maria propter Mariam. *Vult adorare quiſpiam Patrem in ſpiritu & veritate? Subjicitur inibi,* Tractatus de adoratione Dei in ſpiritu & veritate. *Vult quis ſylveſcentem animæ ſuæ excolere agrum, hortulanus illi eſt, tua* ſolitudo, ceu, exercitia decem dierum. *Vult Religioſus videdere, quid ſibi deſit? Speculum eſt ipſi, liber tuus, dictus,* ſpeculum religioſæ perfectionis exhibitum in vita & virtutibus venerabilis fratris Arnoldi à ſancto Carolo Borromæo Carmelitæ. *His omnibus omnia factus es, ac myſticæ Theologiæ numeros omnes accuratiſsimè abſolviſti: quibus prætermiſsis: unum meum ſubit animum, ad quod me urget tua charitas, & filiorum tuorum extorquet*

quet

quet clamor: permitte, Pater amantiſsime, os loqui ex cordis abundantia, permitte, inquam, charitatis viſcera, quæ pandis nobis, pandere, imò pangere univerſis, amori enim omnia amati tranſeunt in carnem; verbo rem eximiam, in quovis Prælato unicè deſideratam, abſolvam, ne tuam lædam modeſtiam: tantâ (hoc geſtit promere animus) filios tuos prævenis dulcedine, tantâ recipis affabilitate, tantâ foves, regis, rapis, capis, lucrifacis, parturis in Chriſto benignitate, ut habearis ac ameris MATER PROVINCIÆ, ut tuum gubernare ſit, amare, tuum dirigere, diligere, & hinc TU Provinciæ ſtatumen, lumen, columen, tuumque præeſſe, verè prodeſſe. Cui porrò ſingularem hinc tuum genium acceptum referam? Cui melleum hoc regendi ingenium adſcribam? Matri tuæ amabili, Matri pulchræ dile- *Eccli. 24.*
ctionis, *cujus* ſpiritus dulcis ſuper mel & favum: *quæ-* *Prov. 8.*
que diligit diligentes ſe, theſauros eorum replet; datque *Matth. 7.*
ſpiritum bonum petentibus ſe: *quam verò eam diligas tenerè, quam eam colas impensè, quam ejus ſtudeas augendo honori induſtriè, fruſtra tacerẽ ego, cum loquantur, cum clament plurima, eaque in conſpectu ſolis poſita argumenta, ſigna, notæ, indicia: clamant libri tui præclariſsimi, quos recenſui, per Chriſtianiſmum longè, latéque diſperſi, quibus MARIA* Mater amabilis *initium, medium, finis: exclamat verò aureus ille, tibique proprius:*

 de

Pſalm. 15. de vita Mariæ-formi & Mariana in Maria propter Mariam. *Clamant imagines amabilis Matris, in quibus* pro-
Philip. 4. vides Dominam in conſpectu tuo ſemper, *ubique* à dextris eſt tibi, ne commovearis. Propter hoc lætatur cor tuum, & gaudes in Domina ſemper: *pedeſter Provinciam viſitas? Mater amabilis, quadriga illa Eliæ, auriga eſt: Hoſpes es? Mater amabilis te recipit, reficit, quieti committit: ad filios tuos ſermonem habes? Mater amabilis loquitur: Provinciæ tibi commiſſæ ornamentum, emolumentum curas, procuras? Mater amabilis tibi cum primis curæ eſt, e-*
Sap. 7. *jus cultus, amor, gloria; ſcis enim* omnia bona nobis pariter venire cum illa, *&* Dominum domibus
2. Reg. 6. *noſtris* benedicere propter *veram fœderis* Arcam: *hinc in omnibus templis Provinciæ te Auſpice te Auctore erecta ſunt imagines Divæ Neapolitanæ, Ordinis noſtri ſingularis Patronæ, quæ ſingulis feriis quartis eximio fidelium confluxu, ac fructu in iiſdem celebratur. Hinc induſtriâ erga Matrem amabilem pietate, omnia Monaſteriorum loca, aditus, porticus, cellularum januas, ac parietes, gratioſo gratioſiſſimæ Matris nomine aut imagine voluiſti inſtrui ac exornari: eo nimirum ſanctiſſimo fine, & tenerrimi tui in ſingulariſſimam Patronam amoris argumento, ut ſpecioſa hæc præ filiabus hominum, & verè pulcherri-*

ma

Digitized by Google

ma pulchræ dilectionis Mater, omnium undequaque oculis frequentius obvia & expoſita, omnium oculos atque animos in ſe raperet & caperet, jugem ſui & & amoroſiſſimam memoriam ingereret, omniumque affectus excitaret, & ad ſæpius dulciſſimum ſibi AVE MARIA depromendum medullitus inflammaret. Verbo, non aliud agere ac intendere videris, quàm ut omnia Provinciæ templa, clauſtra, refectoria, dormitoria, ſcripta, dicta, facta, MARIAM objicerent, exprimerent, ſignarent, ſonarent, ac ſpirarent; ut ex ejus imaginibus, ac ſuaviſſimi nominis figuris, hinc inde affixis ceu quibuſdam illius notis & inſignibus, ipſa vera & genuina Monaſteriorum Domina, Mater amabilis, & Patrona ſingularis ibi praeſſe, ac dominari dignoſcatur, ac velut in proprio ac nativo ſuo centro avitus & inclytus CARMELI DECOR undique quam jucundiſsimè reſplenderet, beneficos ſplendenteſque pietatis ſuæ radios quam liberaliſsimè diffunderet. Atque dum ita medullitus amas Matrem amabilem, ipſius ambis & geſtis captare gratiam: dumque ita ardenter ipſius zelaris gloriam, filios tuos pariter ad æmulum eamdem ſibi unicè demerendi ſtudium tam fortiter quàm ſuaviter allicis & accendis. An non igitur jure hinc tibi dedico CLYPEVM, quo, tuum æmulatus Marianum zelum, Mariæ pro mea tenuitate à te excitata & roborata propugno cultum?

Qui

Qui, niſi te jubente hominum vereretur conſpectum; quique non modicè, doctrina ex tuis depromptâ libris, exiſtit exornatus.

Enimvero, ut plurima prætermittam, hoc munuſculum veluti aliqualem grati in te animi teſſeram ac ſymbolum, jam dudum à me exigebat gratitudinis ratio, ob plurima à te accepta beneficia, maximè verò quod me viginti ab hinc annis, mundi fugientem pericula, ad tutum Mariani Ordinis admiſeris aſylum. Deinde quod à duodecim annis, meritò renitentem ob ingenii mei incapacitatem, ad Philoſophiæ Lectoratum paterno planè affectu excitaſti. Accedunt alia, quæ ſatis quod mihi nota, paterni affectus, quo me hactenus, licet immerentem, es proſecutus, argumenta, quæ vel ſola reciprocum aliquod devoti animi monumentum, jam dudum merebantur, ſi facultas adfuiſſet: unde opportunè, & cum gaudio meo, hæc mea prodit opella, quæ ad te ſuapte impulſa natura accurrere geſtit. Suſcipe igitur REVERENDE ADMODUM PATER, primogenitum hunc meum fœtum, tuæ curæ & benevolentiæ potius, quam meæ induſtriæ fructum, reſpice illum eo placido vultu, quo me adſpexiſti hactenus: exile quidem eſt mei in te debiti magni, & affectus filialis ſymbolum; at Clypeum Religionis *offero, illuſtre præſagium, quod Matris amabilis, ejuſque dulciſſimi Filii (quorum defendit cultum) ſis* Clypeo *protectus, quodque tandem*

mili-

militiæ hujus feliciter conſummato certamine, felicis victoriæ corona, dum Carmelus ad majus, ſui Doctoris incrementũ, tuâ ſat diu uſus & graviſus fuerit paternâ vigilantiâ, ſis æternùm condecorandus. Hoc votis omnibus apprecor & voveo, per patrocinium Matris amabilis MARIÆ.

Filiorum tuorum minimus

FRATER ALEXANDER à S. TERESIA.

PRÆFATIO

AD

LECTOREM.

LOngâ quaſi præſcriptione, Lector candide, jus tibi eſt acquiſitum, ut in cujuſvis edendi libri aditu, ejuſdem tibi reddatur ratio, totúſque velut in tabella ob oculos ponatur apparatus. Non hoc te jure fraudatum volo; præſentis mei operis contentum, velut proglofcide libandum, tibi propoſitum venio, pleno poſtmodum, ſi gratum, ore guſtandum: ſeriem quoque pandam & ordinem, dum primùm ſcriptionis audieris cauſam & occaſionem.

Angue pejus animus meus ſemper odivit Novatores hæreticos, ac velut ab infantia crevit mecum ab eis averſio: inter hæreticos ſiquidem contra hæreticos, à parentibus piis, ac avitæ fidei zelo ſuccenſis, educatus (Datori fidei, Deo, ſint laudes infinitæ) vix prius loqui novi, quam hæreticis obloqui, fugere, deteſtari; vix prius edoctus legere, quam libros hæreſes confutantes perlegere: exſtimulabant me ad peſtium iſtarum fugam ac inſectationem optimorum parentum monita & exempla, quæ tenero adhuc animo, veluti molli ceræ impreſſa, altius imbibi, tenacitérque uſque modo tenui; imo tantopere Neochriſtianorum iſtorum etiamnum averſor peſtifera dogmata, ac impoſturas, ut libri, aut ſermones, vel leviſſimè hæreticum ſapientes fermentum, aut redolentes mephitim, diſcrucient viſcera mea: hinc qualemcúmque meam induſtriam ac ſtudium hæreſi confutandæ ſpecialiter admitor ſemper deſtinare: altè quippè meo inſedit animo monitum iſtud Auguſtini: *Omnia quæ leguntur in Scripturis Sanctis, ad inſtructionem & ſalutem noſtram intentè oportet audire. Maximè tamen memoriæ commendanda ſunt quæ adverſus hæreticos valent plurimum, quorum inſidiæ infirmiores quoſque & negligentiores circumvenire non ceſſant.* Rectiſſimè monitum, nam inter plurima & varia ſcelera, quæ humanum genus omne, potiſſimum Chriſtianum, invadunt atque devaſtant, hæreſis unum eſt, eo cæteris execrabilius, quod cùm ſit peſtilentiſſimum, latius ſe diffundit, acutius penetrat, tenacius adhæret, atque adeò difficilius curatur. Quam verò hoc ſit noxium ſcelus, indè liquet, quod fundamentum ſubvertat totius pietatis ac ſalutis, fidem Catholicam, ſine qua nihil reliqua omnia ſunt profutura: *ſine fide* enim, ait Apoſtolus, *impoſſibile eſt placere Deo.* Hinc cenſeri poteſt quàm ſint Reipublicæ Chriſtianæ exitiales, qui fidem labefactant, oppugnant, qui hæreſes invehunt, vel invectas tuentur.

In Canon. S. Ioan.

Hebr. 11.

Porò hæreſum architecti quidam apparent quod ſunt, impoſtores, ſacrilegi, blaſphemi, ſummi Pontificis Vicarii Chriſti, tamquam Antichriſti perſecutores, Religioſo-

Digitized by Google

gioſorum irriſores, totiúſque Eccleſiæ hoſtes noti & manifeſti, aperto Marte eam adorientes: horum perfidia, velut notum malum, minus fidelibus eſt pernicioſa, ſoláque evaditur fugâ. Alii verò non ſunt, qui apparent; apparent Sancti, & ſunt impii, apparent oves, & ſunt lupi, apparent Catholici, & ſunt hæretici, apparent laudare Deum, & ſunt in Deum & Sanctos blaſphemi; propinant ſimplicibus venenum mellitum, & oſculo morſum infigunt, quorum lues eo ſerpit periculoſior, quo occultior. At audiamus Sanctos Patres graphicè horum impoſtorum fraudulentias, laqueos, dolos, technas, hypocriſim depingentes; ut enim optimè aſſerit Sanctus Hieronymus: *eorum ſententias deitexiſſe ſuperaſſe eſt.* (Ad Cteſiphon c.4.) Agmen ducat Magnus Auguſtinus variis in locis lupos ovina nudans pelle. *Hæretici*, inquit, *non habentes altare, id eſt, veram fidem, blaſphemias pro laude dixerunt:* (De ſerm. Dom. in mont. l.1.) Rurſum varios eorum ſimulationis pandit modos, quibus vaniſſimam Religionis præferunt umbram. Primò, in Sacramentis, & Scripturis: *Seductores Sacramenta & Scripturas tenent ad ſpeciem, non ad ſalutem.* (De Bapt. contra Donat. l.3.c.19.) Secundò, in juſtitia Chriſtiana: *Error eorum veritas appellatur, & ſcelus eorum juſtitia putatur.* Tertiò, in libertate Catholica: *Libertatem illis promittentes, quum ipſi ſervi ſint corruptionis.* Quartò, in Eccleſia: *Nec hæreticus pertinet ad Eccleſiam Catholicam, quoniam non diligit Deum.* (Contra Donatiſt. lib.3.c.9.) Quintò, in Martyrio: *Nomine Martyrii ſe jactant, ut hoc pallio dealbati, facilius furentur, quia lupi ſunt.* Sextò, in eleemoſyna: *Eleemoſynas multas faciunt, dant pauperibus, quia patiuntur moleſtias, ſed pro Donato* (pro Luthero, pro Calvino) *non pro Chriſto.* (De fide & oper. c.24.) Septimò, in veritate: *Noli decipi nomine veritatis; hanc ſola tu habes & in lacte tuo, & in pane tuo. In hac autem* (Manichæorum Eccleſia) *tantum nomen ejus eſt, ipſa non eſt.* (De fide & ſymb c.10.) Octavò, in univerſis dogmatibus: *Opinio* (hæreticorum) *diverſa eſt, vanitas eſt:* (De verb. Dom ſermon.50.) Nonò, in ſermone mollito ſuper oleum, & ipſe eſt jaculum: *Quia non poſſunt ſeducere Chriſtianos, ut dent venenum, addunt mellis aliquantum, ut per id quod dulce eſt, lateat quod amarum eſt, & bibatur ad perniciem.* (in Pſal.80.) Decimò, in charitate proximi: *Servus malus non inſultet Domino, hæreticus Arianus non inſultet Eccleſiæ. Lupus eſt: agnoſcite ſerpens eſt: ejus capita conquaſſate: blanditur, ſed fallit: multa promittit, ſed decipit. Venite, inquit, defendam; ſi neceſſitas eſt, paſcam; ſi nuditas, veſtiam; dabo pecuniam, ſtatuam quid per ſingulos dies quiſque accipiat. O lupe male! ô ſerpens inique! ô ſerve nequiſſime! artis tua potentia alios premis, ut perdas, alios pecuniâ comparas, quâ occidas.* (Tract. 6. Ioan. In Ioan. Lib. de ſymbol. cap.13.)

Calculum addit Sanctus Gregorius Nyſſenus, unâque demonſtrat Neochriſtianos ſub nomine Catholiciſmi impugnare Catholicos: *Macedoniani* (& horum ſimioli, novi Calviniſtæ) *tamquam confinium inter nos & hoſtes facti, & utráque ſunt & neutrum. Neque rectum ſermonem confitentur, & hæretici appellari recuſant: O rem inauditam! & veritati ſimul & mendacio pariter bellum indixerunt.* (Orat. ſua conſecrat. Anniverſaria.) De quibus ſimulatoribus acutè Chryſoſtomus: *fugiant ipſi rem, & ego vocabulum fugiam.* (Ad pop. Antioche.)

Accinit ille Hæreticorum-maſtix Divus Irenæus: *Hi* (Valentiniani) *enim, ad multitudinem propter eos, qui ſunt ab Eccleſia, quos communes Eccleſiaſticos ipſi Dicunt, inferunt ſermones, per quos capiunt ſimpliciores, & illiciunt eos, ſimulantes noſtrum Tractatum ut ſæpius audiant; qui & queruntur de nobis, quod cum ſimilia nobiſcum ſentiant, ſine* (Lib.3.c.15.)

cauſa abſtineamus nos à communione eorum, & cum eadem dicant, & eandem habeant doctrinam, vocemus illos hæreticos. Adeò fugiunt nomen, qui tenent mordaciter rem: nomine volunt gloriari Catholico, qui Catholicos Salo ſolóque inſectantur, ſaltem placet veritatis nomen, quibus odio eſt omen. Subdit uſitatum hodie Novantibus molimen: *Cum dejecerunt aliquos à fide, per quæſtiones, quæ fiunt ab eis, nec non contradicentes fecerunt auditores ſuos, his ſeparatim memorabile plenitudinis ſuæ enarrant myſterium: Decipiuntur autem omnes, quia quod eſt in verbis veriſimile, ſe, putant poſſe diſcere à veritate. Suaſorius enim & veriſimilis eſt exquirens fucos error, ſine fuco autem veritas, & propter hoc pueris eſt credita. Et ſi aliquis quidem eorum, qui audiunt eos, quærat ſolutiones, vel contradicat eis, hunc quaſi non capientem veritatem, & non habentem de ſuperioribus à Magiſtro ſuo ſemen affirmantes, in totum nihil dicunt ei.* Admodum luculenter hic videas noſtrorum Neocatholicorum depictam vafritiem: eorum ſi præſediſſet Sanctus Doctor Conciliabulo, non indè eorum fraudibus evaſiſſet edoctior: objicias ſiquidem eis: cui hoc Magiſtri eſt dogma, fidei Catholicæ contrarium, ab Eccleſia Catholica reprobatum, mox audies; Non capis veritatem, perperam interpretaris Magiſtrum noſtrum, malè informata eſt Eccleſia, aliud ille docet, aliud tu ipſi appingis; hæ voces ſunt Novantium adverſus ſuos impugnatores, veritatis propugnatores, dum adhuc parturiunt hæreſim, ut ab experto doceberis noſtro Waldenſi, *parte prima cap. 12.* Et hic doceris à Chryſoſtomo: *Id certè*, inquit, *moris eſt hæreticis, ut obrumbrent ſeipſos, atque occultent in principiis, quo uſque majorem fiduciam capiant, & quodam multitudinis favore juventur. Tunc enim contagioſa venena intrepidi effundunt.*

Hom. 47. in Matth.

Lib. contr. Auxent. Præclarè quoque Sanctus Hilarius: *Hoc nunc ſub opinione falſæ pietatis efficitur, hoc ſub ſpecie prædicationis Evangelicæ laborant, ut Dominus Jeſus Chriſtus dum prædicari creditur, denegetur.* Et Sanctus Leo: Hæretici *humiliter irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter occidunt.* Et Tertullianus: *Nihil magis curant, quam occultare quod prædicant, ſi tamen prædicant, quod occultant.*

Serm. 5. de jejun. Decembris.

De præſcrip. hæret. cap. 1.

Horum fraudulentiam callidè æmulatus quidam planè ignotus, ab annis paucis per aliquot Belgii civitates ſparſit libellum quemdam flandrico idiomate impreſſum, planè Anonymum, nec Auctoris, Cenſoris, nec typographi nomine inſignitum, fermentatâ doctrinâ adverſus authoritatem ſummi Pontificis, Ordines Religioſorum, Sanctorúmque cultum, infectum: furtivè conceptum, furtivè partum, furtivè expoſitum, quæ illegitimorum fœtuum ſors eſt: En modum infamem, quo Clero ac Regularibus fuit obtruſus. Dum in tenebris ſpurius hic partus ſollicitè foret enixus, mox ignoto cuidam latori traditur exponendus (melius *ab utero fuiſſet tranſlatus ad tumulum*) cui, ſi frater laicus oſtiatim mendicans, forte occurrat, illi exemplar aliquod, doloſè contectum, datur in manus, ut abſcondito hoc theſauro honoretur Reverendus Pater Prior, ex latoris commendatione. Si per plateas neminem opportunè offendat, collocutoria Religioſorum adit, & portario, aut alteri Religioſo inibi reperto pretioſum pignus fraudulenter porrigit, eóque bajulum

Job. 10.

ad

ad Superiorem delegat: at circumſpecto cuidam Religioſo fraudis mox ingeritur ſuſpicio, conaturque verſipellem apprehendere latorem, aſt fruſtra, nam *lupus ante clamorem feſtinat*, ille conſcius criminis, leporem induit. Religioſus igitur malum munus defert Superiori, vide, inquit, *& ecce manus miſſa ad me, in qua erat involutus liber*: Verum non miſſus à Sedente in throno lucido, ut ille Ezechieli, at à latente in antro tenebricoſo: Miſſus Ezechieli, comeſtus, factus eſt in ore ejus, *ſicut mel dulce*: hæc ſcheda, vel extremis guſtata labiis, palato ſano amara eſt ſuper fel draconum. Exclamet modo Martialis: *Ohe jam ſatis eſt! ohe libelle! tu procedere adhuc, & ire quæris?* quin imò, non in Religioſorum collocutoriis, non in Fratrum Mendicantium peris figit gradum, & ſacra ambit ſubire Confeſſionalia (quid ad hanc fraudulentam impudentiam poteſt addi?) ea egregio hoc parergo oportet exornari, haud ſecus, quàm partubus ſpuriis, ac inventitiis, qui frequenter recens nati ad illa abjiciuntur. Intrat igitur R. Dominus Confeſſor, ſacram excepturus exhomologeſim, Sacrum Tribunal, illum, & ibi, infamem partum offendit libellum, qui, quantumvis ſpurius & abjectus, domum aſportari, ac honorificè tractari geſtit, ob quem neſcio ſpecioſum titulum, characterem, ac lineamenta alicujus, neſcio cujus, præclari parentis, quæ ſibi appicta gerit, hinc Dominus Confeſſarius ductus aut curioſitate, aut erga infauſtum fœtum commiſeratione, aut affectu erga parentem, ejuſque progeniem quam ſe noſſe credit, cuique favere ſibi favorabile æſtimat, eum levat, domum comportat, benignè tractat, amicis communicat theſaurum inventum, ſicque callidi parentis deſerta proles, putatitium nanciſcitur patrem, qui non ſine damno ſuo eam auſus fuit levare; inventitium partum nemo tangit indemnis. Hac viâ libellus ille fraude, dolo, calumniis inſtructus è tenebris ſuis in lucem prodiit: promittit quietem, & ecce *Tyria maria*: ex roſtro, titulo, columbam diceres Noëmicam, publicæ pacis, tranquillitatiſque olivam protendentem, at ferus eſt accipiter: ex ungue apparet agnus, at callida oliďaque vulpes eſt, ſimulans pacificare, ut poſſit turbare, inſtruere, ut poſſit deſtruere, defendere, ut poſſit offendere, honorare Prælatos Eccleſiæ, ut poſſit infamare ac calumniari, ſeria ſpondet, at nugas theatrales divendit, cauda blanditur, palpo percutit, ac alterâ manu fert lapidem, panem oſtentat alterâ. Viſo ſplendido libelli frontiſpicio, *Expectavimus pacem, & non erat bonum; tempus medelæ, & ecce formido, tempus curationis, & ecce turbatio*. De conſimilibus vulpibus prophetavit Ezechiel. *Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident, quaſi vulpes in deſertis, prophetæ tui Iſrael erant. Propterea hæc dicit Dominus Deus: quia locuti eſtis vana, & vidiſtis mendacium: ideò ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus: & erit manus mea ſuper Prophetas, qui vident vana, & divinant mendacium: in concilio populi mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur, nec in terram Iſrael ingredientur: & ſcietis quia ego Dominus Deus: eo quod deceperint populum meum, dicentes: Pax, & non eſt pax.*

Ezech. 2. *Ezech. 3.* *Lib. 4.* *Cap. 13.*

Ea igitur eſt noſtri temporis lugenda cataſtrophe, miſerrimáque calamitas, ut ſimplices ſinceríque Catholici, ob ſparſam quaquaverſum hæreſim, tumultuoſáque ac diuturna Catholicorum, hæterodoxorumque Principum promiſcuè bella, undique pateant

 luporum

Digitized by Google

luporum rabiei ac inſidiis, ut eas nequeant evadere, licet quam velint maximè, tantáque percelluntur perplexitate, ut non raræ quorumdam ſint flebiles voces: *neſcimus quid tandem oporteat credere*, præſertim circa Sanctorum cultum. Hæc igitur hujus mei laboris eſt occaſio, zelo honoris divini, Divorúmque ac ſimplicium Catholicorum miſeratione motus & excitatus, rem arduam ac humeris meis imparem auſus fui aggredi, fretus favore Numinis, Sanctorúmque patrociniis; infirmis, inquam, Catholicis protegendis ac armandis adverſus fidei hoſtes, externique religioſi cultus arroſores paravi *Clypeum Religionis*, ſecutus Monitum Judæ Apoſtoli: *Hos quidem* (infideles Schiſmaticos) *arguite judicatos: illos verò* (fideles) *ſalvate de igne* (peſtiferæ hæreſeos) *rapientes.* Illas vulpes *prima pars* hujus operis educit è foveis, lupos illos perſonatos ovina ſpoliat pelle, larvámque detrahit, mille eorum detectis fallendi artibus, quos in decurſu committo canibus valentibus latrare, atque etiam, cum opus fuerit, mordere, Sanctorum, inquam, antiquorúmque Patrum, nec non Catholicæ Eccleſiæ eos debello infallibili authoritate, ſolidíſque convinco argumentis.

In epiſt. Cathol.

Quoniam vero Eccleſiaſticorum diſcordia non minima eſt Neochriſtianis, Eccleſiæ inſultandi anſa; & quia exilis mea capacitas nequaquam ſufficiens eſt tartareæ fraudulentorum hæreticorum aciei profligandæ, meditatus ſum deinceps *perpetuam concordiam inter Clerum & Religioſos*, eámque fundavi ac ſtabilivi ſupra UNAM PETRAM, ſupra ſingulariſſimum inquam ſummi Romani Pontificis Primatum, quem plurimis Sanctorum Patrum teſtimoniis, irrefragabilibúſque rationibus demonſtro SUPREMUM AC POSITIVE PRIMUM VISIBILE CAPUT ECCLESIÆ; quatenus ex univerſo Clero ſeculari ac regulari valido conflato exercitu ſub *uno* ſummo Duce, ac Principe, Chriſti in terris Vicario, tutè, certâque victoriâ, univerſa Schiſmaticorum diſpellatur colluvies.

Cum vero *Filius Virginis omnia nos habere voluit per Matrem ſuam*, teſte Sancto Bernardo, idcirco *Sanctam Mariam pacis* ſtatuo exemplum, oblatóque Filio *Principi pacis*, ac Matri *Reginæ pacis* libello ſupplici, meditatæ concordiæ imploro Patronam ac Advocatam, ſubnexâ ad ejus cultum parænesi. Et hic finit *pars prima Clypei Religionis.*

Serm. 2. general.

Ad alteram progreſſus partem, ad quam prior fuit quaſi Iſagoges, ab univerſalioribus ad particularia gradum faciendo, primùm propono ac propugno cultum externum Religionis, ac Eccleſiaſticas Cæremonias generatim. Deinceps oſtendo me diligere decorem domus Domini, adeóque ſplendidum templorum defendo ornatum. Et cum didicerim à Sanctis Ignatio, & Chryſoſtomo *fideles à ſacra menſa*, è qua agnus ſumitur Euchariſticus, *redire dæmoni* (qui omnium errorum eſt auctor & fautor, cunctorúmque hæreticorum caput) *terribiles, atque formidabiles*, Sancti Martyris Ignatii hæc ſunt verba: *Feſtinate ergo frequenter accedere ad Euchariſtiam, & gloriam Dei. Quando enim aſſiduè hoc ipſum agitur, expelluntur poteſtates Satanæ, qui actus ſuos convertit in ſagittas ignitas ad peccatum. Veſtra autem concordia, & conſonans fides, ipſius eſt interitus, & conſentaneus ejus tormentum.* Hoc, inquam, ab his Patribus edoctus, pergo invitando ac exhortando fideles ad colendum, in templis, magnificis Cæremoniis, eximióque ornatu

S. Ignat. epiſt. 14. S. Chryſ. hom. 61. ad pop. ant. & hom. 45 in Ioan.

Digitized by Google

ornatu ſplendidis, Agnum Euchariſticum frequenti Sacrâ ejuſdem Communione. Hinc, *Cant. 7.* exemplo ſponſæ ſpiritualis, egredior foras, & per vicos ac plateas magnificentiſſimè celebro proceſſionalem Triumphum Agni Euchariſtici, comitibus ipſius ſervis, aulicis, filiis, amicis, militibus, ac cohæredibus, Sanctis, inquam, in ſuis imaginibus, nominatim ac præcipuè præſente Divâ Agniparâ Mariâ, quæ ſequitur Agnum ſuum quocúmque ierit: quem ſimultaneum cultum Auguſtiſſimæ Euchariſtiæ cum Sanctorum imaginibus, in Catholicorum Proceſſionibus, per plurimas ac celeberrimas Catholiciſſimi frequentatum Diœceſes omninò quinquaginta quatuor propugno argumentis, diſſolutis univerſis contrariis cavillis: qua occaſione latè propugno cultum Sanctorum, ac Sacrarum imaginum venerationem.

Inde digredior à Filio ad Matrem, ab Agno ad Agnam, hujúſque expoſito ac probato proprio cultu *hyperduliæ*, Mariomachiam profligo, ac *Monita* illa prætenſè *ſalutaria B. V. Mariæ ad Cultores ſuos indiſcretos* à fundamentis ſubverto, eorum exequias celebro, ac perpetuæ oblivionis tumulo recondo, ut æterna requieſcant in pice.

Memor deinceps præcepti divini, *honora patrem tuum, & matrem tuam*; honoratâ Matre ſingulariſſimâ noſtrâ Patrona Maria, Patri quoque honorem debitum exhibeo, & Sanctiſſimi Patriarchæ Eliæ triumphalem aſcenſionem curru igneo, & equis igneis celebro: paucis quoque protero fragilia *Tela novitia* Satyris, Sarcaſmis, ineptiis, craſſis hallucinationibus, calumniis, invidiis armata, à Noviſſimis æmulis Henſchenio & Papebrochio Jeſuitis in antiquiſſimum Elianum Ordinem cæco impetu vibrata. Tandem pro accepto lumine ac robore in hoc elaborando opere, à munificentiſſima Dei manu per interceſſionem amabilis Carmeli Matris, utrique gratiis actis, finio ad Filii Matríſque honorem *Clypeum Religionis.*

Accepiſti Lector, (concludo cum Sancto Auguſtino) *quod mihi videtur, melius exponant iſta meliores, non iſti quorum novi jam ſententiam reprobandam, ſed alii qui veraciter poſſunt: nam & ego paratior ſum diſcere quam docere.* *Epiſt. 99.*

CATALO-

CATALOGUS CARMELITARUM

Quorum eruditione ac Religione hoc opus reſplendet.

A*Drianus Hecquetius, Hæreſeologus.*
V. F. Arnoldus à S. Carolo Borromæo.
Arnoldus Boſtius, Hiſtoricus.
Anaſtaſius Cocheletius, Calvino-Maſtix.
V. Baptiſta Mantuanus, Theologus, Orator, Virgilius Chriſtianus.
Ceremoniale Ordinis.
Chriſtophorus Sylveſtranus, Theologus.
S. Cyrillus Alexandrinus.
S. Cyrillus Hieroſolymitanus.
Cyrillus à S. Thoma, Carmelita Diſcalceatus, ſcriptor Marianus.
R. Adm. P. Daniel à Virgine Maria, Hiſtoriographus Ordinis ſapientiſſimus.
Illuſtriſſimus Everhardus Billichius Suffraganeus Colonienſis, Luthero-Maſtix.

R. Adm.

Digitized by Google

R. Adm. P. *Franciſcus Bonæ Spei Theologus & Hiſtoricus profundiſſimus Magiſter meus. Triumphator Henſchenii & Papebrochii Jeſuitarum, noviſſimorum Ordinis noſtri hoſtium.*

Illuſtriſſimus Guido Epiſcopus, Hæreſeologus, & Evangeliographus præſtantiſſimus.

Gregorius à S. Martino, expugnator Monitorum prætensè ſalutarium B.V. Mariæ ad cultores ſuos indiſcretos.

V. P. Hieronymus Gratianus, Confeſſarius S. Tereſiæ.

R. Adm. P. *Jacobus à S. Antonio, expugnator Monitorum prætensè ſalutarium B. V. Mariæ ad cultores ſuos indiſcretos. Ex Provincialis, Magiſter meus.*

Jacobus à Paſſione Domini.

Joannes Bachonius Doctor Reſolutus, Carmelitarum Scholarcha.

V. F. Joannes à S. Sampſone, miraculis clarus.

Joannes Carthenus, Hæreticorum-Maſtix.

B. Joannes à Cruce.

Joannes à Jeſu Maria, Carmelita Diſcalceatus.

V. P. Joannes Baptiſta de Lezana, Theologus, & Hiſtoricus celeberrimus.

Joannes Sylveira, Interpres novi Teſtamenti famoſiſſimus.

Joannes Maria Verratus, Hæreſeologus.

R. P. Irenæus à S. Jacobo, Theologus.

R. P. Joannes Cheron, Theologus, expugnator Launoy Impugnatoris Mariani Scapularis.

R. Adm. P. *Leo à S. Joanne, omnigenæ ſcientiæ promptua-*

rium , ac trium Regum Galliæ Concionator diſertiſſimus.

R. *Adm.* P. *Licinius à* S. *Scholaſtica, ſcriptor moralis.*

S. *Maria Magdalena de Pazzi.*

R. *Adm.* P. *Matthias à Corona, Doctor Pariſienſis copioſiſſimus propugnator ſanctitatis Eccleſiæ.*

R. *Adm.* P. *Michael à* S. *Auguſtino, tertiò Provincialis, lumen Theologiæ myſticæ.*

Michael à Bononia, dictus incognitus, ſuper Pſalmos.

Michael Caranca, Hæreſeologus.

S. *Petrus Thomas,* Martyr, *Patriarcha Conſtantinopolitanus.*

Reverendiſſimus P. *Philippus à* S. *Trinitate, Theologus, & Hiſtoricus, Carmelita Diſcalceatus.*

Philippus à Viſitatione, Poëta Hagiologus.

Exim. P. *Philibertus Fezayus Theologus, Publicus Philoſophiæ ac Theologiæ Profeſſor, Launoyo-maſtix.*

Illuſtriſſimus D. *Sebaſtianus ab Alexandro Epiſcopus Rubenſis.*

R. P. *Stephanus à* S. *Paulo, Theologus.*

S. *Thereſia.*

Thomas Beauxamis, Evangeliographus, & Hæreſeologus.

Thomas à Virgine Maria , Author Concionum Marialium.

V. Thomas VValdenſis, Triumphator VVitcleffiſtarum.

Hi ſunt præclari Eccleſiæ pugiles, viri eruditione ac pietate conſpicui, zelo avitæ Religionis accenſi, digniſſimi Eliæ Prophetæ ſanctiſſimi Filii: meritò ſanè Ordini meo gratulor

ac

Digitized by Google

ac applaudo, quod præcipui ac præſtantiſsimi ipſius Doctores hæreſes ſemper ſtrenuè impugnarint ac expugnarint; horum doctrinâ ac Religione Clypeus noſter potiſſimum exornatur atque firmatur: frater à tot, tantiſque adjutus fratribus, civitas profectò erit munitiſſima. Non diffiteor interim, me uſum quoque aliorum eruditiſſimorum virorum ſcriptis: ſubſidio fuit ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini Lancelottius, & maximè ipſe ſanctiſſimus Patriarcha. Ex Ordine S. Dominici, Doctor Angelicus, & Juſtinus Miechovienſis. Ex Ordine Seraphico, S. Cardinalis Bonaventura, Illuſtriſſimus P. Herincx, ac Alphonſus à Caſtro. E religioſiſsimo Carthuſianorum cœtu Dioniſius Richelius Doctor extaticus. E Societate Jeſu, Suarez, Cardinalis Bellarminus, Caniſius, à Lapide, Raynaudus. E Clero Epiſcopus Roffenſis, Illuſtriſsimus Adolphus Voluſius Suffraganeus Moguntinus, Epiſcopus Diocletiano-Politanus, magnus Religionis Defenſor. Joannes Molanus, Nicolaus Sanderus, D. Brunus, Eximius, D. Nicolaus du Bois, Præclariſsimus avitæ fidei zelotes. Atque alii nonnulli, quibus omnibus debitorem me ingenuè coram omnibus profiteor, ac grates refero immortales.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM
PRIMÆ PARTIS.

CAPUT I.

CUr Sanctorum cultus hodie propugnandus. Pag. 1.

CAPUT II.

Quam ſint fidelibus Catholicis, cum hæreticis, congreſſus exitiales. Pag. 2.

CAPUT III.

Suadetur corrolariè heterodoxorum fuga. Pag. 4.

CAPUT IV.

Prodeunt Novatorum Libelli: *Defenſi tenebris, & dono noctis opacæ.* Pag. 6.

CAPUT V.

Quare heterodoxi, lingua vernacula, ſuos vulgo obtrudant errores? pag. 7.

CAPUT VI.

Capiuntur vulpeculæ demolientes vineam Eccleſiæ. pag. 9.

CAPUT VII.

Librorum Novatorum lectio diſſuadetur à Waldenſi Carmelita Tom. 1. Antiquit fidei Cathol. doctrina 6. prævia. pag. 10.

CAPUT VIII.

Quantò inculpatius in ſpeciem vivunt hæretici, tantò magis nocent. pag. 11.

CAPUT IX.

Qualiter Novatores ſacris abutantur ſcripturis: Sanctorumque Patrum authoritatibus. pag. 13.

CAPUT X.

Legitimus ſacræ Scripturæ uſus, adverſus abuſus, petendus à Sede Romano-Apoſtolica. pag. 14

CAPUT XI.

Quanta ſit SS. Patrum veneranda authoritas. Ex Illuſtriſſimo Carmelita Guidone Libro *de hæreſibus & earum confutationibus; de hæreſibus generatim cap. 7.* pag. 17.

CAPUT XII.

Hæreticorum morem hunc eſſe, aſſerit Waldenſis Carmelita, ut pro defenſione Magiſtri dicant: *doctrinam ejus non intellexiſti: falsò verba ejus recitaſti:* & his ſimilia. pag. 24.

CAPUT XIII.

Novatores criminum ſuorum ſcabiem Catholicis affricare præſumunt. Ex Everhardo Billichio Carmelita Suffraganeo Colonienſi: *in Defenſione Univerſitatis Colonienſis contra hæreticos. pag. 14.* pag. 25.

CAPUT XIV.

Novatores dum bellum parant, pacem ſuadent. pag. 26.

CAPUT XV.

Ordinum Religioſorum ſplendor, hæreticorum oculis inviſus. Ex Thoma Waldenſi Carmelita, in Prologo Libri 3. pag. 27.

CAPUT XVI.

Vitia damnare, mos hæreticorum. Ex Thoma Waldenſi Carmelita, Tom. 1.

Digitized by Google

Tom. 1. doctrina 7. prævia. pag. 30.

CAPUT XVII.

Diſtinguitur triplex hæreſeos gradus. Ex Joanne de Bachone, Doctore Reſoluto, Carmelitarum Scholarcha in 4. q. 8. art. 4. Prologi. pag. 33.

CAPUT XVIII.

Perpetua meditata concordia inter Religioſos & Clerum: adverſus diſcordem Novatorum concordiam. pag. 35.

CAPUT XIX.

Meditatæ concordiæ aſſiſtit arbiter Venerabilis Thomas Waldenſis Carmelita, *de Sacramentalibus tit. 9. cap. 81.* pag. 38.

CAPUT XX.

Meditatæ concordiæ impedimenta expediuntur. Diſcrepans ſacræ Scripturæ ac SS. Patrum interpretatio, meditatæ concordiæ impedimentum. Expeditur. pag. 42.

CAPUT XXI.

Putatitia jurium Parochorum derogatio ſiniſtrè adſcripta Religioſis, meditatæ concordiæ impedimentum: proponitur & expeditur à Doctore Seraphico *Libello Apologetico in eos, qui Ordini FF. Minorum adverſantur.* pag. 57.

CAPUT XXII.

Objectiones adverſum jam dicta, diluuntur. pag. 63.

CAPUT XXIII.

Privilegia Religioſorum, meditatæ concordiæ impedimentum. Expeditur. pag. 68.

CAPUT XXIV.

Venerabilis Thomas Waldenſis Carmelita, pro papalibus Privilegiis adverſum Wicleffiſtas decertat. *Tom. 1. Lib. 2. art. 3. cap. 43.* pag. 71.

CAPUT XXV.

Novitas in Ritibus Religionis, ac Sacramentorum adminiſtratione meditatæ concordiæ impedimentum. Expeditur. pag. 75.

CAPUT XXVI.

Nova meditatæ concordiæ impedimenta præcaventur. pag. 75.

CAPUT XXVII.

Mater amabilis meditatæ concordiæ Patrona. pag. 85.

CAPUT XXVIII.

Libellus ſupplex ad Jeſum Principem pacis, & Mariam Reginam pacificam, pro meditata exoranda concordia. pag. 90.

CAPUT XXIX.

Paræneſis ad amandum & colendum ſanctiſſimam Deiparam ejuſque maternæ miſericordiæ ſinus expanſio. Adverſus Monitorem Marianæ miſericordiæ depreſſorem. pag. 91.

CAPUT XXX.

Apologia brevis honoris ac amoris ſanctiſſimæ Deiparæ: Anaſtaſii Cocheletii Carmelitæ Doctoris Pariſienſis *in Palæſtrita honoris Diva Hallenſis pro Juſto Lipſio adverſus diſſertationem mentiti idoli Hallenſis Anonymi cujuſdam hæretici. In Epiſt. Dedicatoria.* pag. 107.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM
SECUNDÆ PARTIS.

CAPUT I.

Religioſum cultum generatim exponit : tradendæ doctrinæ fundamenta jacit. pag. 121.

CAPUT II.

Externum Religionis cultum tuetur conſiſtentem in Catholicæ Eccleſiæ Ceremoniis : aliiſque externis devotionibus. pag. 129.

CAPUT III.

Primum cavillum adverſus doctrinam traditam. Reſponſio. pag. 158.

CAPUT IV.

Secundum cavillum adverſus ſacras Ceremonias. Reſponſio. pag. 165.

CAPUT V.

Tertium cavillum prorſus pernicioſum adverſus omne quod exterius in Eccleſia ſplendet. Reſponſio. pag. 168.

CAPUT VI.

Quartum cavillum adverſus ſacros Ritus. Reſponſio. ag. 179.

CAPUT VII.

Quintum cavillum adverſus ſacras Ceremonias. Reſponſio. pag. 184.

CAPUT VIII.

Fœdam avaritiæ labem ſacrarum Ceremoniarum propugnatoribus ab Eccleſiæ Momis affrictam, detergit. pag. 186.

CAPUT IX.

Continuatas calumnias adverſus Ceremoniarum defenſores, pergit diſpellere. pag. 189.

CAPUT X.

Decorem ac ſplendorem domus Dei, ſeu, externum Religionis cultum conſiſtentem in ſacris Ritibus magnifica exſtruendi templa, ſplendidèque adornandi, irrefragabilibus adſtruit argumentis. pag. 195.

CAPUT XI.

Cavilla Superiori capiti adverſantia diſſolvit. pag. 207.

CAPUT XII.

Licitum fore Ritus Ethnicorum ac Judæorum transferre ad cultum veri numinis : nec non res pravis adhibitas uſibus, ad uſus ſacros: ac inſignia gentilitia ſacris affigere donariis. pag. 219.

CAPUT XIII.

Invitat fideles ad externum Religionis cultum, quo honoratur Agnus Euchariſticus frequenti ſacra Communione. pag. 226.

CAPUT XIV.

Qualiter frequens Agni Euchariſtici ſuſceptio fit intelligenda. pag. 243.

CAPUT XV.

Excuſationes tardantium venire ad nuptias Agni Euchariſtici præcluduntur. pag. 247.

CAPUT XVI.

Præludit triumpho Agni Euchariſtici cum divina ſua Agnipara, cæteriſque Sanctis : ſive externo Religionis cultui, quem exhibet Eccleſia Chriſto ſacris Proceſſionibus, in quibus auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacra-

Digitized by Google

Sacramentum unà cum Sanctorum Reliquiis, aut imaginibus circumfertur. pag.258.
Præludium 1. Famoſiores quoſdam ſacrarum Proceſſionum Ritus exponit. *ibid.*
Præludium 2. Eccleſia Sanctos colendo, errori nequit eſſe obnoxia.
Honor imaginis, eſt honor prototypi: honor Sanctorum, honor Chriſti. pag. 265.

CAPUT XVII.

Argumentum primum pro Agno Euchariſtico in Catholicorum Proceſſionibus cum ſuis Sanctis, in eorum imaginibus, triumphante, deſumptum à Ritibus triumphandi. pag. 267.

CAPUT XVIII.

Primum cavillum adverſus primum argumentum. Reſponſio. pag.273.

CAPUT XIX.

Secundum cavillum adverſus primum argumentum. Reſponſio. pag.279.

CAPUT XX.

Tertium cavillum adverſus primum argumentum. Reſponſio. pag.282.

CAPUT XXI.

Labem, quam ſacris imaginibus præmiſſum affricuit cavillum, copioſiori diluit fonte: Catholicorum erga eas vindicat pietatem. pag. 282.

CAPUT XXII.

Quartum cavillum adverſus primum agumentum. Reſponſio. pag.290.

CAPUT XXIII.

Argumentum ſecundum pro Agno Euchariſtico in Catholicorum Proceſſionibus cum Sanctis, in eorum imaginibus, triumphante. Deſumptum à Proceſſione Agni cum Virginibus, de qua in Apocalypſi, capite 14. & ſolutio primi cavilli. pag. 303.

CAPUT XXIV.

Cavillum ſecundum adverſus ſecundum argumentum. Reſponſio. pag.307.

CAPUT XXV.

Argumentum tertium pro Agno Euchariſtico, in Catholicorum Proceſſionibus cum Sanctis, in eorum imaginibus, triumphante. Deſumptum à Propitiatorio legis antiquæ: Solviturque primum cavillum. pag.311.

CAPUT XXVI.

Secundum cavillum adverſus tertium argumentum. Reſponſio. pag.321.

CAPUT XXVII.

Argumentum quartum pro Agno Euchariſtico, in Catholicorum Proceſſionibus cum Sanctis, in eorum imaginibus, triumphante: deſumptum à zona aurea, quâ filius hominis viſus eſt accinctus Apocalip. 1. Reſpondetque primo cavillo. pag.325.

CAPUT XXVIII.

Secundum cavillum adverſus quartum argumentum. Reſponſio. pag.327.

CAPUT XXIX.

Cavillum cavillorum adverſus quatuor præmiſſa argumenta pro Agno Euchariſtico cum Sanctis, in eorum imaginibus, triumphante. pag. 329.

Digitized by Google

CAPUT XXX.

Diſſolvit cavillum, quo quatuor vindicatis argumentis adſuuntur ſequelæ non ſequentes. pag. 336

CAPUT XXXI.

Propinatur venenum mellitum ab adverſario: at larva ſpoliatur, fraus detegitur. pag. 344.

CAPUT XXXII.

Producitur Romanæ Eccleſiæ conſuetudo adverſus defenſam hactenus Belgii conſuetudinem, circumferendi *San*ctorum imagines cum Venerabili. Cavillum. Reſponſio. pag. 351.

CAPUT XXXIII.

Triumphus Agni Euchariſtici cum Sanctis, in eorum imaginibus, prætenſis impugnatur abuſibus. Cavillum. Reſponſio. pag. 353.

CAPUT XXXIV.

Rurſum abuſus, præcipueque diviſio devotionis, quam cauſet Sanctorum præſentia, Triumpho Agni Euchariſtici opponuntur. Cavillũ. Reſponſio. pag. 360.

CAPUT XXXV.

Iteratis adverſus Agni Euchariſtici expoſitionem, ac circumlationem reſpondet quærelis. Cavillum. Reſponſio. pag. 368.

CAPUT XXXVI.

Argumenta ulteriora pro Agno Euchariſtico, in Catholicorum Proceſſionibus cum ſuis Sanctis, in eorum imaginibus, triumphante. pag. 375.

Argumenntum quintum.
Argumentum ſextum.
Argumentum ſeptimum.
Argumentum octavum.
Argumentum nonum.
Argumentum decimum.
Argumentum undecimum.
Argumentum duodecimum.
Argumentum decimum-tertium.
Argumentum decimum-quartum.
Argumentum decimum-quintum.
Argumentum decimum-ſextum.
Argumentum decimum-ſeptimum.
Argumentum decimum-octavum.
Argumentum decimum-nonum.
Argumentum vigeſimum.
Argumentum vigeſimum-primum.
Argumentum vigeſimum-ſecundum.
Argumentum vigeſimum-tertium.
Argumentum vigeſimum-quartum.
Argumentum vigeſimum-quintum.
Argumentum vigeſimum-ſextum.
Argumentum vigeſimum-ſeptimum.
Argumentum vigeſimum-octavum.
Argumentum vigeſimum-nonum.
Argumentum trigeſimum.
Argumentum trigeſimum-primum.

CAPUT XXXVII.

Argumenta ulteriora pro Agno Euchariſtico in Catholicorum Proceſſionibus cum ſua divina Agnipara, in ejus imagine, triumphante. Ritus triumphi Mariani præviè exponuntur. pag. 368.

Argumentum trigeſimum-ſecundũ.
Argumentum trigeſimum-tertium.
Argumentum trigeſimum-quartum.
Argumentum trigeſimum-quintum.
Argumentum trigeſimum-ſextum.
Argumentum trigeſimum-ſeptimum.

Argu-

Digitized by Google

Argumentum trigeſimum-octavum.
Argumentum trigeſimum-nonum.
Argumentum quadrageſimum.
Argumentum quadrageſimum-primum.
Argumentum quadrageſimum-ſecundum.
Argumentum quadrageſimum-tertium.
Argumentum quadrageſimum-quartum.
Argumentum quadrageſimum-quintum.
Argumentum quadrageſimum-ſextum.
Argumentum quadrageſimum ſeptimum.
Argumentum quadrageſimum-octavum.
Argumentum quadrageſimum-nonum.
Argumentum quinquageſimum.
Argumentum quinquageſimum-primum.
Argumentum quinquageſimum-ſecundum.
Argumentum quinquageſimum-tertium.
Argumentum quinquageſimum-quartum.

CAPUT XXXVIII.
Amabilem noſtram Dominam ab initio ſæculorum, tum in Eccleſia triumphante, tum in militante, exhibet honoratam. pag.399.

CAPUT XXXIX.
Proprium amabili noſtræ Dominæ vindicat cultum, *hyperdulia* dictum. pag.429.

CAPUT XXXX.
Amabilis noſtræ Dominæ prærogativas, ac erga homines favores, ſub ſtellæ exhibet ſymbolo. pag.446.

CAPUT XXXXI.
Mariomachia profligata ab Anaſtaſio Cochletio Carmelita Doctore Theologo Pariſienſi: Libro, cui titulus: *Palaſtrita honoris D. Hallenſis pro Juſto Lipſio, adverſus diſſertationem mentiti idoli Hallenſis Anonymi cujuſdam hæretici.* Unaque monita *prætensè* ſalutaria B.V. Mariæ ad Cultores ſuos indiſcretos, caſtigata. pag.459.

CAPUT XXXXII.
Reſpondet Cavillis Petri Cabelianii miniſtri hæretici Leidenſis ex ſacra Scriptura adverſus cultum B. Virginis detortis: unàque monitori Anonymo, ex eiſdem ſcripturis Pſeudo-monita adfingenti B. V. Mariæ. pag. 509.

CAPUT XXXXIII.
Aliorum quorundam hæreticorum adverſus dignitatem ac cultum Deiparæ cavilla configit: unaque inſalutaria quædam monita B. V. Mariæ adficta. pag.515.

CAPUT XXXXIV.
Reſpondet variis quæſitis concernentibus cultum Deiparæ Virginis, aliorumque Sanctorum. pag.527.
Quæſitum primum: Quis ſit fructus uſus imaginum Deiparæ? *ibid.*
Quæſitum ſecundum: Quando colantur ſancti cultu prophano? pag.528.
Quæſitum tertium: Utrum, niſi invocatio Virginis ex quodam Dei

amore profluerer, nullius eſſet pretii, nec tam deleret peccata, quam fieret ipſa in peccatum? pag. 529.

Quæſitum quartum: Utrum, qualiterque peccatores rectè ac utiliter colant amabilem noſtram Dominam? pag. 533.

Quæſitum quintum: Utrum inſcriptio in ſodalitatibus B. V. Mariæ conſtituat verum ipſius cultorem? pag. 538.

Quæſitum ſextum: Utrum Virgo filium ſuum dilexerit, quia ejus caro de carne ſua propagata eſt, ſive, quia ejus Mater eſt? pag. 540.

Quæſitum ſeptimum: Utrum nulla teſſeris, in honorem Deiparæ ſacratis, fiat injuria, ſi dicas, ſine charitate nihil profuturas? pag. 544.

Quæſitum octavum: Utrum verba, quibus Chriſtus Matrem ſuam legitur allocutus, non magnam præ ſe ferant obſervantiam, at potius reprehenſionem, & ſeveritatem? pag. 545.

Quæſitum nonum: Utrum immanis foret error, ſi quis diceret duas eſſe ſcalas, quibus aſcenditur ad Deum, nempè Mariæ & Chriſti? pag. 552.

Quæſitum decimum: Utrum Deiparæ, aliorumque Divorum cultus ſit recens in Eccleſia: nominatim, an inceperit à Gregorio Magno ſummo Pontifice? pag. 555.

Quæſitum undecimum: Utrum Carmelitæ ſolemnius celebrent feſtum commemorationis B. V. Mariæ de Monte Carmelo, quàm feſtum Paſchæ, cum injuria honoris Chriſti? pag. 560.

Quæſitum duodecimum: De Pontificia Scapularis Partheno-Carmelitici approbatione. pag. 561.

Quæſitum decimum-tertium: De primaria Scapularis Mariani prærogativa, quæ eſt tranſcriptio in ſpecialem Virginis Matris Filium, & fratrem. Ex Theophilo Raynaudo. pag. 564.

Quæſitum decimum-quartum: Qualiter Scapulare Marianum ſit ſignum ſalutis æternæ, ac nota prædeſtinationis? Ex eodem. pag. 567.

Quæſitum decimum-quintum. Qualiter reſpondendum cavillis adverſus Scapulare Marianum, ut prædeſtinationis notam? Ex eodem. pag. 573.

Sodalibus Partheno-Carmeliticis congratulatio & paræneſis. Ex eodem. pag. 577.

Quæſitum decimum-ſextum: Utrum ſacrum Marianum Scapulare præſtet ſecuritatem peccatoribus, ut ſub prætextu facilis & commodæ pietatis externæ differant pœnitentiam? pag. 579.

CAPUT XLV.

Complectitur quinque priora capita Tractatus *de vita Mariæ-formi & Mariana in Maria propter Mariam*, qui eſt ordine tertius Libri quarti Inſtitutionum myſticarum noſtri R. Adm. P. Michaelis à S. Auguſtino Provincialis Provinciæ Belgicæ. pag. 585.

CAPUT XLVI.

S. Patris Ephrem Syri ſermo præclarus, de laudibus ſanctiſſimæ Dei

Geni-

Digitized by Google

Genitricis Virginis Mariæ; Scriptus ante 1313. annos, Annotationibus illuſtratus. pag. 593.
Ejuſdem Oratio ad ſanctiſſimam Dei Genitricem. ibidem & ſeq.
Ejuſdem Threni, id eſt, lamentationes glorioſiſſimæ Virginis Matris Mariæ, ſuper Paſſione Domini. ibidem & ſeq.

CAPUT XLVII.

Sermo S. Epiphanii Epiſcopi Salaminæ Cypri, de laudibus S. Mariæ Deiparæ: ſcriptus ante 1308. annos, Annotationibus illuſtratus. pag. 614.

APPENDIX.

Monita verè ſalutaria B.V. Mariæ ad diſcipulum ſuum: Ex Thoma à Kempis Soliloq. animæ. cap. 24.

CAPUT XLVIII.

Exequiæ ac tumulus *Monitorum* prætensè *ſalutarium B. V.*] *Mariæ ad cultores ſuos indiſcretos.* pag. 638.

CAPUT XLIX.

Honoro Matrem Mariam, & Patrem Eliam.
§. 1. Virgini Matri grates refero, vota preceſque offero.
§. 2. Sanctiſſimum Patrem Eliam in igneo curru, igneum exhibeo & prodigioſum Triumphatorem. pag. 647.

ſ 2 LICEN-

Licentia Reverendiſsimi Patris Procuratoris & Commiſſarij Generalis Ordinis FF. B. M. V. de Monte Carmelo.

Fr. Ferdinandus Tartaglia Sacræ Theologiæ Magiſter, Procurator & Commiſſarius Generalis totius Ordinis Fratrum Beatiſſimæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ de Monte Carmelo.

AVthoritate nobis commiſſa, præſentium tenore, facultatem facimus dilecto nobis in Chriſto Reverendo Patri Alexandro à Sancta Tereſia Provinciæ noſtræ Flandro-Belgicæ ſacerdoti Profeſſo, & Sacræ Theologiæ Profeſſori, typis mandandi Librum à ſe concinnatum, cui titulus eſt : Clypeus Religionis Bipartitus : ſi tamen à duobus Theologis noſtris per Reverendum Admodum Patrem Provincialem præfatæ Provinciæ deſignandis prius examinetur, & approbetur; ſervatisque de cætero, circa hoc, ex jure, uſu,

&

Digitized by Google

& conſuetudine ſervandis. Datum Romæ in Conventu noſtro Sanctæ Mariæ Transpontinæ die 4. Februarij 1679.

Fr. Ferdinandus Tartaglia Procurator & Commiſſarius Generalis Carmelitarum.

(L. S.)

F. ELIAS LIVALTA SECRETARIUS.

Facultas R. Adm. P. Provincialis Provinciæ Flandro-Belgicæ.

FR. MICHAEL à S. AUGUSTINO, humilis Prior Provincialis Fratrum Ordinis B. V. Mariæ de Monte Carmelo.

AUctoritate, quâ fungimur, tenore præſentium, facultatem concedimus R. P. *Alexandro à S. Tereſia* Ordinis noſtri, S. Theologiæ Profeſſori, Typis mandandi Librum à ſe compoſitum, cui titulus: *Clypeus Religionis Bipartitus*: dummodo à duobus è noſtris S. Th. Profeſſoribus examinatus, & approbatus fuerit, aliorum-

que, ad quos ſpectat, conſenſus acceſſerit. Datum in Conventu noſtro Bruxellenſi, die 9. Februarij. 1679.

(L. S.)

Fr. MICHAEL à S. AUGUSTINO Provincialis.

APPROBATIO.

Liber hic, cui titulus Clypeus Religionis Bipartitus, *&c. Compoſitus à Reverendo Admodum Patre ALEXANDRO à S. TERESIA S.T. Lectore Ordinis FF.B. Mariæ de Monte Carmelo, efficaciter retundit perſecutiones, ab hæreticis pridem ſuſcitatas, & modò dimanantes adverſus Religioſos Ordines, Sanctorum cultum, &c. Proinde merito lucem publicam videbit. Datum Lovanii* 18. *Aprilis* 1678.

NICOLAUS DU BOIS ſacrarum litterarum Primarius Profeſſor.

VEtus & inanis hæreticorum & novatorum mos eſt, veris falſa permiſcere, libenter Eccleſiæ oblatrare, dam-

& damnare pleraque potius, quam candidè interpretari, licet ſecundùm piorum ſenſum atque judicium illa facilè excuſari poſſint, nihilque abſurdi habeant, adeoque Scripturæ phraſi ſint conſentanea, & Patrum teſtimoniis evidentiſſimis comprobata. Ut verò infamiam publicam fugiant, ſuæque novitatis velut mantellum obtendant, ingentem verbi divini aſſerendi zelum præſeferunt, velut extra illud nihil quærant aut doceant, probandumque cenſeant. Nihil unquam penè de ſuo proferunt, quod non etiam ſcripturæ verbis adumbrare audeant. Multum etiam ſibi blandiuntur, magnamque voluptatem capiunt ex Patrum dictis, cum in his *MARIÆ* parum tribui, & ab ejus veneratione homines abduci, ac virtutem ejus & gloriam obſcurari legunt vel audiunt. Tanta enim iſtorum impudentia, ne dicam inſania, eſſe ſolet, ut velut ex horto amœniſſimo, & optimis floribus referto, ſpinas quàm roſas colligere malint, & ſicut immundæ ſues, ſiliquis potius quàm gemmis delectentur, in hoc uno perversè ingenioſi, ut quæcumque poſſunt, ex veterum monumentis ad contentionem, imò ad præſentis Eccleſiæ deſpicientiam rapiant, detorqueantque: ideo quoque prorſus inutili, imò & perverſo ſtudio undecumque corradunt Patrum ſive opiniones, ſive ſententias, quæ contra Eccleſiæ ſenſum atque conſenſum ſacratiſſimæ Virginis gloriam extenuare, & aliquâ ex parte labefactare poſſe videntur. Ad hæc, jure meritò deplorante Petro Caniſio; *Hodie viget libertas de ſacris judicandi peſtis, una in Religione omnium* *De Deip. l. 3. c. 12. ſub initio.*

perni-

pernicioſiſsima, quæ multorum hodie ingenia nequaquam inſelicia depravavit, eoque deduxit, nullâ ut veterum, aut Eccleſiæ authoritate commoveantur; ſibi verò præſumant ac fidant plurimùm. Cui, cùm omnes tantò magis cavendi & pertimeſcendi, quantò ad ſuas artes occultandas ingenioſiores & verſutiores exiſtant, R. P. ALEXANDER à S. TERESIA, *Sacr. Theol. Profeſſor* Ordinis noſtri, ad ſuperba & arrogantia iſtorum ſupercilia juſtâ animadverſione reprimenda, rectè & opportunè offert *Clypeum Religionis Bipartitum*, &c. A ſe æquè ingenioſè, ac ſolidè elucubratum, & Sac. Scripturæ, Oecumenicorum Conciliorum, SS. Patrum authoritatibus, nec non ſcutulis ac Telis ex Sacra & Theologica Panoplia mutuatis, ita permunitum, ut quantumcumque adverſariorum ſaggittæ fuerint acutæ & virulentæ, ad hunc umbonem alliſæ, in aërem abeant, & ſicut deficit fumus, deficiant. In quo præterea cum nihil orthodoxæ fidei, nihil bonis moribus, nihil ſanæ doctrinæ contrarium offenderim, eum publicâ luce digniſsimum cenſeo. In Carmelo noſtro Bruxellenſ. Die 20. Julij 1678.

F. JACOBUS à S. ANTONIO
Prior Carmeli Bruxell. olim Sac. Theol. Profeſſ. Lovanij.

UT *nihil fortiùs ac potentiùs, antiqui humani generis hoſtis invidum exagitat & commovet animum, quàm ſincera*

ſincera & ferꝟens erga Deiparam cæteroſque Sanctos deꝟotio; ita nihil eſt cui ſtudioſiùs & ferꝟentiùs omnes ſuas ꝟires & artes intendat, quam deꝟotioni huic & cultui; ꝟel pœnitùs extirpandæ, ꝟel graꝟiter imminuendæ: hinc à plurimis ſæculis Leoni Iſaurico, ejuſque filio Conſtantino Copronymo Spiritum furoris ſui, in pios ac conſtantes Sanctorum ac ſacrarum imaginum cultores, tam largiter impertitus eſt: hinc Iconoclaſtarum jam ab uno ſeculo, tam portentoſos & ſtupendos promoꝟit fortiter conatus, & ad tam deplorandos eorum ſtudia deduxit effectus: hinc per Calꝟinum & Lutherum, & ſimilis furſuris tenebriones, relegatis ex Eccleſiis ſacris Imaginibus, Diꝟorumque cultu proſcripto, Eccleſias in ꝟacua quaſi conꝟertit horrea, & Sanctorum Patrocinium miſeris ademit peccatoribus, quo certiùs, fidelium deꝟotioni inſidiaretur, & Sanctorum cultum exſcinderet pœnitiùs: Hinc per hæretica tot ſophiſmata, quaſi per muralia tormenta, fidelium piorum deꝟotionem concutere, ac labefactare etiamnum non intermittit: Sed impio huic hoſti, ſiꝟe aperto Marte irruenti, ſiꝟe quaſi cuniculis occultè Catholicæ Religionis antemuralia ſuffodienti, ꝟalidis obſiſtendum & repugnandum armis: Clypeum Bipartitum, &c. Generoſis offert pugilibus, R. P. ALEXANDER à S. THERESIA S. Th. Profeſſor Ordinis FF. B. V. Mariæ de Monte Carmelo, quem ex commiſſione R. Adm. P. Michaelis à S. Auguſtino ejuſdem Ordinis Proꝟincialis perꝟolꝟi & maturè examinaꝟi, non ſine animi ꝟoluptate, deprehendique capacem & ſufficientem, in quo poſſint ignea nequiſſimi hoſtis tela omnia extingui & tutò excipi; & quo glorioſus de hoſtibus poſſit referri triumphus: nec quidquam in eo reperi quod Catholicæ

h *fidei*

fidei firmitati aut veritati, bonisve ac ſalutaribus moribus officiat aut repugnet. Quocirca pro communi fidelium utilitate & defenſione, eum publicâ luce dignum cenſui, optans ut hunc aſſumant, quotquot pro Sanctorum honore & cultu, pro authoritate ſummi Pontificis, pro Religioſorum Privilegiis, pro ſacris Ceremoniis, pro frequenti Communione, &c. Piè ac ſtrenuè decertant; non enim arma tantum contra irruentes hoſtes defenſiva, ſed & hoſtes invadentibus offenſiva, ſubminiſtrat abundantia : mille clypei pendent ex eo, omnis armatura fortium. *Dabam Bruxellis die 21. Aprilis. Anno 1678.*

Fr. Marcus à Reſurrectione Domini
Ordinis FF. B. V. Mariæ de Monte Carmelo S. Theol. Profeſſor Jubilatus.

APPROBATIONES THEOLOGORUM COLONIENSIUM.

QUod olim hæreticorum malleus, Schiſmaticorum flagellum, Clericorum ac Religioſorum Miſtagogus, Sanctiſſimus, P. Bernardus primus Clarevallis Abbas in Epiſtola 189. de Petro Abaclardo loquens, in hæc verba ſcripſit : *Leonem evaſimus, ſed incidimus in draconem, qui non minus forſan noceat ſedens in inſidiis, quam ille rugiens de excelſo. Quanquam non jam in inſidiis, cujus virulenta folia, utinam jam laterent in ſcriniis, & non in triviis legerentur. Volant Libri, & qui oderunt*

lucem

lucem, quoniam mali ſunt, impegerunt in lucem, putantes lucem tenebras. Urbibus & Caſtellis ingeruntur pro luce tenebræ, pro melle, vel potius in melle, venenum paſſim omnibus propinatur. Et poſt pauca ſubdit: *Novum cuditur populis & gentibus Evangelium, nova proponitur fides, fundamentum aliud ponitur, præter id quod poſitum eſt. De virtutibus & vitiis non moraliter: De Sacramentis Eccleſiæ non fideliter, &c. Sed cuncta nobis in perverſum, cuncta præter ſolitum, & præterquam accepimus, miniſtrantur.* Idipſum quoque Belgii hactenus Catholiciſſimi Eccleſiis lamentari haud immeritò licet, hæc enim, tametſi ſæculo præterito, Belgio Catholico heu nimium funeſto, Batavicum evaſerint Leonem, qui ſubmotâ in cunctis ferè Belgii Civitatibus Religione Orthodoxâ, in ejuſdem locum Heterodoxas, id eſt Lutheranam, Calviniſticam, Anabaptiſticam aliasque ſimiles commentitias introduxit Religiones, mox tamen Omnipotentis Dei forti brachio exploſas, fugatas, & in ſempiternum, ut credebatur, exiliũ abactas; Hiſce tamen prô miſeris temporibus in draconem incidunt, id eſt in venenoſas, ſubdolas, noxias, Catholicæque fidei præjudicantes, modernorum novatorum doctrinas, quas dicti novatores, ſparſis hinc indè ſubdolâ fraude virulentis foliis, volantibuſque in linguâ vernaculâ Belgicâ editis Libellis, quâquaverſum propagare contendunt, dum revera novum in iis conditum in populis & gentibus Evangelium, nova proponitur fides, fundamentum quoque aliud ponitur præter id, quod poſitum eſt, prouti ex hujus Libri ſine faſtidio & attentè lecti ſerie, unicuique liquidè patebit. Ut igitur

Digitized by Google

tur pius Lector venenoſæ huic vipereæque doctrinæ ſine noxâ, tutè ſecureque obviam ire poſſit, clypeo ſanè opus eſt, eoque invicto planè & inſuperabili, qualem in hocce Libro (qui Clypeus Religionis Bipartitus inſcribitur) Reverendus & doctiſsimus P.F. ALEXANDER à S. TERESIA in Conventu noſtro Carmelitano Bruxellenſi Sacræ Theologiæ Profeſſor Ordinarius, hujus Libri Author, unicuique generosè fideliterque ſubminiſtrat. Quem quâquâverſum examinatum, luſtratum maturoque examine conſideratum & eventilatum, talem eſſe deprehendi; qui cuncta Novatorum adverſus Catholicam & Orthodoxam fidei veritatem evibrata tela retundere, hebetare, atque confringere queat. Cum igitur poſt ſedulam lectionem hunc Clypeum in fide defendendâ prorſus ſalutarem, nec non in morum honeſtate præclarum, nulli verò præterquam fidei hoſtibus, moderniſque Novatoribus, pernitioſum eſſe deprehenderim, digniſsimum eundem judico, qui mediante typo in lucem edatur publicam, utpotè bono publico plurimum profuturus. Ita cenſeo & ſentio in Carmelo noſtro Colonienſi 10. Martij Anni 1679. In cujus rei fidem, &c.

Fr. JACOBUS EMANS
Ordinis Fratrum Beatiſsimæ V. Mariæ de Monte Carmelo, SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor Ordinarius, pro tempore Sacræ Facultatis Senior, dicti Ordinis ſæpius Ex-Provincialis & Ex-Aſſiſtens Generalis, &c. mp.

APPRO-

APPROBATIO.

CLypeus Religionis *ab Adm. Reverendo Patre* ALEXANDRO à S. THERESIA *concinnatus & diverſorum Eximior. S. Theologiæ Doctorum judicio: nec à fide, nec bonis moribus, deficere, repertus, imprimi poterit. Coloniæ Agrippinæ. 29. Martij* 1679.

Fr. CASPARUS von Kollen
Ord. Præd. S. T. D & Apoſtolicus
Inquiſitor Generalis Coloniæ perque partes annexas. mp.

HUnc *CLYPEUM RELIGIONIS BIPARTITUM* pro Sedis Pontificiæ Primatu, pro ſanctis Orthodoxæ Eccleſiæ dogmatibus, & pro pientiſſimis ejuſdem ritibus glorioſè certantem, ſedulò evolvi, & in præfatis materiis victorioſè triumphantem cum gaudio reperi; ut proindè pro fidei augmento, ejuſque inimicorum decremento, nedum publicâ luce

Digitized by Google

digniſſimum judicem : Verùm & illius *Erudi-tiſsimo Authori* cum *Gregorio Nazianzeno E-piſt.* 10. *ad Baſilium Magnum* adgratulandum putem. *Sicut unum ver*, inquit ille, *inter anni partes, unus Sol inter ſydera, unum cœlum omnia complexu ſuo coercens; ita unus hic Liber de omnibus triumphat: ſi modò ſatis ego ſim, qui de hujuſmodi operâ judicium feram* in Conventu Colonienſi Ord. Præd. 1679. 25. Januarij.

Fr. HENRICUS HILDEN
Ord. Præd. SS. Theologiæ Magiſter, ejuſdemque in Univerſitate Colonienſi Ordinarius ac Publicus Profeſſor. mp.

APPROBATIO.

M*Unitus hoc Religionis Bipartito Clypeo facile poterit exemplo eruditi Auctoris adverſus Novatores propugnare Romani Pontificis Primatum, externum Religionis cultum, ſacros ritus,* Cere-

Ceremonias, Symbola, Teſſeras, templorum ornatum, cultum Sanctorum & horum imaginum, Eccleſiaſticas Proceſſiones, &c. & ab iis in Religionem conjecta tela validè retorquere. Hinc publicam mereri lucem cenſendus. Coloniæ in Conventu S. P. Auguſtini Anno 1679. *Die* 26. *Februarij.*

Fr. JOANNES SCHWEITZER, Ord. Erem. P. Auguſtini, S. Theol. in Vniverſitate Colon. Doctor & Profeſſor Ordinarius, Studij Regens, & Vicarius Provincialis.

Fr. JOANNES GVILHELMVS à Lutzenrodt Ord. Eremit. S. Auguſtini Sacræ Theologiæ Doctor in Univerſitate Colon. Profeſſor Ordinarius.

APPROBATIO.

CLypeus Religionis ab Adm. R. P. ALEXANDRO à S. THERESIA, Ordinis FF. B. V. Mariæ de Monte Carmelo ſtrictioris Obſervantiæ Theologo, &c. è ſoliditate fidei, & veritatis Chriſtiano-Catholicæ rarâ elaboratus arte, fabrefacta è fraudibus & mendaciis Novatorum tela mirificè retundit in

Fabros

Fabros: Proindèut quivis Eccleſiæ & Religionis fidelis propugnator eo commodè ſe valeat communire, ſub prælo recuſus ſummâ cum utilitate tranſeat ad manus plurimorum, quo poſt ſedulam ejus inſpectionem eundem dignum cenſeo. Datum Coloniæ in Conventu Fratrum Minorum Conventualium. Anno 1679. 1. Martij.

Fr. *SYLVESTER SCHVVEITZER*
Ord Fratrum Min. Conventualium S. Theolog. Doctor & Profeſſor, dicti Conventus Guardianus mp.

Olim Clypei genus fuiſſe tradunt Vegetius, & Polybius, de militiâ Romanâ, corio bovis crudo & madido tectum, qui ignes ab hoſte vibratos facilè excutiebat; quò & ſpectaſſe videtur Gentium Eccleſiaſtes, dum ait: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia nequiſſimi tela ignea extinguere. *Id præſtat præſens* CLYPEUS RELIGIONIS BIBARTITUS, *factus ab Admodum*

Ad Epheſ. 6.

dum R. P. ALEXANDRO à S. THERESIA; non ſolum quia Sanctorum cultum, Sanctæ Sedis Primatum, & Eccleſiæ ſacros ritus, ceremonias, ſymbola, teſſeras, templorum ornatum, Eccleſiaſticas proceſſiones, &c. ab impactis nuper vindicat calumniis; ſed etiam quia ignea Novatorum nonnullorum objecta tela penitus extinguit, & elidit. Quod cum ſolidè, & doctè, ac ſine aſpergine errorum, aut bonorum morum corruptelâ, aut Orthodoxæ fidei præjudicio factum, per ejus attentam diſcuſionem deprehendi; dignum judico qui typicis veſtibus induatur, ac publici juris fiat. Coloniæ in Conventu S. Crucis Fr. Ord. Præd. 29. Martii 1679.

Fr. LEONARDUS MESSEN
Ord. Præd. SS. Theologiæ in almâ Ubiorum Univerſitate Doctor, & Profeſſor Ordin.

POſt ſedulam Operis hujus Lectionem, maturam diſcuſſionem aliud deprehendi nihil, quàm quod doctiſsimus illius Author ſtrenuè ac ſtudiosè impleverit id, quod monet Evangelicus vates, ubi ait: *Surgite Principes, arripite*, ſive ut legunt ſeptuaginta, *parate*, vel alii, *ungite clypeum (a)* ſcilicet ad caliginoſæ Babylonis ſubverſionem. Meritò namque opus iſtud *Clypeus Reli-*

(a) *Iſa.* 21. 5.

gionis intitulatur. Velut enim Joſue ad Domini mandatum clypeum adversùs Urbem Haienſem levante illâ ſubversâ Dei populus victor evaſit (*b*) ita clypeus iſte ad veram Orthodoxam Religionem, Deique, Deiparæ, Sanctorum ac ſacrarum imaginum cultum, Hæreticorum aliorumque illa ſive clam, ſive palam impugnantium & Eccleſiæ concordiam ac pacem turbantium Babylone ſubversâ, propugnandum, fulciendum ac ſtabiliendum mirè deſervit, ut proindè ei peroptimè adaptari poſſit illud Sapientis: *Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt ſperantium in ſe.* (*c*) Cum itaque clypeus iſte nullâ errorum, malorum morum, aut fidei heterodoxæ rubigine exeſus, quin potius genuino ſanæ doctrinæ oleo unctus ac politus appareat, illum, qui publici typi beneficio in Eccleſiæ Dei armamentario reponatur, digniſſimum cenſeo. Dabam in Carmelo Colonienſi Kalendis Martii 1679.

8.

(c) Prov. 30. 5.

Fr. GEORGIUS à REGINA ANGELORUM Carmelita SS. Theologiæ Doctor & in alma Univerſitate Colonienſi Profeſſor Ordinarius, Provinciæ Allemanniæ inferioris ex Provincialis ac P. T. Definitor.

CLYPEUS

Digitized by Google

CLYPEUS RELIGIONIS BIPARTITVS

PARS PRIMA.

DEtegit Novatorum Religionis mille fallendi artes. S. Auguſtini authoritatem expendit. Perpetuam ſtabilit Concordiam inter Religioſos & Clerum. Hinc propugnat Primatum poſitivè primum ſummi Romani Pontificis; ac ſimplicem ei debitam obedientiam. Novitatem in Religione damnat. Parochis ſua jura, Regularibus ſua aſſerit Privilegia. Sanctiſſimam Deiparam meditatæ Concordiæ ſtatuit Patronam.

PARS SECUNDA.

PRopugnat externum Religionis cultum: Sacros Ritus, Ceremonias, Symbola, Teſſeras. Pretioſum ac magnificum Templorum ornatum. Frequentem S. Euchariſtiæ Communionem. Cultum Sanctorum, maximè Sanctiſſimæ Deiparæ, eorumque ſacrarum imaginum. Eccleſiaſticas Proceſſiones. Celebrat exequias monitorum prætensè ſalutarium B. V. Mariæ ad Cultores ſuos indiſcretos. Agiturque de plurimis aliis, hac tempeſtate tum inter Catholicos, tum inter hos & Acatholicos controverſis. Præfatio ad Lectorem omnia, velut unico intuitu, exhibet conſpicienda.

Scient errantes ſpiritu intellectum, muſſitatores diſcent legem. Iſa. 29.

Apoſtolus 1. Corint. 1.

O*Bſecro vos fratres, per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Sitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia.*

Sanctus Auguſtinus de Civit. Dei. Lib. 16. cap. 2.

G*Enus callidum* (hæretici) *non ſpiritu ſapientiæ, ſed impatientiæ, quo ſolent ipſorum fervere præcordia, & pacem perturbare ſanctorum.*

Sanctus Hieronymus epiſt. ad Pamach. & Ocean.

Q*Uiſquis aſſertor es novorum dogmatum, quæſo te, ut parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apoſtolico ore laudata eſt.*

Idem epiſt. 252.

S*I quis contrariæ factionis immurmurat, quare eorum explanationes legam, quorum dogmatibus non acquieſco, ſciat me illud Apoſtoli libenter audire: Omnia probate, quod bonum eſt tenete: & Salvatoris verba dicentis: eſtote probati nummularii, ut ſi quis nimirum adulter eſt, & figuram Cæſaris non habet, nec ſignatus eſt moneta publica, reprobetur. Qui autem Chriſti faciem claro præfert lumine, in cordis noſtri marſupium reconatur.* & infra. *Cur me lacerant amici mei, & adverſus jacentem craſſæ ſues grunniunt, quarum omne ſtudium eſt, imo ſcientiæ ſupercilium aliena carpere, & ſic veterum defendere perfidiam, ut perdant fidem ſuam. Meum propoſitum eſt antiquos legere, probare ſingula, retinere quæ bona ſunt, & a fide Catholicæ Eccleſiæ non recedere.*

Divus Gregorius lib. 5. Moral. Cap. 18.

L*Atenter prædicant* (hæretici) *quatenus eorum prædicatio tantò ſancta, quantò & occulta videatur. Communem autem ſcientiam habere refugiunt, ne cæteris æquales æſtimentur; & quædam nova ſemper exquirunt: quæ dum alii neſciunt, apud imperitorum mentes, ipſi de ſcientiæ ſingularitate gloriantur. Quam occultam, ut diximus, inſinuant, quia ſcilicet ut admirationem oſtendere valeant, hanc ſe latenter percepiſſe confirmant. Unde apud Salomonem, hæreticorum ſpeciem mulier tenens, dicit:* aquæ furtivæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuavior. *Unde hic quoque ſubditur.* Et quaſi furtivè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri ejus. *Furtivè ſuſurri venas percipiunt, quia ſocialis ſcientiæ gratiam deſerentes, ad hanc nequaquam per oſtium ingrediuntur. Domino atteſtante, qui ait:* qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. *Venas itaque divini ſuſurri furtivè ſuſcipit, qui ad percipiendam virtutis ejus notitiam, deſerto publicæ prædicationis oſtio, pravæ intelligentiæ rimas quærunt.*

Vincentius Lirinenſis lib. contra prophanas hæreticorum novitates.

T*Entavit vos Dominus Deus veſter, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non. (a) Luce clarius aperta cauſa eſt, cur interdum divina providentia quoſdam eccleſiarum Magiſtros nova quædam dogmata prædicare patiatur.* Ut tentet vos Dominus Deus veſter, utrum diligatis eum, an non. *Eſt profectò magna tentatio, cum ille, quem tu prophetam, quem prophetarum diſcipulum, quem Doctorem & aſſertorem veritatis putes, quem ſumma veneratione & amore complexus ſis, is ſubito latenter noxios ſubintroducat errores, quos nec cito deprehendere valeas, dum antiqui magiſterii duceris præjudicio, nec facile damnare fas ducas, dum Magiſtri veteris præpediris affectu.*

Idem ibid.

O*Portet & hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. (b) Ob hoc hæreſeon non ſtatim divinitus eradicantur authores, ut probati manifeſti fiant, id eſt, unuſquiſque quam tenax & fidelis, & fixus Catholicæ fidei ſit amator, appareat. Et revera cum quæque novitas ebullit, ſtatim cernitur frumentorum gravitas, & levitas palearum. Tunc ſine magno molimine excutitur ab area, quod nullo pondere intra aream tenebatur. Nam alii illico prorſus avolant, alii vero tantummodo excuſſi, & perire metuunt, & redire erubeſcunt, ſaucii, ſemineces, ſemivivi. Quippe qui tantam veneni hauſerint quantitatem, quæ nec occidat, nec digeratur: nec mori cogat, nec vivere ſinat.*

Sanctus Hieronymus ad Nepotian.

N*Eminem ſpecialiter ſermo meus pulſavit: generaliter de vitiis diſputatio eſt. Qui igitur mihi iraſci voluerit, prius ipſe de ſe quod talis ſit, confitebitur.*

Sanctus Baſilius epiſt. 73.

H*Æc ſunt noſtra illa cum omni veritate conjuncta. Si quiſquam nos horum gratia accuſat, accuſet; ſi quis perſequitur, perſequatur: ſi calumniis quiſquam nobis intentatis fidem habet, paratus ſit ad judicium. Dominus è vicino eſt, nulla in re ſolliciti ſumus.*

PARS

(a) *Deut. 13.* (b) *1. Corint. 11.*

PARS PRIMA
CLYPEI RELIGIONIS.

CAPUT I.

Cur ſanctorum cultus hodie propugnandus.

QUAMQUAM beatæ illæ, omni ex parte, ſanctorum mentes, noſtrâ nequaquam egeant propugnatione, aut præſidio, cùm in altiſſimis, & tutiſſimis ſupernæ patriæ arcibus collocatæ, novos de univerſis hoſtibus ſuis quotidie agant triumphos, nova canant epinicia, atque, ut S. loquitur Cyprianus, *prorſus de ſua felicitate ſecuræ, ſolum de noſtra ſunt incolumitate ſollicitæ*: nobis nihilominus adhuc à patria, quam incolunt, exulibus, à portu, in quem ſalvo navigio, diteque merce appulerunt, inter immanes feri maris tempeſtates fluctuantibus, ac eorum in cœleſti curia adhuc clientibus, perquam utile, multiſque nominibus exiſtit neceſſarium, ut ſanctorum gloria manifeſtetur, ab hæreticorum nebulis, maximeque idololatriæ caligine, quam illi hagiomachi toto conatu offundere nituntur, purgetur: Sanctorum; namque veſtigia *viæ mandatorum Dei*, Pſal. 118. ac *ſemitæ juſtitiæ*, tam laborioſè im- Prov. 12. preſſa, ſudore, cruore rigata, provocant ad imitandum: eorum celebrati triumphi invitant ad pugnandum, inintermiſſum patrocinium erigit ad ſperandum, atque fidendum, innumera, quæ larga Dei manus eis contulit beneficia, ſtupenda per eos patrata miracula, aliæque propemodum infinitæ, mortalibus, mentis

 ac

ac precibus Sanctorum, à Deo donatæ gratiæ, mirùm, quantum humanas excitent mentes, ad *Dominum* jugiter in *ſanctis ſuis laudandum*. *Pſal. 150.*

Et hæc quidem generalis eſt ratio, ob quam Sanctorum cultum, & gloriam omni tempore & loco quemlibet Catholicum deceat prædicare, ac propugnare: at vero ſpecialis ac urgentiſſima ad hoc hac tempeſtate compellit ratio, quando antiquiſſimus pariter, ac ſanctiſſimus divorum cultus ab hagiomachis, Catholicis, hiſce in regionibus, paſſim permiſtis, aut aperto marte; aut cuniculis invaditur, ac ſacrilego dente arroditur; non verentibus eorum quibuſdam, ſacratum imaginum cultum, velut idololatriæ crimen Catholicis exprobrare. ET HOS DEVITA: ac nobiſcum *parte altera* impugna. *2. Tim. 3.*

CAPUT II.

Quam ſint Catholicis, cum hæreticis, congreſſus exitiales.

QUam vero Catholicis cum dictis hagiomachis, cæteriſque hæreticis, ſint congreſſus exitiales, *interroga de diebus antiquis qui fuerunt ante te.* *Dent. 4.* *Improbus*, inquit magnus Baſilius, *quum improbandis dogmatibus ſit enutritus, ex corde eructat improbata prorſus verbum doctrina. Videſne tu qualia eructat os impudens hæreticorum? quam perplexa & graveolentem ſpirantia mephitim? plane non hæc mediocrem arguunt morbum quemdam in imo ſeceſſu pectoris deliteſcere. Nam malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert malum. Proinde igitur, te obſecro, ne ſic tu auribus prurias, ut eos tibi ipſi coacerves magiſtros, qui imis viſcerum tuorum fibris morbum inſerant & admoliantur.* *Hom in pſalm. 44.* Morbo laborant ac inficiunt hæretici, eoque planè peſtifero; *& ſicuti peſtis* (rurſum præmonet Baſilius) *Orat. 3. de peccato.* *quæ ubi unum hominem, aut pecus invaſerit, etiam in omnes appropinquantes per ſucceſſionem quandam diſpergi ſolet, ita etiam hi, qui ſcelera* (præſertim hæreſeos) *patrant, proprium malum ad omnes deducere contendunt, ac ſummoperè deſiderant, quam plurimos ſibi ſimiles fieri, quò cum malis converſando opprobria effugere poſſint: & dum alius alteri morbum impertitur, omnes ſimul laborant, atque ſimul etiam concidunt.* Tantò igitur hæretica pravitas cæteris omnibus ſceleribus eſt deteſtabilior, quantò communibus morbis magis formidanda peſtis.

Duo quippe ſunt, quæ peſtem præ aliis morbis meritò reddunt metuendam: primum, venenum ſuum velociſſime ad cor uſque diffundit, & hominem paulò ante optime ſanum in

momento

Digitized by Google

momento penè enecat temporis. Alterum, quia dum unum interficit, millenos inficit. Ita plane in animis hæreſis, quod in corporibus peſtis. Prima enim ſpiritualis vitæ radix ac fundamentum, eſt divina fides; hinc enim animus erigitur in ſpem, voluntas accenditur in amorem, ſolvitur lingua ad confitendum, ac manus ad ſalubriter operandum expediuntur. Aſ-
Serm. 22. de verb. Apoſt. ſerit id totum S. Auguſtinus: *domus Dei*, ait, *credendo fundatur, ſperando erigitur, diligendo perficitur.* Cor illud animæ evellit hæreſis, initium iſtud
Pſal. 136. divinæ, cœleſtiſque vitæ, *exinanite uſque ad fundamentum*: fundamentum hoc ſpiritualis ædificii effodit ac evertit: quæ igitur lues illâ pernicioſior? quæ magis horrenda? quantæ illa cauſa ruinæ! quantæ jacturæ!

Atque utinam ſoli ſibi noceant hæretici, & non confeſtim (ut cœpimus referre) peſtiferam ſuam mephitim quaquaverſum longe lateque exhalarent! at prô! verum nimis dixit Apo-
2. Tim. 2. ſtolus: *multum proficiunt ad impietatem; & ſermo eorum ut cancer ſerpit, ex quibus eſt Hymenæus & Philetus*: addo: Lutherus, Calvinus, & hujuſmodi furfuris fures ac lupi, Theomachi, Hagiomachi, Iconomachi, & cujus non ſceleris apprime gnari? qui quantum profecerint ad impietatem, ac quam longè lateque eorum peſtilentiſſimus cancer, non tam ſerpſerit, quam volarit de errore in errorem, de homine in hominem, de urbe in urbem, de provincia in provinciam, de regno in regnum, teſtis locupletiſſimus hæc noſtra eſt ætas: quis enim ignorat peſtem Lutheranam in Saxonia paulò ante exortam, mox Germaniam penè totam infeciſſe: inde ad Aquilonem, & Orientem progreſſam, Daniam, Norvegiam, Suetiam, Gotiam, Pannoniam, Hungariam conſumpſiſſe; tum in Occidentem, & meridiem pari celeritate delatam, & Galliam, Angliam, Scotiam, regna in fide quondam florentiſſima, brevi etiam tempore depopulatam? *Sic Arius*, inquit S. Hieronymus, *una ſcintilla fuit, Sed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem ejus flamma populata eſt.*

Hinc meritò S. Baſilius magnus peſtilentiſſimam luem, à ſimulatis ſanis tectam, ac ſerpentinam calliditatem hæreticorum ſui temporis, ſub ſpecie cujuſdam religionis ſimplices Catholicos ſeducentium detegit, deſcribit, ac lamentatur, unàque noſtrorum ſeductorum perverſitatem propriis exhibet coloribus. Epiſt 70 & 71. *Quis dabit capiti meo*, & meo, *aquam, & palpebris meis fontem lacrymarum, & deplorabo complures dies populum perverſis iſtis doctrinis ad perditionem adactum! in tranſverſum rapiuntur ſimpliciorum aures, ac deinceps in conſuetudinem tranſeunt hæreticæ impietatis. In iſtiuſmodi ſermonibus doctrina pluſquam impie educantur eccleſiæ infantes. Nam quid aliud etiam facient? Baptiſmata ſunt apud hæreticos. Illi deducunt quovis progredientes: inviſunt infirmos, ſolantur mœſtos, adjuvant laborantes & preſſos, omnis generis opem adferunt: Myſteriorum communionem adminiſtrant. Quod omnia per illos diſpenſantur ac perficiuntur: quaſi retinaculum quod-*

dam eſt plebi, quò ad illorum concordiam adſtringuntur, itaut brevi temporis decurſu, etiamſi reſtituatur aliqua libertas, nulla tamen ſpes reliqua futura ſit ad veritatis iterum agnitionem reducendi eos, qui diuturnæ dilectionis vinculo hære- Epiſt. 70. *ticis obſtricti ſunt.* Hæc S. hic Doctor de hæreticis ſuæ ætatis, à quorum fraudulentiis, pietatis cujuſdam pallio obtectis, Novatores noſtri nec ad latum unguis recedunt. Proſequitur verò, perſequiturque ter damnandam eorum hypocriſim: *expendimus aſtutiam belli diabolici, quomodo is ubi eccleſiam ex perſecutione ab inimicis illata, multiplicari, magiſque florere vidit, inſidias ſuas mutaverit: ut jam nos non ex aperto oppugnet, ſed occultas inſidias ſtruat, conſilium ſuum per nomen Chriſtianum, quod hæretici prætexunt, obtegens, ut & eadem cum patribus noſtris patiamur, & tamen haud videamur pro Chriſto pati, propterea quod & ipſi perſecutores noſtri Chriſtianorũ nomine cēſentur.*

CAPUT III.

Suadetur corollariè Heterodoxorum fuga.

Cum igitur hæreſis peſtis ſit eo periculoſior, magiſque formidanda: quò ſub pietatis, ſanctitatiſque prætextu ſerpit occultior: veluti peſtiferi, ne cæteros inficiant, ab aliorum conſortio meritò excluduntur, & neque domos eorum ingredi, neque quidquam, quod ipſorum fuerit, quantumvis pretioſum ac ſplendidum, contingere audemus, ita, haud minori ſollicitudine, hæreticorum libros, congreſſus, colloquia, convivia, jam inde à primo eccleſiæ ortu, ſapientiſſimo conſilio, fidelibus omnibus majorum noſtrorum interdixit authoritas. *Nulla*, Lib. 1. epiſt. 3. præmonet S. Cyprianus, *cum talibus commercia copulentur, nulla convivia, vel colloquia miſceantur, ſimulque ab eis tam ſeparati, quam ſunt illi de eccleſia profugi.* Idem præmonet dilectus Domini diſcipulus: Epiſt. 2. verſ. 10. *ſi quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis.* Quod docuit verbô, ſancivit exemplô, eodem enim balneo cum Cerintho Hæreſiarcha noluit lavari, poſteros omnes præmonens, hæreſim peſtem eſſe contagioſiſſimam, toto animi conatu averſandam. Lib. 4. hiſt. cap. 13. Imò ut tradit ex Irenæo Euſebius, *tantum Apoſtoli, & eorum diſcipuli habuerunt timorem, ut neque verbotenus communicarent alicui eorum qui adulteraverunt veritatem.* Et Doctor ille gentium in fide & veritate, toties ac tam conſtanter, de hæreticis loquens, illud inculcat, ET HOS DEVITA. 2. Tim. 3. Cui ſaluberrimo Apoſtoli monito, promptè adeo, ſollicitéque magnus paruit Antonius, ut diſcipulis ediceret: *hæretico-*

reticorum

S. Athan. in vita. Ser. 5. de jejun decimi menſ. *reticorum & Schiſmaticorum venena vitate, meumque circa eos odium ſectamini. Scitis ipſi quod nullus mihi pacificus ſermo cum eis umquam fuerit.* Sanctus quoque Leo ut ſerpentes hæreticos cavendos monet: quia ſermo eorum ſerpit ut cancer, humiliter irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter occidunt.

4. Hiſtor. cap. 14. Intellexit hæc ſanè quondam, Arianâ graſſante peſte, Eccleſia Samoſatenſis; nam, ut eſt apud Theodoretum, cùm eſſet in ea civitate populus Catholicus, & Epiſcopus hæreticus, concionabatur Epiſcopus in Eccleſia, ſed ſcamnis & parietibus: omnes enim ut peſte laborantem fugiebant. Ibat Epiſcopus ad balnea, & alios, qui fortè aderant, ut ſecum lavarent, comiter invitabat; at nemo umquam ipſo præſente locum introivit; nemo etiam poſtea niſi prius aquâ omni ejectâ, & novâ rurſum adductâ, lavit. Verùm quod attentius eſt conſiderandum: ludebant quandoque pueri in foro, contigit verò, ut luſoria pila pedem contingeret jumenti quo Epiſcopus vehebatur, & continuò elatâ exclamant voce, luculentoque in foro extructo igne, diris pilam devovent flammis.

Hic veterum Chriſtianorum zelus, hic fidei Catholicæ fervor, quem ſi ſectati fuiſſent Batavi, Germani, Angli, Galli, cæterique populi, eâque ſaltem ſollicitudine Lutheranæ, ac Calvinianæ peſti ſe oppoſuiſſent, quam ad corporis luem arcendam adhibent homines, non tot hæreſum monſtris æſtuarent modò; quemque ſi etiamnum haberent ex lue illa ſuperſtites, non tot indies in fide fluctuarent, aut planè etiam ab ea deficerent: defectionis enim cauſa præcipua eſt, inconſideratum, cum hæreſi infectis, commercium, ut docuêre dicta hactenus, & denuò aſſerit magnus P. Baſilius: *quemadmodum in contagiis peſtilentiarum etiam ii qui ſummâ curâ ſervant victus rationem, tamen iiſdem morbis quibus ægroti laborant, dum ob conſuetudinem eorum, qui corrupti ſunt, opplentur & ipſi*: Ita & hæreſi dominante, periclitantur viri conſiderati, conſtantes, docti: (& ſtellas vidimus cadere de cœlo) ſi his immineat ruina, niſi ſe ſalvent fugâ, quis non timeat puſillis, indoctis, fœminis, niſi velis & remis cum hæreticis commercia declinent? *Hos itaque* (exhortatur S. Ephræm Syrus) *non oportet amare, neque cum eis verſari, aut cum ipſis orare, cibumve ſumere, neque in domum eos recipere, neque Ave illis dicere: ne pravis illorum operibus communicemus.* Hic igitur canat Poëta: In interrogat.

Fuga laurigeros, parit illa triumphos.

CA-

Digitized by Google

CAPUT IV.

Prodeunt Novatorum Libelli:

Defenſi tenebris, & dono noctis opacæ.

SUnt plerumque Novantium ſcripta, ſchedæ, libelli, maximè ſub initia exorientis novæ hæreſeos, fœtus furtivè concepti, furtivè enixi, furtivè expoſiti; prodeunt, inquam, inopinatè è latebris, verum ubi impreſſi, quô Auctore, quô Typographo reticetur, prorſus ignoti. At ô belle libelle (ſic eorum aliquis jam pridem excipiebatur.)

Dic quis, & unde venis, tibi ubi patria atque parentes?

Verum, ut ſciatur quorum ex horto amœni iſti floſculi ſint decerpti, quibus parentibus expoſititii hi partus prognati, haud magna opus eſt ſolertia: non totum mare epotandum eſt, ut ſciatur ejus aqua eſſe ſalſa: inſpice igitur, ſi forte quem ex eis offenderis, & prima facie, haud obſcurè, qualis ſit progeniei innoteſcet, ſapiunt enim nativitatis ſuæ ſolum, parentumq; inſigniuntur notis, characteribus, lineamentis: ſi ibi legeris calumnias in ſummum Pontificem, in Religioſos, aut, ut per contemptum ajunt, in Monachos, ſi ibi legeris blaſphemias in S^mum^ Euchariſtiæ Sacramentum, in Deiparam, in Sanctos, eorumque imagines; ſi in illis offenderis *profanas vocum novitates*, quibus SS. Dei Matrem appellant *Mariam fabri*, feminam ſimilem cæteris, ejus ſtatuas *puerorum eſſe pupulas*, vulgo, *Kinder-Poppen*; ejus Scapulare, viles pannos, vulgo, *lappekens*; & Sacrarum Imaginum, ac Reliquiarum apparatus, *officinas Monachorum* quæſtus causâ erectas: Si ibi videris liberum negari arbitrium, ſi auricularem derideri confeſſionem: ſi inquam, hæc, aut hujuſmodi fermenti hæretici dogmata apertè, vel occultè in dictis repereris Libellis, ne dubites, eos aliquem de modernorum hæreticorum ſtirpe habere parentem. ET HOS DEVITA. 1.Tim.3.

Fateor, *plane olim, hoc eſt ſemper*, ait Tertullianus, *veritas odio eſt*: ea verò potiſſimum quæ eſt in Chriſto: nihilominus latebras quibus abdatur, non quærit: ſed divinæ illius ſapientiæ, è cujus profluit ſinu, naturam imitata, *præ foribus clamitat, & in plateis dat vocem ſuam*. Qui igitur fit, ut Novatores noſtri, qui ſe impermixtæ, defœcatæ, ſeu puræ veritatis jactitant præcones, eoque titulo amplam ſibi arrogant authoritatem, nova cudendi dogmata, aut potius antiquata, ac ab eccleſia damnata recudendi, eaque verbo, ſcriptoque evulgandi: & quod magis miteris, ac doloſi ea, Eccleſiam

Apolog. cap.14.

Prov.1.

Dei,

Digitized by Google

Dei, Diis ita ſi viſum fuerit, reformandi, obindeque cum ſint deformatiſſimi, reformatorum nomen de Pharisaico ſupercilio ſibi imponunt: qui, inquam, fit, ut novi hi Apoſtoli, libellos ſuos adeo latenter fideli populo obtrudant?

In promptu cauſa eſt, digitô illam nobis demonſtrat veritas ipſa Patris: *Ioan. 3.* *quia dilexerunt homines magis tenebras, quam Lucem: erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit Lucem, & non venit ad Lucem, ut non arguantur opera ejus. Qui autem facit veritatem, venit ad Lucem, ut manifeſtentur opera ejus, quia in Deo ſunt facta.* Ita eſt, quærit latere, qui quærit peccare, decipere, ac abſque nota veritatem impugnare. Non docuit hanc reformandi methodum Chriſtus, qui palam loquebatur Judæis, palam in ipſorummet ſynagogis prædicabat, *Matt. 10.* & Apoſtolos ſuos docuit, *Prædicate ſuper tecta*, non in antris, non in clanculariis conventiculis, ut noſtrorum Reformatorum Anteſignani Lutherus & Calvinus factitarunt, ut videre eſt apud Florimundum Ræmundum. *Lib. 7. & 8.*

Verum eſt quidem, & veritatis diſcipulos ſua quandoque ſupprimere nomina, & Libros ſuos, nihil niſi veritatem & charitatem ſpirantes, Anonymos emittere: verum venia in eo digni, id enim faciunt, vel, quia vanas fugiunt gloriolas, utpote veritatis, non vanitatis ſectatores, & in eum unice intenti, *qui cognovit qui ſunt ejus*: *2. Tim. 2.* *& proprias oves vocat nominatim*: *Ioan 10.* dixitque: *gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, in Libro vitæ.* *Luc. 10.* Vel ut quorundam malevolorum, ſibique infenſorum, multa etiam authoritate valentium, odium, invidiam, veritate tamen propalatâ, evitarent. Et licet ſuum non apponant nomen, libri tamen eorum legitimâ non carent cenſurâ: non nobis permiſſum, quod ſomniavimus noctu, pro reformandi libidine evulgare de die.

CAPUT V.

Quare Heterodoxi, linguâ vernaculâ, ſuos vulgo obtrudant errores?

NOvam in Eccleſia meditati hæreſim, ſolent ſumma dogmatum ſuorum capita quibuſdam minutulis Scriptis, Schedis, aut Libellulis committere, idque vernaculâ linguâ, ſtyloque imperitæ plebis captui, ac inclinationi accommodo, quibus haud rarò admiſcent jocularias quaſdam calumnias in Papiſtas, ut vocant Catholicos, & maxime in Religioſos, velut

eorum vitæ & doctrinæ maxime adverſantes: Nec hoc de nihilo eſt: mellito enim hoc veneno, ſimplicium animi delectantur, ineſcantur, ac ineſcati enecantur. Aliud hic alunt monſtrum: ſectantur ſectam veſtigia hoſtium urbem aliquam obſidentium, ut enim hi impetunt partem infirmiorem, quamque minus exercitato ac armato norunt defenſam milite, eamque machinarum ſuarum arietibus moliuntur labefactare, atque ita ad ipſa civitatis penetralia ſibi aditum parare: hunc in modum novarum hæreſum architecti, impugnatores Civitatis Dei, Catholicæ, inquam, Eccleſiæ, prius adoriuntur imbellem plebem, curioſas, infirmaſque mulierculas, pueros, ac puellulas, his novæ reformationis ſpecimina, his de aliis, ac obſcuriſſimis fidei myſteriis, v. g. de prædeſtinatione ac reprobatione, traduntur Catecheſes, quò ita eorum paſcatur curioſitas, & oppugnetur infirmitas; *ut quia minoris fortitudinis ad repugnandum creduntur, primum in eis veluti fragilia proterantur antemuralia, ut liberior pateat via ad concutienda ſancta civitatis Eccleſiæ mœnia*: refert hoc Jonas Epiſcopus Aurelianenſis, relatus in SS. PP. Bibliothecam, de capitali temporis ſui Iconomacho, de cui ſimilibus proſequitur: *ſuiſſe ſtatuta Eccleſiaſtica convellere nitentium, ea ſemper, quæ infirmiora ſunt, in medium adducere, ut per hæc intentionem majorum quaſi quibuſdam machinarum ſuarum arietibus valeant labefactare, nemo dubitat, qui hæreticorum reminiſcitur vel temporum vel actuum.* Dictum veriſſimum. Hac enim via, hoc ſtrategemate hæreſiarchæ noviſſimi in magna Catholici orbis parte fidem funditus everterunt, nimirum plebem imperitam, mulierculas, puellulas, commovendo, ſerpentinâ blandiloquentiâ (*eritis ſicut dii*: docti, ſpirituales, myſtici) circumveniendo, atque ita falſis ſuis dogmatibus, ſpecie alicujus Religionis, imbuendo, verbô ac Libellis linguâ vernacula impreſſis, ac nominibus ſuppreſſis. Veritatis hujus teſtes oculati ſunt, noſter Everhardus Billichius ſuffraganeus Colonienſis, qui ipſe infamem quemdam Buceri libellum, Theutonicâ linguâ in vulgus ſparſum, confutavit: & ſtrenuiſſimus Luthero maſtix Joannes Cochlæus qui refert hominem quemdam ignobilem ob ſeditioſas & impias ſuas conciones civitate pulſum, poſt ſe reliquiſſe peſſimum diſcordiæ ſemen, Libellum Germanicè furtim impreſſum, tacito ſuo atque Typographi ſui nomine. ET HOS DEVITA.

De cultu imag. lib. 2.

Gen. 3.

Florem. Ræm. Lib. 7. cap. 6.

In defen. judicii univerſ. & cleri Colon. cont. Bucer. lib. de editioſis clamorib. & ſcriptis.

2. Tim 3.

Sunt igitur hujuſmodi fraudulentorum hominum Libelli Reipublicæ Catholicæ plane exitiales, utpote ſimplicium devotionem turbantes, pacem communem ſcindentes, imò omnium verarum virtutum fundamentum, fidem, ſuffodientes: unde de civitate in qua ſparguntur, maxime vero ſi palam doceantur, jure dicetur, quod de Lutetia Pariſiorum quondam dicebat Epiſcopus ejus Guilielmus Arvernus (Raynaudo teſto) ex ſenſu viri cujuſdam probi, & litteris addicti: quem ait conſulto Pariſiis aufugiſſe, dicebat enim: *ſe lectionibus & prædicationibus*

In Hercm. li Commodiano.

Pariſien-

riſienſium, de die in diem amplius & amplius infrigidari; & ſe timere ſi moram diuturnam ibi traheret, ne tandem ſpirituali gelicidio extingueretur. Utinam ſola Lutetia digna hoc encomio! ET HOS DEVITA. *2. Tim. 3.*

CAPUT VI.

Capiuntur vulpeculæ demolientes vineam Eccleſiæ.

HActenus depicti libelli, ut ovum ovo, ſimiles ſunt vulpeculis iſtis, quas Spiritus Sanctus in Canticis monet capiendas: *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea noſtra floruit.* Floruit ſanctæ Eccleſiæ vinea in Germania, in Anglia, in Hollandia, aliiſque Chriſtianiſmi regionibus, Chriſti bonus odor fuit omni intranti eam: ſed eheu! floruit, fuit: ecquæ vero tam lugendæ ſtragis cauſa? depicti ſupra Novantium libelli; hi, hi, velut totidem vulpeculæ, erumpentes pietatis gemmas tetro ſuo odore primùm ſuffecarunt, ſuaveolentes devotionis flores confeſſionis, Communionis, Angelicæ ſalutationis, ſymbolorum ad Chriſti, Chriſtiparæque honorem geſtationis, aliosque, olidæ vulpes avulſerunt deinceps: nec demum palmites in vite paſſæ, vineam radicitus, poſt tragicas arroſiones, extirparunt. Has Chriſtus illico jubet capi, dum adhuc ſunt parvulæ, & earum fraudes, dolos & errores, dum adhuc in paucis hærent, detegi; atque *argumentis*, ait S. Bernardus, *non armis* convinci, & exterminari, ne adultæ & multiplicatæ capi ac ejici nequeant, ſed totam Eccleſiam fermenti inſtar pervadant, & corrumpant. Audiamus S. Auguſtinum rem totam luculenter edifferentem: *vulpes, inſidioſos, maximeque Hæreticos, fraudulentos ſignificant, doloſos, cavernoſis anfractibus latentes, & decipientes, odore & tetro putentes. Contra quem odorem dicit Apoſtolus, Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Iſtæ vulpes ſignificantur in Canticis Canticorum, ubi dicitur: capite nobis vulpes puſillas exterminantes vineas, latentes in cavernis tortuoſis: capite nobis, convincite nobis: capis enim eum quem de falſitate convincis.* Queritur de his vulpibus Ezechiel: *quaſi vulpes in deſerto prophetæ tui Iſrael erant. Vident vana, & divinant mendacium, dicentes, ait Dominus, cum Dominus non miſerit eos.* *In pſalm. 80.* *Cap. 13.*

Quadrat in vulpes iſtas, quod apud Plutarchum dixit Carbo, volens enim Syllam depingere crudelem, & fallacem, aſſeruit eum leonem eſſe & vulpem: Sed & Lyſander dicebat, *addendam eſſe vulpinam pellem, ſi leonina non ſufficeret*: Hoc eſt, utendum eſſe calliditate & fraude, cum vires deeſſent,

aut ſaltem non ſufficerent. Hanc namque artem egregiè callent noſtræ ætatis vulpes, cum enim vi, & authoritate nequeunt ſeducere fideles, calliditate eos circumveniunt, furtim in Urbes, & Provincias ut vulpes irrepentes, graſſaturæ, ſi prævaleant, ut leones. Tempeſtive igitur eis præcludendus aditus, ſollicite tendenda retia.

In pſal. 8. Modum porrò vulpeculas illas irretiendi, Sanctus docet Auguſtinus: *vulpes*, inquit, *ſolent habere tales foveas: ut ex una parte intrent, & ex alia parte exeant. Ad utrumque foramen captor vulpium retia poſuit ... videamus ſi & nos quaſdam vulpeculas capere poſſumus. Proponamus ad foramen utrumque, ut unde vulpes exire voluerit, capiatur.* exe. gr. Hagiomacho cultum Sanctorum irridenti velut injurium honori Dei proponatur: aut licet, ſine injuria honoris Dei, honorare patrem & matrem, aut non licet? ſi licere aſſerat, captus eſt; ſi enim abſque injuria honoris Dei liceat honorare parentes carnales, quidni ſpirituales, quorum unus, Gentium Pater & Doctor in fide & veritate, veriſſime teſtatus eſt: *in Chriſto Jeſu, per Evangelium ego vos genui?* *1. Cor. 4.* ſi neget, in Deum, qui in Decalogo præcipit: *honora patrem & matrem*, blaſphemus eſt, atque ineluctabiliter rurſum captus. ET HOS DEVITA. *2. Tim. 3.*

CAPUT VII.

Librorum Novatorum Lectio diſſuadetur à VValdenſi Carmelita: tom. 1. Antiquit. fidei Cathol. doctrina 6. prævia.

IStud etiam modis omnibus Chriſti fidelibus, maxime ſimplicibus, ac imperitis, perſuaſum velim, ut omni conatu Novantium Librorum, Schedarum, Catechiſmorum, ac quorumcuinque ſcriptorum caveant lectionem, ac prælectionem, niſi, impercepto reti capi velint aves incautæ: exhortantem ad hoc audiamus noſtrum venerabilem Thomam Waldenſem Witcleffi hæreſum expugnatorem, cujus retia nec annoſa ſubterfugiat vulpes. *ô, (inquiunt) multa bona dicit, multaque utilia: non omnia ſunt damnata. Sed cavete ... Hieronymus dicit in Epiſtola ad Letam de inſtitutione filiæ. Prudentiſſimi viri opus eſt, aurum in Luto quærere, & nemo ad Lupanar mittit virgines ſuas, quamvis quadam ibi reperiri poſſint de turpi corruptione lugentes. Nemo hæredem ſuum latronum turbæ committit, ut diſcat audaciam: nemo in perforatam intrat cymbam, ut diſcat vitare naufragium: & ad* *Tom. 1. Doctrinal. fol. 4.* *Tom 1. prope fin. epiſt.*

Digitized by Google

ad planum proſtibulum, & hæreſibus plenum volumen, animam tuam dirigis adhuc innocentem mali, immunem doli, ut ibi diſcat Catholicam veritatem? Proſequitur ex venerabili Beda: *Primum admonendum puto lectorem, ut opuſcula Juliani Eclavenſis Epiſcopi de Campania cautiſſime legat, ne per copiam eloquentiæ blandientis, foveam incidat doctrinæ nocentis, ſed, ut dici ſolet, ita botrum carpat, ut & ſpinam caveat, id eſt, ita in dictis ejus ſanos ſenſus ſcrutetur & eligat, ut non minus vitet inſanos; ſed potius faciat illud Maronis:*

In Cantica in principio.

Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga,
Frigidus (ô pueri fugite hinc) latet anguis in herba.

Hoc eſt, ab ejus ſe per omnia lectione compeſcat. Subinfert Waldenſis: *cum ipſis ergò quod vultis legere legite, cum quibus poteſtis prædicare ſecurè, & credere ſine errore.* Idem hortor, & oro. *Videte quomodo caute ambuletis, quoniam dies mali ſunt, præmonet Apoſtolus.*

Epheſ. 5.

Licet denique Heterodoxorum Libri plurima contineant aperta, aut palliata mala, fraudes, & errores, ſunt nihilominus alicujus occaſio boni: nam ſæpenumerò ſolet evenire, quod ſicut ex malis moribus bonæ leges natæ ſunt, ſic ex doctrina non bona, Catholica veritas quæ premi poteſt, opprimi non poteſt, reddatur illuſtrior ac ſolidior: quod, favente Numine, ipſo facto conamur præſtare.

CAPUT VIII.

Quanto inculpatius in ſpeciem vivunt hæretici, tanto magis nocent.

Lib. 7. c. 6.

PErſuadet hoc, exemplis noviſſimorum hæreticorum, vir clariſſimus, & ipſe ex Calviniano Catholicæ fidei fideliſſimus propugnator, Floremundus Ræmundus. „ Pantheram ajunt rerum naturalium ſcriptores „ tam ſuavem ſpirare odorem, ac pellem habere tam pulchra verſicolorum macularum varietate diſtinctam, ut reliquas feras ad ſeſe alliciat, & illectas devoret: utpote „ omnium maximè ſævum & ferum animal, quod & nominis ipſa teſtatur ratio ab omnimoda feritate derivati. Ejuſdem naturæ & ingenii „ eſt diabolus, dum nimirum hæreticorum feritatem & ſordes ſuaveolenti quadam & grata virtutum ſpecie tegit, eaque ſimplicium animos „ ad ſe allicit, quos deinde illa infernalis panthera ferino ſuo rictu deglutit ac devorat. Hinc eſt quod „ plerumque Hæreticos videmus initio miram quandam vitæ ac morum „

 „ inte-

„ integritatem præ ſe ferre, ut non ſan-
„ ctificati tantum, verum etiam dei-
„ ficati quodammodo videantur; ſicut
„ ex Adamitarum & Anabaptiſtarum
„ exemplis hodie quoque patet. Atqui
„ tanto ab hoc hominum genere ma-
„ jus eſt periculum, quod ſub perſo-
„ na hac ſimulata inveteratam ſuam
„ malitiam celant, & ſub vultu nive ac
„ marmore candidiore animum ebe-
„ no nigriorem ac duriorem gerunt.
„ Hinc magnus ille Origenes dixit, ab
„ hæreticis bonæ vitæ majus eſſe pe-
„ riculum, ut qui facilius doctrinam
„ ſuam aliis obtrudant, quam ii qui
„ moribus ſunt diſſolutis. Qui enim
„ male vivit, ut idem inquit, non fa-
„ cile aliis erroneam ſuam doctrinam
„ perſuadebit: at qui bonis eſt mori-
„ bus, facile eorum, qui aurem ipſi
„ præbent, ſimplicitati imponet, bo-
„ næ atque integræ vitæ velo pernicio-
„ ſam ſuam & hæreticam doctrinam
„ celans. Eoque idem monet Orige-
„ nes, ut hæreticos probam in ſpeciem
„ vitam agentes inprimis fugiamus, ut
„ quorum mores non tam à Deo quàm
„ à diabolo dirigantur: & quorum
„ bona opera velut eſca ſunt, quam
„ diabolus hamo erroris inducit. Idem
„ ante Origenen S. dixit Ignatius,
„ monens, ut eos qui novam adferunt
„ doctrinam, etiamſi homines ſint fi-
„ de digni, etiamſi frequenter jejunent,
„ etiamſi caſtitatem ſollicitè cuſtodi-
„ ant, etiamſi miracula faciant, mon-
„ tes transferant, & per medios ignes,
„ ad conciliandam opinionibus ſuis fi-
„ dem, tranſeant, horrori nihilomi-
„ nus atque abominationi habeamus.

Cui non notum illud: *ſimulata ſancti-tas, duplex iniquitas:* nimirum, juxta Bernardum, *mendacium addens, geminat impietatem.* *Apo. ad civil. cap. 1.*

Hac vitæ ac morum, Chriſtianis „
dignâ, ſi exteriora ſpectes, ſimpli- „
citate ac modeſtia, primo Luthera- „
ni, ac deinde Calviniſtæ multos in „
Gallia deceperunt: qui, quum cre- „
dere non poſſent falſam doctrinam, „
vitæ tam ſanctæ atque innocentis „
comitem eſſe poſſe, nec ſub tam ex- „
quiſito Anchiſæ ducis veſtitu tam „
fœdam eluviem latere, majorum „
deſerta Religione, ad homines ejuſ- „
modi nihil niſi meram ſanctitatem „
ſpirantes, defecerunt. Nihil illis „
frequentius in ore erat quam Jeſu „
Chriſti nomen: nullum aliud jusju- „
randum quam unum illud *certe*, vel „
ita, inter eos audiebatur. Iidem „
omnis luxus, ſuperbiæ, & cætero- „
rum in mundo, ac præſertim apud „
Catholicos, ut illi jactabant, fre- „
quentium vitiorum hoſtes ſe profite- „
bantur. In feſtis ſolemnioribus & „
epulis loco tibiarum & chorearum, „
ſublatis menſis, ex Bibliis aliquid le- „
gebatur, aut ſpiritualis quædam can- „
tio, imprimis pſalmus aliquis, poſt- „
quam is liber in rhytmos redactus „
fuit, cantillabatur. Fœminæ in pri- „
mis ſingularem in veſtitu & habitu „
modeſtiam præ ſe ferebant, ſic ut in „
publico Evæ quædam dolentes, aut „
Mariæ Magdalenæ pœnitentes vide- „
rentur, ut Tertullianus de ſui Ævi „
mulieribus loquitur. Viri toti „
mortificati, Spiritus Sancti œſtro „
ſive enthuſiaſmo quodam percuſſi „
„ vide-

,, videbantur. Quid multis? Joannis illius Baptiſtæ, in deſerto pœnitentiam prædicantis, perſonam præ ſe ferebant. Quibus ſuper cæteris vigilandi cura demandata erat, ſi quando eis occurrerent, nutu aut oculi nictu quid vellent, indicabant. Quin ex ſolis geſtibus ſuos agnoſcebant, ut olim gladiator ille, qui ex ſola elegantia retrocedendi eos qui è ſchola ſua produxiſſent, à cæteris facile diſtinguebat. In hac externa modeſtia iidem nihil quam humilitatem & obedientiam oſtentabant, non crudelitate, ſed patientia, non occidendo, ſed moriendo doctrinam ſuam ſe confirmare velle profeſſi. ſic ut veteres illi Chriſtianorum mores, & primitivæ Eccleſiæ innocentia in eis revixiſſe, adeoque cum reformatione illa aureum ſæculum rediturum videretur. ,, ET HOS DEVITA. *Cavete* monet noſter Waldenſis, *omnes fideles à fermento Phariſæorum Witcleſiſtarum quod eſt hypocriſis: quando ſimulant ſeipſos eſſe ſanctos, & de impuritate vitæ arguunt orthodoxos.*

2. Tim. 3.
Tom. 1. doctrina. 8.

CAPUT IX.

Qualiter Novatores ſacris abutantur Scripturis, ſanctorumque Patrum authoritatibus.

Lib. 83. q. q. 469.

EXperientia teſte didicimus, veriſſimam Sancti Auguſtini ſententiam: *non poteſt error oriri palliatus nomine Chriſtiano, niſi de Scripturis non intellectis.* Sic enim à principio naſcentis Eccleſiæ, ad noſtram uſque ætatem factum eſſe, experti ſumus. Sed & Sanctus Petrus, Eccleſiæ petra, teſtatur, epiſtolas Paulinas, perperam à quibuſdam intellectas qui eas in ſuum errorem detorquere conabantur: ejus accipe verba: *ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis; ſicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles depravant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.* Fecerunt hoc quotquot fuere præteritorum temporum Hæreſiarchæ, Novatus, Pelagius, Neſtorius, & qui non? omnibus enim hoc commune fuit, ut ſcripturis perperam intellectis, peſtilenterque expoſitis, ſuos tutati ſint errores. Et hanc pro etiamnum à Lutheranis, Calvinianiſque patimur inſultationem, his enim familiare adeo eſt Evangelium, & Paulinæ epiſtolæ, ut prætetea nihil ſpirare videantur. *Sciunt enim*, inquit Vincentius Lirinenſis, *fœtores ſuos nulli fere cito eſſe placituros, ſi nudi & ſimplices exhalentur,*

2. Pet. 3.

Lib. adverſ. prophanas hæreſ. novitates.

tur; atque idcirco eos cœleſtis eloquii, velut quodam aromate aſpergunt, ut ille qui humanum facile deſpiceret errorem, divina non facile contemnat oracula. Plura deſideras? Caniſius Tomum integrum ſuppeditat *de corruptelis Verbi Dei.* Vide quoque notas doctiſſimas Exim. D. du Bois Sacrarum Litterarum primarii Profeſſoris, in novum Teſtamentum gallice nuper editum, & à S. ſede damnatum. Neque ſincerius, fideliuſque antiquos Sanctos Eccleſiæ Patres tractant Lutherus & Calvinus, horumque ſimioli; omnes enim, niſi plane inſolentes, undique corraſis SS. Patrum ſententiis, Auguſtini maxime, ſuos muniunt, colorant, palliant errores, uti univerſa eorum clamant ſcripta.

CAPUT X.

Legitimus Sacræ Scripturæ uſus, adverſus abuſus, petendus à ſede Romano-apoſtolica.

Ubi ſupra. Vixit circa tempora S. Auguſt.

„ SEd dicet aliquis: *(loquitur ſupra laudatus Lirinenſis)* ſi divinis eloquiis, ſententiis, promiſſionibus & diabolus & diſcipuli ejus utuntur, quorum alii ſunt Pſeudoapoſtoli, & Pſeudoprophetæ, & Pſeudomagiſtri, omnes ex toto hæretici, quid facient Catholici homines, & matris Eccleſiæ filii? quonam modo in Scripturis Sanctis veritatem à falſitate diſcernent? Hoc ſcilicet facere magnopere curabunt, ut divinum canonem ſecundùm univerſalis Eccleſiæ traditiones, & juxta Catholici dogmatis regulas interpretentur: in qua item *(interpretatione)* Catholicæ Apoſtolicæque Eccleſiæ ſequantur neceſſe eſt univerſitatem, antiquitatem, conſenſionem. Et ſi quando pars contra univerſitatem, novitas contra vetuſtatem, unius vel paucorum errantium diſſenſio contra omnium vel certe multo plurium Catholicorum conſenſionem rebellaverit, præferant partis corruptioni, univerſitatis integritatem: in qua eadem univerſitate, novitatis prophanitati, antiquitatis religionem: item que in ipſa vetuſtate, unius ſive pauciſſimorum temeritati, primum omnium generalia, ſi qua ſunt, univerſalis Concilii decreta præponant. Tunc deinde ſi id minus eſt, ſequantur quod proximum eſt, multorum atque magnorum conſentientes ſibi ſententias Magiſtrorum, qui in fide & communione Catholica ſancte, ſapienter, conſtanter viventes, docentes & permanentes, vel mori in Chriſto fideliter, vel occidi pro „

„ Chriſto

„ Chriſto feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum eſt, „ ut quidquid vel omnes, vel plures „ uno eodemque ſenſu manifeſte, frequenter, perſeveranter, velut quo„dam ſibi conſentiente Magiſtrorum „ concilio, accipiendo, tenendo, „ tradendo firmaverint, id pro indubitato, certo, ratoque habeatur. „ Quibus adjuvante Domino fideli„ter, ſobriè, ſolliciteque obſervatis, „ non magna difficultate noxios quoſ„que exurgentium Hæreticorum deprehendemus errores. „ Nulla ſiquidem apud illos vetuſtas, nullus univerſalis Eccleſiæ divinus canon, nulla conſenſio, nulla à naſcente Eccleſia traditio: at omnia nova, omnia diſſentientia, omnia humana inventa.

Amuſſis igitur Catholicæ veritatis, regula ad quā dubios S. Scripturæ ſenſus oportet exigere, eſt Univerſalis Eccleſia, œcumenica Concilia, à Romano Pontifice, Chriſti Vicario, S. Petri Apoſtolorum principis ſucceſſore directa, approbata, confirmata, Romano apoſtolica, inquam, ſedes eſt, ad quam controverſias circa fidem exortas oportet deferre decidendas: fuit is conſtans ſemper Orthodoxorum ſenſus: teſtes expectas? en paucos, ſufficientes tamen, ex innumeris: teſtatur hoc non ſemel S. Auguſtinus: *Hac autem*, inquit, ſcribens Sanctiſſimo Patri Bonifacio, *quæ duabus Epiſtolis eorum reſpondeo, ad tuam potiſſimum dirigere ſanctitatem, non tam diſcenda quam examinanda, & ubi forſitan aliquid diſpliceurit, emendanda conſtitui.* Rurſum idem S. Pater cum cæteris

Lib. 1. contra 2. epiſt. Pelagian. cap. 1.

Epiſcopis Concilii Carthaginenſis: *Hoc itaque geſtum Domine frater ſanctæ charitatis tuæ intimandum duximus, ut ſtatutis noſtræ mediocritatis, etiam Apoſtolicæ ſedis adhibeatur authoritas, pro tuenda ſalute multorum, & quorundam perverſitate etiam corrigenda.* Teſtis etiam eſt noſter S. Cyrillus Alexandrinus Epheſini Concilii, adverſus Neſtorium congregati, præſes. *Quoniam vero Deus hiſce in rebus prudentiam exigit, longaque Eccleſiarum conſuetudo ſuadet, ut iſtiuſmodi ſanctitati tuæ communicentur, non poſſum equidem id, quod apertum eſt, ad pietatem tuam non perſcribere.* Et infra: *Porrò tua integritatis mens, ac ſuper hac re ſententia, non modo p.. mis Deoque devotiſſimis Macedoniæ Epiſcopis, ſed totius quoque Orientalis Antiſtitibus perſpicue per literas exponi debet.* Teſtis eſt S. Bernardus Romano ſcribens Pontifici: *Oportet*, ait, *ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque & ſcandala emergentia in regno Dei, ea præſertim quæ de fide contingunt.* Verumenimvero *ſi Paulus* (ut Bernardo conſentiens ſcribit Theodoretus) *præco veritatis, tuba ſanctiſſimi Spiritus ad magnum Petrum cucurrit, ut iis, qui Antiochiæ de inſtitutis legalibus contendebant, ab ipſo afferret ſolutionem, multo magis nos qui abjecti ſumus, & puſilli ad Apoſtolicam veſtram ſedem currimus, ut Eccleſiarum ulceribus medicinam a vobis accipiamus, Pater Sanctiſſime.* Pluribus in hanc rem argumentis, ut paſſim obviis, ſuperſedeo: illud unum addens, ac præmonens nullum controverſiarum circa fidem, aut errores, futurum finem, ſi non humiliter & ſimpli-

Epiſt. 90. ad Innoc. Papam.

Epiſt. ad Cæleſtin. Papam.

Epiſt. 19.

Epiſt. ad Leon. I.

ſimpliciter Romano-apoſtolicæ ſedis acquieſcatur deciſionibus, ſententiis, ſtatutis: an non exemplo ſuo hoc docent moderni ſectarii, qui jam ultra centenos annos unum ſcripturæ locum per alium exponere conati, miſeris adhuc æſtuant diſſidiis, nec ullus altercandi ſperandus finis, eò quod legitimo controverſiarum in fide Judici, Vicario Chriſti, ſucceſſori Petri, Romano Pontifici detrectent ſeſe ſubjicere, ac obedire?

Ad hanc normam interpretandi quoque veniunt obſcuræ SS. Patrum ſententiæ, videlicet conformiter ad mentem & Decreta ſummi Pontificis: ita ut parati potius ſimus omnes deſerere Patres, quam unum PAPAM; huic enim, non illis, promiſſa eſt infallibilis S. Spiritus aſſiſtentia: hinc, non illis, dixit Chriſtus; docens Apoſtolos quis illorum futurus eſſet major: *Ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* *Planus hujus intellectus is eſt*: ait Theophilactus, *quia te habeo ut Principem diſcipulorum, poſtquam me negato fleveris, & ad pœnitentiam veneris, confirma cæteros. Hoc enim te decet, qui poſt me Eccleſia petra es & fundamentum.* Huic, non illis, dixit Chriſtus bis, *paſce agnos meos*: & iterum tertio: *Paſce oves meas.* Quibus verbis apertiſſime declaravit Chriſtus, totum ovile tam ovium quàm agnorum, hoc eſt Eccleſiam univerſalem eſſe Petro commiſſam: nam (ut ait propheta) nos ſumus *populus ejus, & oves paſcuæ ejus.* Huic, non illis, dixit Chriſtus: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum.* Subdit ad hæc verba Theophilactus: *Remunerat Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quod ſuper eum ædificavit Eccleſiam.* In hunc ſenſum eadem verba exponunt Patres Auguſtinus, Chryſoſtomus ſuper Matthæum, Hieronymus, Hilarius, Gregorius, & alii. Petro, non cæteris Apoſtolis, dictum eſt: *Surge Petre, occide, & manduca*: ubi agitur de Gentium converſione, quæ res etſi omnes tangebat, ſoli tamen Petro revelatur, tamquam Principi & capiti. Principatus igitur Eccleſiæ collatus eſt Petro, & in ipſo ſuis Succeſſoribus Romanis Pontificibus: malè profectò Chriſtus ſuæ providiſſet Eccleſiæ, ſi cum Petro, ſumma Eccleſiam regendi poteſtas, eſſet extincta. *Quid ergo inflatur ſuperbus hæreticus* (inquit Witcleffo noſter Waldenſis) *contra præeminentiam primæ ſedis .... Non eſt nova iſta præeminentia quæ Auguſtino & Sanctis Patribus fuit ſine omni dubitatione certiſſima.* Propugnat hanc veritatem inſuperabiliter per plura capita *tom. 1. Lib. 2. art. 3.* Uti etiam noſter Bacho, & Venerabilis Pater Lezana, in toto fuſoque Conſulto, *de ſingulariſſimo D. Petri Apoſtoli primatu in totam Eccleſiam ſuper omnes Fideles; ſupra D. Paulum Apoſtolum etiam.* Ad hos noſtros Doctores, brevitati ſtudens, adverſarios remitto.

Quid porro cauſæ eſt, quod Novatores omnes, collatis vexillis ac machinis

Marginalia: *Lucæ 22.* — *Ioan. ult.* — *Pſal. 99.* — *Matth. 16.* — *Lib. contra epiſt. Donati.* — *Serm. 16. de ſanct. & alibi ſæpius.* — *Super Matth. cap. 16.* — *Can. 16. ſuper Matth. lib. 6.* — *Regiſt. epiſt. 36.* — *Act. 11.* — *Doct. lib. 2. art. 3. c. 32.* — *In 4. q. 10. Prol. art. 1. & 2.* — *Conſulto 49.*

Digitized by Google

chinis, Petri primatum adoriantur, eum diminuere, aut funditus ſubvertere molientes? hac ſola de cauſa, ut liberius, quas meditantur hæreſes, poſſint diſſeminare, nulla ſiquidem ad hoc apertior via, quam ſubtractus ab Eccleſia Petri primatus: eô enim ſublatô, evenit in Eccleſia, quod factum eſt in Iſraële, & refertur in libro Judicum: *In illis diebus non erat rex in Iſrael, ſed unuſquiſque quod ſibi videbatur bonum, faciebat.* An non ad oculum id liquet, in innumeris penè, noviſſimis hiſce temporibus, multiplicatis hæreſibus, quæ, Vicarii Chriſti contemptâ ſummâ authoritate, velut ſublatô omnium erronum frenô, à ſciolis, ſuperbiſque hominibus fuere excogitatæ? *Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt*, inquit S. Cyprianus, *aut nata ſunt ſchiſmata, quam inde, quod ſacerdoti Dei non obtemperatur*, nec UNUS IN ECCLESIA AD TEMPUS SACERDOS, ET AD TEMPUS JUDEX VICE CHRISTI COGITATUR: *cui ſi ſecundùm magiſteria divina obtemperaret fraternitas univerſa, nemo adverſum ſacerdotum collegium, quicquam moveret, nemo poſt divinum judicium, poſt populi ſuffragium, poſt coëpiſcoporum conſenſum, judicem ſe non jam Epiſcopi, ſed Dei faceret. Nemo diſſidio unitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi placens ac tumens ſeorſum foris novam hæreſim conderet.* Hæc S. Martyr & Epiſcopus Cyprianus.

Iud. ult.

Epiſt 3. ad Cornel. Papam.

CAPUT XI.

Quanta ſit SS. Patrum ſignanter S. Auguſtini, veneranda authoritas. Ex Illuſtriſſimo Carmelita Guidone, libro de hæreſibus & earum confutationibus: de hæreſibus generatim. *cap.* 7.

„ QUamvis autem Sanctorum „ Doctorum ſcripta extra canonem „ Bibliæ ſunt tractanda, & le„ genda, & cum debita reverentia ſu„ ſuſcipienda, non tamen ſunt ſic fir„ mæ auctoritatis & inviolabilitatis, „ quin liceat eis contradicere, & circa „ ea dubitare: ubi per Scripturam ſan„ ctam evidenter & expreſsè non probantur, nec firmantur, nec per Eccle- „ ſiam auctorizantur, ac determinan- „ tur, firmam veritatem & indubiam „ continere: unde per dicta Sancto- „ rum extra canonem Bibliæ præcisè „ non convinceretur opinio hæretica. „ Nam ubi non eſt infallibilis veritas, „ ibi non eſt fides certa & indubia, „ cum certa fides veritati infallibili in- „

„ nita-

,, nitatur, immò circa talia non eſt aſ-
,, ſenſus infallibilis, nec indubius, nec
,, adhæſio firma. Ex quo enim non eſt
,, certa & infallibilis veritas, ibi non eſt
,, fides certa & indubia, & ſemper aſ-
,, ſentitur cum dubio & cum formidi-
,, ne falſi: quia ut dicit Auguſt. 1. Epi-
,, ſtola ad Hieron. & 9. contra Fau-
,, ſtum. cap. 8. & 16. contra eundem
,, Fauſtum. cap. 2. Si Scriptura Sacra nõ
,, contineret infallibilem veritatem, &
,, in aliqua parte ſui reperiretur falſa,
,, non remaneret in ea certa fides qua
,, ei firmiter crederetur, & propter
,, falſitatem repertam in una ſui parte,
,, tota ſuſpecta haberetur: & ſic fides
,, titubaret: quia ut idem dicit Augu-
,, ſtinus 1. de doct. Chriſtiana cap. 7.
,, Titubabit autem fides, ſi Sacrarum
,, Litterarum vacillet auctoritas. Sed
,, in dictis Sanctorum extra canonem
,, Bibliæ non eſt infallibilis veritas, cer-
,, ta & indubitata: Tum quia ipſi ali-
,, quando in dictis ſuis dubitant, utrum
,, in eis erraverint an non. Unde Au-
,, guſtinus 1. de Trin. cap. 1. dicit:
,, Nec pudebit me ſicubi hæſito quæ-
,, rere, nec pudebit me ſicubi errave-
,, ro diſcere. Et cap. 2. ſubjungit:
,, Proinde quiſquis hæc legit, ubi pa-
,, riter certus eſt perget mecum, ubi
,, pariter hæſitat quærat mecum: ubi
,, errorem ſuum cognoſcat, redeat ad
,, me: ubi meum, revocet me. Non-
,, ne Auguſtinus in libris ſuis ſe erran-
,, tem correxit, multa retractando? u-
,, tique, & ſi plus feciſſet, plura forte
,, retractaſſet, qui 2. de Trin. cap. 1.
,, dicit: Magiſque optabo ab aliquo
,, reprehendi, quam ſive ab errante ſive

ab adulante laudari: laudator enim ,,
& errans confirmat errorem; adula- ,,
tor vero allicit in errorem. Emen- ,,
dabit autem me juſtus in miſericor- ,,
dia, & arguet me: oleum autem pec- ,,
catoris non impinguabit caput me- ,,
um. ET LICET AUGUSTINUS LO- ,,
QUATUR HUMILITER, NIHILO- ,,
MINUS TAMEN LOQUITUR VE- ,,
RACITER. Unde ipſe 2. libro ad ,,
Vincentium dicit: Negare non poſ- ,,
ſumus, nec debeo, ſicut in ipſis ma- ,,
joribus, ita in meis tam multis opu- ,,
ſculis, multa eſſe quæ poſſunt juſto ,,
judicio & nulla temeritate culpari. ,,
Et libro de vera Religione cap. 3. di- ,,
cit: Quicquid in meis litteris erroris ,,
invenitur, hoc ſolum mihi eſt tribu- ,,
endum: quicquid autem verum & ,,
bene expoſitum, illud uni om- ,,
nium remuneratori ac largitori tri- ,,
buatur. Patet ergo dicta Auguſti- ,,
ni Doctoris egregii non ſemper, & in ,,
omnibus continere eandem verita- ,,
tem, cum ipſe circa ea dubitet, er- ,,
ravit, an non. Tum quia diſcor- ,,
dia in ſcriptoribus teſtimonium eſt ,,
falſitatis, quia neceſſe eſt quod alter ,,
diſcordantium falſum dicat, cum al- ,,
tera pars contradictionis neceſſario ,,
ſit falſa. ,, *Tum conſequenter ponit no-
ſter Doctor plures in ſacra doctrina con-
troverſias, circa quas pugnantes ſunt SS.
Patrum ſententiæ.* ,, Unde Auguſti-
nus contra Hieronymi ſcripta in epi- ,,
ſtola 12. ad Hieronymum, ſic di- ,,
cit: Ego enim fateor charitati tuæ, ,,
ſolis eis ſcripturæ libris, qui jam ca- ,,
nones appellantur, didici hunc ti- ,,
morem honoremque deferre, ut ,,

Digitized by Google

„ nullum horum auctorem ſcribendo „ erraſſe aliquid firmiſſimè credam, „ aut ſi aliquid in eis offendero litteris „ quod videatur contrarium veritati, „ nihil aliud quam mendoſum eſſe co- „ dicem, vel interpretem non aſſecu- „ tum eſſe, vel me minime intellexiſſe „ non ambigam. Alios autem ita le- „ go, ut quantalibet ſanctitate vel do- „ ctrina polleant: non ideo verum pu- „ tem, quia ipſi illa ſenſerunt: ſed quia „ mihi per alios auctores canonicos, „ ſcilicet S. Scripturæ, aut probabili, „ id eſt, evidenti ratione quod à vero „ non abhorreat perſuadere poterunt. „ Nec te frater mi arbitror ſic libros „ tuos legi velle ſicut Prophetarum & „ Apoſtolorum, de quorum ſcriptis, „ quod omni errore careant, dubitare „ nefarium eſt. Abſit hoc de pia hu- „ militate & de veraci de temetipſo co- „ gitatione. Ipſe etiam Auguſtinus 3. „ de Trin. cap. 1. dicit: ſanè cum in „ litteris meis non ſolum pium lecto- „ rem; ſed etiam liberum correcto- „ rem deſiderem, multò maximè in iis, „ ubi ipſa magnitudo quæſtionis verſa- „ tur: utinam tam multos inventores „ habere poſſit, quam multos con- „ tradictores habet. Verumtamen „ velut lectorem meum nolo mihi eſ- „ ſe deditum, ita correctorem nolo ſi- „ bi: Ille non amet me plus quam „ Catholicam fidem, iſte non amet „ ſe plus quam Catholicam veritatem. „ Sicut illi dico, noli meis litteris qua- „ ſi ſcripturis canonicis inſervire: ſed in „ illis, & quod nō credebas, cum inve- „ neris, inevitanter crede. In iſtis au- „ tem litteris, quod certum non habe- bas, niſi certū intellexeris, noli firmè „ tenere. Ita huic dico; noli meas litte- „ ras ex tua opinione & contentione, „ ſed ex divina lectione vel inconcuſſa „ ratione corrigere. „ *Tandem poſt plures hujuſmodi S. Auguſtini ſententias concludit.* „ Quibus & multis aliis quæ adduci poſſent, patet, quod di- „ cta Sanctorum Doctorum non inni- „ tuntur infallibili veritati, cum in eis „ poſſit eſſe dubietas & falſitas: unde „ non eſt neceſſe eis fidem indubiam „ adhibere, & licitum eſt contra ſen- „ tire: improbare & reſpuere ac re- „ prehendere & non credere eis ſine „ periculo hæreſis. Unde quamvis di- „ cta Sanctorum numerata in Decre- „ tis 15. diſt. in Eccleſia leguntur & „ recipiuntur: non tamen ſi- ut Scri- „ ptura Sacra, aut quatuor Concilia „ quibus non licet contradicere. „

Humiliter, nihilominus tamen veraciter, locutus eſt ſanctus Auguſtinus de ſuis litteris; recteque dixit, eas non ex lectoris opinione & contentione, ſed *ex divina lectione* eſſe interpretandas, quod conſilium utinam amplexati fuiſſent illi, qui in S. Doctoris verba quaſi juraſſe viſi ſunt, ut Witclef, & Calvinus, ac inſuper divinam lectionem ad judicium infallibile Apoſtolicæ ſedis, velut ad Lydium veritatis lapidem, probaſſent, etiam nunc ſalva eſſet Catholica fides, S. Auguſtini authoritas, Eccleſiæ concordia ac unitas: Nec modo verum foret, quod ſapientiſſime obſervavit noſter magnus Waldenſis: ANXIUS AUGUSTINUS DE LIBRORUM SUORUM CALUMNIATIONE HÆRETICA, DI- *Tom. 2. cap. 31.*

CIT ILLUD ECCLESIASTICI: ODIVI OMNEM LABOREM MEUM, QUO LABORAVI SUB SOLE.

Quæ modo de authoritate S. Auguſtini diſſerui ex noſtro Illuſtriſſimo Guidone, admodum præclare ac ſolidè confirmat *Quæſtio Theologia excerpta ex publicis lectionibus Exim. D. Nicolai du Bois in univerſitate Lovanienſi Profeſſoris. An Bullis Pii V. Gregorii XIII. adverſus Bajum, Innocentii X. & Alexandri VII. contra Ianſenium, aut aliis Pontificum Decretis, recte opponatur doctrina Auguſtini; ſitque ejus ita irrefragabilis authoritas, ut ab illis etiam refragantibus aliis Patribus & Pontibus gravibus rationibus recedi nequeat, & accedi ad aliorum Patrum, vel Eccleſiæ Doctorum adverſam ſententiam?* Hæc. *Quæſtio* ex. accipe reſponſionem

,, Hoc affirmarunt & affir-
,, mant Janſenii Patroni, cenſentes
,, ejus opus *de gratia*, & propoſitiones
,, ex eo excerptas ab Epiſcopis Galliæ,
,, ac Innocentio X. præſentatas non
,, potuiſſe condemnari *in ſenſu à Janſenio intento*, ſeu quem ejus verba &
,, contextus ſignificant, niſi ſimul
,, condemnetur Auguſtini doctrina,
,, & conſequenter Eccleſia, quæ toties
,, hanc approbavit, & ſuam fecit, ſibi
,, ipſi contradicat. Addiderunt quæ-
,, ſtionem iſtam *de ſenſu* eſſe facti: in
,, ſimilibus Pontificem & Eccleſiam
,, errare poſſe. Sed quantum à no-
,, tione quæſtionis facti aberrent, o-
,, ſtendi fuſe ante annos duodecim *in*
,, *Quæſtionibus Lovanii impreſſis*; qui
,, bus nullus adverſariorū reſpondere
,, hactenus potuit. Oſtenderunt etiam
pridem doctiſſimi viri Hartbertus ,,
Abellii, Herincx Epiſcopi; Annatus, ,,
Moraines, Deſchamps, aliique in ,,
ſcriptis Auguſtini (uti eorum opera ,,
oſtenderunt) verſatiſſimi, longè ,,
à vero ſenſu tanti Patris aberraſſe ,,
Janſenium. Nec illis reſponſum fuit, ,,
niſi quod ſcommata quædam repoſi- ,,
ta, & quæſita fuerint diverticula, ad- ,,
huc non ita pridem ab Henrico No- ,,
ris *in vindiciis Auguſtinianis*; qui ,,
prima vice à me lectus aliquid dice- ,,
re videbatur; ſed dum iterato re- ,,
voluo, & verba Authorum ab eo ,,
citatorum, cum fontibus, & iis quæ ,,
poſtmodum ſcripſerunt Reſequeni- ,,
us, & Neuſſer, confero; paleas lo- ,,
co tritici juvenio. Specimen aliquod ,,
dabit hoc ſcriptum, quo breviter ,,
ea attingo, quæ ad iſtius libri calcem ,,
congeſſit magna ex parte mutilata, ,,
impertinentia, in ipſum pugnantia: ,,
& quorum præcipua prius à Janſe- ,,
nio, deinde ab ejus ſectatoribus, ſæ- ,,
piſſime in pulpitis decantata ab an- ,,
nis pœne quadraginta, & deinceps ,,
adhuc à paucis diebus adhuc repeti- ,,
ta, diſſimulatis ſolutionibus, quas ,,
ſupra tacti viri dederunt, & quas ,,
ex parte hic repeto, evaſionibus oc- ,,
curro: & iis quæ recenter addidit ,,
Racematoria Synodus, cum Henri- ,,
co Noris, reſpondeo. ,,

Primo itaque ipſis oppono, quod ,,
teſte Janſenio *tomo* 1. *lib*. 7. *cap*. 17. ,,
& tomo 3. *lib*. 3. *cap*. 20. pene quot- ,,
quot Auguſtinum anteceſſerunt, ,,
docuerunt oppoſitum ejus quod ibi ,,
Auguſtino tribuit, & quem illis de- ,,
ſertis ſequendum cenſet: quod ſi ita ,,
,, eſt,

Digitized by Google

„ eſt, unde nobis conſtabit de traditione, aut cur doctrina, cujus oppoſitum, ut dixi, Auguſtino tribuit, non debet cenſeri Eccleſiæ, & traditio?

„ Secundo, quid ſi ab una parte ſtent duo vel tres Patres, præſertim ex antiquis celebrioribus, v. g. Hieronymus, *quem* (ut cantat Eccleſia in ejus feſto) *in exponendis ſcripturis Doctorem maximum Deus Eccleſiæ providit.* Item Chryſoſtomus, de quo pariter in ejus feſto cantat Eccleſia: *multitudinem, pietatem ac ſplendorem concionum, cæterorumque ejus ſcriptorum, interpretandi etiam rationem, & inhærentem ſententiæ ſacrorum Librorum explanationem omnes admirantur, dignumque exiſtimant, cui Paulus Apoſtolus, quem ille mirifice coluit, ſcribenti & prædicanti multa dictaſſe videatur.*

„ Tertio, quid ſi aliquid reperiatur in ſcriptis Hieronymi adverſus Ruffinum, de quibus Concil. Rom. ſub Gelaſio dicit: *illa ſentimus quæ Hieronymum ſentire cognoſcimus*, & oppoſitum ejus inveniatur in Auguſtino? Difficultas hæc magis apparebit, ſi ponderetur integra ſententia Concilii, & circumſtantiæ temporis, quo habitum eſt. Habitum eſt autem anno 494. & in eo diſcuſſi ſunt ſumma diligentia antiquorum Patrum Libri, etiam Auguſtini: ad hoc enim congregatum fuit, ut ſciretur qui libri eſſent ab Eccleſia recipiendi. Laborabat quoque Eccleſia, ut extirparet reliquias Pelagianorum, adverſus quas etiam opuſcula ſcripſit Gelaſius. Sententia autem Concilii integra hæc eſt. *Ruffinus vir religioſus plurimos Eccleſiaſtici operis dedit libros, nonnullas etiam ſcripturas interpretatus eſt, ſed quoniam B. Hieronymus de libertate arbitrii notavit, illa ſentimus, quæ Hieronymum ſentire cognoſcimus. Et non ſolum de Ruffino, ſed etiam de univerſis, quos vir ſæpius memoratus Zelo Dei & fidei Religione reprehendit.* Ergo Concilium idem ſentit quod Hieronymus in operibus adverſus Pelagianos & alios: & tamen aſſerente Janſenio tom. 1. lib. 7. cap. 4. Auguſtinus à Hieronymo in multis capitibus diſſentit. „

Quarto, dixerunt quidam adverſarii ſæpius, ea quæ Auguſtinus non reperitur retractaſſe, cenſetur in ſenectute approbaſſe, tantum autem retractavit aliquas ſententias in duobus libris Retractationum: ergo. Ego vero invenio in Auguſtino, quod plures Retractationum libros conceperit, quam duos illos qui ad nos pervenerunt, id conſtat ex Epiſtola ipſius *ad quod vult Deus*, quæ habetur tomo 6. præfixa libro *de hæreſibus*. Idem colligitur *ex cap. 3. de prædeſtinatione Sanct.* ubi ait, *cum opuſcula mea cuncta retractarem, eamque retractationem ſtylo proſequerer, cujus jam duos libros abſolveram.* Abſolverat autem illos duos triennio ante, ſeu anno 426. teſte Rivio *in vita S. Auguſtini.* Hunc autem librum *de prædeſt. Sanct. ſcripſit* anno 429. & poſtea ſcripſit librum *de bono perſeverantiæ*, in quo *cap. 21. prope finem* „ dicit,

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE

Digitized by Google

,, dicit, *ſe libros Retractationum facere.*
,, Dum ergo in Auguſtini operibus, de
,, quibus libros Retractationum non
,, habemus, occurrunt aliqua ab alio-
,, rum Patrum opinione aliena, qua-
,, lia eſſe in expoſitionibus ſuper pſal-
,, mos teſtatur Hieronymus *in epiſt.* 92.
,, *in fine.* Quæro cur non liceat conji-
,, cere & dicere, quod illa retracta-
,, vit Auguſtinus, ſed retractatio ad
,, nos non pervenit, vel ut loquitur
,, Eſtius *in* 1. *ad Corinth. cap.* 10. *v.* 30.
,, *fuiſſet illa retractaturus ſi eo uſque re-*
,, *tractationis opus perduxiſſet.* Audi
,, etiam quid ſcribit Henricus Noris
,, *in vindiciis Auguſtinianis cap.* 4. §. 120
,, *Auguſtino non licuit omnia dicta per-*
,, *pendere: aliquoties etiam ſcripſit animo*
,, *diſtracto ac calamo ad alia properante;*
,, *adice immenſam illam hereſum Sylvā,*
,, *cui excidendæ ac comburendæ unus*
,, *ſecurim & facem admovit Auguſti-*
,, *nus. Nunc enim Manichæi, modò*
,, *Ariani confutandi erant: nunc in Do-*
,, *naſtitas ſcribendum: ſtatim contra*
,, *Pelagianos eundum: ſæpe ſimul omnes*
,, *improbandi, neque hoc quidem com-*
,, *mode fieri poterat ob innumeras tum*
,, *voce, tum per litteras petitas & datas*
,, *conſultationes. Haud in novum an-*
,, *num volumina premere illi licuit, ſed*
,, *impolita atque imperfecta emittere co-*
,, *gebatur, tantiſque temporum anguſtiis*
,, *premebatur, ut nec dictatos libros re-*
,, *legere poſſet.* Hactenus ille. Adde
,, quod & ipſo anno, quo duos libros
,, Retractationum primos, & quos ha-
,, bemus, confecit, etiam perfecit li-
,, bros *de doctrina Chriſtiana*, *de Ge-*
,, *neſi ad litteram. Speculum de vete-*
ri & novo Teſtamento, teſte Rivio, ,,
in vita S. Auguſtini lib. 4. *cap.* 5. & ,,
ad calcem ejuſdem in Chronologia & ,,
nihilominus ut ipſe Auguſtinus te- ,,
ſtatur *ad quod vult Deus* continuando ,,
dictos duos Retractationum libros, ,,
recognovit operum priorum libros ,,
33. An credis quod plura non fuiſſet ,,
animadverſurus, ſi a cæteris occu- ,,
pationibus fuiſſet liber?

Reſpondet deinceps Doctor vere eximius Nicolaus du Bois aliquorum Pontificum epiſtolis, & diverſorum etiam Sanctorum ſententiis, quæ a Janſenio, Henrico Noris, Havermantio, & aliis allegantur pro omnimoda & infallibili authoritate eorum, quæ præſertim *de gratia* ſcripſit S. Auguſtinus, & quæ ipſe in dictis duobus libris Retractationum non improbavit: exhibebo reſponſionum quædam ſpecimina contra Henricum Noris: reliqua videat Lector apud Authorem, ac inveniet nullum Pontificem, aut Sanctum Patrem favere adverſariis.

Allegat Henricus n. 63. D. Tho- ,,
mam probantem Auguſtini di- ,,
ctum. Audiat eundem *in quæſtio-* ,,
nibus diſputatis quæſt. 4. *art.* 2. *ha-* ,,
rum propoſitionum prima, ſcilicet Au- ,,
guſtini, *eſt ſubtilior magis ab irriſione* ,,
infidelium Scripturas defendens: ſe- ,,
cunda vero eſt planior & magis verbis ,,
litteræ quoad ſuperficiem conſona. ,,

Allegat n. 8. 14. 23. 29. 67. 89. ,,
Sancti Remigii & Eccleſiæ Lugdu- ,,
nenſis ſcripta quibus laudatur Au- ,,
guſtini doctrina. Sed omittit more ,,
ſuo illud, quod idem in ipſo, quod ,,
ſæpius allegat, *de tenenda veritate* ,,
,, *Scri-*

,, Scripturæ cap. ult. ſcribunt : *Cum*
,, *ergo hæ duæ opiniones in præfato de hac*
,, *re prapoſitæ & expoſitæ fuiſſent, ſubje-*
,, *ctum protinus valde utiliter, & di-*
,, *ctum : quolibet quis acquieſcat mo-*
,, *do, non eſt hæreticus, niſi contentio-*
,, *ne. Similem quoque ſententiam beatus*
,, *Papa Cæleſtinus de quibuſdam profun-*
,, *dioribus quæſtionibus in decretis ſuis*
,, *poſuit, dicens de eis; quæ ſicut non*
,, *audemus contemnere, ita non neceſſe*
,, *habemus aſtruere. Sit ergo inter nos*
,, *etiam de hac re iſtiuſmodi pia cautela*
,, *& moderatio, quatenus & Sanctis*
,, *debitus ſervetur honor, & quolibet*
,, *quis acquieſcat modo ex illis ſenſibus,*
,, *qui de hac ſententia ab eis poſiti ſunt,*
,, *non judicemus eſſe hæreticum; ſed po-*
,, *tius vitemus contentionis malum, per*
,, *quod etiam de pacificis & Eccleſiaſticis*
,, *ſenſibus poteſt, qui contentioſus eſſe vo-*
,, *luerit, hæreticum efficere quod ſentit.*
,, *Itaque in rebus talibus nos ipſos ſalubri*
,, *moderatione, ut nec contemnere audea-*
,, *mus, nec quaſi neceſſariò affirmare co-*
,, *nemur: memores ſemper illius Apoſto-*
,, *licæ ſententiæ : ſi quis autem videtur*
,, *contentioſus eſſe, nos talem conſuetu-*
,, *dinem non habemus, neque Eccleſia*
,, *Dei. Legamus ergo pacificè, & quan-*
,, *tum Dominus donat, intelligamus*
,, *dogmata Eccleſiaſticorum virorum,*
,, *nec pro aliis Doctoribus adverſus alios*
,, *litigemus: quia & ipſi inter ſe pacifici,*
,, *unuſquiſque in ſuo ſenſu abundave-*
,, *runt, alius quidem ſic, alius autem ſic,*
,, *expectantes fideliter atque humiliter,*
,, *quod Apoſtolus promittit dicens: & ſi*
,, *quid aliter ſapitis, hoc vobis Deus re-*
,, *velabit : nam qui non tranquillè &*
pacificè moderatur quod ſentit, ſed ſta- ,,
tim paratus eſt ad contentiones, diſſen- ,,
ſiones & ſcandala : etiamſi non habeat ,,
hæreticum ſenſum, certiſſime habet ,,
hæreticum animum. Hæc concoquat ,,
Henricus, concoquant Janſenii Pa- ,,
troni, & Racematoria Synodus. ,,

Allegat n.64. Remigium Antiſio- ,,
dorenſem ſuper epiſt. 2. ad Cor. ſed ,,
omittit, quod idem Remigius ſæpe ,,
Ambroſii & aliorum ſententiam ab ,,
Auguſtino diverſam probat, vel am- ,,
plecti permittit v. g. ſuper epiſt. ad ,,
Rom. cap.2. 7. 9. &c. ,,

Allegat n.14. Bonaventuram lau- ,,
dantem certam Auguſtini expoſitio- ,,
nem. Atqui S. Bonaventura in 2. ,,
ſentent. diſt.33. quæſt.2. diſertè aſſe- ,,
rit Auguſtinum agendo de pœna ,,
parvulorum ſine baptiſmo deceden- ,,
tium, *plus dixiſſe, minus intelligi vo-* ,,
luiſſe. Et Exim. Lupus part. 5. Sy ,,
nodicorum pag. 322. ait, quod Pa- ,,
trum verba circumſcribere poſſit ex ,,
cauſa, & ſoleat Eccleſia. Cur? niſi ,,
quia interdum plus ſonant. Quin ,,
etiam Philippus II. Auguſtæ memo- ,,
riæ Rex in erectione Seminarii ſui ,,
Lovanii, ex doctiſſimorum Theo- ,,
logorum conſcripta judicio, decre- ,,
vit, *ut ejus alumni non tantum à Ba-* ,,
ianis propoſitionibus, ſed etiam ab ejus ,,
phraſibus penitus abſtinerent, quarum ,,
tamen phraſium & propoſitionum ,,
plures in Auguſtino reperiri, fusè aſ- ,,
ſerit, contenditque Janſenius. ,,

Quapropter Auguſtus Valerius ,,
Cardinalis doctiſſimus, quem allegat ,,
Henricus Noris n.71. ſcribit *in ſua* ,,
Rhetorica Eccleſiaſtica lib.3. c.42. B. ,,

Digitized by Google

„ *Auguſtini ſcripta Clerici caute admodū* „ *legant; ita enim ingenii acumine præſti-* „ *tit, & de rebus difficillimis tam ſubti-* „ *liter diſputavit, ut non mediocri inge-* „ *nio præditi viri, Libros ejus legentes in* „ *errores aliquando lapſi ſint.* Quid mi- „ rum ſi lapſi ſint Janſenius, Bajus, & „ cum Catholicis hæretici: Quare „ non potui probare praxim eorum, „ qui à Theologis Tyronibus legenda „ ſuadent,& ut à mulierculis legantur, „ in vernaculum idioma transferunt „ (quod ſeveriſſime priori ſæculo „ Principes noſtri adverſus hæreticos „ ſimilia tentantes prohibuerunt) o- „ puſcula ejuſdem, præſertim poſterio- „ ra de gratia, in quibus multa eſſe in- „ tellectu difficillima, docti cenſent.

„ Quod dixere Valerius, Bonaven- „ tura, & alii, ſenſit quoque Cor- „ nelius Muſſus Bituntinus Epiſcopus, „ in Concilio Tridentino Conciona- „ tor ſuper *cap. 5. epiſt. ad Rom.* ſcri- „ bens: *non ergo vos moveat Auguſtinus* „ *vel tantillum, hoc enim eſt illi peculi-* „ *are, ut, cum aliquem expugnat er-* „ *rorem, tanta vehementia illum exagge-* „ *ret, ut alteri oppoſito cauſam præbere videatur. Ita cum Arium inſecta* „ *tur, videtur favere Sabellio: cum* „ *Pelagium; Manichæus, cum Mani-* „ *chæos, Pelagio:* „ & paulo poſt citatis adverſus doctrinam illam *de pœna parvulorum* (quæ hodie Auguſtino adſcribitur) pluribus Patribus, ſubjungit: *abſit ut propter unius Auguſtini authoritatem à Sanctis Patribus (adde, à pietate, à ratione) diſcedam: Diſplicerem & ipſi Auguſtino, ſi tot tantiſque neglectis Patribus illi uni adhærerem.* Hæc, inter alia lectu digniſſima, ſtrenuus ille avitæ Religionis Zelotes, quibus doctrina noſtri Illuſtriſſimi Guidonis roboratur ac illuſtratur, proindeque quæſtionem illam Theologicam, de S. Auguſtini authoritate, quivis veritatis æquus arbiter ac amator magni meritò faciet, tamquam maxime neceſſariam ad ſedādas modernas diſſenſiones circa authoritatem & doctrinam ſancti & magni Auguſtini, cui ne quidquam intendo detrahere, ſed ex monito noſtri Guidonis reverenter legere, & juxta Eccleſiæ mentem intelligere.

CAPUT XII.

Tom. 1. doctrina 9.

Hæreticorum morem hunc eſſe, aſſerit VValdenſis Carmelita, ut pro defenſione Magiſtri dicant: Doctrinam ejus non intellexiſti: falsò verba ejus recitaſti: *& his ſimilia.*

„ CAvete inſuper Chriſti fideles à „ fermento Phariſæorum, & doctrina diſcipulorum Wicleff, de- „ fendentium Magiſtrum ſuum con- „ tra

„ tra Catholicum, & dicentium (ut „ ſolent) falsò imponit iſte noſtro „ Witcleff, falsò recitat, Logicam „ ejus non attingit, aut Scholia ejus „ omittit, aut Scripturas non inducit, aut mendaciter vel inefficaciter Au- „ guſtinum intulit, & Doctores, ſcio „ quod hæc, & hujuſmodi, contra me „ latrabunt, ſicut contra patres meos „ auſi ſunt garrire. „ ET HOS DEVITA. 2.Tim 3.

CAPUT XIII.

Novatores criminum ſuorum ſcabiem Catholicis affricare præſumunt. Ex Everbardo Billichio Carmelita, ſuffraganeo Colonienſi: in Defenſione Univerſitatis Colonienſis contra Hæreticos. *Pag. 14.*

„ CUm ſint ipſi maledici, nos quo- „ que eodem vitio notare, ac cri- „ mina, quibus à plantis ad verticem „ uſque involuti ſunt, transferre & in „ Catholicos *audent*. Videntur mi- „ hi homines iſti ſimiles latronibus, „ pacatam aliquam civitatem præda- „ tionis cauſa invadentibus, qui (ubi „ cives pro ſui defenſione ad arma „ concurrerunt) culpent non ſe, ſed „ cives, querantur ſibi vim inferri, „ cum potius inferant: cives eſſe pacis „ impatientes, cum ipſi inferant bel- „ lum: cives offendere, cum ipſi in- „ ſiliant, pacatoſque perturbent & in- vadant: cives quærere ſpolia, cum „ ipſi prædatum veniant: cum cives „ ad arma neceſſitas, hoſtes libido „ impulerit & rapacitas. Non ali- „ ter profectò genus iſtud ſcriptorum „ facit, lædunt, & ſe lædi ſine cau- „ ſa queruntur: invadunt, maledi- „ cunt, convitiantur, criminantur, „ atque: ubi repelluntur, queruntur „ ſe peti, ſe invadi: quum nos „ ad veritatis & Eccleſiæ defen- „ ſionem neceſſitas, illos ad op- „ pugnationem ſola extimulaverit „ libido. Sed de hoc ſatis. „ ET HOS DEVITA. 2.Tim.3.

CAPUT XIV.

Novatores dum bellum parant, pacem ſuadent.

Prov. 16. VEriſſimè, inſpiratus Spiritu veritatis, dixit mortalium ſapientiſſimus: *labiis ſuis intelligitur inimicus, cum in corde tractaverit dolos: quando ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei: quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius.* Perſpicuum namque id eſt in Novatoribus, inimicis veritatis, cum enim adverſus fidem, ac Eccleſiam meditantur bellum, monent, aut etiam jubent, Catholicos eſſe quietos, ac imperturbatos, quandoquidem, ut jactitare ſolent, novus, abditæ hactenus fidei veritatis, ipſis ſplendor affulgeat. O blanduli tractatio doli! moliuntur inquietudinem, & quietem conſulunt, ingruit bellum, & armorum diſſuadent apparatum, lupi inſidiantur ovili, & ovibus ſuadent ſomnum, & canes monent obmuteſcere, ac paſtores porrectis dormitare pedibus: vulpes demoliuntur vineam, & retia, quibus capiantur, ad trabes cupiunt ſuſpenſa; navis feri maris jactatur undis, & nauclerum optât è terra ſpectare naufragium: ædificium minatur ruinam, & cuncta ipſis ſunt ſarta tecta: incendium æſtuat, & ne de aqua ſimus ſolliciti, enixè commendant. Turbatur, inquam, ſimplicium Catholicorum devotio, Eccleſiæ Sacramenta abolentur; ſanctorum cultus, velut Paganiſmi ac Judaiſmi reliquiæ, impugnatur: inſidiantur ut perſonati lupi ovili Chriſti, ac velut olidæ vulpes florentem Eccleſiæ vineam inficiunt ac arrodunt: Navicula Petri periculoſis concutitur fluctibus: domus Domini ſuffodiuntur fundamenta: & in præſentiſſimis hiſce omnibus periculis, ſubmittunt inimici doloſi vocem ſuam, monentque, neminem oportere turbari, aut inquietari: at ſibilat ſerpens: *ne credideris ei*: ſecuritatem ſuadent, ut ſecurius ſimplicium turbent, ac impediant devotionem; Sacramenta nolunt propugnari, ut poſſint expugnare; Sanctorum cultum, aliaque Catholicæ Religionis exercitia, optant vilipendi, ut funditus poſſint ſubverti: fidei defenſoribus, cultus Dei, Divorumque promotoribus ſeditionis, avaritiæ, aliorumque criminum labem affricant, & adhuc perſuadent ſimplici plebi, ipſos in portu navigare. Verum, *ne credideris eis*, ſed Chriſto monenti: *attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Matth. 7. *Attendite à fermento Phariſæorum quod eſt hypocriſis.* Luc. 12. Sed Petro Apoſtolo: *vigilate quia adverſarius veſter diabolus tamquam Leo rugiens circuit,* 1. Petr. 5.

Cap. 2. *cuit, quærens quem devoret: cui reſiſtite fortes in fide.* Sed Habacuc Prophetæ dicenti: *ſuper cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem:* (Eccleſiæ) *& contemplabor, ut videam quid dicatur mihi* (ab hominibus fallacibus) *& quid reſpondeam ad arguentem me* de turpi quæſtu, de Paganiſmo, de Judaiſmo, de vana in Sanctos fiducia, &c. Sed magno Patri Baſilio, Paſtori vigilantiſſimo: *cavete malos operarios.* Si horum Spiritus Sanctus organorum voces audieritis, ô plebs Catholica! læti, quietique cantabitis Domino cum Jeremia: *Et ego non ſum turbatus, te paſtorem ſequens.* Epiſt. 62. ET HOS DEVITA. 2. Tim. 3.

CAPUT XV.

Ordinum Religioſorum ſplendor, Hæreticorum oculis inviſus. Ex Thoma VValdenſi Carmelita, in Prologo libri 3.

Pſal. 148. „ SÆpe expugnaverunt me à juventute mea, dicat nunc Iſrael: ſæpe „ expugnaverunt me à juventute mea: „ etenim non potuerunt mihi. Lachrymoſa proles Matris Eccleſiæ, „ quia ad Deum non ſine difficultate „ pergit per gratiam, à quo ſemel ſua „ ſponte retroceſſit per culpam: ita „ quantò magis anhelat ad ardua, tantò ipſi prodigalius ſuccedunt adverſa: & undique cum petat iter ad patriam, æmuli charitatis, Religionis tyranni, incentores proterviæ, „ carnifices innocentiæ, ſuaſores culpæ, gratiæ repreſſores, ſanctitatis „ tortores, laniſtæ profeſſorum, fautores apoſtatarum, & omnis clauſtralis pietatis oppreſſores ultronei, „ infamiis urgent, cachinnis & ſibilis „ inſultant, improperiis agitant, & modo quo poſſunt contemplationis „ veræ pennas viſco argumentoſæ intricationis includunt, & penè eò fit „ apud Religioſos hodiernos, ut Sanctum deſiderium æternorum, blaſphemis ſuadelis pertinacium Lollardorum aut perire cogatur, aut ſi „ conſtans eſt animus, defervere; habentium in ore dictum illud fraudulenti Triphonis & ejus Satellitum, „ 1. Mac. 12. poſtquam dolo concluſit & occidit „ principem Judæorum: Non habent „ adjuvantem (inquiunt) nunc ergo „ expugnemus eos, & tollamus de „ hominibus memoriam eorum. Sed „ ſic dicentes Gyezitæ ſunt, carnales „ inimicos objicientes, perſecutores „ allegantes Eccleſiæ, quos vel in præſenti obtinent, vel habita opportunitate futuros expectant. Sed „ clau-

Digitized by Google

4. Reg. 6. ,, clauſtralis Heliſeus grandi fide con-
,, templatur Deum Deorum in Syon,
,, & firma mente prophetans, Plures
,, (inquit) nobiſcum ſunt quàm cum
,, illis. Sic enim inter quotidiana ſu-
,, ſpiria Religionis perfectæ Profeſſor
,, matrem Religionem voce querula
,, interpellat, cur tantæ perfectionis
,, obſervabis, jam arguitur, ſuperſti-
,, tioſa, contra Chriſti legem inventa
,, & quantum ad vulgarem Chriſtia-
,, nam Religionem addit, tantum eſ-
,, ſe ſuperfluam, contemnendam pro
,, votis, & ſubridendam pro ritibus,
,, & quaſi à ſenibus & teneris, magnis
,, & parvis, hæretica lingua ſtrepen-
,, te vindictam, ac ſi peccatrix eſſet,
,, vindictam ſentit in nationibus, &
,, increpationes in populis. Statim
,, occurrens mater Religio, & inſe-
,, rens lamentum illud univerſalis Ec-
,, cleſiæ: Sæpe (inquit) expugnave-
,, runt me à juventute mea, dicat nunc
,, Iſrael. Nunc admirantur Eccleſiæ
,, filii, & Religionis cultores perſecu-
,, tionem ſuam: dicat ergo Iſrael.
,, univerſalis Eccleſia, quæ numquam
,, ſe ſenſit ab hæreticorum perſecutio-
,, nibus liberam! dicat hoc Iſrael Ec-
,, cleſia particularibus Chriſti privatè,
,, quæ jure materno contraxit hæredi-
Luc. 24. ,, tariè morbum iſtum: Quid cogi-
,, tatis vana, & cogitationes aſcen-
,, dunt in corda veſtra? O filii mei,
,, qui vos inculpant, qui veſtræ detra-
,, hunt ſocietati, tamquam propha-
,, næ, nonne famoſi ſunt hæretici, e-
,, lati, propediem caſuri, aut alioqui
,, peccatores extremi? ... crede mihi:
,, non eſt hoc inſidiandi malum
novum in terra, quinimmo torto- ,,
res iſti qui vos tantum ad præſens ,,
moleſtè ferunt: Sæpè expugnave- ,,
runt me, & ne ætati deferrent eti ,,
am à juventute mea. ,, *Et infra con-*
ſolatorium ſubnectit verbum. ,, Sæ-
pè expugnaverunt me à juventute ,,
mea: etenim non potuerunt mihi. ,,
Expugnavit, id eſt, oppugnavit ,,
Jovinianus princeps, nuptos præfe- ,,
rens virginibus. Expugnavit Vigi- ,,
lantius divites eleëmoſynarios ante- ,,
ponens ſponte pauperibus. Expu- ,,
gnavit & noſter Wicleff, cujus fa- ,,
bulæ jam vulgares noſtros ad con- ,,
temptum Religionis inclinant: ſed ,,
non deſperat Iſrael noſtra mater, ,,
quia ſub hac forma inquit, ſæpe ex- ,,
pugnaverunt me à juventute mea: ,,
etenim non potuerunt mihi. Et ,,
unde hoc? quia hæreſum expugna- ,,
tiones ſemper opprimit potenter ſa- ,,
pientia, quæ eſſentialiter Religioni ,,
conjuncta eſt. ,,

Non eſt igitur recens hoc adverſus Religioſos bellum, nec novum Novatorum artificium, per Religioſorum impugnationem, cæteros fideles impetere, atque turbare. Quemadmodum enim pii, eruditique Catholici Religioſos ſemper in Cœlum uſque laudibus extulêre, (ſic enim clariſſimi Patres Tridentini Concilii lumina, eorum deprædicant laudes: *quoniam non ignorat ſancta Synodus, quantum ex Monaſteriis piè inſtitutis, ac rectè adminiſtratis, in Eccleſia Dei ſplendoris atque utilitatis oriatur*) (Seſſ. 25. cap...) ita vix ulli umquam fuere aut ſimulati Catholici, aut aperti hæretici, quibus vel ipſum nomen

men Religioſorum, aut, prout ipſi ex contemptu loquuntur, Monachorum non fuerit exoſum: ut enim apud Sanctum Athanaſium magnus ait Antonius: *omnes quidem Chriſtianos diabolus odit, ſed probos Monachos tolerare nullo modo poteſt.* Nec id ſane mirum: ille ſiquidem humani generis hoſtis antiquus, ac implacabilis, in hanc uſque horam, quacumque demum via, hominum inſidiatur ſaluti: cum vero viderit plurimas, per ſtatus Religioſi ſuſceptionem, ſibi ereptas prædas, æternaque potitas beatitudine, ne alii plures, eorum imitati exempla, ſuos evadant laqueos, illud unicum curavit plurimum, ſtatui Religioſo omni modo detrahere, eique deteſtabilia crimina appingere, ut vel hac fraudulentia homines credulos ab ejuſdem ſuſceptione deterreret. Neque in eum finem ſibi ipſi defuere miniſtri, qui ſerpentinâ ipſius præoccupati calliditate, alios poſtmodum in eandem inducere damnationem: eorum multos retulit Waldenſis, pluresque noſtra (eheu!) fert, ſuffertque ætas, Lutheranos, Calvinianos, Menniſtas, Anabaptiſtas, & neſcio cujus peregrini nominis, ac fidei ardeliones, qui cum in tam nobilem Catholicæ Eccleſiæ juraverunt patrem, portentoſa indies mendacia de Monachis confingunt, & & quacumque oblatâ occaſione, in ſymbolis, in ſuis conventiculis, in navibus, in curribus, inflatis in Monachos invehuntur buccis, horrendaſque in eos, jaciunt calumnias, cachinnos, ſarcaſmos, inimicos luſus, omneque illuſionis genus.

At vero qui ſunt hi? indigitavit eos, ſupra, Waldenſis noſter, novarum Hæreſum machinatores voluptuoſi, illecebris mundi dediti, quales paſſim ipſi notamus: atque ita ſunt homines velut canes in præſepio, ut in proverbio eſt: quoniam nec ipſi vitam Monachorum, id eſt, arctam ſalutis viam, capeſſere volunt, & capeſſentibus, ſi quos Deus vocaverit, latratibus & morſibus obſtant. Hoc vero eo faciunt fine, ſua ut pallient ſcelera: qui enim pravam duxerit vitam, alios ut nequiter vivant hortabitur; ſua enim ſcelera credit non eſſe vitia, ſi alios in iis nactus fuerit ſequaces, tantóque ſe minus credit notari, quantò ſe plures viderit imitari: & tantò econtra magis veretur pudore ſuffundi, quantò à pluribus viderit virtutem coli: vitium namque ex virtutis comparatione vileſcit. His omnibus oppono ſupra relatum Religioſorum encomium, quo eos univerſale infallibilis Eccleſiæ decoravit Concilium, ad cujus conſpectum, ut nix ad faciem Solis, univerſa Antimonachorum pereunt dicteria: plura daturus infrà, quæ merito Religioſos reddant honorandos. At interim hac in cauſa auſcultate, quotquot eſtis Antimonachi, magnum Eccleſiæ Monachum ac Præſulem S. Baſilium: *videntur* (inquit) *itaque mihi* *Epiſt. 80.* *qui odium hoc inexcuſabile contra nos induerunt, haud diſſimile ab eo facere quod habet Æſopica fabula. Quemadmodum enim illa lupum culpas quaſdam adverſus agnum producere facit, quaſi is turpe ſibi ac dedecoroſum fore putet, ſi præter juſtam rationem interimat agnum*,

Digitized by Google

agnum, à quo nihil ſit læſus, ut tamen, licet omnem quæ ex adornata calumnia intenditur, accuſationem agnus placidè diluat, nihilò magis lupum ab impetu ſibi temperare, ſed etiamſi juſtis rationibus vincatur, dentibus tamen victorem pervincere. Ita & qui odio noſtri non ſecus atque rei honeſtæ ſtudent, turpe forſan putantes, ſi abſque ratione nos odio perſequi videantur, cauſas odii contra nos & crimina fingunt. Et tantum Monachorum decus, & tantum Eccleſiæ lumen malevolorum calumnias debuit ſuſtinere. At quid miramur, ſi lucifugæ Religioſorum ſplendorem æquis oculis nequeant intueri? quid mirum etiam, ſi falſorum dogmatum architecti, veritatis oderint defenſores? *Illos præcipuè*, inquit magnus Gregorius, *reprobi in ſancta Eccleſia perſequuntur, quos multis conſpiciunt eſſe profuturos. Et grande ſe aliquid feciſſe æſtimant, cum vitam prædicatorum necant.* Hinc Novatores moderni, ut Religioſorum Concionatores, quos multis conſpiciunt prodeſſe ad animarum ſalutem, in plebis adducant vilipendium, hiſtrionum titulô eos inter ſuas epulas, & convivia inimicè riſui exponunt. *Lib. 13. Moral.* *2.T.m.3.*

CAPUT XVI.

Vitia damnare, mos Hæreticorum. Ex Thoma VValdenſi Carmelita: Tom. 1. doctrina 7. prævia.

„ CAvete item Chriſti fideles, maxime ſimplices à fermento Phariſæorum Witcleffiſtarum allicientium vos per ſanctas prædicationes, & exhortationes contra vitia. Hoc enim omnes hæretici faciunt dum primò doctrinas ſuas peſſimas ſeminare conantur. Nullus enim veneficiis ſine dulci condimento intoxicat. Audiuntur plerique dicere: ô iſte quomodo hæreticus eſt? ſanctè prædicat, vitia impugnat, Scripturas Sanctas interſerit, Chriſtum annuntiat. Sed Chryſoſtomus dicit de laude Pauli: Non varias atque diverſas mihi opponas hæreſes: omnes ſiquidem prædicant Chriſtum, & ſi non omnes ſanè prædicant atque legitimè; illum enim omnes prædicant, qui in Paleſtina & natus & paſſus, qui Pontio Pilato adjudicante crucifixus eſt. Hæc ille. AUCT. Vere enim ſi quis hæreticus non prædicaret Chriſtum, non poſſet ſub nomine Chriſti decipere Chriſtianos. Niſi etiam prædicaret Scripturas: diceretur, hic Paganus eſt, quid huic auſcultamus fideles? Sed Chriſtum ſimulant, Scripturas Sanctas aſſumunt, contra vitia invehuntur, *Tom. 3. hom. 4.*

„ huntur, & ſub hoc colore, contra „ fidem Euchariſtiæ Sacramentorum, „ & ſanctorum Eccleſiæ, eò artificio- „ ſius omne quod volunt efficiunt. ô „ audivi dicere Joannem Caſtri vete- „ ris: numquam ante iſtam doctrinam „ ceſſavi peccare, quomodo tamen „ ab iſtis Witcleffiſtis tantum addi- „ dici? At ego reſpondi: væ mihi ſi tot „ ſanctis & immaculatis viris, quot „ quotidie videmus prædicare, negle- „ ctis etiam Scripturis Sanctis, & ipſi- „ us Chriſti dictis factis, aut poſt- „ poſitis, aut contemptis, nulla mi- „ hi gratia eſt emendare commiſſum, „ niſi prius audiam diabolum prædi- „ cantem: & occurrit mihi ſtatim „ quod Hieronymus in minori bre- „ viario dicit, tractans hunc textum: „ ab incurſu, & dæmonio meridiano. *Pſal.* 90. „ HIERON. Quoniam (inquit) nos „ habemus meridiem cum Deo, etiam „ diabolus transformatur in angelum „ lucis: ſed & ipſe ſimulat ſe habere „ lucem, habere meridiem, quando „ hæretici quaſi myſteria aliqua pro- „ mittunt: quando regna cœlorum, „ quando jejunia, quando ſanctita- „ tem, quando renuntiationem ſæcu- „ li promittunt meridiem: ſed quo- „ niam non eſt Chriſti lumen, non eſt „ meridies, ſed dæmonium meridia- *Doctrin.* 8. num. Hæc Hieronymus. „ *Addit vero infra*: „ ô ſi ſciretis (inquiunt) „ de quàm impia vita omnis penè „ multitudo Witcleffiſtarum erum- „ pit: ſed ſicut jumentum de minori „ luto tranſiliens ſe totum projicit in „ abyſſum, ita hæretici Witcleffiſtæ „ dum faciunt ſibi conſcientiam crimi- nis, ſaltant in voraginem hæreſis. „ Magna fraus dæmonis ut de defe- „ ctu morum intra fidem, ſub ſpecie „ plenitudinis in immenſum lacum „ perfidiæ dilabantur.

Nihil dictum verius: eſt ea vetus conſuetudo, meditantium à fide apoſtaſiam, fidelium vitia, defectus, abuſus, ſine quibus fragilis hæc non ducitur vita, ſolerti calliditate perſcrutari, venari, corradere, corraſos propalare, propalatos damnare, exaggerare; & cum defuerint veri, comminiſci falſos: veritatis hujus aſſiſtat teſtis, plurium ſæculorum experientia exploratiſſima: noſtrum interrogemus: an non Eccleſiam totam, à capite ad calcem, auſi, conatique ſunt conſpurcare, vitiis, defectibus, abuſibus, ſeu veris ſeu falſis, Lutherus, Calvinus, horumque ſimiles? quàm varias, quàm horrendas, quàm portentoſas in viſibile Eccleſiæ caput, Chriſti Vicarium, Petri Succeſſorem, Pontificem Romanum, congeſſerunt calumnias? quam deteſtabiles in externum cultum Dei, Deiparæ, cæterorumque Sanctorum, ac ſacrarum Imaginum, blaſphemias? teſtimonium perhibeat de ſe, aliorum Hagiomachorum facile coryphæus, Joannes Calvinus: *Ceremoniæ iſtæ*, inquit Hæreſiarcha, *reliquiæ quædam ſunt veteris* PAGANISMI AUT JUDAISMI. *Quid attinet, tantum auri, tantum argenti, tot vaſa pretioſa, & alia ejuſmodi ornamenta comparare ad ſerviendum Deo? vana ſunt iſta omnia, & malè collocata. Ad prædam fratres, ad prædam. Suffimenta illa & thura* *Apud Florem. Ræmund. lib.* 8. *cap.* 5

E *inventa*

inventa ſunt ethnicorum , conſuetudines pravæ , plenæ idololatria. Deplo-
Confeſſio Auguſt. art.10. rant Lutherani Auguſtani, conciones Catholicorum conſumi in commendatione fraternitatum Roſarii &c. veris neglectis virtutibus: at quam mendaciter, quam nequiter. Numquid ſupra Æthiopem denigrarunt Cleri cœlibatum , adeo neceſſarium miniſtris Chriſti , agni ſponſi Virginum? Numquid Monachatum , partem nobiliorem Eccleſiæ Catholicæ ? Quænam non monſtra abuſuum coacervarunt in Catholicos univerſos, ſummos, imos, circa fidem Purgatorii, Sacramenti Euchariſtiæ, confeſſionis auricularis, contritionis pœnitentium, Reliquiarum cultum , Religioſorum mendiciſmum , verbô, contra omne, quod ad Dei cultum, & animarum ſalutem, Sancta , Romano-Catho-ca credit, inſtituit, frequentat Eccleſia.

Quorſum verò hæ omnes impoſturæ ? vis edicam, veritatem rei comprobante eventu ? ne ſine cauſa videantur ſe, alioſque ab Eccleſia abduxiſſe : ecquæ illa cauſa ? libido, invidia , avaritia , ambitio: hæc vitia appingunt Catholicis, ut liberius honeſtiuſque in iis volutentur hæretici : non mihi habebunt fidem : at loquere tu magne Pater Auguſtine, & tibi degeneres tui credunt filii : hæretici *nihil* Epiſt.166. & 137.
habentes , inquit, *quod in cauſa ſuæ diviſionis defendant : non niſi hominum crimina colligere adfectant , & ea ipſa plura falſiſſimè jactant : ut quia ipſam divinæ Scripturæ veritatem, qua ubique diffuſa Chriſti Eccleſia commendatur, criminari & obſcurare non poſſunt ; homines per quos prædicatur in odium adducant , de quibus & fingere quicquid in mentem venerit poſſunt.* Hujuſce veritatis exempla adfert plura noſter *Anaſtaſius Cochelet Paleſtrita honoris D. Hallenſis pro Juſto Lipſio, adverſus diſſertationem mentiti idoli Hallenſis anony-* Pag.72.
mi cujuſdam hæretici. At numquid ad hanc Impoſtorum claſſem reductivè pertinent illi, qui ſuperiorum veriti authoritatem ac potentiam, piiſſima Catholicæ Religionis exercitia non condemnant apertè, imo ſpecietenus commendant, ſeu remiſſa laudant, plurimis interim adverſus ea ſtudioſe, ſpecioſeque conquiſitis, aut etiam confictis abuſibus ? ambiget æquus arbiter ? eſt enim ea familiaris Novatorum cautela, priuſquam ſibi conciliarint aut potentium favorem, aut vulgi adverſus potentes rebellionem. Detrahit, qui laudat remiſsè. ET 2.Tim.3.
HOS DEVITA.

CA-

CAPUT XVII.

Diſtinguitur triplex Hæreſeos gradus. Ex Joanne de Bachone, Doctore Reſoluto, Carmelitarum Scholarcha. In 4. q.8. art.4. Prologi.

„ CUm quis reſiſtit veritati intelligentiæ Sacræ Scripturæ, eſt in primo gradu Hæreſis. Quia Hieronymus 24. q.3. c. Hæreſis, dicit: Quicumque aliter Sacram Scripturam intelligit, quam ſenſus Spiritus Sancti flagitat, id eſt inſpirat, à quo ſcriptura eſt, licet ab Eccleſia non receſſit, tamen hæreticus appellari poteſt. „ Unde ſecundùm S. Hieronymum, & noſtrum ſapientiſſimum Magiſtrum, hæretici poſſunt appellari, qui reſiſtunt definitionibus ſummi Pontificis circa intelligentiam myſteriorum fidei, aut ſenſus Sacræ Scripturæ; nam ſummus Pontifex eſt in his infallibile Organum Spiritus Sancti; adeoque qui illius reſiſtit definitionibus, *reſiſtit veritati intelligentiæ Sacræ Scripturæ*, ſeu, *aliter Sacram Scripturam intelligit, quam Spiritus Sanctus inſpirat* Organo ſuo, quod eſt ſummus Pontifex: hæretici ergo poſſunt appellari, licet ab Eccleſia apertè non receſſerint.

„ Secundus gradus eſt, cum quis gignit falſas opiniones: Unde Auguſtinus 24. q.3. c. hæreticus, dicit: hæreticus eſt, qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ ſui gratia, falſas ac novas opiniones, vel gignit, vel ſequitur: extremus gradus hæreſis eſt, cum quis opinionem ſuam falſam, & perverſam pertinaci animoſitate defendit. „ *Paucis multa.*

Modum porrò, ac proceſſum quo quis ad extremam illam, hæreſeos pertingit perverſitatem, paucis quoque declarat noſter Incognitus, nominatiſſimus ſuper Pſalmos: *Notandum*, inquit, *quod in doctrina hæreticorum talis eſt proceſſus: quia primò ad ipſam audiendam fidelibus ab hæreticis conſulitur, ſecundò in ipſa per frequentem auditum quis habituatur, tertiò quis in ipſa habituatus, aliorum perverſus doctor efficitur.* Ad pſal. 1. v. 1. Initium igitur habet hæretica pravitas, ab auditu, aut lectione doctrinæ hæreticæ: unde mirari, ac deplorari ſatis non poteſt Catholicorum quorumdam levitas ac temeritas, qui damnoſa adacti curioſitate, magna aviditate excipiunt ac legunt libellos fermentatorum dogmatum, qui indies ab hæterodoxis, luctuoſo hoc belli tempore, Catholicis obtruduntur. Deplorandum quoque ſimplicem præ-

Digitized by Google

ſertim plebem ſe ingerere, aut admittere eorum congreſſus, atq; colloquia, quibus nihil non diſplicet, quod circa Sacramentorum uſum, externumque Religionis cultum Sancta ſtatuit Eccleſia, & veneranda ſervavit antiquitas: Unde enim hodie in multis Catholicis, nominetenus ſaltem, tantus contemptus Monachorum, niſi quia adeo enormes de eis legunt, ac audiunt à novis Reformatoribus Batavis, Gallis, calumnias? Unde tantus neglectus Sacramentorum, niſi quia audiunt derideri feſta Deiparæ, aliorumque Sanctorum, confraternitates, ſodalitia, aliaſque piiſſimas inſtitutiones, quibus Sacramentorum uſus inſtauratur ac augetur? unde tot ſibili ac cachinni in ſymbola ſeu teſſeras in honorem Dei, Deiparæ, aliorumque Sanctorum geſtatas; niſi quia audiunt ab hæreticis (ego ipſe ut inter hæreticos enutritus audivi) non opus nobis eſſe Roſarii Decadibus ut numeremus Deo preces noſtras, Sacrum Scapulare Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, lappulas fore ad nihil utiles? atque hujuſmodi de cæteris, atque inſuper omnia illa externa ſymbola, Ceremonias & ritus reliquias eſſe de Paganiſmo ac Judaiſmo ſuperſtites? hi fructus colliguntur ex auditione aut lectione doctrinæ hæreticæ: corrumpunt mores bonos colloquia prava. Et hos devita. Dixi de hac calamitate ſæpius, nam rem ſummam ſemel inculcaſſe, ſatis non eſt. 1. Tim. 3.

Hæc ſunt præmonitoria, quibus, ac totidem antidotis, vos armandos judicavi adverſum venena ſerpentis hæreſeos, ô Romano-catholici? atque imprimis vos, qui ut velitis maximè falſæ doctrinæ afflatus vitare nequitis: præmoneo vos, non ut dubius de fidei veſtræ integritate, at ut ſollicitus de veſtra in fide conſtantia ac perſeverantia: *Non apprehendit vos hæreticorum ſpirituum procella, quæ montibus Leviuſculis & ſeductioni facile expoſitis, ſubverſiones adfert & naufragia. Neque vero umquam apprehendat, precor ô Dominator omnium*: Nihilominus graſſante peſte, etiam optimè valentes contra venena ſunt inſtruendi antidotis: ſæviente Marte, & robuſtiſſimis ſunt ſubminiſtranda arma: dum, inquam, hæretica hypocriſis ſtruit inſidias & Argo opus eſt cautela, *Cavete canes (clamat Sanctus Baſilius) cavete malos operarios. Multi ſunt canes: quid dico canes? imo lupi graves, qui ſub prætextu ovicularum fraudem tegentes, ubique terrarum gregem Chriſti diſſipant.* Et hos devita. Quæ placent, bis: S. Baſil. Epiſt. 62. Epiſt. 62. 2. Tim. 3.

Fuga Laurigeros, parit illa triumphos.

CA-

CAPUT XVIII.

Perpetua meditata concordia inter Religioſos & Clerum: adverſus diſcordem Novatorum concordiam.

Lib. 14.

OPtimè, veriſſimè Seneca: ***Concordiâ parvæ res creſcunt, diſcordiâ maximæ dilabuntur:*** Quæ res major fide? quæ major Eccleſiâ fidelium? at quò, eheu! ea non dilapſa Eccleſiaſticorum præſertim diſcordiâ? ut enim anteriora prætermittam ſæcula, nihilque dicam de Eccleſia Orientali, quæ ob multiplicia inter Eccleſiaſticos Schiſmata, præſertim propter diviſionem à Capite, Vicario Chriſti, paſſa eſt excidium; ut hæc, inquam, miſſa faciam: Noviſſima ac immaniſſima Occidentalis noſtræ Eccleſiæ ſtrages, à Luthero & Calvino eidem illata, unde traxit originem? dicam gemens, ac pudore ſuffuſus: ex Eccleſiaſticorum diſcordia, ambitioſâ prognata avaritiâ: teſte Floremundo Ræmundo accuratiſſimo noviſſimarum hæreſum deſcriptore; ut proinde meritò cum ipſo exclament fideles Eccleſiæ filii: *ô ambitioſa avaritia, quam carè nobis conſtas!* ut non ſine cauſa dixerit Philoſophus; nullam capitaliorem Rerumpublicarum eſſe peſtem quam avaritiam: meritò etiam exclamarit Timon ille: *ô miſeri homines omnium malorum veſtrorum fons & origo eſt ambitio:* vera, & meliore auctore digna ſententia: Quam enim enormium criminum ambitio, obſtetricante ſibi avaritiâ, eſt fœcunda genitrix! oriuntur ex ea, quam aſſumpſi inſectandam, diſcordia, lites, jurgia: numquid apertè loquitur ſacer textus: *inter ſuperbos ſemper ſunt jurgia?* &: *radix omnium malorum eſt cupiditas?*

Conſule Annal. Baronii ann. Chriſti 1039. & alibi.

Lib. 1. c. 6. de Ortu &c.

Prov. 13. 2. Tim. 6.

Nonne profectò res prorſus eſt indigna, ô venerandi domini! ô fratres! ô Religioſi! ut, qui jubemur divina lege animas noſtras ponere pro ovibus Chriſti, fratribus noſtris, pro momentaneo lucello, pro vili quæſticulo, frequenter commutemus animas, dum ob temporalia commoda, quæ alteri quærit præripere, æſtuamus æmulationibus, diſcindimur litibus, cum graviſſimo frequenter puſillorum ſcandalo, ac cum amiſſione fundamenti, & radicis omnium bonorum, charitatis, pacis, concordiæ: rectiſſimè ſiquidem S. docet Auguſtinus: *Radix omnium malorum eſt cupiditas, & radix omnium bonorum eſt charitas, & ſimul ambæ eſſe non poſſunt*, neque erga Deum, neque erga proximum? Nonne indignum quoque, ut, qui profeſſione, habitu, geſtu, verbis prædicamus humilitatem, ac hono-

Hom. 50. hom. 8. tom. 10.

rum contemptum, ipſi inflemur ſuperbiâ ac ambitione? Nonne indignum, ut *miniſtri Chriſti, & Diſpenſatores myſteriorum Dei*, qui ſe humiliavit uſque ad beſtias, uſque ad hominum opprobrium, uſque ad plebis abjectionem, uſque ad crucem, uſque ad mortem, omni ſtudio affectent ac aucupentur honores, præcedentias, præeminentias, & pro his ventulis ac fumulis capiendis, invicem exigitent litibus, nec ſumptibus parcentes, nec charitati, nec paci, nec concordiæ. Quo igitur apud nos eſt loco lectio Magiſtri noſtri Chriſti: *diſcite à me quia mitis ſum, & humilis*? Quo illa Eccleſiaſtici: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus & coram Deo invenies gratiam, quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur*? Quo illa S. Baſilii magni Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ: *ego verò*, inquit, *quotieſcumque illud Domini noſtri mihi in mentem revoco, vel etiam audio: Ex hoc cognoſcent omnes, vos meos eſſe diſcipulos, ſi vos mutuo invicem dilexeritis. Item & illud, quod diſcipulis ſuis jamjam diſceſſurus, carnalem ſuam adminiſtrationem abſolvens, quaſi dono reliquit, inquiens, pacem meam relinquo vobis: hæc inquam, cum audio, dicere profectò non poſſum, me ſine mutua charitate, & ſine pacis flagranti ſtudio, ſervum JESU Chriſti dici meritò, & jure haberi poſſe*? Separat ſe à Chriſto, qui diſcordiâ ſe ſeparat à fratre.

1. Corint. 4

Matt 11.

Orat. de amore erga Deum, & prox.

Epiſt. Ioan. 3.

Sunt hæc lugenda mala, quibus involvimur diſcordantes: atque utinam tantum mala nobis! rupturis noſtris, (ut delibavi ſuprà) aditus ad Eccleſiæ penetralia patet hæreticis; hi omnes, mille licet diviſi in ſectas, unanimi perduellione, collatis vexillis conſpirant, ac adoriuntur Eccleſiam, ejuſque viſibile caput, Romanum Pontificem: dum interim pugiles fidei, Clerici, Religioſi, cuſtodes in vinea Eccleſiæ, inter ſeſe digladiantur, triſtibus ſeparantur odiis, litibus: dum canes excubitores ad ovilia Chriſti, prædicatores, inquam, dum Paſtores deberent arcere lupos, ſeſe invicem mordent, ſeſe dilacerant, atque ita (prodite lachrymæ, erumpite gemitus) & paſtores, & canes, & oves, & agni fiunt præda luporum. Optimè enim dixit Seneca: *concordia parvæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur*. Meliùs S. Baſilius: *ut nullum ædificium diu ſtare, & ſuſtentari poteſt, vincula ubi ſuſtuleris, ſic nec Eccleſia adaugeri, & ad ſuum faſtigium perduci poterit, niſi pacis, & charitatis vinculo conſtricta fuerit*. Pulchrè proinde canit Chriſtianus ille Virgilius, noſter Baptiſta Mantuanus, totius quondam Ordinis Generalis.

Lib. 14.

Loc. cit.

Lib. de pace.

Sydera pace vigent, conſiſtunt terrea pace.
Nil placidi eſt ſine pace Deo, nec munus ad aram.

Hi ſunt Venerandi domini, Religioſique Patres, fructus diſcordiæ noſtræ, ſelecti ex aliis innumeris, qui aut eam comitantur, aut ſubſequuntur: verum, cum & diſcordiæ incommoda, & commoda concordiæ minimè vos

vos lateant, non de his commonendi, ſed, ut ea quæ pacis ſunt, quæ pacem *Epheſ. 4.* fovent, ſemper ſectemini, humiliter obſecrandi: *Obſecro itaque vos*, fratres cum Apoſtolo, *ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes invicem in charitate, ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Hanc pacis ſollicitudinem prædico, hanc tueor, hanc intimo recondam pectoris: *Ego*, in- *Epiſt. 152.* quam, *fratres*, Venerandi domini (utor verbis, ſequor exempla mellifluі Bernardi) *quidquid faciatis, decrevi ſemper diligere vos, etiam non dilectus. Adhærebo vobis, etſi nolitis: adhærebo, etſi nolim ipſe. Olim me alligavi forti vinculo, charitate non ficta, illa quæ numquam excidit. Cum turbatis ero pacificus, conturbantibus quoque dabo locum iræ, ne diabolo dem. Vincar jurgiis, vincam obſequiis. Junctis præſtabo, ingratis adjiciam, honorabo & contemnentes me. Et nunc triſtis eſt anima mea, quod quacumque occaſione offenderim vos, eritque triſtis uſque dum veſtrâ* *Prov. 8.* *indulgentia relevetur.* Divina illa ſapientia diligit diligentes ſe, hanc diligite, hanc imitemini, & diligite diligentes vos. *Quodſi hominum ſcele-* *Loc. cit.* *ratiſſimorum conjunctio*, ait S Baſilius, *per aliquam charitatis cauſam conflatur, conſiderandum nobis magis certè eſt, cum quibus, & qua de cauſa nos conjungamus.* Si conflentur hæretici, hominum ſceleratiſſimi, cauſa perſecutionis Eccleſiæ, *conſiderandum nobis magis certè eſt*, ut conjungantur Catholici, Clerici maximè & Religioſi, cauſa defenſionis Eccleſiæ: ſi illi conſpirent cauſa exauthorationis Vicarii Chriſti, *conſiderandum nobis magis certè eſt*, ut cauſa ejuſdem defendendæ ſummæ, poſt Chriſti, authoritatis conjungamur: ſi illi conflentur adverſus Sanctorum Feſta, Sacrarum imaginum cultum, & quidquid penè Deo, Sanctiſque honoris, ac laudis, externè præſertim, in Eccleſia à fidelibus exhibetur, *conſiderandum nobis magis certè eſt*, ut uniti vinculo pacis, fortiter ſtemus, & pro feſtis Sanctorum, & pro cultu Sacrarum imaginum, & pro omni Religioſo cultu, ſeu interno, ſeu externo, quem Deo, Deiparæ, cæteriſque Sanctis offert Sacroſancta Mater Eccleſia: cujus nomine S. monet Cyprianus lib. de unitate Eccl. *qui non eſt mecum, adverſus me eſt, & qui non mecum colligit, ſpargit: qui pacem Chriſti & concordiam rumpit, adverſus Chriſtum facit, qui alibi præter Eccleſiam colligit, Chriſti Eccleſiam ſpargit.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT XIX.

Meditata concordia aſſiſtit arbiter, venerabilis Thomas VValdenſis Carmelita. de Sacramental. Tit. 9. cap. 82.

GRaſſante in Anglia peſte monſtroſiſſimæ hæreſeos Witcleffiſticæ, auctor omnis Schiſmatis, omnis pacis inimicus, diabolus, & inter Eccleſiaſticos, Sæculares ac Regulares, diſcordiæ ſemen ſparſit: fruſtra ei videbatur oppugnanda Eccleſia, ſi Clericorum ac Religioſorum foret defenſa concordia. Vidit, ſenſit peſſimi ſeminis fructus peſſimos, noſter Venerabilis, aliis beatus, Thomas Waldenſis (expugnator hæreſeos Witcleffiſticæ ex ſpeciali commiſſione ſummi Pontificis Martini V. qui etiam per ſpeciale Breve ſcripta ipſius commendat *tamquam utilia, & ſalutaria Eccleſiæ*, miſsâ ipſi Bullâ de damnatione librorum Witcleff, ac Apoſtolicâ impertitâ Benedictione ſibi, totiuſque Provinciæ ſuæ fratribus) volenſque ſtrenuiſſimus Eccleſiæ pugil gliſcenti malo adferre medelam, diſſidentium Clericorum ac Religioſorum animos adlaboravit vinculo pacis adunare: compoſitô eum in finem dialogo inter Clericum & Religioſum, nil niſi perpetuam concordiam ſpirante, ac eà propter per 24. paginas in folio, diffuſô, nihil prætermittens intentatum, ad perpetuam meditatam concordiam, unicè hæreſibus expugnandis neceſſariam, inconcuſsè ſtabiliendam. Adſitis igitur Venerandi Domini, adſitis Religioſi Patres animo concordiæ capaci; Waldenſis, arbiter pacis ſtudioſiſſimus, dabit & vobis pacem, relinquet & vobis pacem.

Exoro deinceps (*hoc dialogi inter Clericum curatum & Religioſum eſt exordium*) ſingulos Dominos meos, „ minores Angelos in Eccleſiis Dei „ Crucifixi, ſanctæ plebis Præpoſitos, „ ſic moderare, ſic ſe præferre Clau- „ ſtralibus, ut non rapinam arbitren- „ tur ſe Sanctis Præſulibus coæquales. „ Multos extulit & revera feſellit aſſer- „ tio illa ſolemnis, ne ſe coram Chri- „ ſto judice valeant excuſare, pleri- „ que non exaltaſſe cor ſuum, elatos „ oculos jeciſſe, non item ambu- „ laſſe in magnis vel in mirabilibus ſu- „ per ſe. Abſit hoc ſupercilium Wit- „ *Pſal. 130.* cleffiſticæ ſuperſtitionis hæreticæ. „ Fateor, ſi hoc non expaveſcerem de „ reliqua religionis comparatione non „ ſcriberem. Ad verecundiam no- „ ſtram communem præſentibus hæ- „ reticis inter Eccleſiaſticos viros de „ „ primitate

Digitized by Google

„ primitate perfectionis cathedratim „ volat contentio: & non tantis verbis & laudibus inſtitor merces publicas vænales commendat, quantis „ ipſi merita propria meritis noſtris anteponunt, & jactant. Apoſtolica diſciplina eſt, honore invicem „ prævenientes non dedecore. Et „ item Philippenſ. 2. nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores „ ſibi invicem arbitrantes, non „ quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, „ ſed quæ aliorum. Unde qui ſe „ commendabilem judicat, ſecundùm hanc regulam ſuperbiæ notam trahit. De quo libro de ſingularitate Clericorum AUGUSTINUS, cauſa ſuperbiæ ſit elata jactantia etiam in minimis quemque „ comparabilem velle conſcribi, cum „ Paulus moneat & dicat, alter alterum ſuperiorem ſibi exiſtimantes. „ Sequitur. Minus utique de noſtris viribus ſentiendum eſt, nec fortitudini Sanctorum noſtra infirmitas comparanda: ſicut nobis Apoſtolus Paulus de ſemetipſo magiſterium proponit, & dicit: Non enim audemus comparare nos, aut „ conferre quibuſdam, qui ſeipſos „ commendant. Hæc ille. AUCT. „ Sed dicunt ex utraque parte quidam, non de noſtris meritis diſſerimus, ſed de hujus vitæ perfectionibus comparamus, ſequentes Chriſtum qui ait: Maria optimam partem elegit. Poteſt quidem fieri, „ ſed utinam comparationis ſententiam non comitetur elatio, vel invidia non diſſolvat. Ego in clauſtris „ cum fratribus agens, iſta non audio, „ quæ aguntur in publico: minus nobis videtur omne quod facimus: „ de delictis noſtris quotidianis conquerimur: lapſum religionis continuum lamentamur. Nemo, vel „ rarus ſibi vel alteri de perfectione „ blanditur. Quin potius aliis religioſis vel clericis in laudabili obſervantia, vel ſtudii aſſiduitate ſeipſum & „ ſuos gemendo poſtponit, quantum „ reor illo ſpiritu Pauli quo jam dixit: „ alter alterum ſibi ſuperiorem exiſtimet. Hæc igitur cogitando, quis „ ſibimet magnus erit? ſermone 54. „ de verbis Domini. AUGUSTIN. „ Non fruſtra dixit Apoſtolus, omnibus membris Chriſti, alter alterum „ exiſtimantes ſuperiorem ſibi, & honore mutuo prævenientes: Hæc enim ſi cognoſcetis, non eritis apud „ vos magni: magis enim cogitare „ debetis quid vobis deſit, quam quid „ vobis adſit. Quod habes, cave ne „ perdas, quod nondum habes, ſupplica ut habeas. In quantis ſis minor, tibi cogitandum eſt, non in „ quantis ſis major. Si enim cogitas „ quantum præceſſiſti alterum, time „ tumorem: ſi vero cogitas quantum „ adhuc tibi deeſt, ingemiſce, & ingemiſcens curaberis: humilis eris, „ tutior ambulans, non præcipitaberis; non inflaberis. Hæc ille. AUTHOR. Et forſan quibuſdam „ videbitur vitæ ſanctæ accommodum, ſi hac exiſtimatione Apoſtolici clerici & clauſtrales arbitrentur „ ſibi invicem cum humilitate ſuperio- „ res

Rom. 12. *Philipp. 2.* *Auguſtin. tom. 9.* *Philipp. 2.* *Tom. 7.*

„ res. Optat Sol ſolennis hoc Reli- „ gioſos facturos de Clericis, optat „ Apoſtolus de utriſque, addens non „ quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, „ ſed quæ aliorum. Aſpiciat clericus, „ & videre poterit in religioſo quid „ deſit ſibi, in quo religioſum ſibi ſu- „ periorem exiſtimat. Attendat cle- „ ricum religioſus, & è regione vi- „ debit quo ſibi clericum eminere pu- „ tabit: nec hoc fictè, quia nec jubet „ hoc Apoſtolus. Unde lib. 83. quæſt. „ q. 71. AUGUSTIN. Non enim „ fallere nos, aut adulatione potius „ uti Apoſtolus jubet cum dixit: Ni- „ hil per contentionem, neque per „ inanem gloriam ſed in humilitate „ mentis alter alterum exiſtimantes ſu- „ periorem ſibi. Non hoc ita debe- „ mus exiſtimare, ut non exiſtime- „ mus, ſed nos exiſtimare fingamus, „ ſed verè exiſtimemus, poſſe eſſe a- „ liquid occultum in alio quo nobis „ ſuperior ſit, ſi etiam noſtrum bo- „ num, quo illo videmur ſuperiores „ eſſe, non ſit occultum. Iſtæ co- „ gitationes deprimentes ſuperbiam, „ & acuentes charitatem, faciunt o- „ nera fraterna invicem, non ſolum „ æquo animo, ſed etiam libentiſſi- „ mo ſuſtinere. Hæc ille. AUTHOR. „ Hoc ergo modo Apoſtoli ad depri- „ mendum ſuperbiam & acuendam „ charitatem ſpiritualibus ſpiritualia „ poſſumus comparare: ſi religioſus „ & clericus quæ aliorum ſunt bona, „ non quæ ſua invicem contemplen- „ tur, ipſi verius dicturi ſunt de alter- „ utris; quod qui ſeipſum commen- „ dat, non enim ille probatus eſt,

Tom. 4. Philipp. 2.

ſed magis quem Deus commen- „ dat in alio. RELIGIOSUS. Vi- „ ta ſacerdotis attentè & ſine fictione „ conſpecta non dubium magnum „ continet magnæ & multiplicis per- „ fectionis compendium: ab eo fluit „ ſanctitas plebis per Sacramentorum „ officium: ab eo per quotidianæ ora- „ tionis inſtantiam, ab eo per exem- „ plum, ab eo per verbum tintinabuli „ mote ſemper ſonans, ab ipſo religio- „ ſus ipſe perficitur per Pontificem. Et „ quamvis religioſus vitam plebis tran- „ ſcendat, factus ſacerdoti cognatus, „ non tamen ullatenus coæqualis..... „ Ex his valdè commoveor, ſacerdo- „ talem gradum omni religioni præ- „ ferre, cum reverenter inclinare te- „ neor, quod inſtitutus ſum, & ejus „ manibus benedictus, & quem ſe „ qui conceditur, maximè ſi velim in „ prælaturam & ducatum aliorum aſ- „ ſurgere. Monſtrat autem honorem „ ordinis quantum noſtrum præcellit, „ dignitas loci in Eccleſia quem ipſi ad „ Sancta Sanctorum poſſident. CLE- „ RICUS. Noli frater illici graduum „ claritate, vel ſublimitate honorum. „ Aliud eſt exiſtimare de merito homi- „ nis, aliud de officio: jam cœpiſti „ de ſacerdotis vita mirari, cui honor „ loci, vel ſedulitas officii res eſt imper- „ tinens: ſicut apertè deducit 7. lib. „ regiſtri Epiſtola 28. ad Anaſtaſium „ Presbyterum GREGOR. Non, „ inquit, loca, vel ordines creatori „ noſtro nos proximos faciunt, ſed „ ei nos aut merita bona jungunt, aut „ mala disjungunt „

1. Cor. 1.

Hunc in modum inchoatum dialo- gum

gum fuſiſſimè, pulcherrimè, utiliſſiméque deducit, quò ita, Doctor concordiæ Eccleſiaſticorum ſtudioſiſſimus, Religioſos ac Clericos ex mutuarum perfectionum, virtutum, ac dignitatum conſideratione, diſſimulatis, Deoque relictis Defectibus, in mutuo fervet amore, & reverentia: tandemque concluſurus exhortatur:
„ Hac conſideratione mutua filiorum
„ Dei mutuus amor ſurgat, & ex amo-
„ re mutuo mutua admiratio, & laus
„ virtutis, ut dum Miniſter Eccleſiæ
„ aſpicit in Religioſo viro abſtinenti-
„ am, vigiliam & paupertatem, ad-
„ miretur eum, & præferat; Reli-
„ gioſus autem intuens in Clerico la-
„ bores & tolerantias plurimas, & u-
„ bertatem regiminis, cum omni
„ humilitate veneretur, & laudet:
„ nihilque hinc erit undè iſte vel ille
„ ſuperbiat, dum plus ſemper repu-
„ tet eſſe quod pulchrum videt, & ipſe
„ non habet: & ſponte fiet, quod de
„ Paulo refert Gregorius: cum omni
„ humilitate ſuperiores ſibi invicem
arbitrantes „ Hoc exoro, hoc exopto, & ne deſit imitationi exemplum, illud S. Baſilii magni Archiepiſcopi & Monachi, & S. Gregorii Nazianzeni, intueamini, imitemini: deſcribitur ab ipſo Gregorio: *ô! quomodo* (*Orat. funeb. in Laud. S. Baſilii.*) *ſine lacrymis harum rerum memoriam refricare poſſum? ſpe enim ducebamur pari, in re invidia plena, ſermonum nempè. Verum invidia aberat, æmulatio autem urgebat, certamenque ambobus erat, non uter è nobis primas ferret partes, ſed ut illas amico concederet. Nam ut invicem excelleremus proprium feceramus. Una enim ambobus anima eſſe videbatur, duobus corporibus incluſa... eratque ambobus opus unum, virtus, & ut ad ſpes viveremus futuras, priuſque abcederemus hinc, quum ſciremus planè nos aliquando emigraturos. Ad quod reſpicientes, ac omnem vitam & actionem noſtram dirigentes, ita deducebamur à mandato, virtutemque inter nos acuebamus. Et niſi mihi hoc dictu nimis ſit magnum, libra invicem eramus in qua expenditur id quod rectum eſt ac obliquum.* O imitanda cunctis Eccleſiaſticis concordia! imitabimur, ſi ad ſpes, ut Sancti illi, vivamus æternas; non ad temporalia lucra, non ad tranſitorios honores: imitabimur, ſi *ſciamus planè nos aliquando hinc emigraturos:* facilè contemnit omnia, qui frequenter cogitat ſe moriturum: *Undè verò bella & lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiſcentiis veſtris?* (*Iacob. 4.*) mortem igitur cogites, ut has refrenes, & pacem teneas.

 CA-

CAPUT XX.

Meditatæ concordiæ impedimenta expediuntur.

VNiverſalia concordiæ impedimenta, ac velut cæterorum ſcaturigines, inſectatus ſum hactenus, ambitionem videlicet & avaritiam; verum confido, non eas tam altas in virorum Eccleſiaſticorum, ſæculi profitentium contemptum, animis egiſſe radices, ut iis expediendis, opus ſit pluribus: Proinde gradum facio ad reliqua.

Diſcrepans Sacræ Scripturæ, Sanctorumque Patrum interpretatio meditatæ concordiæ impedimentum. Expeditur.

MIrum, quàm iſtud meditatæ concordiæ impedimentum hodie ſit ſolenne, lugubre, quot indè nata odia, invidiæ, æmulationes, calumniæ, contentiones, dum plures de clero Scripturam, ac Patres, Auguſtinum maximè, interpretantur aliter, aliter primi Eccleſiæ Religioſi, quilibet, ut credunt, rectè: at contradicentium neceſsè eſt errare, falli que alterutrùm, quod cum de ſe fateri velit nemo (eſt ea ſuperbiâ corruptæ naturæ conditio: pellem citius deponunt quidam, quàm dilectum errorem) hinc horrendæ ſciſſuræ, hinc lites, hinc bella, hinc penè deſperata meditata concordia, deſperata planè, niſi, quod ſuggeſturus ſum, ambabus ulnis amplectamur conſilium, niſi, inquam, Chriſtiana humilitate (ô ſi toties practicata, quoties prædicata) proſternamur ante Cathedram Petri, ante ſedem Romanam Vicarii Chriſti, ejuſque mandatis ac ſententiis, Chriſtiana, id eſt, ſimplici, ac ſincera obedientia pareamus, ac acquieſcamus. Quod ſuadeo, perſuadet ratio, Scriptura, Patres: procedam ordine, probabo ſingula.

An non præſcribat ratio, ut Superioribus, ut Parentibus præcipientibus pareatur promptè? An non ſummus Pontifex ſupremum Eccleſiæ caput? an non Papa, Pater Patrum? promptiſſimè igitur mandanti, definienti parendum: ſi namque delatæ ad eum controverſiæ, illiuſque diremptæ ſummâ infallibilique authoritate, non ex fide, ac ſincera obedientia con-

conquieſcant, ſed locus detur humanis adinventionibus, exceptionibus, appellationibus, diſtinctionibus, replicis, plicis, inquam, ac technis, controverſiarum ſapiendarum ſpes futura eſt nulla: quænam, quæſo, adeò omnibus numeris abſoluta queat pronuntiari ſententia, contra quam non excipiat, à qua non appellet, aut alio quovis modo tergiverſetur animus humanus opinionibus, ac veritatis præjudiciis præventus? an non quod aſſero, præſens teſtatur dies? quot, quamque graves in ea controverſiæ urgent, à ſui ortu uſque modo continuatæ, ob defectum humilis ac Chriſtianæ ſubmiſſionis, perſeveraturæ ſemper, ſi ſimplex obedientia, præſtanda Vicario Chriſti, ſit futura numquam. Quidècontra cauſæ eſt, cur ceſſent hodie controverſiæ, de celebratione Paſchæ, de abſolutione lapſorum poſt baptiſma, de rebaptiſmo baptiſatorum ab hæreticis, ac aliæ innumeræ? quia deciſæ à ſummo Pontifice, aut Conciliis ab eo confirmatis, ejuſque ſententiæ abſque ulla tergiverſatione à fidelibus fuêre receptæ: quod ſi ſummus Pontifex ſuam non interpoſuiſſet ſententiam, aut interpoſitam fideles amplexi non fuiſſent, in hodiernum uſque diem dictæ durarent controverſiæ, neque quid in eis Catholicum, quid acatholicum, conſtaret hodie. Liceat dicta de controverſiis Eccleſiaſticis, analogiâ ſumptâ à civilibus, illuſtrare, ac roborare: dic mihi; quis, oro, futurus litium finis, ſi litigantes ſupremi judicis definitiva nolint ſtare ſententiæ? nullus: & controverſias Eccleſiaſticas ſperas finiendas, ſi ſupremi earum Judicis, ſummi, inquam, Pontificis, novis ſemper illuſionibus repellatur ſententia? ſperas, at grande impoſſibile.

Luculentum veritati cui patrocinamur perhibet S. Scriptura teſtimonium. In Deuteronomio hoc divinum exſtat mandatum: *Si difficilè & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram: & Judicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad Sacerdotes Levitici generis, & ad Judicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem. Et facies quodcumque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus, ſequeriſque ſententiam eorum. Non declinabis ad dextram neque ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto Judicis, morietur homo ille.* Cap. 17. Divinis ad intentum documentis hic imbuimur: Primò: ſi in veteri Teſtamento populus Iſraëliticus à Deo habuerit deſignatum locum & tribunal. Tribunal, ad quod in cauſis dubiis eos oportebat aſcendere pro controverſiæ ultima diremptione; nullatenus ſanè eſt cogitandum, Chriſtianum populum hujuſmodi dubitantium ac controvertentium aſylo deſtitutum: major Deo cura erit de Judaiſmo, quàm Chriſtianiſmo? apage: quod porro

Digitized by Google

aſylum iſtud? Roma, Apoſtolica ſedes: *difficile* igitur *& ambiguum apud te perſpexiſti judicium?* *ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus:* aſcende Romam, ad Petri Cathedram. Deinde: ſi Deus conſtituerit Sacerdotes Synagogæ, qui dubitantibus indicarent *judicii veritatem*: quis ſanus neget prærogativam hanc ſummis ſacerdotibus, id eſt Romanis Pontificibus, qui pro tempore fuerint, atque præfuerint Eccleſiæ? favorem illum fecerit Chriſtus ancillæ, *ut judicii indicaret veritatem*, & non fecerit liberæ, non ſponſæ? illa fuerit verax, hæc fallax? Tertiò: ſi in cauſis dubiis, ſub mortis interminatione, Judæis ſtandum erat *imperio* ſummi *Sacerdotis* legis veteris; non impunè prævaricaberis imperia ſummi Pontificis legis novæ, in quo & Sacerdotium eſt dignius, & Imperium mitius, & munus gratiæ, ſuperbæ voluntati in obedientiam inclinandæ neceſſarium, copioſius. Denique: nullatenus à ſententia Sacerdotis licebat declinare, *neque ad dextram, neque ad ſiniſtram:* quî hi inobedientiæ notam evadent, qui omnibus modis ſe ſubducunt executioni ſententiæ Vicarii Chriſti, tantumque ſuis efficiunt tergiverſationibus, ut latâ ſententiâ, controverſiæ diremptæ non ceſſent, ſed invaleſcant; quaſi non æquè, imò minus, *indicaſſet judicii veritatem* ſummus Pontifex Eccleſiæ, quàm Sacerdos Synagogæ?

Cap. 21. Conſonat veteri Teſtamentum novum, apud Joannem, hiſcè verbis: *Simon Joannis diligis me plus his? dicit ei: etiam Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: paſce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis diligis me? ait illi: etiam Domine tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: paſce agnos meos. Dicit ei tertiò: amas me? & dixit ei: Domine tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te. Dixit ei: paſce oves meas.* Hoc loco S. Petrum ſummum Eccleſiæ Paſtorem eſſe electum, docet Doctor mellifluus, loquens enim de Petro, hæc dicit: *Non modo ovium, ſed etiam paſtorum tu unus omnium Paſtor. Unde id probem, quæris? ex Verbo Domini: cui enim non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolutè, & indiſcretè tota commiſſa ſunt oves? ſi me amas Petre, paſce oves meas. Quas? illius vel illius populos civitatis aut regionis, aut certi regni? Oves meas, inquit. Cui non planum, non deſignaſſe aliquas, ſed adſignaſſe omnes? nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil.* Lib. 2. de conſid. c. 8. Hinc S. Leo Papa: *De toto*, inquit, *mundo unus Petrus eligitur, qui, & univerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur.* Ser. 3. de aſſump. ad Pontificat. Et rurſum: *ſi quid cum eo*, Petro, *commune cæteris voluit eſſe principibus, numquam, niſi per ipſum dedit, quidquid aliis non negavit.* Epiſt. 89. Item alibi: *hujus*, ait, *muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, ut in Beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, ut ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderet.* Hinc Optatus Milevitanus: *bono unitatis*, inquit, *Beatus Petrus præferri omnibus Apoſtolis* Lib. 7. contr. Parmen.

lis

Digitized by Google

lis meruit. & claves regni Cælorum communicandas cæteris ſolus accepit. Hinc S. Cyprianus: *Primatus*, inquit, *Petro datur, ut una Chriſti Eccleſia & Cathedra una monſtretur.* Primatum hunc à Petro hæreditarunt ipſius ſucceſſores Romani Pontifices, ut præclarè ſcribit S. Bernardus Eugenio Papæ: *Age* inquit, *indagemus adhuc diligentius quis ſis, quam geras videlicet pro tempore perſonam in Eccleſia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, ſummus Pontifex. Tu Princeps Epiſcoporum, tu Hæres Apoſtolorum, tu Primatu Abel, gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, judicatu Samuel, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus. Tu es cui claves traditæ, cui oves creditæ ſunt. Sunt quidem & alii Cœli janitores, & gregum Paſtores, ſed tu tanto glorioſius, quantò & differentius utrumque præ cæteris nomen hæreditaſti. Habent illi ſibi adſignatos greges, ſinguli ſingulos, tibi univerſi crediti, uni unus.* Et alio loco eidem ſcribit Eugenio: *Quod ſi res magnas à magnis conſiderari oportet, cui æquè ut tibi id ſtudii competit, qui parem ſuper terram non habes?*

Tract. de unitat. Eccleſ.

Ibid. cap. 1.

Quorſum porrò hæc omnia? ad unitatem, ad pacem, ad concordiam: ſi igitur ſummus Pontifex Romanus ſit Paſtor noſter, & nos oves, ac agni paſcuæ ejus, æquum eſt, ut audiamus vocem ejus, æquum, ut ab eo nos duci, regique ſinamus, æquum, ut ei fideliter, ac concorditer adhæreamus, neque unus huc, alius illuc per avia & devia doctrinarum divagemur; oves diſperſæ, ac à Paſtore profugæ luporum patent incurſibus. Si ille Paſtor noſter, ab eo animas noſtras ſalutaris doctrinæ pabulo convenit enutriri: at quid, ſi oves oblatum cibum detrectent ſumere, eò quòd ſemper quidpiam in illo culpent, aut colorem, aut odorem, aut ſaporem, aut quid aliud? conclamata eſt earum ſalus, quas hæc lues infecit. At cur ille Paſtor ſummus, & omnium ovium & agnorum unus? diviſionis vitandæ cauſa: *propterea*, inquit S. Hieronymus, *inter duodecim unus eligitur, ut capite conſtituto Schiſmatis tolleretur occaſio.* Et egregiè S. Bernardus: *fortè præſentes cæteri condiſcipuli erant, cùm committens uni, unitatem omnibus commendaret in uno grege & uno Paſtore, ſecundùm illud: Una eſt columba mea, formoſa mea, perfecta mea. Ubi unitas, ubi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent ſed diviſionem, recedentes ab unitate.* Unitas optata ſervabitur, ſchiſma tolletur, ſi oves & agni, ſuperiores, inquam, & inferiores gregis dominici, unanimi conſenſu ſummi omnium Paſtoris & capitis amplectamur conſilia, juſſa, ſententias: recuſat eſſe in corpore, qui ſeparat ſe à capite.

Lib. 1. contra Iovinian. de conſil. c. 8.

Cant. 6.

Libet primatum Petri, atque adeò & Romani Pontificis, velut meditatæ concordiæ baſim, altera ſtabilire ſcriptura deſumpta ex Matthæo, ubi Chriſtus promittens Petro primatum Eccleſiæ, dicebat ei: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves regni Cœlo-*

Cap. 16.

Cælorum: & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis. Promitti hîc Petro primatum Eccleſiæ ſuper omnes alios Apoſtolos, concluditur ex duplici illâ metaphorâ *Petræ*, & *Clavium*: ex eo enim, quod ſpecialiter appellatur *Petra*, denotatur ipſum ſolum forè lapidem fundamentalem, ſuper quem totius Eccleſiæ ſtructura erat erigenda. Quòd & inde fit manifeſtum; quòd nomen *Petrus* à *petra* derivetur, & juxtà Paulum ſcribentem Corinthiis, Chriſtus etiam *petra* vocetur: indè enim convincitur, Petro tale fuiſſe datum nomen, quod & Chriſti nomini foret ſimillimum, & ab eò traheret derivationem: ut vel hac nominis participatione doceremur, Petrum Chriſti vices in terris geſturum. Conſentit huic declarationi S. Auguſtinus: *ſolus*, inquit, *Petrus inter Apoſtolos meruit audire: tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Dignus certè, qui ædificandis in domo Dei populis lapis eſſet ad fundamentum.* Et S. conſentit Ambroſius: *Petra dicitur Petrus, eò quòd tamquam ſaxum immobilè totius operis Chriſtiani compagem, molemque ſuſtineat.* Ex *Clavium* etiam metaphorâ idem elicit noſter Venerabilis P. Lezana: Claves enim non niſi Regibus & Gubernatoribus conceduntur: ſpecialiter ergo Petro conceſſæ: & non aliis, indicant Chriſtum ipſum conſtituiſſe unicum Regem, & Gubernatorem Eccleſiæ. Undè præclarè S. Bernardus ſcribit ſummo Pontifici Eugenio: *Jacobus qui videbatur columna Eccleſiæ, unâ contentus eſt Hieroſolyma, Petro univerſitatem cedens.. Porrò cedente Domini fratre,* (Jacobus dictus eſt frater Domini) *quis ſe alter ingerat Petri prærogativæ? Ergo juxta canones tuos alii in partem ſollicitudinis, tu in plenitudinem poteſtatis vocatus es. Aliorum poteſtas certis arctatur limitibus, tua extenditur & in ipſos qui poteſtatem ſuper alios acceperunt. Nonne ſi cauſa extiterit, tu Epiſcopo Cœlum claudere, tu ipſum ab Epiſcopatu deponere, etiam & tradere ſatanæ potes? ſtat ergo inconcuſſum privilegium tuum tibi tam in datis clavibus, quàm in ovibus commendatis.*

1. Corin. 10 — Ser. 16. & 28. de Sanct. — Ser. 4. — Conſult. ult. n. 6. — Lib. 2. de conſide. cap. 8.

Novum hinc meditatæ concordiæ accreſcit robur: ſi enim Petrus, ejuſque ſucceſſor ſummus Pontifex, ſit Petra, ac fundamentum primum, poſt Chriſtum, Eccleſiæ, in illud fideles omnes, velut vivi lapides debent concurrere, in eo debent amore uniri, ſibi pace cohærere, eique ut immobili ſaxo inniti: lapides à fundamento avulſi, confuſa ſunt congeries, ruina abjecta. Et S. hoc ſentit Auguſtinus: *ligna iſta*, inquit, *& lapides, ſi non ſibi certo ordine cohærerent: ſi non ſe invicem, cohærendo ſibi, quodammodo amarent, nemo huc intraret. Denique quando vides in aliqua fabrica lapides & ligna bene ſibi cohærere, ſecurus intras, ruinam non times. Volens ergo Dominus Chriſtus intrare, & in nobis habitare, tamquam ædificando dicebat: mandatum novum do vobis: veteres enim eratis, domum mihi nondum faciebatis, in veſtra ruina iacebatis. Ergò ut eruamini à veſtra ruina vetuſtate, vos invicem*

Ser 256. de temp.

cem amate. Illud verò maximopere ex Auguſtino adnotandum, ut nemo ſecurus intrat domum, lapidibus ſibi non cohærentibus, ita nihil adeo ab Eccleſia arcere infideles & hæreticos, quàm fidelium, Eccleſiaſticorum maximè, diſſentiones & Schiſmata, non ſibi perſuadent Eccleſiam Dei, quam in varias partes vident diſcindi, nam
Pſal. 75. *factus eſt in pace locus ejus.* Nec verò ſatis eſſe, ut amore uniantur fideles, at in UNUM, Petrum, inquam, colligendos, idem docet Auguſtinus. Tract. 18 in Ioan. *Si ergo charitas,* ait, *& ſupereminentiorem habet viam, & ſupereminet ſcientiæ, & ſuper omnia præcepta eſt: meritò veſtis qua ſignificatur, deſuper contexta perhibetur. Inconſutilis autem, ne aliquando diſſuatur, & ad* UNUM *pervenit, quia in* UNUM *omnes colligit. Sicut in Apoſtolis cum eſſet etiam ipſe numerus duodenarius, id eſt, quadripartitus in ternos, & omnes eſſent interrogati,* Matt. 16. *ſolus Petrus reſpondit, Tu es Chriſtus Filius Dei vivi: & ei dicitur: tibi dabo claves regni Cœlorum, tanquam ligandi & ſolvendi ſolus acceperit poteſtatem, cum & illud* UNUS *pro omnibus dixerit, & hoc cum omnibus, tamquam perſonam gerens ipſius* UNITATIS, *acceperit.* In uno Petro, in una Petra, charitate, colligamur, ſi meditatam concordiam petamus: ruet ſtructura, ſi non ſtituatur in petra.

Intentum promovet, & illud Apoſtoli: Galat. 2. *Deinde poſt annos quatuordecim, iterum aſcendi Jeroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundùm revelationem, & contuli cum illis Evangelium, quod prædico in Gentibus, ſeorſum autem iis, qui videbantur aliquid eſſe: ne fortè in vacuum currerem, aut cucurriſſem.* Certum enim eſt, & communi Doctorum calculo receptum, Paulum & doctrinæ ſuæ, & Apoſtolatus petiiſſe teſtimonium ab Hieroſolymitano Concilio, in quo Judices erant Apoſtoli, Petrus quaſi Præſes præloquebatur, promulgabatque ſententiam. *Lezana conſul tale. Cornelius.* Atque ita ab Apoſtolorum tempore, orbis Chriſtianus uſque modo in fidei dubiis, in novis dogmatibus, in ſubnaſcentibus hæreſibus à Romano Pontifice, Petri Vicario, & à Conciliis, quibus vel per ſe, vel per Legatos Romanus Pontifex præeſt, veritatis deciſionem & teſtimonium petiit (exempla aliquot poſt ſubnectam) neque ſe concordiam obtenturum credidit, ſi non damnata ab eis dogmata, vel Doctores, pro hæreſibus ac hæreticis haberet. Soli hæretici, quia hæretici, ab eo damnandi, hoc judicium, hoc teſtimonium declinarunt, omnique ætate ſubterfugerunt. Unde non mirum ſi noviſſimi noſtri Novantes, Lutherani, Calviniani, horumque ſymmiſtæ idem repudient: eſt nimirum hoc Novitatis, malæ fidei, hæreſis convincens argumentum. Repetamus Paulum: cur ille Gentium Doctor, à Chriſto vas electum, contulit cum Petro Evangelium? *ne fortè,* inquit, *in vacuum currerem, aut cucurriſſem*: ſive, ut Sanctus Hieronymus docet, *id fecit oſtendens non habuiſſe ſecuritatem Evangelii prædicandi, niſi Petri* (ut Præſidis & capitis) *& qui cum eo erant,* (ut Conſiliariorum) *fuiſſet ſententia* Epiſt. 89.

Digitized by Google

Epiſt. ad Archiep. Præcor. in noviſſ. Roman. Sullar. n. 14.

roboratum. Egregiè quoque rem hanc declarat Gregorius Papa IX. *In Petro*, inquit, *authoritatis officium recognoſcens, & ideò ad eum, tamquam* PRIMATEM, *& Evangelii Dominici fontem venit Hieroſolymam, & poſtmodum cum ipſo. & aliis,* (tenſu allegato) *ſecundùm revelationem contulit Evangelium, ne in vacuum curreret, vel etiam cucurriſſet.* Hic modo auribus arrectis auſcultemus Theodoretum: *Si Paulus*, ait, *præco veritatis, tuba Sanctiſſimi Spiritus, ad magnum Petrum cucurrit, ut iis, qui Antiochiæ de inſtitutis legalibus contendebant, ab ipſo afferret ſolutionem, multò magis nos qui abjecti ſumus, & puſilli, ad Apoſtolicam veſtram ſedem currimus, ut Eccleſiarum ulceribus medicinam à vobis accipiamus.* Non medebuntur noſtrâ diſcordiâ cauſata ulcera, niſi à ſede Romana petitâ medicinâ.

Ad Leon. I.

Quod Sacræ Litteræ, SS. Patrum junctis interpretationibus, docuere de meditata concordia, directè, expreſſèque tradunt Patres iidem; agmen ducat, cæterorum Coryphæus, Auguſtinus. *In iſta* (die Cathedræ) inquit, *exultantibus undique fidelium turmis, Pontificali cathedra, magna eſt gloria ſublimatus.* (Petrus) *In illa* (martyrii) *ad ſuam beatitudinem, ad Cæli conſcendit Thronum: in hac verò ad noſtrum ſalutem, Sancta Eccleſia adeptus eſt* PRINCIPATUM. *In illa ignitis beatorum Spirituum cœtibus eſt aggregatus, ut præmia æterna ipſe ſuſciperet: in iſta verò populo Dei Prælatus eſt, ut nos omnes ad præmia æterna vocaret. Illa ergo feſtivitas præcipuè eſt Angelorum: iſta autem ſpiritualiter eſt fidelium populorum: ſed per gratiam illius qui inimicitias interfecit in ſemetipſo,* IN UNO NOVO HOMINE FACIENS PACEM. In hoc novo Homine, Petro, eſt noſtra pax facta, in hoc redintegranda fracta: exemplo ejuſdem S. Auguſtini ſcribentis Schiſmatico Petiliano: *Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit; & in qua hodie Anaſtaſius ſedet; vel Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, in qua Jacobus ſedit, & in qua hodie Joannes* (Quadrageſimus quartus Patriarcha è Carmelo aſſumptus) ſedet, *quibus nos in Catholica unitate connectimur, & à quibus vos nefario furore ſeparaſtis?*

Ser. 2. in de Cathed. Petri.

Eph. 2.

Sanctus ac Magnus Baſilius mali, cui ſtudemus medendo, apprimè gnarus, ac expertus, detegit primùm vulnus, adhibiturus deindè medelam, hactenus à nobis commendatam: Prorſus, *inquit*, cogitans, in cæteris quidem artibus & ſcientiis magnopere eos inter ſe conſentire animadvertebam, qui illarum quaſque diligenter perſequerentur. Contra verò in ſola Dei Eccleſia, cujus cauſa Chriſtus mortuus eſſet, & ſuper quam Spiritum Sanctum ſuum largiter effudiſſet, multorum tùm privatim inter ſe fide majorem diſſenſionem, tùm in Sacris Litteris intelligendis diſcrepantiam adeò videbam magnam: quodque ſine horrore maximò cogitari non poteſt, ipſos Eccleſiæ antiſtites adeò voluntatibus inter ſe mutuò, opinionibuſque diſſidere, adeòque in mandatorum Domini noſtri Jeſu Chriſti in-

De judicio Dei.

„ telli-

„ telligentia vehementer diſſentire, „ Deique Eccleſiam inclementer dila- „ cerare, ipſiuſque ovile immaniter, „ atrocitérque divexare, ut ſine du- „ bio in ipſis completum hoc tempore, „ ſi quando aliàs, oraculum illud ju- „ dicarem, exorta nova iſta in eorum

Act. 20. „ animis hæreſi: ex vobis ipſis exur- „ gent viri loquentes perverſa, ut ob- „ ducant diſcipulos poſt ſe. Hæc at- „ que ejus generis alia cùm animadver- „ terem, adhæc mecum ipſe animi „ incertus volutare cœpiſſem, quæ- „ nam, aut undè ingentis adeò cala-

Jud. 21. „ mitatis cauſa extitiſſet, ... ve- „ nit mihi in mentem liber in quo judi- „ cum recenſentur Hiſtoriæ, in quo „ ſcriptum illud eſt: Unuſquiſque „ quòd ſibi rectum videbatur, illud „ faciebat, ſimulque etiam cauſa cur „ ita fieret declaratur, in eò quòd ſu- „ perius ſcribitur, his verbis: in diebus

Jud. 17. illis non erat rex in Iſraël. „ *Hujuſce tantæ turbationis cauſam, aliam non adſignat ſanctus Archipræſul, niſi quòd non pareatur uni Regi, uni Gubernatori:* „ ſi „ enim eorum, qui ad unius tantùm „ nutum reſpiciunt, & Rege utuntur „ uno, proprium eſt diſciplinæ or- „ do, atque concordia: ſine dubio „ perturbatio omnis, omnéque diſ- „ ſidium, argumento eſt, non eſſe „ qui imperet, *aut imperanti obediat.* „ Etenim ſi in brutis etiam animan- „ tibus conſenſionem non alio modò „ conſervari animadvertimus, quàm „ ſi eæ Regum ſuorum imperiis obtem- „ perent: quid quæſo dici de nobis „ debeat, quos & vehementer adeò „ inter nos diſſidere, & in divino-

rum mandatorum interpretatione „ adeò eſſe conſtat diſcrepantes?„ Attendamus, impoſſibilè eſt (hoc enim clamant Magni Baſilii verba) in divinorum mandatorum interpretatione diſcordantes, reſtitui concordiæ, ſi non Regi noſtro obtemperemus: at quis Rex noſter? quis controverſiarum noſtratum ſummus Judex? non Regem, non Judicem habemus, niſi Petrum, niſi ſummum Pontificem: *hic eſt*, inquit S. Auguſtinus, *Beatus Petrus, in illa cœleſtium diſcipulorum Schola præcipuus, ac primus idoneus, qui Verba viva ex Chriſti ore ſuſcipiens, per Evangelii poteſtatem Judæorum gentem perduam quæreret, & abdicatos ad hæreditatem vocaret,* INTERPRES LEGIS, *aſſertor gratiæ, deſtructor Synagogæ, Eccleſiæ reparator: & ideò* SOLUS *inter Apoſtolos meruit audire: Amen dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: dignus certè, qui ædificandis in domo Dei populis lapis eſſet ad fundamentum, columna ad ſuſtentaculum, clavis ad regnum.* Huic promiſit Chriſtus: *tibi dabo claves regni Cœlorum.* Hic ab Eccleſia appellatur, *claviger æthereus.* De hoc Sanctus loquitur Baſilius: *Adminiſter autem talis ac tantæ ſententiæ Beatus Petrus, qui aliis omnibus diſcipulis antepoſitus fuit, & qui teſtimonium majus, ac beatitudinem longè ampliorem cæteris omnibus adeptus erat, cui denique claves regni Cœlorum erant concreditæ.* Tenet Petrus claves regni Cœleſtis: Rex igitur: huic pareamus, ut optata meditatáque concordia gaudeamus.

Ser. 29. de ſan.

Matth. 16.

Matth. 16.
Hym. Laud. Feſt. omn. SS.

De peccat. erat. 3.

Digitized by Google

Lib. de unitat. Eccleſ. init. Veſtigia Magni Baſilii Archiepiſcopi legit Sacratiſſimus Epiſcopus ac Martyr Cyprianus. ,, Decipit, *inquit*, diabolus novi generis errore: ,, rapit de ipſa Eccleſia homines, & ,, dum ſibi appropinquaſſe jam lumini, atque evaſiſſe ſæculi noctem ,, videntur, alias neſcientibus tene- ,, bras rurſus infundit; ut cùm Evan- ,, gelio Chriſti, & cùm obſervatione ,, ejus, & lege non ſtantes, Chri- ,, ſtianos ſe vocent; & ambulantes ,, in tenebris, habere ſe lumen exiſti- ,, ment; blandiente adverſariò atque ,, fallente, qui ſecundùm Apoſtoli *2. Cor. 11.* ,, vocem, transfigurat ſe velut ange- ,, lum Lucis, & Miniſtros ſubornat ,, ſuos, velut miniſtros juſtitiæ; aſſe- ,, rentes noctem pro die, interitùm ,, pro ſalute, deſperationem ſub ob- ,, tentu ſpei, perfidiam ſub prætextu ,, fidei, antichriſtum ſub vocabulo ,, Chriſti, ut dum veriſimilia men- ,, tiuntur, veritatem ſubtilitate fru- ſtrentur. ,, *Undè tanta in Eccleſia diviſio, fraus, error?* ,, Hoc eò ,, fit fratres dilectiſſimi, dum ad ve- ,, ritatis originem non reditur, nec ,, caput quæritur, nec magiſtri cœle- ,, ſtis doctrina ſervatur. Quæ ſi quis ,, conſideret & examinet, tractatu ,, longo atque argumentis opus non ,, eſt. Probatio eſt ad fidem facilis *Matth. 16.* ,, compendio veritatis. Loquitur ,, Dominus ad Petrum: ego tibi di- ,, co, inquit, quia tu es Petrus, & ,, ſuper iſtam Petram ædificabo Ec- ,, cleſiam meam, & portæ infero- ,, rum non vincent eam. Et tibi da- ,, bo claves regni Cœlorum, & quæ ligaveris ſuper terram, erunt liga- ,, ta & in Cœlis: & quæcumque ſol- ,, veris ſuper terram, erunt ſoluta & ,, in Cœlis. Et iterùm eidem poſt ,, Reſurrectionem ſuam dicit: Paſcè ,, oves meas. Super illum UNUM ,, *Ioan. 21.* ædificat Eccleſiam ſuam, & illi ,, paſcendas mandat oves ſuas. ,, *En rurſus omnis in Eccleſia diſcordiæ cauſam, quia in* UNO *Petro, in* UNO *ſummo Paſtore oves non colliguntur: quocirca ſubdit*: ,, Qui Eccleſiæ renititur & reſiſtit, qui Cathedram ,, Petri, ſuper quam fundata eſt Eccle- ,, ſia, deſerit; in Eccleſia ſe eſſe con- ,, fidit? ,, *Tradit hanc ſuam ſententiam expreſſiùs alibi.* ,, Neque enim aliun- *Epiſt. 55. ad Cornel. Papam.* dè, *inquit*, hæreſes obortæ ſunt, aut ,, nata ſunt Schiſmata, quàm indè, ,, quòd Sacerdoti Dei non obtem- ,, peratur, nec UNUS in Eccleſia ad ,, tempus Sacerdos, & ad tempus Ju- ,, dex vice Chriſti cogitatur. Cui ſi ,, ſecundum Magiſteria divina obtem- ,, peraret fraternitas univerſa, nemo ,, adverſus Sacerdotum Collegium ,, quidquam moveret, nemo poſt di- ,, vinum judicium, poſt populi ſuf- ,, fragium, poſt Coepiſcoporum con- ,, ſenſum judicem ſe jam non Epiſco- ,, pi, ſed Dei faceret; nemo diſſidio ,, UNITATIS, Chriſti Eccleſiam ,, ſcinderet; nemo ſibi placens ac tu- ,, mens ſeorſim foris hæreſim novam ,, conderet. ,,

Quòd docuit verbo, firmavit exemplo inclytus Martyr: quid namque clamant aliud omnes ejus Epiſtolæ ad Cornelium, Lucium, Stephanum Romanos Pontifices, niſi omnimo-

dam.

dam ipſius ad illos ſubmiſſionem & dependentiam ? audiamus aliquot hujus ſpecimina : *mandavi Mettio à me ad vos miſſo, ut de tuo arbitrio rem gerat, & ſi eaſdem Literas Confeſſoribus putaveris eſſe reddendas, tunc eas tradas.* Hæc ſcribit Cornelio Pontifici de revocandis ſeductis à Novato. Rurſum nomine totius Synodi Africanæ, de pace lapſis danda eidem ſcribit Sanctiſſimo Papæ : *Placuit nobis, Sancto Spiritu ſuggerente, & Domino per viſiones multas & manifeſtas admonente, quia hoſtis nobis imminere prænuntiatur & oſtenditur, colligere intra caſtra milites Chriſti, &, examinatis ſingulorum cauſis, pacem lapſis dare, imò pugnaturis arma ſuggerere. Quòd credimus vobis quoque Paternæ miſericordiæ placiturum.* Videtè, attenditè Venerandi Domini, Religioſi Patres, Sententiam *Sancto Spiritu ſuggerente* conceptam, ac *per viſiones multas & manifeſtas* roboratam, petit Cyprianus, Sanctus, Epiſcopus, Martyr, Doctor, nomine totius Synodi à Cornelio Romano Pontificè confirmari. Multò proindè æquius eſt, ut opiniones noſtras judicio ſummi Pontificis humiliter ſubſternamus, promptéque pareamus definienti. Nam & Sanctus noſter Cyrillus Alexandrinorum Antiſtes obnixè exhortatur, *ut membra maneamus in capite noſtro, Apoſtolico Throno, Romanorum Pontifice, à quo noſtrum eſt quærere, quid credere, & quid tenere debeamus. Ipſum venerantes, ipſum rogantes pro omnibus : quoniam ipſius* SOLIUS *eſt reprehendere, corrigere, & loco illius ligare, qui ipſum ædificavit, & nulli aliquid quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi* SOLI *dedit, cui omnes jure divino caput inclinant.*

In ſuis Decretis.

Subſcribit S. Ignatius, item Epiſcopus & Martyr: *Honora, inquit, Deum, ut omnium auctorem & Dominum, Epiſcopum verò ut principem Sacerdotum, imaginem Dei referentem : Dei quidem propter principatum, Chriſti verò propter Sacerdotium. Honorare oportet & Regem. Nec enim Rege quiſquam præſtantior, aut quiſquam ſimilis ei in rebus omnibus creatis. Nec Epiſcopo* (Romano) *quicquam majus in Eccleſia, qui Deo conſecratus eſt pro totius mundi ſalute* (quòd, intellectum de ſuprema eminentia ordinis & juriſdictionis, de ſummo Pontifice Romano unicè poteſt affirmari) *Nec inter principes quiſquam ſimilis Regi, qui in pace & optimis legibus ſubditos moderatur. Qui honorat Epiſcopum, à Deo honorabitur : ſicut qui ignominia afficit illum, à Deo punietur. Si enim jure cenſebitur pœna dignus, qui adverſus Regem inſurgit, ut qui violet bonas legum conſtitutiones, quantò putas graviori ſubjacebit ſupplicio, qui ſine Epiſcopo quid volet agere,* CONCORDIAM RUMPENS, ET DECENTEM RERUM ORDINEM CONFUNDENS. *Sacerdotium eſt enim omnium bonorum, quæ in hominibus ſunt apex, qui adverſus illud fuerit, non hominem ignominia afficit, ſed Deum & Chriſtum Jeſum Primogenitum, qui natura ſolus eſt ſummus Sacerdos Patris.* Quæ omnia in propria ſignificatione conveniunt Sanctiſſimo Romano Pontifici, ille ſiquidem

Epiſt. ad Smyrnenſ.

Digitized by Google

eſt *ſupremus Princeps Sacerdotum*, ille *maximus in Eccleſia*, *Deo conſecratus pro totius mundi ſalute*, *apex bonorum omnium*, *quæ in hominibus ſunt.* Eſto, intelligantur illa de ſimplici Epiſcopo: ſanè, ſi diſcordiam pariat, ſi *decentem rerum ordinem confundat*, qui ſine Epiſcopo quid volet agere, deteriori nota dignus, qui ſine Epiſcopo Epiſcoporum, quidpiam ad illum ſpectans, volet agere, nec incunctanter ejus judicio acquieſcere. Quare Sanctus Hieronymus vir undequaque doctiſſimus, ſuper quæſtione de tribus Hypoſtaſibus, nec propriæ fiſus eruditioni, nec Orientalium Epiſcoporum ſententiæ, nec proprii Epiſcopi Paulini Antiocheni Patriarchæ authoritati, ſcribit Damaſo Papæ: *A Paſtore præſidium ovis flagito. Diſcerne, ſi placet, non timebo tres Hypoſtaſes dicere, ſi jubebis.*

Epiſt. ad Damaſum.

Calculum unà & robur addit Sanctus Gregorius, qui numquam, niſi æquam & debitam ſibi arrogavit authoritatem: in Epiſtola ad omnes Epiſcopos Galliæ ita ſcribit: *Si quam verò contentionem, quod longè faciat divina potentia, de fidei cauſa evenire contigerit, aut negotium emerſerit, cujus vehemens ſit fortaſſe dubietas, & pro ſui magnitudine judicio ſedis Apoſtolicæ indigeat: examinatâ diligentiùs veritate, relatione ſua ad noſtram ſtudeat perducere notionem, quatenus à nobis valeat congrua ſine dubio ſententia terminari.* Ubi illud diligentius adnotandum, lata ſemel, ſuper re controverſa, ac vehementer dubitata, ſententiâ à ſede Apoſtolica, indubitanter litem terminandam: acquieſcendum, inquam, abſque tergiverſatione Apoſtolicæ ſedis definitivo judicio.

Epiſt. 52. lib. 4.

Stant quoque à parte hac Sancti Petrus Chryſologus, & Bernardus; hic, ſcribens Innocentio: *Oportet*, inquit, *ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque, & ſcandala regni Dei, ea præſertim, quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror, ibi potiſſimum reſarciri damna fidei, ubi non poſſit fides ſentire defectum. Cui enim alteri ſedi dictum eſt aliquando; Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua?* Ille, in Epiſtola ad Eutichetem: *Hortamur te*, inquit, *frater honorabilis, ut his, quæ à Beatiſſimo Papa Romanæ civitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas; quia Beatus Petrus, qui in propria ſede vivit, & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem.* Non ſatis eſt, ſcripta à Romano Pontifice attendere, at *obedienter* debent attendi; non attendit *obedienter*, qui obedit cunctanter.

Epiſt. 198.

Tom. 1. Concil. ante Concil. Chalcedon.

Facta illa mentio Petri, innovat memoriam iſtius, quòd nec prætereundum, & egregiè expendit noſter Venerabilis Thomas Waldenſis, videlicet, Sanctum Evangeliſtam Marcum Evangelium ſuum cum Petro dumtaxat contuliſſe, non cùm Paulo: *Beatus Marcus*, inquit, *Evangeliſta, tantum ſub authoritate Petri probatum, & viſum ſcripſit, & retulit ſuum Evangelium:* probat hoc authoritate Sancti Hieronymi dicentis: *ſcripſit Evangelium, quòd cum Petrus legiſſet probavit, & Eccleſiis legendum ſua authoritate tradidit.* Authoritas ergo ſola Petri, infert noſter ſapientiſſimus Lezana,

Tom. 1. doct. fid. lib. 2. art. 1. cap. 3.

De ſcriptor. Eccle. in Marco.

Con'ul. ult.

zana, deſiderabatur pro Evangelio, quòd condidit Marcus, & prædicavit Paulus, ac proindè ſolus Petrus Paſtor Eccleſiæ primarius erat. Non hic extra chorum ſalto; ſtabilito enim Petri primatu & eminentia, occaſio tollitur ſchiſmatis, fovetur meditata concordia, noſtraque erga Petri ſedem prompta provocatur obedientia.

Seſſ. 25. Patribus ſuccenturiat Concilium Tridentinum, quod de causâ ſubjectâ ita ſtatuit: *Quòd ſi aliquis dubius, aut difficilis uſus ſit extirpandus, vel omnino aliqua de iis rebus* (invocatione, veneratione, & Reliquiis Sanctorum, & Sacris Imaginibus) *gravior quæſtio incidat, Epiſcopus, antequam controverſiam dirimat, Metropolitani, & comprovincialium Epiſcoporum in Concilio Provinciali ſententiam expectet: ita tamen, ut nihil inconſulto Sanctiſſimo Romano Pontifice, novum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.* En, quàm voluit celeberrimum Concilium Epiſcopos omnes à ſummi Pontificis nutu dependere. At hic

Act. 20. Objicitur primò: Epiſcopi ſunt, quos *Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiam Dei*: ergò ſola eorum ſufficit auctoritas, ut de Sanctorum cultu valeant diſponere, mutando, ac abrogando.

Reſpondeo, negando conſequentiam: nequaquam enim iſtud Actorum latuit Epiſcopos Concilii Tridentini, aut Africani, non Sanctum Cyprianum, non Bernardum, non cæteros præallegatos, ex innumeris, Patres Eccleſiæ, qui nequaquam tamen ſibi arrogarunt authoritatem regendi Eccleſiam Dei, niſi cùm omnimoda à ſummo Romano Pontifice dependentia in cauſis à Conciliis præſcriptis. Et ſanè ſi taliter velimus concludere, ut generaliter, quòd in Sacra Scriptura tribuitur Epiſcopis, ipſis velimus competere abſque ſubordinatione, imò cum excluſione ſummi Pontificis, jam Eccleſiaſticam ſubvertemus hierarchiam, Epiſcopatus erigemus in Papatus, Epiſcopos creabimus Pontifices; atque ita Eccleſiæ ſcindetur unitas, & ſponſa Christi, turpius quàm *Apoc. 13.* beſtia illa Apocalyptica, capitibus ſeptem deformis, innumeris capitibus reddetur monſtroſa. Ampliùs, ac deteriùs: cùm relata Apoſtoli verba dirigantur quoque ad *majores natu Ec- Act. 20. cleſiæ*, quos *Paulus vocavit, mittens Epheſum*; conſequens indè foret, & ſolam Parochorum authoritatem ſufficere, ad ritus quoslibet in ſuis Parochiis circa Sanctorum cultum inſtituendos, abrogandos, aliovè modo diſponendos: quæ ſunt planè ſchiſmatica, & ab omni Catholica mente aliena. Quid igitur Apoſtolus ſtatuit Epheſiis? Monentur Epiſcopi, ac Eccleſiæ Presbyteri *Eccleſiam Dei regere, univerſo gregi ſuo attendere*, atque ab eò inſidiantes ac rapaces lupos, novos dogmatiſtas, Eccleſiæ turbatores, hæreticos, inquam, arcere omni cura ac ſollicitudine; at quilibet cum ſubordinatione ad ſuos Superiores, omneſque cum dependentia à Vicario Christi Pontifice Romano, & ſecundùm gradus ſuæ poteſtatis, ac juriſdictionis: ut, juxta

aliud

Digitized by Google

aliud ejuſdem Apoſtoli præceptum, omnia *honeſtè & ſecundùm ordinem fiant in vobis.* 1.Cor.14.

Objiciet forſitan aliquis ſecundò: profectò ſi liceat Decreta & Ordinationes Epiſcoporum concernentes Ceremonias Religionis, quæ à Chriſto arbitrariæ ſunt relictæ, & ſecundùm temporis, locorumque opportunitatem, mutationi exiſtunt ſubjectæ, non acceptare, ac obtemperare, perquam exigua ſit oportet eorum, Eccleſiam Dei regendi, authoritas: & neſcio, quid Paulus voluerit diſponere apud Corinthios, cùm, mandato Chriſti concernente Venerabile Sacramentum, promulgato, addebat: *cætera cùm venero diſponam.*

Reſpondeò: Norunt Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi, quouſque eorum extendatur authoritas, quam nequaquam intendo attingere, ampliare, aut reſtringere; nec ipſi enim indebita glorientur poteſtate, neque ſuam Romano Pontifici (cujus propugno primatum) inficiantur ſubordinationem ac ſubjectionem. Nullatenus igitur admittendum, quòd illa ſupponit objectio, videlicet, abſque omni limitatione, exceptione, aut reſtrictione, Epiſcopis conceſſam facultatem condendi Decreta & Ordinationes concernentes Ceremonias Religionis, quæ à Chriſto arbitrariæ ſunt relictæ, & ſecundùm temporis, locorumque opportunitatem mutationi exiſtunt ſubjectæ: Hinc enim ſequeretur, Epiſcopos gaudere authoritate condendi Decreta & Ordinationes concernentes Ceremonias ac ritus Sacrificii Miſſæ, Euchariſtiæ, aliorumque Sacramentorum: circa Sacras veſtes, publicas preces, Litanias, cantum Eccleſiaſticum, tangentes Feſta Sanctorum, jejuniorum Quadrageſimæ, &, ut abſolvam verbo, quas non? At verò adeò amplam authoritatem ſemper credidit Catholica Eccleſia ſummo Romano Pontifici reſervatam. Nec propterea perquam exigua eſt Epiſcoporum authoritas: licet enim non ſit extenſa quouſque prætendit objectio, idque ſemper tenuerit Eccleſia, habita nihilominus ſemper fuit perquam magna, excellens ac Veneranda cunctis fidelibus. At jam latet, inquis, quid Paulus voluerit diſponere apud Corinthios, cùm, publicato mandato Chriſti, concernente Sanctiſſimum Sacramentum, addebat: *cætera cùm venero diſponam.* Cedo, latet forſan: at quos? at quare? non reſpondeo cum Sancto Auguſtino, quia *ſenſum perdiderunt ſtudio contradicendi.* Seu cum Sancto Cypriano qui apertius adeò ſupinæ ignorantiæ detegit radicem: *hoc eo fit*, ait, *fratres dilectiſſimi, dum ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec Magiſtri cœleſtis doctrina ſervatur.* Lib. de unit. Eccleſ. Si ad veritatis originem, ſpiritu erroris arrepti, rediremus, ſi Vicarium Chriſti, viſibile Eccleſiæ caput quæreremus, ſi cœleſtis Magiſtri doctrinam ſervaremus, nequaquam nos lateret, quòd *ſuper unum* (Petrum) *ædificat Eccleſiam ſuam*, inquit Sanctus Cyprianus: Ibid. non lateret quoque (quod inde conſequens eſt) quid, qualiterque voluerit Paulus diſponere apud

pud Corinthios, cum dixit: *cætera cùm venio diſponam*: videlicet ritus aliquos Ceremoniaſque ad decentem Euchariſtiæ adminiſtrationem: non propria authoritate, at requiſita ad id proviſus miſſione ac poteſtate, Petro, inquam, Apoſtolorum principe conſentiente. Nullo igitur veritatis colore hinc poteſt concludi, ſolam authoritatem Epiſcoporum ſufficere ad inſtituendas aut abrogandas Ceremonias Religionis, quæ à Chriſto ſunt arbitrariæ relictæ, & ſecundùm temporis, locorumque opportunitatem mutationi exiſtunt ſubjectæ. Aliter ſanè Apoſtolum interpretata eſt

Seſſ.21.c.2 Sacroſancta Tridentina Synodus à Spiritu Sancto directa, dum ex allatis Pauli verbis probavit, penes Eccleſiam, non penes quodlibet ejus membrum (at caput dumtaxat) gravioris momenti ritus & Ceremonias inſtituendi aut immutandi, exiſtere authoritatem: fuitque ea hactenus mens Eccleſiæ, quacum non ſapere,

Epiſt. 118. deſipere eſt. Imò Auguſtinus docet, Apoſtolum ordinem percipiendæ Euchariſtiæ reliquiſſe traditioni.

Quærent hic fortè Religioſi, fideles, timoratique Epiſcoporum ſuorum ſubditi: quid ſi Epiſcopus decernat aut ordinet quidpiam circa cultum Religionis, ſtatimnè ac non paremus mandatis; ſumus inobedientes? & dùm moniti non acquieſcimus, contumaces ac rebelles?

Reſpondeò: cæcam quidem laudari commendarique obedientiam, Religioſis maximè, at ſi rationabilis

Rom.12. ſit: *rationabile obſequium veſtrum*, monet Apoſtolus: non petit obedientia, ut pareatur cuilibet præcipienti quidlibet: imò in rebus gravioribus ac dubiis, licet nobis (ut ſcitis viri Religioſi, & ſapientiſſimi) obediendi voto adſtrictis, ſalvâ per omnia obedientiâ, Superiorum noſtrorum mandata tantiſper ab executione ſuſpendere, ipſiſque interea cum debita reverentia rationes & motiva, cur non illicò pareatur, proponere. Undè non ſtatim ut inobedientes, multo vero minus ut rebelles & contumaces ſumus traducendi cum ingenti puſillorum ſcandalo, & immani meditatæ concordiæ ſciſſura, dum quibuſdam Decretis aut mandatis Epiſcoporum in rebus dubiis gravioriſque momenti differimus obedire, ac interea, omni debito ſervato reſpectu & reverentia, conſultatione rationabili, de prætenſa obligatione parendi, nos conamur certificare; implorando maximè judicium noſtri ſupremi & immediati Superioris, Romani Pontificis, ad quem nobis, contra, aut præter jus gravatis, certò, aut dubie, non poteſt præcludi recurſus, in jure ſemper permiſſus. Imò nequaquam nobis licet obedire legibus, Decretis, mandatis, aut aliis quibuſvis ordinationibus, contrariis Decretis ſummorum Pontificum, & Conciliorum, noviſſimè Tridentini, *Seſſ.25.* quibus ſummo Pontifici immediatè ſubjicimur, & ab Epiſcoporum juriſdictione eximimur, id enim foret proprii ac legitimi Superioris jugum excutere, & alieni collum ſubjicere.

Nec ullum hinc meditatæ concordiæ formidandum periculum: ut enim

Digitized by Google

hactenus eſt luculenter ac irrefragabiliter demonſtratum, unicum dubitantium ac diſcordantium in fide ac Religione aſylum eſt, Romano-Apoſtolica Sedes, inde, velut à Noëmica columba, expectanda oliva pacis, ad hujus Sedis judicium omnis lis terminanda, omnis ambiguitas deponenda, dum Vicarius Chriſti imperat diſſenſionum ventis, fit tranquillitas magna in mari, dum ille dirimit lites in fide ac Religione exortas, fit *credentium cor unum & anima una*, ſi tamen ſimpliciter, humiliter, ac promptè ejus pareamus mandatis, ſtemus ſententiis, acquieſcamus conſiliis: ſi enim rectè dixerit Cyprianus: *inde hæreſes & Schiſmata oriuntur, quod Epiſcopus, qui unus eſt, & Eccleſiæ præeſt, ſuperba contentione* contemnitur; inde profectò conſenſio & Concordia orientur, ſi Epiſcopus, *qui unus eſt*, Romanus Pontifex, & Eccleſiæ præeſt, humili ſubjectione honoretur, ejuſque judicio ac ſententiæ humiliter obediatur: contraria enim contrariis naſcuntur cauſis.

Act. 4.

Ep. ſt. 69.

Juſtus Lipſius, ubique magnus, at reverentiâ, ſubjectione erga Vicarium Chriſti jure maximus, jure hic audiendus, cujus proindè verba, auro gemmiſque digna, coronidis vice ſubnecto. „ Summum Pontificem *inquit*, „ Vicarium Chriſti in terris & Eccle- „ ſiæ caput habeo. Et vel ideo Se- „ necam meum illi inſcripſi, ut orbi „ conſtet, quem caput Religionis in „ orbe eſſe velim. Illi cœleſtis ille „ Spiritus ſemper adſiſtit, & inſpi- „ rando dirigit: illum Europa, Aſia, „ Africa, illum America & ipſe novus Orbis ſuſpiciunt, & ab Oraculo „ ejus ſolliciti omnes pendent, & jura „ ac leges Sacrorum petunt. Atque „ etiam nunc quidquid tranquilli, & „ pacati eſt in re Chriſtiana (*notate*) „ id manat ab uno illo capite. Ro- „ manus ille dictator, ut ſic appellem, „ & Pontifex, fulcrum aut vinculum „ eſt, quod ſuſtinet, quod ligat labentes aut diſſentientes in malè „ compacto hoc ædificio partes. Abite non impii ſolum, ſed imperiti, „ qui aliter. Nobis conſtat hanc ipſam „ Romam, & Sacrum in ea imperium, *fuiſſe & eſſe anchoram fluctuanti diu Europæ.* Ipſi Reges & „ Principes adeunt & inclinantur, & „ obnoxia capita, uni huic capiti ſubmittunt. Quid Principes aut homines loquor? ipſi aërei, terreni, inferi ſpiritus, ſive genii, verentur „ & trepidant: & cœleſtem illam in „ terris poteſtatem vel inviti ac reluctantes agnoſcunt. „ Juſtè, Lipſi, at oculis non lippis: defluet fluctuans concordia Cleri & Religioſorum, niſi hac figatur anchora.

Lipſ. Cathol.

Quia animus mihi non eſt, nec ſcopo meo deſervit, materiam hanc de ſummi Pontificis authoritate pro merito tractare, Lectorem rem hanc confectam deſiderantem remitto, ſi lubeat, ad noſtros; Venerabilem P. Waldenſem. Tom. 1. lib. 2. art. 3. P. Bachonem in 4. Prolog. q. 10. & 11. per tot. P. Lezanam conſulto ultimo, & in 2. 2. R. adm. P. Bonæ Spei Magiſtri mei piæ & moeſtæ memoriæ tom. 3. Theol. tract. 2. diſp. 4. lib. de viſione Eliæ, præfat. tom. 6. & alibi P. Coeſfeletium

Digitized by Google

chelctium Paleſtritam divæ Hallenſis Doctorem Pariſienſem pag. 96. & alibi. Matthiam à Corona Doctorem item Pariſienſem tom. 2. cap. 17. operis de ſanctitate Eccleſiæ per 12. tomos diffuſo, cujus major pars jam videt lucem. P. Guidonem Epiſcopum Majoricenſem & Elvenſem. Licinium à S. Scolaſtica, de juſtit. Chriſtiana part. 1. cap. 3. Hi omnes cum toto Carmelo pro Cathedra Petri, cujus noſter Sanctiſſimus Patriarcha Elias typum geſſit, collatis vexillis decertant. Addo virum præſtantiſſimum D. Nicolaum du Bois, qui admodum præclarè ſummi Pontificis cauſam tuetur. part. 1. Lectionum Academicarum in Actus Apoſtolorum, à quæſt. 1. ad 51.

CAPUT XXI.

Putatitia jurium Parochorum derogatio ſiniſtrè adſcripta Religioſis, meditatæ concordiæ impedimentum: proponitur & expeditur à Doctore Seraphico, Libello Apologetico in eos, qui Ordini FF. Minorum adverſantur: *ex quo ſequitur.*

Quæſtio vigeſima ſecunda.

„ CUm (ſicut ipſi aſſeritis) miſſi „ ſitis in adjutorium Plebanorum, non in præjudicium juris ipſorum, quare non prædicatis populo „ jus Plebanorum, ſcilicet quantum, „ & qualiter eis ſubeſſe obedire, & quantam habeant ſuper eos poteſtatem? Videmini enim hoc tacitè prætermittere, ideo ut vobis magis adhæreant „ & ea quæ illis donarent, in uſum „ veſtrum callidè retrahitis, & ſic eos „ jure ſuo fraudatis. „

Reſponſio.

„ QUi benè advertit, ſæpè intelligit, quòd etiam in prædicatione, & conſiliis hortamur ſubditos Prælatis ſuis in omnibus (quibus de jure tenentur) fidelitei obedire, „ & jura ſua illis perſolvere, & ſententias eorum juſtè latas reverenter ſervare, & eos quaſi Dei Vicarios ho- „

 „ norare,

Digitized by Google

„ norare', & quod in hoc meritum
„ ſalutis eorum ex parte conſiſtit. Sed
„ quia non valdè magnificamus eos in
„ populo; videtur eis, quod parum
„ pro ipſis faciamus. Quare autem
„ hoc dimittimus, plures ſunt cauſæ.
„ Una, ne videamur hoc adulatoriè
„ potiùs facere (ut ſic capremus eo-
„ rum benevolentiam) quam pro ve-
„ ritatis doctrina, cum prædicatio
„ debeat eſſe aliena ab adulatione præ-
„ ſentium, vel detractione abſentium.
„ Neque enim aliquando fuimus in
1. Theſſal. 2 „ ſermone adulationis, ſicut ſcitis, ait
„ Apoſtolus, neque in occaſione ava-
„ ritiæ. Altera, cum ipſi per ſe ſæ-
„ pè plus amplificent jura ſua ſuper
„ ſubditos ſuos quam oporteat, præci-
„ piendo quod non debent, prohiben-
„ do quæ non poſſunt, conceden-
„ do quæ non licent, exigendo inde-
„ bita, fulminando ſententias duras,
„ & laqueos multiplicando animabus,
„ quas ſolvere & expedire deberent,
„ ſi nos adderemus terrendo popu-
„ lum, & magnificando poteſtatem
„ Clericorum ſuper ipſos, provoca-
„ remus amplius quorumdam Cleri-
„ corum audaciam, & aut faceremus
„ ſimplices ſubditos puſillanimes, aut
„ tumidos provocaremus ad proter-
„ viam majorem, ut magis ſe erige-
„ rent contra Clerum. Tertia, cum
„ plures Clericorum, tam apertè vi-
„ vant injuſtè, quod Laici inde ſu-
„ mant grave ſcandalum, ſi ſuper hoc
„ vellemus eos magnificare in populo,
„ ſcandalum ſuſcitaremus contra nos
„ ipſos, quod tam vituperabiles lau-
„ daremus, ideo dicitur in Proverbiis:

qui derelinquunt legem laudant im- „
pium, qui conſervant, ſuccenduntur „ Prov. 28.
contra eum. Quia cum plures in „
Clero, ut nunc, vel malè, & con- „
tra formam Canonum teneant regi- „
men populi in Eccleſia, vel propter „
exceſſus ſuos ſuſpenſi ſint ab execu- „
tione Officii Paſtoralis, ſi omnes „
communiter magnificaremus, etiam „
illi qui non haberent jus, cogerent „
ſubditos in his, quæ non debent ſi- „
bi obedire, quaſi legitimis Paſtoribus. „
Si autem ſpecificaremus quibus eſ- „
ſent digni ad obediendum, alii gra- „
viter ferrent, quod eos notabiles & „
contemptibiles redderemus, ideò „
quaſi diſſimulandum tranſimus. „

Quamvis autem nonnulli de Cle- „
ro plus oderunt Religioſos, quam „
Judæos Chriſti adverſarios: tamen „
ſi ſaperent potius diligerent nos plu- „
ribus de cauſis, tam pro temporali „
utilitate, quam etiam pro ſpirituali „
utilitate ſua. Una, quoniam per „
noſtram doctrinam ſubditi eorum „
plenius ſolvunt jura, & obediunt „
eis, & reverentur eos amplius, li- „
cet ipſi Clerici hoc non credant, di- „
cimus enim dictum Apoſtoli: obe- „
dite Prælatis veſtris. Altera, quod „ Heb. 13.
beneficia Eccleſiaſtica, quæ nos te- „
neremus ſi eſſemus cum eis in ſæcu- „
lo, venientes ad Religionem ipſis „
relinquimus obtinenda, quæ „
quantum diligunt ſe habere, tantum „
deberent diligere illos, qui eis ea re- „
linquunt, niſi potiùs vellent nos mo- „
ri, ut ea ſic gaudentius poſſiderent. „
Tertia, quòd ſumus teſtes eorum „
in doctrina fidei, ut meliùs creda- „
„ tur

Digitized by Google

„ tur eis quod docent obediendum ſi-
„ bi eſſe tamquam Chriſti Vicariis. Si-
„ cut hæretici, qui dicunt quod Cle-
„ rici pro ſuo quæſtu ſeducant popu-
„ lum, ut ſibi obediant, ut dent ipſis
„ oblationes & decimas, ut indè ſu-
„ ſtententur, & ditentur, & delici-
„ entur, & ſine labore abundent, qui
„ hæc aliundè, tam commodè non
„ haberent, & ideò confinxerunt Fe-
„ ſta, & officia divina, animarum
„ remedia, peccatorum pœnitentias,
„ judiciorum Eccleſiaſticorum ſen-
„ tentias, Sacramentorum admini-
„ ſtrationes, & alias ſolemnitates, &
„ inſtitutiones S. Eccleſiæ, & Præla-
„ tionum dignitates, ut horum om-
„ nium occaſione exhauriant marſupia
„ Laicorum. Sed fideles cum vident
„ Religioſos relinquere mundum, &
„ divitias mundi, Eccleſiaſtica benefi-
„ cia reſignare, & paupertatem vo-
„ luntariam profiteri, & tamen hæc
„ eadem docere, & credere, quæ do-
„ cent Clerici, aufertur eis illa hære-
„ ticorum ſuſpicio, qua pro ſola ava-
„ ritia poſſent opinari prædicta omnia
„ à Clericis adinventa, cum vident il-
„ los eſſe teſtes eorum doctrinæ, qui
„ hæc temporalia pro doctrina fidei
„ reliquerunt. Quarta, quòd ha-
„ beant in nobis aliquem ſtimulum
„ correctionis, ut minus audeant pec-
„ care, & ſtudioſius officium ſibi
„ commiſſum exerceant, & inſtruan-
„ tur in aliquibus, quæ ignorant, &
„ ad pœnitentiam provocentur, & in
„ bono amplius roborentur. Quis
„ alius argueret eorum vitia, cum in
„ ſimili morbo laborans alios non
præſumat curare? juxta illud: me- „
dicè cura teipſum. Item, ſi cæcus „
cæco ducatum præſtet, &c. Quin- „
ta, quòd ſumus eorum coadjutores „
in ſublevando onere ſibi impoſito, ut „
ſit eis hic portabilius, & judicium „
duriſſimum quod fiet in his qui „
præſunt, aliquo modo tollerabilius „
ſentiant in futuro, ſupplendo eo- „
rum vices prædicando, conſulen- „
do, confeſſiones audiendo, ubi a- „
liqui eorum minus ſufficiunt pro „
multitudine populi, vel pro perple- „
xitate caſuum minus ab aliquo im- „
perito inſtrui poſſunt, vel Parochiani „
minus faciunt, quàm deberent, ut „
quando eorum ſubditi timent eis „
confiteri ex cauſa aliqua ſpeciali. „
Sexta, ſi quis inter eos timore peri- „
culi in quo ſunt, quærit confugere „
ad ſtatum tutiorem ſalutis, vel deſi- „
derio vitæ melioris, vult ea quæ in „
mundo ſunt, relinquere, & ſtatum „
perfectionis Evangelicæ apprehen- „
dere, apud viros Religioſos poteſt „
quod deſiderat invenire, qui ſint „
Ordinis ſui fideles obſervatores. Si- „
cut Loth fugiens ab excidio Sodo- „ *Gen. 19.*
morum, confugit ad parvulam Se- „
gor, id eſt, humilem Religionem „
ſalvandus. Septima, quòd ſi im- „
mineret aliquando Eccleſiæ neceſſi- „
tas, vel pugna contra hæreticos, vel „
alios oppreſſores fidelium, viri Re- „
ligioſi deberent ſe promptius expo- „
nere, & quaſi primi in acie ſe oppo- „
nere inimicis, ſicut filii Ruben, & „ *Ioſ. 1.*
Gad, & Manaſſe fuerunt fratrum „
ſuorum propugnatores, ad obtinen- „
dam terram in pace. Octava, „

H 3 „ quod

„ quod ſunt apud Deum interceſſo-
„ res per orationis ſtudium, & vitæ
„ meritum, & Dominum ſibi & aliis
„ placabilem facientes pro venia pec-
„ catorum, pro gratia meritorum,
„ pro gloria Cœleſtium præmiorum
„ facilius obtinendo. Quæ nobis præ-
„ ſtare dignetur Jeſus Chriſtus. Amen.
„ Et hæc ad præſens ſufficiunt pro ex-
„ cuſatione noſtra, contra calumnias
„ exprobrantium, vel quæſtiones igno-
„ rantium, quâ formâ, vel intentio-
„ ne aliqua quæ videntur, aliquando
„ minus intelligentibus quoquo mo-
do reprehenſibilia faciamus. „

Hæc, inter cætera, ſcripſit Doctor Seraphicus pro expeditione præſentis, meditatæ concordiæ, impedimenti, prout temporis ſui poſtulabat neceſſitas: quæ manifeſtè demonſtrant, immeritò quempiam ſibi perſuadere, Religioſos Parochorum violare jura, aut Eccleſiaſticis ſuis Superioribus debitam denegare reverentiam & obedientiam, cùm, Deo ſint laudes, modernus Religioſorum Religionis zelus, Superiorumque obſervantia, illo, quo Sancti Bonaventuturæ ferbuerunt tempore, haud minus incaleat. Demonſtrant quoque, quam meritò Religioſi à Sede Apoſtolica ſint approbati, laudati, privilegiati, ejuſque muniti authoritate miſſi per univerſum orbem, ac ubique terrarum per Epiſcopos advocati & applicati in Parochorum, ac Parochianorum ſublevamen, pro fidelium inſtructione prædicando, conſulendo, ac confeſſiones audiendo. Demonſtrant hæc denique, quam multiplices Parochi habeant cauſas Religioſos amore proſequendi, faciendi, ac benefaciendi, ſi enim veriſſimo feratur proverbio, *obſequium amicos parit*, quam inſolubili amoris amicitiæque nexu decet Parochos, Parochianoſque ut Religioſos amplectantur, à quibus tot, tantiſque cumulantur obſequiis ac beneficiis, quorum fructibus in beata aliquando gaudebunt æternitate: retulit aliqua Sanctus Bonaventura, & ſi pauca illa videantur, adjicerem multo majora, niſi ea & Parochis, cæteroque Clero, & Parochianis eſſent notiſſima, qui ſunt, qui graſſante peſte animas ſuas ponunt pro Paſtorum ovibus? Religioſi: teſtes ſint Carmelitæ octo, quos in ſola Aloſtana ditione peſtiferorum ſaluti animæ corporiſque incumbentes, non tam noviſſima peſtilens flamma, quam animarum zelus, tempore anni unius abſumpſit, pluribus aliis eidem periculo divinâ providentiâ ereptis. Qui ſunt, qui diu, noctuque ægrotantes viſitant, ſolantur, ac uſque ad ſupremum ſingultum inintermiſsè apud agonizantes excubant, certantes contra mortem ac dæmonem animant, arma, vireſque ſubminiſtrant, quà ità Chriſti fideles, cruore ejus redemptos, ad æternitatis bravium ſalvos deducant; qui, inquam, amici fideles uſque ad mortem? Religioſi. Qui ſunt, qui pauperibus, domeſticis maximè, à divitibus eleemoſynas Chriſtiana charitate procurant, aut etiam ipſi, ſi quid de tenui victu, veſtituque ſuperſit, elargiuntur? Religioſi, ſic curant templa materialia,

ut

Digitized by Google

ut non negligant ſpiritualia. Qui ſunt, qui indefeſſè inſudant fidei incremento, Religionis ſplendori ac augmento, Officiorum divinorum gravitati, ac ſolemnitati, domus Domini decori, cultui magnifico Chriſti Euchariſtici, Chriſtiparæ, aliorumque Sanctorum ? Religioſi. Qui ſunt, qui populum Chriſtianum avocant zelo Apoſtolico à vitiis, advocant ad virtutes, fidem, ſpem, charitatem, pœnitentiam, humilitatem, prædicando Verbum Dei per Quadrageſimas, Adventus, Octavas, Dominicis, Feſtis, in Eccleſiis propriis, in externeis Parochialibus urbanis, ruralibus, Collegiatis, Cathedralibus ? Religioſi. Qui ſunt, qui omni modo, omni ſtudio adinveniunt, captantque occaſiones fidelibus Verbum Dei annuntiandi, ad frequentem Sacramentorum uſum inducendi, & ad cujuſvis virtutis exercitia frequentandi? Religioſi, qui hunc in finem ſolemniſant Ordinum ſuorum Feſta, concionando, indulgentias publicando, divina officia multiplicando, confeſſiones excipiendo, Sacram Euchariſtiam diſtribuendo; & cum copioſus eorum ſit numerus, omnia illa munia obeunt decentiſſimè ac religioſiſſimè. Eumdem in finem inſtituunt ſodalitia ac confraternitates, quæ ſunt devotorum fidelium congregationes, certas leges, non niſi pietatem ac Religionem præſcribentes, profitentium, ſub ſpeciali alicujus Sancti Patronatu, aut ob alium pium finem: in his docentur confratres ſpiritualibus intereſſe exhortationibus, imitari exempla Sancti cujus ſe profitentur confratres, carnem jejuniis emacerare, conſcientias frequenti confeſſione expiare, ſæpius ad ſacram menſam accedere, infirmos inviſere, invicem diligere, & id genus alia Chriſtianorum officia. Si modica ſunt iſta, Orbem obambula, & gentes & regna Religioſorum ſudore & cruore ad Catholicam fidem reperies converſa. Eccleſiaſticas pervolve hiſtorias, occurrent tibi in illis Religioſi numeroſiſſimi qualibet Eccleſiaſtica dignitate, à ſumma ad imam, inſignes, ſummi Pontifices, Cardinales, Patriarchæ, Conciliorum, nomine ſummi Pontificis, Præſides, Archiepiſcopi, Epiſcopi. Perluſtra Bibliothecas, & eas, majori ex parte, Religioſorum ſcriptis in omni genere diſciplinæ ac ſcientiæ invenies inſtructas. Relege Conciliorum tomos, & prima Concilia, non abſque Religioſis celebrata teſtaberis. Tridentino interfuere ultra 150. Totius Chriſtianiſmi viſita Univerſitates, frequenta Scholas, & omnium Religioſos inveneris duces & præceptores. Quinam ſunt, qui velut excubant ad limina Eccleſiæ, nè erroneis inficiatur doctrinis ? Religioſi, Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtri, hæreticæ pravitatis Inquiſitores, hæreticorum maſtiges verbô ac ſcriptô, ut merito ſcripſerit laudatus ſupra Sanctus Bonaventura: Quod ſi Clerus *prohiberent nos animabus prodeſſe prædicando, & confeſſiones audiendo: Sic ſalus multarum animarum impediretur .... Et ſi ex odio noſtri doctrinam noſtram Clerici infamarent, ſic hæreticis qui modò nos timent, aditus*

Digitized by Google

aditus ad ſubverſionem fidelium ſine contradictione pateret: ſicut lupis ubi canes non metuunt, & Paſtores ſunt deſides, datur audacia oves invadendi. Niſi enim eſſent iſti Ordines in Eccleſia, qui ex officio prædicationis fideles illuminant, cito plurimi efficerentur hæretici in his terris. Nimium forem prolixus, ſi obſequia omnia à Religioſis præſtita Parochis, Parochianis, imò Eccleſiæ toti, vellem recenſere: ex his autem liquidò rurſum conſtare autumo, quanta neceſſitudine Parochi, ac fideles omnes adſtringantur Religioſis: conſtat quoque quanta univerſis Paſtoribus accreſcerent onera, quanta ipſis, & cunctis fidelibus animarum pericula, ſi Monachi, ut quidam malè optant, denuo retruderentur in eremos & ſpeluncas, quod quidem nobis unicè optabile, at fidelibus nimium formidabile; optima enim pars noſtra eſt, in lege Domini meditari, in orationibus vigilare, cœleſtia contemplari: at Vicarii Chriſti, ſummi Romani Pontificis imperiô, cogimur ad tempus pedes Domini deſerere, ac circa frequens proximorum miniſterium ſatagere, & agri Dominici culturam exercere; hinc parendum, fratres, quidquid quiſquis demum reclamet. Confido præſens meditatæ concordiæ impedimentum radicitùs ſublatum: Concluſurus igitur, ad vos meus convertitur ſermo, Patres Religioſiſſimi. *Hæc omnes audiant* (cum Sancto Chryſoſtomo loquor) *& Monachi, qui montium occuparunt cacumina, quiq; modis omnibus ſeipſos mundo crucifixerunt, quo pro viribus Eccleſiarum præfectos adjuvent, horumque curas leniant precibus, concordia, charitate; ſcientes, quod niſi modis omnibus opitulentur iis, qui tot periculis objiciuntur, per gratiam Dei, totq; negotiorum curas ſuſtinent, quibuſcumque poſſunt rationibus auxilientur. Et victus ſors ipſis periiſſet, & tota in ſcopulum impegiſſet ſapientia.* Et S. Gregorii imitemur exemplum, *ſicut*, inquit, *noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſque Eccleſiis ſua jura ſervamus, nec ulli hoc, quod ſui juris eſt, ambitu ſtimulante derogamus*: minimè ſane, defendimus, ſervamus noſtra, non invadimus, non derogamus jura aliena. *Cunctis autem fratribus* (hoc Sixti IV. in mari magno Carmelitarum votum) *ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti: quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æterna pacis inveniant.* Amen.

De S. Philogono.

Lib. 2. Epiſt. 39.

CA-

CAPUT XXII.

Objectiones adverſum jam dicta, diluuntur.

OBjectio prima, primaque querela, profluens ex expedito modò meditatæ concordiæ impedimento, hæc eſt, quod Religioſi prædicando Verbum Dei, adminiſtrando Sacramenta Euchariſtiæ ac Pænitentiæ, moribundis aſſiſtendo, & hujuſmodi alia, quibus & plebs Catholica adjuvatur, & ordinarii animarum curatores ſublevantur, & Religioſi fidelium ſibi conciliant affectum, famam bonam, eximiumque in Eccleſia ſplendorem, quod, inquam, Religioſi hæc præſtando, immittant falcem in meſſem alienam, ea præſens eſt, aſt cum Religioſis orta, quorumdam querela, ac obmurmuratio, eo uſque evecta, ut Religioſos functiones, per quas Clerus floreret, occupantes, Hierarchici ordinis ruinam pronuntient.

Profluit, ut dixi querulosum iſtud objectum, ex proximè expedito concordiæ meditatæ impedimento, cujus proindè expeditio, hujus eſt diſſolutio: negamus igitur, nos præfata obire munia mittendo falcem in ſegetem alienam, neque enim tale quidquam præſtamus, niſi juſſu Domini meſſis Patris-familias totius domus Dei, ſummi, inquam, Romani Pontificis, ex cujus delegatione ac commiſſione operamur. Qui verò hinc timet Hierarchici ordinis ſubverſionem, aut inauditam machinatur Hierarchiam, aut timet timore, ubi non eſt timor: numquid enim univerſa Eccleſiaſtica Hierarchia, in Romano ſummo omnium Pontifice, Sancti Petri Succeſſore, Generali Chriſti in terris Vicario fundatur, radicatur? Hæreticus qui neget: an non igitur ejuſdem eſt Vicarii, Paſtorum in paſcendis ovibus Chriſti ſibi ſubordinatorum, reſtringere aut extendere juriſdictionem, prout ſpiritualis fidelium poſtularet neceſſitas, aut utilitas, locorum, ac temporum habita ratione? Quoniam vero expedire viſum eſt Domino meſſis conducere operarios, eoſque mittere in vineam ſuam, quorum labore ac ſudore ordinarii adminiſtri in recenſitis ſupra miniſteriis ſublevarentur; merito in ſubſidiarios hos operarios electi ſunt ac aſſumpti in Eccleſia Religioſi, non ad Ordinariorum gravamen, ſed levamen, & commiſſarum ſibi animarum ſalutem ac ſolatium, plerumque enim accidit, ut juvandi fideles

Digitized by Google

deles pleniorem erga Religioſos habeant fiduciam, quam erga miniſtros ordinarios, nihil interim ut dicam, de majori illorum idoneitate, continuo ſtudio, ac ſpiritualibus exercitiis, quibus, procul ſæcularibus negotiis, excoluntur, acquiſita. De optando proindè hoc ſubſidio (ſi ſaperent, nec cæcus amor faſcinaret) plauderent, ac impenſe Deo gratias agerent Paſtores univerſi ut probè perſpexit, atque egregiè Tridentini Concilii Patribus expoſuit Thomas Faſelius Britinorienſis Antiſtes: *Omnes*, inquit, *reminiſcantur oportet, Romanum Pontificem univerſi Gregis Epiſcopum eſſe, & unumquemque noſtrum in partem ſollicitudinis ſolum vocari, prout Sacri Canones loquuntur. Proindè non minus intrat per oſtium legitimum Civilis, quicumque in Diœceſim aliquam à Pontifice mittitur, quam qui ab eiuſdem Diœceſis Epiſcopo peculiari mittitur. Ne conquerantur Antiſtites, id quod ipſorum vitio contigit, non injuſtâ Regularium uſurpatione. Illi, ſi docendi, ſi concionandi munus explevißent, hi in ſolitaria ſua quiete ſe planè continuißent divinis occupati laudibus, intentique placando ſibi, aliiſque Deo per voluntaria corporis animique ſupplicia. Noſtra Socordia, ne dicam, ignorantia, ab Apoſtolica Sede privilegia Regularibus impetravit: ipſi totum noſtri miniſterii pondus ſuſtinent; nos proventibus, nos illius honoribus fruimur, & tamen conquerimur?* Quibus Faſelii dictis, ex actis Concilii exſcriptis, teſte Cardinali Pallavicino, Senatus communiter aſſenſus eſt.

Pallavicinus hiſt. Trid. lib. 7. cap. 4. n. 4.

Haud abſimili Zelo ac prudentia repulit Parochum quemdam Religioſis mendicantibus obmurmurantem, dicta de cauſa, Conradus Cardinalis Legatus in Germania, quem Cantypratanus ait auditum fuiſſe à Parocho, expoſtulante de fratribus recens tunc inſtitutis, quod ſe intruderent in alienam meſſem. Interrogavit enim Parochum Legatus, quot numeraret in ſua parochia animas, curæ ſuæ concreditas, cum reſpondiſſet numerare ſupra decem millia: exclamavit Legatus: proh miſer! ego pro unica anima mea ſollicitus, tremo ac timeo pro ventura diſcuſſione. Et tu, qui ultra curam quam animæ tuæ debes, pro tot millibus tibi concreditarum animarum angi deberes, expoſtulas de probis & novis opitulatoribus, qui te in ferenda tam gravi ſarcina ſublevatum veniunt? Nè indignus es, qui Paſtor animarum audias. Dixit, & ſubmotum munere ſuo Parochum, res ſuas ſibi habere juſſit, ſuffecto in locum ejus alio, juſtè ac ſapienter. Vidit enim ſagax Legatus, quod Parochus ille ſui muneris concredıti exercitio quæreret nummos, non animas, non invidet animarum Lucrionibus, qui animarum inhiat lucris.

Lib. 5. apum c. 9. num. 6.

Objicitur, ac quæritur deindè Religioſos nedum concionari, & Sacra-

Sacramenta quædam adminiſtrare, ſed & fideles à ſuis Parochiis retrahere, oveſque ſuis ſubducere Paſtoribus.

Reſpondemus, nos fideles à ſuis Parochialibus templis non retrahere, nec oves ſuis ſubducere Paſtoribus, at ſubſidiarias noſtras functiones ritè, dignè; accuratéque conamur ſubire, quovis tempore ad quodvis animarum obſequium parati, templa noſtra ut munda ſint curamus, atque etiam, prout opes à fidelibus collectæ ferunt, ſplendidè ornata, divina officia graviter, ſolemnitérque perſolvimus, Miſſas pro devotorum fidelium commoditate celebramus: ſi hiſcè, aliiſque de cauſis, fideles noſtras libentius frequentent Eccleſias, atque ita ipſi ſuas relinquant Parochias, id profectò Religioſis nequaquam fraudi vertendum, at laudi, induſtriæ, diligentiæ, zelo. Anne propterea odio dignus ſervus, quia ſua fidelitate ac induſtriâ cujuſque Domini rapit affectum? anne contemnendus opifex aut inſtitor, qui obſequio, humanitate, ac ſinceris mercibus, ad officinas ſuas emptorum attrahit turmas? Quòd ſi favor quem Religioſi ex illis functionibus ritè ac dignè exercitis reportant, offendat Parochos: Satagant & ipſi pro ſe, exerceantque ingenium; nec parcant opibus aut operis, ut habeant unde populum pelliceant ac alliciant verbo doctrinæ, aut alio quovis medio, quo ad Religioſos frequentandos fideles pertrahuntur, & nemo Religioſorum obſtabit, nemo invidebit, at omnes applaudent: tantùm abeſt, ut per clancularias artes, fraudes, detractiones, aut aliis iniquis mediis, majorem Parochialium templorum frequentiam interturbabunt, aut impedient.

Tertio objicitur, frequentationem Eccleſiarum Regularium inducere contemptum Eccleſiarum matricum; & fidelium ignorantiam circa pleraque ſcitu neceſſaria, ut feſta, jejunia, conjugiorum ineundorum proclamationes, denuntiationes præceptorum ad revelandum aut reſtituendum, & alia id genus, quæ in ſolis Parochialibus templis promulgantur.

Reſpondeo, abſque ullo fundamento objici contemptum illum Eccleſiarum Parochialium ſeu matricum, plebs enim Eccleſias illas non contemnit, nec cogitat de contemptu, at commodo ſuo ſervit, ut poteſt, & pietati ac devotioni ſtudet, ut quandoque tenetur, quandoque ſuadetur, adeundo Religioſorum templa, ubi præter nitorem, ornatus ac officiorum ſplendorem, decentem domum ſummæ Majeſtatis, audiunt ſalubriora monita, peritiores artis ſpiritualis medicinæ paratioréſque inveniunt Confeſſores, & Miniſtros Sacræ menſæ pro divini epuli diſtributione jugiter adſiſtentes: qui his motivis Religioſorum frequentant templa, hæc pluris faciunt, nec tamen Parochialia contemnunt; non contemnit rem quampiam, qui eam æſtimat ex meritis, licet poſtponat digniori, uti non contemnit aurum, qui illud poſtponit adamanti. Ignorantia verò eorum, quæ à Parochis ſolis

conſueverunt promulgari, perquam parum eorum in hoc negotio promovet cauſam: pleraque namque, ut Feſta & jejunia, adnotata ſunt in Calendariis, & iis Feſtorum indicibus qui annuis prognoſticationibus, vulgo Almanach, adjunguntur, quos paſſim in privatorum ædibus licet reperire, & in eum etiam finem ſolent à plebe comparari, ac legi: alia verò innoteſcunt, aut ex chartis affixis januis templorum, aut ex inſtructione Confeſſarii, aut ex iis qui in Parochia fuere præſentes, quorum pauci ſufficiunt, ut quidquid Parochus propoſuit, brevi reliquis Parochianis pateſcat, floretque valdè per accidens, ſi rei præpoſitæ fama ad aures alicujus non pertingeret. Omnes cives adſtringuntur ſcire mandata Magiſtratus atque Principis, nec tamen omnibus injicitur obligatio adeundi locum in quo promulgantur, eò quòd ſemper adſint, qui ad proponentem præconem accurrant, & alios doceant quod publica indixerit poteſtas: quidni ſimile ſit in noſtro propoſito?

Indignantur quartò, deſeri à fidelibus Eccleſias illas, in quibus baptiſmate ſunt initiati, quo unà ad cætera Sacramenta aditus reſeratur: ubi matrimonium, magnum in Chriſto Sacramentum celebrant: ubi quævis Sacramenta, cum ex obligatione ſuſcipiuntur, ſunt adminiſtranda: undè extrema unctio, & viaticum ad iter æternitatis feliciter percurrendum ſuppeditatur: indignum illam deſeri Eccleſiam, quæ toto vitæ curſu tot bona fidelibus confert.

Reſpondeo: primùm, Eccleſia Parochialis non deſeritur, cum eam fideles frequentant ad id obligati: quod ſi aliis temporibus eam prætereant, & hoc velis appellare deſerere, permittò; at nihil in eo indignum, nihil indecens, non enim templa Parochialia frequentandi obligatio oritur ex ſuſceptis inibi Sacramentis, aliàs qui ea ſuſcepiſſet in horreo, caſa, aut ſtabulo (ut contingit tempore perſecutionis, & ſæpè ipſe ſuſcepi, & ſuſcipi vidi etiam Sacramenta Baptiſmi, Confirmationis, Euchariſtiæ in Paſchate, Matrimonii, & Extremæ-unctionis.) Non poſſet poſtmodum abſque nota Parochiale, aut Regulare adire templum: Si apponas, hanc comparationem mire claudicare, eò quòd inter loca illa abjecta & templa Parochialia ac Regularia cætera non ſint paria: fatebor: at ſuntnè cætera paria in comparatione templorum Parochialium cum Regularibus? aliud docuere dicta hactenus. Imò, eſto, templa Parochialia per omnia adæquent Regularia, excedant etiam quantum ad Sacramentorum ſuppeditationem, nondum fideles ſemper Parochialia tenebuntur frequentare, cauſam mox dabo. Tu interim qui taliter ratiocinaris: fideles ſuſcipiunt Sacramenta in templis Parochialibus: ergo ſemper debent ea frequentare, aut ſaltem frequentius quam Regularia: nónne

nonne conſequi inde advertis, fideles Regularium maximè debere adire templa, nam & ibi ex Vicarii Chriſti delegatione ac commiſſione Sacramenta Eucharistiæ ac Pœnitentiæ diviniſſima ac maximè neceſſaria ſuſcipiunt. At, objicis, in templis Parochialibus Baptiſmo initiantur, ac magnum ibi celebrant matrimonii Sacramentum: eſt ita; aſt, ſi in Eccleſiis Parochialibus renaſcantur ſemel Baptiſmô, in Regularibus centies Pœnitentiâ, quæ Tridentino Concilio *laborioſus quidam eſt Baptiſmus.* Si in Eccleſiis Parochialibus ſemel aut iterum celebrent matrimonium quo nubentes copulantur corporaliter; in Regularibus invitantur ac diſponuntur ad nuptias Agni, & ad cœnam nuptiarum ejus, cui mente ac animo adhærentes, unus fiunt ſpiritus cum eo. Quod autem ex templis Parochialibus ſint petenda aliqua Sacramenta, dum ſunt ſumenda ex obligatione, nec in minimo patrocinatur Parochis; ea ſiquidem obligatio eſt à voluntate ſummi Romani Pontificis, qui, hac obligatione non obſtante, voluit fideles liberè & licitè, extra illos caſus, Regularium poſſe frequentare templa: & illud à Parochia acceptum beneficium, à Religioſis mille titulis Parochis & Parochianis compenſatur, uti ex ante dictis relinquitur perſpicuum. Adhæc: ſi quæ oritur obligatio in fidelibus ex ſuſceptione Sacramentorum in templis Paroahialibus, vel illa eſt erga Chriſtum, vel erga templum, vel erga Parochum? Si erga Chriſtum, illi æquè, aut melius ſatisfiet in templis Regularium, quam Parochiis. Si erga templum Parochiale, poſſunt illi ſatisfacere, licet non ſemper illud adeant: aut forte aliunde ſufficienter eſt dotatum, & ſic nulla illi denuo benefaciendi obligatio. Obligationi denique Parochi ſatisfit ſolutione decimarum, aliiſque Eccleſiaſticis reditibus, ac juribus quæ pro labore in Sacramentorum adminiſtratione impenſo, exiguntur. Unde fideles plane expeditis (paucis demptis caſibus) Regulariū poſſunt adire, jugiterque frequentare Eccleſias, cum hoc ſit beneplacitum Paſtoris Paſtorum ſummi Romani Pontificis, cui reſtagare poteſt nemo.

Seſſ. 4. cap. 2.

Denique opponitur, injuriam inferri Parochis, eo quod neque agnoſcere queant vultus ſuorum pecorum, avocatorum ad alienos, neque congruè eas paſcere; cum non niſi ſemel in anno adeantur, idque non conſcientiæ manifeſtandæ cauſa, ſed Sacræ Communionis ſuſcipiendæ dumtaxat.

Reſpondeo, prætenſam illam injuriam fore prætenſam tantum, licet enim fideles frequentent Religioſos, non inde facies eorum abſconditur Parochis: aut enim queruntur per eam frequentationem ſe non poſſe agnoſcere vultum ſuorum pecorum ex commiſſis aut omiſſis, extra Confeſſionem Sacramentalem; & patet contrarium, conſiderent eorum greſſus, ſtudia, commercia, converſationes, & cujus vultus ſint conſpicient; & ſi viderint ea Regularium diligenter frequentare templa ad conciones ibi audiendas, ad conſcientias ſuas Sacramentali Confeſſio-

Digitized by Google

feſſione expiandas, ad Sacram Euchariſtiam frequenter ſumendam, ad Proceſſionibus, aliiſque divinis officiis aſſiſtendum, ad Confraternitatum leges obſervandas, tum ſciant Paſtores pecorum ſuorum vultus fore nitidos, ac pulchros, conſcientias, inquam, puras & rectas, prout humana patitur infirmitas, eaque pinguia ac ſalutaria inveniſſe paſcua. Aut certe Paſtores ſolliciti ſunt, vultum pecoris ſui agnoſcere ex iis quæ in confeſſione apud eos deponeret: & vana hæc eſt ſollicitudo, cum illa extraconfeſſionalis agnitio vultus pecoris ſatis ſit, & illa ex Confeſſione acquiſita, ad exterius regimen nequaquam uſui eſſe poſſit; quantum autem hæc cognitio ſervire poſſit directioni interiori conſcientiæ in ſacro tribunali permiſſæ, iſtud Parochi tuta conſcientia relinquant judicio & prudentiæ Religioſorum, quibus ex legitima delegatione facta à ſummis Romanis Pontificibus, in Conciliis Oecumenicis firmata, & tot ſæculorum uſu roborata, populus Catholicus peccata ſua permittitur aperire, pro ſuæ conſcientiæ levamine, pace ac ſolatio auctiore: quique ad id muneris, aliaque, Epiſcoporum judicio ac teſtimonio ſcientia, ac morum probitate digni, idoneique ſunt declarati. Runas igitur agunt hæ, hiſque affines objectiones, dolendumque fluxus ad eofundamentis ruptam concordiam, ac à Religioſis averſionem inædificari. De jure frequentandi templa Parochialia, ſcripſit librum integrum magiſter meus R. Adm. Pater Bonæ Spei intitulatum PAROCHIALE, hunc conſulat Lector uti & Exim. D. du Bois ad propoſitionem 16. damnatam n. 411.

CAPUT XXIII.

Privilegia Religioſorum, meditatæ concordiæ impedimentum Expeditur.

AMor ſpecialis, præſertim munificus, parentum erga filios, quantumvis rationabilis, odii, invidiæ, diſcordiæ æmulis prolibus conſuevit eſſe ſeminarium: teſtimonium ferat, qui expertus eſt, Iſrael, qui *diligebat Joſeph ſuper omnes filios, feciique ei tunicam polymitam*: at amoris optimi eventum cerne peſſimum: *Videntes autem fratres ejus quod à Patre plus cunctis filius amaretur, oderant eum nec poterant ei quicquam pacificè loqui.* Non hic ſtitit effera invidia, mortem machinantur fratri, parenti decrepito dilectiſſimo, inferendam, niſi, aliter diſponente Deo, venditione in ſervum fuiſſet commutata. Habet pariter & pia mater Eccleſia viſcera amore dilatata

Gen. 37.

latata ac munifica; agnoſcit omnes filios, diſtribuit ſua dona, ſuas gratias, favores ac privilegia omnibus; at cum conſilio, cum ratione conſiderat ſingulorum merita, indigentiam, neceſſitatem, totiuſque familiæ Chriſti proſpicit commodis ac profectibus: quoniam verò perſpicit Religioſos aut amplos favores promeritos, aut iis ad totius Gregis Dominici utilitatem ac neceſſitatem indigos, liberalem ipſis aperit manum, ut ubi abundant labores & merita, abundent mercedes & præmia. Quid enim Religioſorum privilegia eſſe arbitramini, venerandi Domini, felix eſt fœtus ſummi Pontificis, ac piæ matris Eccleſiæ, cujus ſemen eſt noſtrorum Sanguis Martyrum, conceptus, innumerorum noſtrorum Doctorum vigiliæ, ſtudia, ſudores, cujus partui infinita cujuſvis generis obſequia omni ævo à Religioſis præſtita Eccleſiæ, obſtetricantur. Et ſi pauca hæc quibuſdam, nec tantis digna præmiis videantur, patiantur ſaltem, ut in ſuum levamem, ſibique concreditorum fidelium ſolatium ac ſalutem legitime conceſſis utamur Privilegiis: Siquidem indulta ea ſunt nobis, non in jurium honorandi Cleri deſtructionem, ſed *ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii* Ephes. 4. (huc unicè noſtra ſpectant Privilegia) *in ædificationem Corporis Chriſti.* Ad 2. Cor. 11. hoc electi ſumus, in hoc ſumus poſiti in Vinea Domini, ut Chriſti Sacramenta adminiſtrando, fideles inſtruendo, conſolando, arguendo, fructum afferamus in patientia, in fame, in ſiti, in nuditate, in periculis, in vigiliis, in perſecutionibus, imò *in mortibus frequenter.* Si quid tamen favoris, ſi quid gratiæ nobis indulſit Eccleſia, *dignus eſt operarius mercede ſua*, Luc. 10. hoc Clericis, præſertim Parochis, non obeſt (quod repeto) ſed prodeſt: honores, Eccleſiaſticos proventus, vobis, ut par eſt, relinquimus, nobis ſolum partem oneris veſtri appetimus, ut portio noſtra, hæreditas noſtra ſit, labor & dolor pro concreditis vobis animabus ſubeundus, ſuſtinendus, in carceribus viſitandis, in ægrotantibus adſiſtendis, in exomologeſibus excipiendis. Nihil, nihil, Paſtores gregis Chriſti; de jure veſtro, per privilegia noſtra deperit, at plurimum de veſtro onere, cura, ſollicitudine, & in noviſſima die reddendo ratione decreſcit: oves veſtras nolumus, at ovium ſalutem, non noſtræ ſunt, fatemur hoc ultro, ſed veſtræ, uti & vellera: quid intereſt equidem, ſeu noſtro, ſeu veſtro labore ſalventur, dummodo oves veſtræ ſalventur.

Videtis hic cauſam, videtis finem indultorum nobis Privilegiorum, nulla hic anſa odii, nulla cauſa diſcordiæ; & contra, omnia amoris illicia, concordiæ fomenta, omnia pacis extorquent perpetua fœdera. Nihilominus (ô! diſtortas mortalium mentes) ad ſolum harum vocularum, *Privilegia Regularium*, auditum, quibuſdam Gen 37. atra ac flava movetur bilis, ac vix poſſunt nobis *pacificè*, aut de nobis honorificè *loqui*: hæc cauſantur ſemper quotquot fuere, aut etiam nunc ſunt Antiregulares; nobiſque moliuntur

tur

tur eripere, tot titulis debita, tot nominibus Eccleſiæ commoda, tot ſæculis acclamata, tot Pontificum cumulo ac charactere ſigillata, tot Regum firmata ſanctionibus, nec non totius orbis Catholici plauſu excepta. Res miranda: vagantur per omnes rerum ordines, per omnes mundi ſtatus privilegia: ſuis gaudent regna, Regeſque libertatibus, ſuas habent immunitates ac exemptiones Epiſcopi, Abbates, Capitula, Univerſitates, Sodalitia, Senatus & Curiæ; quin imò & ipſi rei ad triremes, ad furcas, ad neces damnandi, ad aras & templi potiuntur aſylis, quibus ſine ſacrilegio nullus eos ſpoliat. ô! infauſta Religioſorum ſors, his invidetur, quod reliquis indulgetur: verum caveatur, ne aliud hic monſtrum alatur, nam querelæ iſtæ, æmulationes, ac murmura non in Religioſis hærent, ad Eccleſiam, ad Caput Eccleſiæ tranſeunt: Regularium Privilegia reprehendere, eſt Eccleſiam carpere, quod filiis ſuis obſequentiſſimis ac fideliſſimis ſuarum non deneget partem gratiarum, quos nemini non concedit; quaſi non omnibus foret mater, nulli noverca. Eſt hoc in ſummi Romani Pontificis authoritatem arietare; tametſi enim externa ſpecie hæc inſectatio cadat in Religioſos, eodem tamen auſu feritur Eccleſiæ Vertex, & vel arguitur inſipientiæ in conferendo privilegia, vel impotentiæ & arrogatæ poteſtatis, quorum utrumque procul eſſe debet à Catholico pectore in Chriſti Vicarium reverente, ex cujus concuſſione, univerſum Hierarchicum ordinem labefactandum, ſanctus admonuit Avitus: ut proinde P. Cluniacenſis murmurantes de Religioſorum exemptione ac privilegiis, ableget ad Summum Romanum Pontificem Privilegiorum authorem, ſupponens, ut per ſe notum, neminem Catholicorum jus Pontificium in concedendis privilegiis, in dubium revocaturum: planeque de eo conſtare ſupponit Alexander 2. Epiſt. 8.

Epiſt. 31.

L.1. Epiſt. 28.

Quæ demum Patrum Concilii Tridentini mens fuerit ac ſententia de manutenendis Regularium Privilegiis, tradit Cardinalis Pallavicinus: ac enarrat imprimis de illis exortas altercationes, atque audaciſſimas Epiſcopi Feſulani invectivas, tantamque in eum Concilii commotionem, ut Legati, datis ad Summum Pontificem, merito inde & graviſſime offenſum, litteris, condignæ caſtigationis remedia exquiſierint. Relata deinde oratione Thomæ Faſelii Britinorienſium Antiſtitis (quam dedi hic ſupra) in Regularium favorem, adducit primum Præſidum, qui ad Feſulanum, ad tribunal Dei provocantem, converſus, hæc addidit: *Qui divinum ad judicium provocant ob gregem ſibi concreditum, cum ab exteris abripitur, cur animo non reputant, à Regularibus ipſorum partes expleri ab ipſis neglectas? Si verò Pontifex familias adeò de Eccleſia benè meritas privilegiis exueret, illæ continuo concionandi laborem deſererent cum ingenti fidelium detrimento.* Poſtmodum Paceceus Epiſcopus Dienneuſii & Cardinalis inter pluri-

Hiſt. Trid. lib.7. c.4.

Pallavic. lib.7 cap. 5. n. 5.

plurimorum declamationes, teſtatus eſt: *Abſurdum ſibi videri, cum potiſſimè Regularium opera uti neceſſarium foret, tunc eas poſſeſſione Privilegiorum & antiquis juribus ſpoliari: Vereri ſe, ne per ea, dum Eccleſiam adjuvandam curarent, eandem graviter læderent, præpedita obliquè Divini Verbi Prædicatione, hoc eſt, inſtrumento ad Religionem ſervandam perneceſſario: Proinde ſuam eſſe ſententiam, Viennenſis Concilii Conſtitutionem omnino retinendam in Clementina quæ incipit:* Dudum. *Titulo.* De ſepulturis. Abſurdum quoque plerique cenſebant, teſtatur Pallavicinus, Theologos Regulares, quorum ſudoribus ac vigiliis Synodus adverſum hæreſin tunc pugnabat, ſe loco præmii ſpoliari os cernere privilegiis, quibus per tot ſæcula fruebantur.

Meritò proinde ad Martinianum Auguſtum ſcripſit Pius Paſtor Leo Papa: *Privilegia,* ait, *Eccleſiarum, & monaſteriorum Sanctorum Patrum auctoritate inſtituta nulla poſſunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere auxiliante Chriſto fideliter exequendo, neceſſe eſt hujus ſanctæ ſedis Pontifices porſeverãter exhibere famulatum.* Epiſt. 54.

CAPUT XXIV.

Venerabilis Thomas Waldenſis Carmelita, pro Papalibus Privilegiis adverſum Witcleffiſtas decertat.
Tom. 1. Lib. 2. art. 3. cap. 43.

Pſal. 63. „ADeo habuerunt gratis privilegia ſacrorum Pontificum duo
Joan. 15. „hominum genera. Hi ſcilicet ho-
Sap. 2. „mines, qui de ſingulis actibus hominum judicare ambiunt; aut alii qui „bonum quod in ſe ipſis non obtinent „habentibus invident. Sicut ait HIE„RON. Quod ſerpens factus exul „cœli, invidit primus Eccleſiæ glo„riam paradiſi. Arguunt quidem utri„que inſuperabiliter (ut putant) di„centes, contra principia eſſe naturæ „quod aliqui eximantur à juriſdictio„ne & obedientia coactiva inferioris „antiſtitis, exiſtimantque ſibi ſuffragari quod BERNAR. dicit lib. 3. ad „Eugenium. Subtrahuntur, inquit, „Abbates Epiſcopis, Epiſcopi Archie„piſcopis, Archiepiſcopi Patriarchis „ſive Primatibus. Bonane ſpecies hæc?„ mirum ſi excuſari queat vel opus, ſic „factitando. Et poſt multa infra. Si di„cat Epiſcopus, nolo eſſe ſub Archie„piſcopo, vel Abbas, nolo obedire E„piſcopo, hoc de cœlo eſt? Non, niſi „forte Angelorum quempiam dicen„tem, audiſti, nolo ſub Archangelis, „aut ex alio quolibet inferiorum ordi„num non ferentem ſubeſſe cuiquam, „niſi Deo . . . . Pergat uterque „

„ad Beatum Patrem Bernardum, & „ videant, quomodo ipſe moderamen „ rebus imponat, & adverſetur u- „ trique. In prædicto jam loco „ ſtatim conſequenter adjungens. „ BERNARDUS. Quid inquis? „ Prohibes diſpenſare? non, ſed diſ- „ ſipare. Non ſum tam rudis ut ig- „ norem vos poſitos diſpenſatores, „ ſed in ædificationem, non in de- 1. *Cor.* 4. „ ſtructionem. Denique quæritur „ inter diſpenſatores, ut fidelis quis „ inveniatur: ubi neceſſitas urget, „ excuſabilis diſpenſatio eſt: ubi u- „ tilitas provocat, diſpenſatio lau- „ dabilis eſt: utilitas dico commu- „ nis, non propria. Nam cum ni- „ hil eſt horum, non plane fidelis „ diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio „ eſt: nonnulla tamen monaſteria „ ſita in diverſis Epiſcopatibus, quæ „ ſpecialius pertinuerunt ab ipſa ſua „ fundatione ad ſedem Apoſtolicam „ pro voluntate fundatorum, benè „ adjudicari poſtulaverunt: quis neſ- „ ciat? Sed aliud eſt quod largitur „ devotio, aliud quod molitur am- „ bitio, impatiens ſubjectionis. Hæc „ Bern. AUCT. Hoc eſt quod pla- „ nè reſpondet ad omnia: hoc eſt „ quod dejicit Wiclephiſtas .... nec „ illis (*Pontificibus*) ſublata eſt om- „ nis diſpenſandi facultas, ubi utili- „ tas poſcit communis, atque neceſ- „ ſitas .... ſolum autem excludit quod „ molitur ambitio ſubjectionis im- „ patiens: & meritò omne tale pri- „ vilegium eſt abjectum, cujus fru- „ ctum ego dedignor.

Proſequuntur infrà. „ Cum ergo Deus vult tales ſibi dilectas animas „ humanis tumultibus liberari, ut ora- „ tioni; ſive lectioni, prædicationi, „ aut ſcripturarum expoſitioni licen- „ ter indulgeant, requiro ego ſacros „ Chriſti Antiſtites, qui iſta diſpen- „ ſent. Quod ſi ipſorum incuria rem „ negligant, quid rectius, quid divi- „ næ juſſioni conſonantius, quàm ut „ primus Præſul, cui ſollicitudo om- „ nium Eccleſiarum incumbit, divi- „ næ juſſioni reſpondeat, & ipſe per „ ſeipſum taliter contemplantes tuea- „ 2. *Cor.* 11. tur, ordinet, & defendat. Parcant „ mihi Apoſtolorum hæredes, non „ credo tot monaſteria reſervanda „ fuiſſe primæ Apoſtolicæ Cathedræ, „ ſi Epiſcopi ſatisfeciſſent voto, & ad- „ jurationi ſponſæ prædictæ, cohi- „ bentes impetus miniſtrorum ſuo- „ rum carnalium ſub colore legum, à „ perturbatione importabili, & in- „ quietudine Chriſti monaſterialis „ Eccleſiæ.

Adhuc infrà. „ Papa Præſidens miniſtrorum, poteſt privilegiare „ omnem ordinem miniſtrorum à ju- „ riſdictione poteſtatum ſecundùm „ quid in omnibus, ut in cauſis cri- „ minalibus activè, & paſſive, & „ in Sanguine, & in his quæ jura tan- „ gunt Eccleſiæ, aut ſi cauſa ſit fidei; „ unde AMBROSIUS Epiſtola ad „ Valentinianum Auguſtum contra „ Auxentium Libro quinto & eſt „ Epiſtola 32. Quando inquit, audiſti „ Clementiſſime Imperator, in Cauſa „ fidei Laicos de Epiſcopo judicaſſe. „ Sequitur. Si docendus eſt Epiſco- „ pus à Laico, quid ſequetur? Laicus „ igitur

„ igitur diſputet, & Epiſcopus audiat, „ Epiſcopus diſcat à Laico. Hæc ille: „ AUCTOR. Ita ergo ratione cauſæ, aut ratione officii, ſolvuntur „ per Eccleſiam Miniſtri ejus à juriſdictione omnium Judicum Laicorum. Igitur magis Eccleſia poteſt, „ & debet diſpenſare exemptivè cum „ miniſtris ſuis, ne ſubjiciantur in „ caſibus Judicibus etiam ordinariis „ ſui fori. Si autem caſus exigat, „ aut neceſſitas hoc requirat, patet „ conſequentia à majori; quia plus „ poteſt quiſque ſummus in ordine „ proprio, quam in ordine Laterali: „ ſicut plus potuit Aaron ſummus „ ſacerdos Legis in tribu Levi, quam „ in tribu Beniamin, ſive Manaſſe. „ Qua lege ergò poſſet Summus „ Hierarcha noſter Papa exemptiones facere Clericorum à ſubordinatis judicibus in ordine principali, „ & nullo modo in ordine Clericali? *Adhuc infrà.* Hæc videant, „ & deſinant oblatrare conceſſis, „ aut ipſi renuntient Privilegiis Clericatus per quæ exempti ſunt ab omni ordinario judice curiæ ſæcularis.

Auth. 4. „ Dicantque cui libebit, tu meo utere privilegio, quo me libenter carere profiteor: & judices adeant „ ſæculares paſſim ut Laici, cum tamen non poſſint ſeipſos niſi à Deo „ dicere conſtitutos in ordine poteſtatum, ſicut ſancti Epiſcopi in „ ordine Eccleſiæ Miniſtrorum. „ Quare ergo non poſſet Papa ab „ hujuſmodi juriſdictione fidelem „ eximere, ſicut Gregorius eximit ab „ utroque? Quin immò ſi originalis cauſa quæratur Privilegiorum „ Religionis clauſtralis, non deerit „ qui quæſtionem abſolvat, Dicens „ clauſtralem vitam nonniſi ſub quiete ſancta proficere: quam cum inferiores quidam Clerici moleſtatunt ſub negligente, vel convenien- „ te Prælato, vera & prima mater Romana Eccleſia non negligit, volens cum Chriſto congregare filios ſuos quemadmodum gallina „ congregat pullos ſuos ſub alis. Unde & de hac re ſcribens GREGORIUS Lib. 5. Regiſtri Epiſt. „ 28. ad Marcianum Ravennatenſem „ Epiſcopum. Miramur, inquit, cur „ ſic in brevi fraternitatis tuæ fuerit „ immutata diſcretio, ut ea quæ poſtulat non advertat. Ex qua re dolemus, quia manifeſtum præbes indicium, plus apud te verba male „ ſuadentium valuiſſe, quàm divinæ „ lectionis ſtudium profeciſſe. Cumque monaſteria te oporteat defendere, & Religioſos illic ſummopere „ congregare, ut lucrum de animarum congregatione poſſis efficere, „ in eorum te ediverſò gravamina, ſicut litteræ tuæ teſtantur, deſideras „ exercere. Et infra. Præterea pervenit ad nos, quia monaſteria quæ „ ſub fraternitate ſunt conſtituta Clericorum, importunitatibus, & diverſis eorum moleſtiis prægraventur. Quod ne de cætero fiat, diſtricta hac interminatione compeſcere, quatenus monachis illic degentibus liberè in Dei noſtri laudibus „ liceat exultare. Hæc ille. Item idem „ lib. 6. Regiſtri, Epiſt. 40. GREGORIUS.

Matth. 23.

Tom. 2.

Tom. 2. ad Maximian. Epiſ. Raven.

Digitized by Google

„RIUS. Dudum ad nos multorum
„ relatione pervenerat, monaſteria in
„ Ravennæ partibus conſtituta, om-
„ ninò Clericorum veſtrorum do-
„ minio prægravati: ita ut occaſione
„ quaſi regiminis ea (quod dici grave
„ eſt) velut in proprietate poſſideant.
„ Et infra. Hortamur ergo, ut omni
„ mora, omnique excuſatione ſubmo-
„ ta, ita monaſteria ipſa ab hujuſmo-
„ di ſtudeatis gravamine relevare:
„ quamvis nullam deinceps in eis Cle-
„ rici, vel ii qui in ſacro ſunt ordine
„ conſtituti ob aliud habeant niſi o-
„ randi tantummodo cauſâ acceden-
„ di licentiam; aut ſi forte ad pera-
„ genda ſacra miſſarum fuerint invi-
Tom. 2. „ tati myſteria. Hæc ille. Et idem Li-
„ bro 7. Epiſtola 33. ad Joannem
„ Schillitanum Epiſcopum. Grave ni-
„ mis, & contra ſacerdotale conſtat eſ-
„ ſe propoſitum, velle cujuſquam mo-
„ naſterii Privilegia olim indulta con-
„ fundere, & ad irritum (quæ ſunt) pro
„ quiete diſpoſita niti deducere. Que-
„ ſti itaque nobis ſunt Monachi Ca-
„ ſtalienſis Monaſterii, quod in frater-
„ nitatis veſtræ eſt civitate conſtitu-
„ tum, quia eidem monaſterio quæ-
„ dam contra, quæ prædeceſſoribus
„ veſtris permiſſa atque conſuetudine
„ longa ſervata ſunt, feſtinetis induce-
„ re, & antiquam ordinationem qua-
„ dam præjudicii novitate turbare.
„ Proinde his fraternitatem veſtram
„ hortamur affatibus, ut ſicut eſt, ab e-
„ jus ſe moleſtia ſine aliqua excuſatio-
ne contineat: & quæ ſunt ei diutius „
cuſtodita, nulla occaſionis tentet „
uſurpatione convellere, ſed cuncta „
illibatè, & ſine aliqua ſtudeat re- „
fragatione ſervare: & plus ſibi in „
eodem monaſterio quam prædeceſ- „
ſoribus ſuis licuit, noverit non lice- „
re. Hæc Gregorius. AUCTOR. „
Ubique vides quo ſpiritu, quave „
neceſſitate commotus fuit Sanctus „
Præſul prædictis monachis provi- „
dere. Juſſit enim prius Epiſcopo, „
ut quieti eorum opportunè ſuccur- „
reret: ut non ſicut in populum „
Clerici, & ſacerdotes curati licen- „
ter irruerent, quod quia neglexit „
Epiſcopus, ipſe ſupplevit, & Cle- „
ricos omnes, & ſacerdotes à clau- „
ſtrali ſubmovit cura, & exemit à „
jugo.

Docet hic luculenter Waldenſis noſter, & Summum Romanum Pontificem legitimam privilegia concedendi obtinere poteſtatem, nec abſque grandis ratione conſilii plurima de facto Religioſis indulſiſſe: ac per conſequens, nullum hinc averſionis à Religioſis, odii, aut diſcordiæ poſſe prætexi fomentum: atque hic unicus meus eſt ſcopus, in quem per allegatā ex Waldenſi doctrinam collimo, nihil prætermittens, quod meditatæ concordiæ, mihi unicè cordi, ejuſque expediendis impedimentis quadantenus queat ſubſervire.

Digitized by Google

CAPUT XXV.

Novitas in Ritibus Religionis, ac Sacramentorum adminiſtratione, meditatæ concordiæ impedimentum Expeditur.

Scitè in rem noſtram Perſius:

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus,
Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.

QUod cùm exploratiſſimum ſit in cæteris hominum commerciis, notiſſimum pariter ac lugendiſſimum in Eccleſiaſticis; quanta enim hodie in Ritibus Religionis diſſidia, quàm in Sacramentorum adminiſtratione *rerum diſcolor uſus*, quanta hinc, & inde inter Eccleſiaſticos viros animorum diviſio, quanta in populo commotio! grande malum, radicitus neceſſario extirpandum: quid porrò ejus eſt radix, quæ mœſti belli origo? in promptu eſt, novandi reformandique cupido, cum nihil adeo pium, nihil adeo fixum ac religioſum, quod improvidè tentare, ac pro viribus quatere, innovare ac labefactare refugiat: Hæc cumprimis præſentium tumultuum cauſa, hoc capitale meditatæ concordiæ impedimentum, ut jam dudum egregiè
Eclog. 10. cecinit noſter Chriſtianus Virgilius Mantuanus in ſuo Bembo.

Qui veteres audent ritus mutare, ſuoque
Arbitrio, & nullis ducunt ſub legibus ævum,
Hi ſunt, ò Myrmix, qui bella domeſtica gignunt.

Quam clarè, quamque præclarè hic docet celeberrimus Ordinis noſtri ſupremus Antiſtes, domeſtica bella (de Eccleſiaſticis eadem procedit ratio) gigni à legum, Rituum, uſuumque antiquorum novatoribus. Accinit in hac ſententia Poëtæ noſtro alius:

Qui veteres linquit calles, ſequiturque novatos,
Sæpius in fraudes incidet ille ſuas.

Has igitur novitates (cum Tertulliano ſentio) *quaſi ex diabolico luxuriantes trunco venefico, in Orcheſtra pampinos, tanquam ex teterrima radice pullu-*

pullulantem ſilvam cadere, excandidicare aſra ſecuri, duximus operæ pretium. Non omnis quidem circa mores ac diſciplinas culpanda venit innovatio ac reformatio: Nemo tamen non videt, ſi regatur prudentia, pace, ac erga ſummum Romanum Pontificem reverentia, magnum deberi honorem ac reverentiam vetuſtis uſibus, Ritibus ac conſuetudinibus, qui unanimi fidelium ſenſu ac praxi, nec non ſummi Romani Pontificis authoritate ſeu conſenſu probati ſunt ac fixi: horum enim disjectio, aut concuſſio, aut fidei dogmatibus, aut ſaluti animarum quadamtenus ſaltem derogat ac incommodat; ea eſt enim mortalium indoles, nec infundata, ut facilè habeant contemptui, quæ facilè inſtituuntur, facileque deſtituuntur ac abrogantur: facilè etiam ducuntur in vilipendium (ad rem loquar) Religio ac Sacramenta, ſi ſoliti, probati, longaque conſuetudine radicati in illis ritus uſuſve, aut manifeſtè, aut tacite ſugillentur innovando, remiſſe laudando, aut alio quovis modo extenuando. Niſi igitur in his premat aut irrefragabilis ratio, aut urgentiſſima neceſſitas, neque inſtet ſummi Romani Pontificis miſſio ac juſſio p- nitus abſtinendum ab innovatione ac reformatione, ſi Eccleſiæ ſtudeamus profectui, ac meditatæ concordiæ fomento: cujus ſolius gratia ad propoſitas expoſitaſque Novitates procedo evellendas. A ratione exordior brevi & efficaci: nimirùm, quia humanus animus alicui objecto, protractò tempore, intenſoque proinde affectu, affixus, ægre ab eò divellitur, avulſuſq; diſſilit in murmura, ac avellentium odia, nec facili negotio novis, quibus minimè allicitur hactenus, applicatur, niſi leves quidam ſint ac inconſtantes: vetus proindè affectio pia, Religioſa, fovenda, nequaquam turbanda aut innovanda, ut enim docet Chryſoſtomus, *novitas omnium animos offendit.* Hom 9. in 1. ad Cor.

Ad Sacras Litteras produco ſermonem: ac primùm exhortantem auſcultemus Hieremiam: *Hæc dicit Dominus: ſtate ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea: & invenietis refrigerium animabus veſtris.* Cap. 6 Accedit Salomon in Proverbiis, *nè tranſgrediaris,* ait, *terminos antiquos, quos poſuerunt tibi Patres tui.* Cap. 22. Apoſtolus Timotheo ſuo novitatum fugam, velut circa fidem naufragium inducentium, enixè quoque inculcat: *ò Timothee*, inquit, *depoſitum cuſtodi: devitans prophanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.* 1. Tim 6. Notate veſtrum, Novantes, circa fidem periculum.

SS. Patres ſacris inſiſtentes Scripturis, acerrimè ſemper novitates circa fidem & Religionem fuêre inſectati: præcedit eorum Anteſignanus Auguſtinus: qui inventorem vel ſectatorem novitatis definit hæreticum, docens eum eſſe, *qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ principatuſque ſui gratia novas opiniones vel gignit, vel ſequitur.* Lib. de util. credendi. Rurſum

Lib. 4. contra Iulian. cap. 3 Ad Optat. de ratione animæ.

ſum ita novitatem condemnat: *Mira ſunt, quæ dicitis, nova ſunt, falſa ſunt.* Ac ſi dicat: falſa ſunt, quia nova ſunt: undè addit: *nova cavemus.* Item alibi: *ſemper*, inquit, *viris Sanctis ſuſpecta fuit novitas.* Prætereà: *Novitatis appetitio*, ait, *commune errore ad magnas deducit anguſtias.*

Lib de morib. Manichæor. cap. 10. Lib 1. de Trin.

Noſter Sanctus Cyrillus Alexandrinus Præſul aſſerit, *qui in novas opiniones diſcedunt, correptos eſſe morbo curatu difficillimo.* Auditis Novatores?

Epiſt 174.

Doctor Mellifluus his Epithetis novitatem exornat, ac ſimul damna illius inſinuat: *Novitas*, inquit, *mater temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, filia levitatis.*

Hom 1. Paſch.

Theophilus Alexandrinus confert Hæreticos veritatis antiquæ faſtidia ſuſtinentes, præguſtantibus, cibos vulgares faſtidientibus, & novos, ac inſolitos affectantibus.

Tract 21. in Math.

Origenes Novitatem hæreſum, ac Catholicorum dogmatum velut characteriſticam aſſignat. Vincentius autem Lyrinenſis in ſuo numquam ſatis laudato Commonitorio, fuſiſſimè demonſtrat, *novitates* idipſum eſſe quod *hæreſes*: pauca ex eo delibemus: *Cunctis*, inquit, *ſatis evidenter perſpicuéque monſtratur, hoc apud omnes ferè hæreſes quaſi ſolemne eſſe, ac legitimum, ut ſemper prophanis novitatibus gaudeant, antiquitatis ſcita faſtidiant, & per oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, à fide naufragent: contra vero Catholicorum hoc ferè proprium, depoſita Sanctorum Patrum & commiſſa ſervare, damnare prophanas novitates.* Iterum, exponens hæc Apoſtoli verba: *ô Timothee, depoſitum cuſtodi, devitans novitates*: aurea hæc ad intentum ſubminiſtrat verba. *Depoſitum cuſtodi, quid eſt depoſitum? quod tibi creditum eſt, non quod à te inventum eſt, quod accepiſti, non quod excogitaſti; rem non ingenii, ſed doctrinæ: non uſurpationis privatæ, ſed publicæ traditionis, rem ad te perductam, non à te prolatam in qua non author eſſe debes, ſed cuſtos; non inſtitutor, ſed ſectator; non ducens, ſed ſequens, aurum accepiſti, aurum redde: nolo mihi pro aliis alia ſubjicias, nolo pro auro aut imprudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta ſupponas, nolo auri ſpeciem, ſed naturam: intelligatur te exponente illuſtrius quod antea obſcurius credebatur, eadem tu quæ didiciſti, ita doce, ut cum dicas novè, non dicas nova:* Item. *Et poſt hæc inveniuntur aliqui tanta inveterata frontis duritia, tanta impudentiæ incude, tanto adamante pertinaciæ, qui tantis eloquiorum cœleſtium molibus non ſuccumbant, tantis ponderibus non fatiſcant, tantis malleis non conquaſſentur, tantis poſtremo fulminibus non conterantur?* devita, (*inquit*,) prophanas vocum novitates: *non dixit*, antiquitates, *non dixit* vetuſtates: *imò planè quid è contrario ſequeretur oſtendit. Nam ſi vitanda eſt novitas, tenenda eſt antiquitas, & ſi prophana eſt novitas, Sacrata eſt vetuſtas.*

1. Tim 6.

Concludamus igitur cum Cretenſi: *Valeant novitates, partim ex inſcitia, partim ex intoleranda arrogantia natæ.* Et *quiſquis* (Sanctus loquitur Hieronymus)

Digitized by Google

Epiſt. ad Pamach. nymus) *aſſertor es novorum dogmatum; quaſo ut parcas Romanis auribus, parcas fidei qua Apoſtolorum ore laudata eſt.* Horrent Romanæ aures, Romano-catholicæ, nova dogmata, nam

Moribus antiquis res ſtat Romana fideſque. Liga 10.

Opportune proinde hic rurſum audietur Sapientiſſimus noſter Poeta Mantuanus, ut enim ſupra graphicè depinxit Rituum legumque innovationem, velut capitalem Eccleſiaſtici belli radicem, ita eam poſtmodum ſuavi modulamine, fortiter evellit: Audite igitur Novatores, etiam

Bem. *Audite ô magni generis longæva propago,*
Lite ſuper veſtra qua ſit ſententia noſtra.
My. *Batrache, me audaci toties ſermone laceſſis.*
Bat. *Non ego, ſed non æqua magis te cauſa laceſſit:*
Judiciumque timet ſibi mens malè conſcia juſtum.
Can. *Quando inimicitias tempus deponere, rurſum*
Veſtra novas lites vecordia ſuſcitat, ergo
Perpetuis hac rixa odiis æterna manebit.
Quæ vos debilitas capitis, quæ inſania vexat?
Non pudet his uti tantò ſub judice nugis?
Ergo animis audite æquis, odiiſque ſepultis?
Ultima doctiloqui quæ ſit ſententia Bembi.
Bem. *Ferte per antiquos Patrum veſtigia greſſus:*
Et veteres ſervate vias.
Figite in antiquis iterùm magalia campis.
De veteri ritu, de conſuetudine Patrum
Rixa agitur vobis? leges moreſque Parentum
Batrache dic.

Solita hic repetent Novatores latibula: dicta hactenus adverſus novitates, ad nos nihil, inquient, qui non novorum ſumus Architecti dogmatum, non novos cudimus Ritus Religionis: at verò antiquos Eccleſiæ inſtauramus Canones, ac primitivorum fidelium praxes: quinimo novitates inſectari, iſtud unicum noſtrum eſt ſtudium. Hæc quidem ſpecioſè jactant quotquot ſe Eccleſiæ ingerunt quantumvis importunè reformandæ, at viri ſapientiſſimi ac genuino zelo accenſi jam dudum has larvas detraxerunt. Quòd verò ad meum ſpectat propoſitum, iſtud maximopere velim monitum, non eos ſolum ſuperinducere nova, qui dogmatiſant planè recentia, numquam audita, aut uſitata, ſed & illos, qui contra præſentem pacificè ac legitimè poſſidentem conſuetudinem, abſque legitima authoritate opportunè importune moliuntur reſtituere eos uſus

ſus ac praxes, quæ cum nuper quidem fuerint, modo penitus ſunt aboletæ, idque Eccleſia univerſa, ejuſque ſummo Paſtore Romano Pontifice ſciente & approbante: Hi, inquam nova quoque inducunt inventa, juxta Calepini vocis, *novus*, interpretationem, & tumultus cauſant, ac meditatæ concordiæ inſidias ſtruunt: ut ad oculum hoc ſit demonſtratum, ſubjectas ſolum Eccleſiæ Primitivæ ac antiquæ cupio obſervari ac contemplari praxes, & Canones.

1. An non meritò haberetur novator, qui Eccleſiarum Antiſtites ad Apoſtolorum ac diſcipulorum Chriſti adniteretur reducere paupertatem ac ſimplicitatem, velletque proindè eos incedere pedeſtres, aut etiam nudipedes, abſque rhedis, ac honorifico famulatu?

2. An non nova divenderet, qui Clerum univerſum communem juberet ducere vitam, ut primitus ſervatum fuit in Eccleſia?

3. An non nova induceret, qui hodie vellet etiam à Laicis Sacram Euchariſtiam domum deferri, ſuo tempore ſumendam, ac per vias ad pectus deportandam, ut antiquitus practicatum tradit Spondanus ad annum Chriſti 57.

4. Canon 39. Concilii Altiſiodorenſis. *Unaquaque mulier, quando communicat, dominicale ſuum habeat; quod ſi non habuerit, uſque in alium diem Dominicum non communicet.* Dominicale erat mundum linteum, quò fœminæ recipiebant Sacram Euchariſtiam.

5. Caput 51. Concilii Carthaginenſis 4. 214. Epiſcoporum. *Clericus, quantumlibet Verbo Dei eruditus, artificio victum quærat.*

6. Caput 52. ejuſdem. *Clericus, victum & veſtimentum ſibi artificiolo, vel agricultura, abſque officii ſui detrimento, præparet.*

7. Caput 53. ejuſdem. *Omnes Clerici, qui ad operandum validi ſunt, & artificiola, & litteras diſcant.*

8. Caput 54. ejuſdem. *Clericus, invidens fratrum profectibus, donec in vitio eſt, non promoveatur.* Fratrum nomine ſolent denotari Religioſi.

9. Canon 1. Pœnitentialis. *Quòd ſi Presbyter fornicationem fecerit, pœnitentiam decem annorum faciat hoc modo: Scilicet, quod ſit incluſus, ſive à cæteris in aliquo loco remotus: ſacco indutus, & humi proſtratus Miſericordiam Dei implorans.* Ubi conſequenter aliæ plurimæ præſcribuntur auſteritates publicæ ac privatæ.

10. Canon 2. Pœnitentialis. *Si Presbyter cognovit filiam ſuam ſpiritualem: quam ſcilicet baptizavit, vel in Baptiſmo, vel in Confirmatione tenuit: vel quæ ſibi confeſſa fuit, debet Pœnitentiam agere duodecim annis.*

11. Canon 30. Pœnitentialis. *Qui blaſphemaverit publicè Deum, vel aliquem Sanctorum, & maximè beatam Virginem, illi debet Epiſcopus hanc pœnitentiam injungere: ſcilicet ut ſeptem diebus Dominicis præ foribus Eccleſiæ in manifeſto dum Miſſa cantatur exiſtat, & ultimo illorum dierum Dominicorum pallium & calceamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat,*

Digitized by Google

beat, & ſeptem præcedentibus ſextis feriis in pane & aqua jejunet, nullatenus Eccleſiam ingreſſurus. Et aliis pœnis ſuperadditis.

12. Canon 9. Apoſtolorum. *Quicumque Fideles Eccleſiam ingrediuntur, & Scripturas audiunt, neque apud preces & Sanctam Communionem permanent; eos tamquam qui ordinis in Eccleſia perturbationem inducant, à Communione arceri oportet.*

13. Canon 53. Apoſtolorum. *Si quis Clericus in caupona cibum capere deprehenſus fuerit, à Communione excluditor.*

14. Canon 56. Apoſtolorum. *Si quis mancum, aut mutum, ſurdumvè, aut cæcum, aut eum, cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſannaverit, Communione privator. Conſimiliter & Laicus.*

15. Canon 59. Apoſtolorum. *Si quis falsò inſcriptos impiorum libros tamquam Sacros in Eccleſia ad populi & Cleri corruptionem publicaverit, deponitor.*

16. Canon 51. Apoſtolorum. *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter eum, qui à peccato revertitur, non recipit, ſed rejicit, deponitor.* Nec locum hic habere credatur eorum excuſatio, qui, niſi per præviam vitæ emendationem abſque ambiguitate conſtet de peccantium converſione, paſſim omnes recidivos in abſolutos rejiciunt, eò quòd, ut malè ſibi perſuadent, cum immani animarum detrimento, abſque prævia emendatione, necnon virtuoſa aliquamdiu exacta vita, nemo à confeſſore poſſit credi converſus, quantumvis ingemiſcat, illachrymet, ſeſeque ſincerè dolere proteſtetur: frivola, inquam, eorum exiſtit excuſatio, ac repugnans ſummo Pontifici Cœleſtino I. qui ita ſcribit in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ: *Cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris. Cùm ergo Dominus ſit cordis inſpector, quovis tempore non eſt denegunda pœnitentia poſtulanti, cum ille ſe obliget judici,* (NB) *cui occulta omnia noverit revelari.* Quaſi dicat; præſumendus eſt pœnitentiam poſtulans ſincere veracitérque pœnitere, cum eam ſe habere aſſerens, emendámque promittens, ſe obliget judici Deo, cui novit ſecreta cordium revelari, nec ullatenus poſſe falli. At, dices, quòd ego præſumam peccatorem ſincerè converſum, idcóne talis erit? hoc committatur ſcrutatori animorum cui ſe obligat pœnitentiam poſtulans; ſufficere enim debet confeſſori veroſimile, ſeu humanitus certum de confitentis converſione judicium. Non eſt igitur tanta moroſitate peccatoribus recidivantibus univerſaliter procraſtinanda abſolutio, præſertim ſi proprio animi motu ad Sacrum tribunal ſupplices ſe proſternant, quibus enim non eſt curæ emenda, nec curæ ſolet eſſe ſpontanea criminum Confeſſio. Relapſu autem quid tantopere terreris ab abſolvendo, cum is indicium ſit animi infirmi, in arena periculorum plena adverſus efferiſſimam vitiorum aciem decertantis, non impœnitentis? Cùm nequeas pœnitentes abſolvendo in gratia confirmare (aliàs unica in totam vitam ſufficeret confeſſio & abſolutio) quid tantopere miraris verè pœnitentium relapſus? qui in lubrico ſtat, verè ſtat, etſi

Cap. 2. an: D. 428. Exault 18 & 35.

etſi non diu ſtet. Hæc incidenter occaſione præſentis Apoſtolici Canonis.

Siquis præmiſſas (ex aliis innumeris) primitivæ & antiquæ Eccleſiæ praxes, ac Canones omnes, aut fortè vel unum aliquem hodie adniteretur reſtaurare, vix dubito, & nè vix quidem, quin ab ipſis antiquarum praxium ac Canonum recuſoribus, aut exſibilaretur ut novus ac impudens dogmatiſtes, aut proſcriberetur ut pernicioſus pacis turbator. Liquido proindè conſtat, novorum nomine, nedum venire inaudita, ac numquam uſitata, ſed & antiquata ac aboleta. Qualiter autem in Canonum ac conſuetudinum obſervatione habenda ſit ratio perſonarum, locorum, ac temporum, fusè diſquiretur infrà, *parte ſecunda.*

CAPUT XXVI.

Nova meditatæ concordiæ impedimenta præcaventur.

NOn vanus forſan foret augur, qui ex expeditis hactenus meditatæ concordiæ impedimentis, nova, velut hydræ capita, accretura prænuntiaret: Siquidem oportuit me tractare res invidiâ, odióque plenas: nos ipſos commendare, propria jura defendere, injurias propulſare, detractiones, calumniáſque detergere; antiqua dogmata adverſus novitatem aſſerere: quis hic noc fœcundum diſcordiæ formidet ſeminarium? Verùm quidquid ſcripſi, jure ſcripſi, concordiæ cauſa ſcripſi, jure igitur nemo ea in diſcordiæ rapiet fomentum. Apis es, dulce pacis quærens legere mel? oblati per me flores dabunt. Aranea es? Et mel convertes in veneniferum fel. *Factus ſum incipiens*, propriam præconiſando laudem? cùm Apoſtolo factus ſum, *vos me coëgiſtis*, qui famam noſtram, nomenque traducitis. Calumnioſis reſpondi objectis, & forſitan aculeato non nihil calamo? id ſanè extorſit libera nimis (nè durius loquar pro merito) quorumdam Religioſos infamandi, ac in plebis inducendi vilipendium luxuries, qui & procacibus dicteriis, famoſiſque libellulis undique, & aperto marte, & ex inſidiis nobis moliuntur excidium. Quorumdam dico; nam ſcimus ſapientioribus ac Dei timoratioribus de Clero non modicum diſplicere exorbitantes illas Religioſorum infeſtationes. Denique ſum in omnibus ſecutus Sanctorum ac primorum Eccleſiæ Doctorum monita & exempla, qui nequaquam judicarunt adverſus Religioſos ſparſas calumnias, titulo religioſæ humilitatis diſſimulandas, ob ingentia quæ indè Chriſtianæ Reipublicæ oborirentur incommoda. Primùm audiamus Magnum Baſilium: *Epiſt. 63.* *Quoniam verò*, inquit, *ad calumnias tacendum non eſt, ut contradicendo, nos ipſos ulciſcamur, ſed nè mendacio inoffenſum progreſſum permittamus, aut eos qui ſeducti ſunt, damno quo afficiuntur inhæ-*

Digitized by Google

Hunc impium judicem imitantur, quotquot Religioſos plurimum ſemper intentos, *ut omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant*, traducunt velut plebis commotores, omniſque ordinis inverſores.

1.Cor.14.

Inſonet modò angelica tuba Aquinatis. *Nè tibi ſolus videaris erraſſe* (loquitur ex Hieronymo ad Sabinianum) *ſimulas nefanda de ſervis Dei, neſciens quod iniquitatem in alterum loquaris, & ponas in Cœlum os tuum. Nec mirum ſi à te qualeſcumque ſervi Domini blaſphementur, cum Patremfamilias Beelzebub vocaverunt Patres veſtri.*

Opuſc. contra impugnant. Relig. c.8.

,, Fortè autem, *inquit idem Sanctus Doctor*, poſſet alicui videri, quod
,, detractiones quæ perſonis irrogantur, eſſent tolerandæ ſine contradi-
,, ctione; tùm quia ut Gregorius di-
,, cit 9. homilia primæ partis ſuper E-
,, zechielem: perverſorum derogatio
,, vitæ noſtræ approbatio eſt, quia jam
,, oſtenditur nos aliquid juſtitiæ ha-
,, bere, ſi illis diſplicere incipimus, qui
,, non placent Deo: juxta illud quod
,, dicitur Joannis 15. ſi mundus vos
,, odit, &c. Tum etiam, quia humana
,, judicia ſunt parvipendenda ſecun-
,, dùm Apoſtolum 1.Corinth.4. mihi
,, pro minimo eſt, ut à vobis judicer,
,, aut ab humano die: & præcipuè cum
,, noſtræ conſcientiæ Deum teſtem
,, habeamus, ſecundùm illud Job 16.
,, Ecce in Cœlo teſtis meus &c. Sed
,, interius conſiderantibus apparet
,, hujuſmodi detrahentium linguas
,, eſſe efficaciter reprimendas propter
,, tria. Primò, eorum detractio non
,, ad unam perſonam, aut ad plures
determinatas fertur, ſed ad totum ,,
Religioſorum Collegium: unde eo- ,,
rum temeritati eſt viriliter reſi- ,,
ſtendum, nè oves Chriſti paſſim lu- ,,
porum morſibus lacerentur. In ,,
deteſtationem enim mercenariis di- ,,
citur Joannis 10. quod mercena- ,,
rius videt lupum venientem, & di- ,,
mittit oves, & fugit. Lupus autem ut ,,
glo. ibidem dicit, eſt vel violẽtus qui ,,
corporaliter vaſtat, vel diabolus, qui ,,
ſpiritualiter diſſipat. Reprehendun- ,,
tur etiam quidam Ezechielis 13. ,,
Non aſcendiſtis ex adverſo, neque ,,
oppoſuiſtis murum pro domo Iſ- ,,
rael. Secundò, quia eorum vitam ,,
denigrare nituntur, quibus non ſo- ,,
lum conſcientia neceſſaria eſt pro- ,,
pter ſeipſos, ſed etiam fama, ut in ,,
proximis per prædicationem profi- ,,
cere poſſint. De iſtis enim detra- ,,
ctoribus ſuper illud ad Galatas 4. ,,
Ejice ancillam &c. glo. dicit: ,,
Omnes qui in Eccleſia terre- ,,
nam felicitatem quærunt, ad- ,,
huc ad Iſmael pertinent. Ipſi ,,
ſunt qui contendunt ſpiritualibus ,,
proficientibus, & detrahunt il- ,,
lis, & habent labia iniqua, & ,,
linguas doloſas, & ideò talibus ,,
detractoribus reſiſtendum eſt. ,,
Ut enim dicit Gregorius in ,,
homilia prædicta. Hi quorum ,,
vita in exemplum imitationis eſt po- ,,
ſita, debent, ſi poſſint, detrahentium ,,
ſibi verba compeſcere, nè eorum ,,
prædicationem non audiant, qui au- ,,
dire poterant, & in pravis moribus ,,
remanentes benè vivere contemnãt: ,,
Undè & Joannes detrahentis ſibi ,,

,, verba

Digitized by Google

,, verba compeſcuit, in Epiſtola ad Ga-
,, jum, cum dixit. Si venero, commo-
,, neam ejus opera, quæ facit verbis
,, malignis garriens in nos. Oſten-
dit hic præclare Doctor Angelicus,
non eſſe tolerandas Religioſorum,
præſertim Doctorum ac Concionato-
torum, detractiones ob graviſſima
damna quæ tum integris Religioſo-
rum Ordinibus, tum Chriſtianæ Rei-
publicæ, inde ſolent evenire: Hac-
que de cauſa conſcripſit divinum iſtud
opuſculum *contra impugnantes Reli-
gionem:* tanti autem Doctoris legere
veſtigia, quis jure carpat? Docto-
rem Angelicum ſequitur per omnia
Seraphicus, pluribus quoque editis
Apologiis in Religioſorum æmulos.
Quæſt. 11. Serviunt ad præſens, quæ docet in
*libello Apologetico in eos, qui Ordi-
ni Fratrum Minorum adverſantur.*
,, Injurias, *inquit*, & moleſtias, ex qui-
,, bus aliud malum non ſequitur, niſi
,, quod illa hora ſentiri poteſt, ut ſunt
,, verba probroſa, vel damna rerum
,, ſeu verbera, & ſimilia, poſſunt viri
,, Religioſi æquanimiter ſuſtinere,
,, quia nil aliud afferunt nocumenti.
,, Sed ubi poſſunt graviora damna
,, ſubſequi, videlicet animarum gra-
,, via nocumenta, ibi non eſt expe-
,, diens talia tolerare. Nam cum ſi-
,, mus in Eccleſia Dei, ad multarum
,, animarum ſalutem à Sede Apoſto-
,, lica deſtinati per officium docendi,
,, & extrahendi homines à peccato,
,, ſi quis infamaret Ordinem noſtrum,
,, quod eſſemus ſeductores, aut hære-
,, tici, aut criminoſi, aut non haben-
,, tes auctoritatem prædicandi, ſeu
confeſſos nobis, & contritos abſol- ,,
vendi, cum à Domino Papa, vel ,,
etiam Epiſcopis habeamus; non ſo- ,,
lum læderet nos ſic reddendo de- ,,
ſpicabiles hominibus, quod ſubtra- ,,
herent nobis beneficia ſine quibus ,,
ſuſtentari non poſſumus, ſed etiam ,,
nocerent omnibus, qui ex hoc inci- ,,
perent nos perſequi, & graviter pec- ,,
carent: & qui crederent nos ta- ,,
les eſſe, ſicut & ille aſſereret, nec ,,
prædicationes noſtras attenderent; ,,
nec conſilia ſalutis requirerent à no- ,,
bis, etiam nullus Ordinem intrare ,,
curaret, imò debiles mente ordi- ,,
nem tentarentur relinquere, quem ,,
viderent ab omnibus conculcari. ,,
Inſuper hæretici ſe detractoribus ,,
noſtris libenter adjungerent ſub ſpe- ,,
cie amicitiæ, ut nos amplius redde- ,,
rent odioſos, & ad hoc ut doctri- ,,
nam noſtram hominibus redde- ,,
rent odibilem, & ita aſtutè ſibi at- ,,
traherent corda eorum, & paula- ,,
tim ducerent in errorem, cum nos ,,
maximè timeant, modo in hoc ſi- ,,
bi eſſe reſiſtentes. Plura alia mala ,,
ſuſcitarent nobis veritatis adverſa- ,,
rii, ſi non haberemus munimen per ,,
ſedem Apoſtolicam, quæ non tam ,,
nobis quam Eccleſiæ & fidei Ca- ,,
tholicæ valdè nocerent, & hæc in ,,
dedecus ipſius ſedis redundarent, ,,
quæ ordinem plantavit, & confir- ,,
mavit, & ad profectum Eccleſiæ de- ,,
ſtinavit. Nam & Apoſtolus Paulus ,,
qui paratus erat omnia adverſa ſub- ,,
ire pro Chriſto, videns obeſſe fidei, ,,
& Eccleſiæ, ſi traditus fuiſſet à Feli- ,,
ce, vel Feſto Judæis ipſum perime- ,,
,, re

Digitized by Google

Act. 25. „re cupientibus, Cæſarem appellavit, ut legitur in Actis. Ut ergo „parcamus eis à peccato iniquæ perſecutionis & nobis à frequenti vexatione, & aliis à nocumento animarum, conſervatores habemus à ſede Apoſtolica nobis datos, qui „Privilegiorum noſtrorum jura defendant, & à calumniatoribus tueantur.

En denuo, quantum dependeat à bona fama vitæ, ac doctrinæ Religioſorum, adeoque non eſſe ipſis diſſimulandum, cum aut eorum vita, aut doctrina calumniatur. Videtis etiam, qualiter ii qui dedecore afficiunt Religioſos, dedecorent Sedem Apoſtolicam, quæ Religioſorum ordines plantavit, confirmavit, & ad profectum Eccleſiæ deſtinavit: proindeque quæ uſque modo aſſerui, aut in Sedis Apoſtolicæ favorem, aut in Religioſorum defenſionem, ea omnia æqui bonique ſunt conſulenda, nec detorto collo in meditatæ concordiæ concuſſionem trahenda, niſi quis nec in Romanam ſedem, nec in plantatos ab ea Religioſos vereatur impingere, neque de eorum curet eſſe numero, quibus Apoſtolus ſcribit: *inimicus vobis factus ſum, verùm dicens vobis*: Pacem, inquam, commendans, pacem prædicans. *Sed veritas doctrinæ*, ait noſter Bacho: ***non eſt dimittenda propter quodcumquè ſcandalum.*** Lipſius Cathol. Hic vivamus in pace, ne torqueamur in pice. Lubet præmiſſas omnes Religioſorum eminentias, gratias, favores, vel ſerius paucis Lipſianis verbis, velut modico auro, ac margarita pretioſa exornare ac inaurare: *Omnes ait Religioſorum ordines ſi quis conſideret etiam ex adverſariis, quamvis ore neget, tacito tamen conſenſu divino amore plenos, & favore Dei dignos judicat.* Hæc magnus Lipſius, & verbo omnia. Galat. 4.

CAPUT XXVII.

Mater amabilis, meditatæ concordiæ Patrona.

Ser. 1. in Vig. Nat. Dom. OBlivioni tradar, ſi non meminero tui ô Maria, ſoror, ac mater mea amabiliſſima! ſcio enim à mellifluo tuo fideliſſimoque Bernardo de te veraciter ſcriptum: *Nihil nos Deus habere voluit, quòd per Mariæ manus non tranſiret.* Et iterum. *Altius intueamini, quanto devotionis affectu eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria, ut proinde, ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis* (ſi quid pacis, ſi quid concordiæ) *ab ea noverimus redundare, quæ aſcendit deliciis affluens... Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus & votis omnibus Mariam* Ser. 2. Generali.

Mariam hanc veneremur: quia ſic eſt voluntas eius, qui nos totum habere voluit per Mariam: quapropter in vanum me exiſtimarem pro meditata concordia laboraſſe, ſi abſque tua ope, exemplo, patrocinio ô SANCTA MARIA PACIS, eandem me crederem obtenturum. Inſpiciamus igitur, quam ſit potens patrona pacis ac concordiæ, quam ei gratæ ſunt, quam nos ſine illis ei ingrati.

Galat. 5. Spiritum ſanctum ſpirare pacem, Apoſtolus docet: *fructus autem Spiritus eſt, charitas, gaudium, pax.* Cum ergo Virgo Beatiſſima ab hoc ſit obumbrata Spiritu, & plenam in ſe pacem habuiſſe, & mundo pacem peperiſſe, non eſt quod ambigamus. Hinc vix ſuum enixa filium, concentus auditus eſt Angelicus: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus.* Ut ſciremus per virginem ad nos pacem perveniſſe: *ipſa eſt enim quæ contulit mundo pacem*, inquit Laurentius Juſtinianus. Reconciliavit Maria mundum irato ſupremo Judici, concluſit pacem cœlum inter & terram, inter Deum & homines, & non reddet concordes homines hominibus? non procurabit pacem miniſtris ſuis? Procurabit utique, & ſtabiliet. Referunt Hiſtorici, mulierum interventu infeſtas acies diremptas, nequaquam alioquin pacandas: de Trogloditis ſcribit Alexander ab Alexandro: *Tanti exempli fuere mulieres, ut in conflictu bellorum matronarum intercurſu infeſtas acies dirimant: adeò ut ipſis intercedentibus præliari ducerent nefas.* Apud Celtas, ut traditur à Fulgoſio, feminæ in Senatum honoris ergò adſcribebantur, eò quod *in civili bello earum oratione lachrymiſque permoti, depoſitis ſimultatibus in gratiam redierunt.* Eadem de cauſa apud Gallos cum de pace aut bello conſultarent, mulieres in conſilium adhibebantur, ut ſcribit Coelius Rhodig. Potuerunt Prophanæ mulieres efferatas ſedare acies, furore concitos placare, pacareque bellantium animos, & nos Clerici, nos Religioſi, Dei matre pacem ſuadente, pacem mandante (ipſa enim cum Filio ſuo pacem dat nobis, pacem relinquit nobis) odiis diſcordiiſque divellemur? ô portentum! Aptè ad præſens obſervandam ſe offert comparatio illa, qua Arcæ Noëticæ Virgo Deipara à Patribus ſolet aſſimilari: in Arca ſiquidem animalia ſibi invicem infeſta concordiam ſervarunt & unitatem, omnia poſuerunt iram, omnia hoſtilem animum, armiſtitia erant inter lupum & agnum, inter columbam & Accipitrem. Ita decet & nos, ut, licet ob innatam forſan antipathiam, aut extrinſecas quaſdam cauſas ad odia, averſioneſque exſtimulemur, ſaltem in ſpirituali Arca Maria, qua ab inundantium periculorum diluvio ſalvamur, concordiam teneamus & pacem.

Luc. 2.

Lib. de caſt. connub.

Lib. 4. cap. 11.

Lib 5. cap. 2.

Lib. 13. cap. 37.

Præclara ſunt quæ de Virgine pacifica ſcribit celeberrimus ille novæ legis interpres noſter Sylveira Tom. 1. in Apocalipſim capite 12. v. 7. & 8. quæſt. 52. quæ proinde verbotenus legentium oculis hic objiciam. „ Apocal. c. 12. v. 6. dicitur, *mulier* „ *fugit in ſolitudinem*; & ſtatim ſubjun- „ gitur:

,, gitur: *Factum eſt prælium.* Mulier
,, hæc eſt ſanctiſſima Virgo Maria,
,, juxta multorum ſententiam; & cum
,, Mariæ præſentia deeſt, ac ipſa re-
,, cedit, ſtatim prælia, ſeditiones, ac
,, altercationes pullulant; nam ipſa
,, eſt Regina pacis, à qua omnis pax,
,, & concordia afflatur. Scribit Di-
,, vus Lucas cap. 1. n. 4. quod B. Vir-
,, go jam gravida Divino Verbo, *ex-*
,, *urgens abiit in montana; & intravit*
,, *in domum Zachariæ, & ſalutavit E-*
,, *liſabeth.* Syrus vertit: *Et precata*
,, *eſt pacem.* Et narrans hiſtoriam per-
,, git ſacer Evangeliſta deſcribens ſan-
,, ctificationem Joannis à peccato o-
,, riginali. *Factum eſt, ut audivit pa-*
,, *cem Mariæ Eliſabeth.* Sanè feliciſ-
,, ſima Mariæ vox, vox pacis eſt, &
,, & vox ejus audita, pacem ſonat.
,, Sic enim ordinavit Deus, ut pax ini-
,, tiaretur, ac conſummaretur Virginis
,, Mariæ interventu: ſic enim ipſa eſt
,, *unica pacis, unica ſalutis*, ut ſine ipſa
,, nec pax, nec ſalus detur. Ait cœ-
,, leſtis Sponſus de ſua divina Sponſa
,, Deipara Canticorum 6. n. 3. *Pul-*
,, *chra es, amica mea, ſuavis & deco-*
,, *ra, ſicut Jeruſalem, terribilis ut ca-*
,, *ſtrorum acies ordinata.* Syrus vertit:
,, *Pulchra es ſecundùm voluntatem*
,, *meam.* Et cum de ea tot elogia di-
,, cantur, tunc de ea decantatur de-
,, cora ſicut Jeruſalem quæ interpre-
,, tatur *viſio pacis*: quæ verba ſic com-
,, mentatur Rupertus. *Inveniſti gra-*
,, *tiam apud Deum*, ait, *ò Beata Virgo;*
,, *ſuavis & decora es ſicut Jeruſalem,*
,, *in eo quod anima tua ſemper ſuper-*
,, *nam videt pacem: & ex viſitatione*
tua diſcunt animæ plurimæ cœleſtem ,,
ducere converſationem; unde dicun- ,,
tur, vel ſunt filiæ Jeruſalem: Scilicet ,,
quæ eſt *viſio pacis.* Obiter nota, ,,
quod ſervi, ac Clientes Virginis ,,
Mariæ dicuntur filiæ Jeruſalem, id ,,
eſt, *filiæ pacis*: ſed quid eſt, quod ,,
Beata Virgo dicitur *terribilis ut* ,,
caſtrorum acies ordinata: & ſimul ,,
decora, ut Jeruſalem, ſeu *viſio pacis*, ,,
& à Ruperto, *ſemper videns pacem?* ,,
Quia terribilis eſt ut caſtrorum acies ,,
ordinata ad diſſipandas diſcordias, ,,
ſeditiones, ad deſtruendaque prælia, ,,
ac concertamina; indeque *ſuavis*, ac ,,
lenis, *& decora ſicut Jeruſalem, in eo* ,,
quod ſemper videt pacem: quia diſ- ,,
cordias, inimicitias videre non po- ,,
teſt, ſed ſemper pacem afflare. ,, Hæc
Sylveira devotiſſimus Mariæ Cliens,
cui 9. operum ſuorum tomos præcla-
riſſimos velut affectus ſui teſſeram ob-
tulit, inſcripſit, dicavit, conſecravit,
& laudibus ac encomiis ſanctiſſimæ
Deiparæ referſit, editis duobus ſpe-
cialibus opuſculis Marianis, uno, quo
Ordinis ſui Mariani eruditiſſimè de-
monſtrat antiquitatem, altero Mariæ
à labe primigenia immunitatem. Re-
grediamur ad Virginem pacificam.

Cur Mariam autumas nonnun- *In Pſal. 21.*
quam mannæ comparari? Ob ſua-
vitatem, ob dulcedinem qua ſuos re-
creat cultores: eſt ea ſancti Ambro-
ſii pia cogitatio: *ipſam Mariam*, in-
quit, *manna dixerim, quia eſt ſubtilis,*
& ſplendida, ſuavis, & Virgo, cœlitus
veniens. Recolamus hic, manna ita
divinitus pluiſſe, ut non intra, at extra
caſtra caderet, videlicet extra tumul-

Digitized by Google

tus pugnatorum, bellicumque apparatum: ita & Maria, quæ ſonat ac ſapit ſuavis quaſi manna, fugitat lites, diſcordias, animorum pugnas, arma hoſtilia, pacem amat, pacem dat, pacem quærit. Viſa eſt à Joanne Virgo veſtita ſole: ſic enim ait in Apocalypſi: *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta ſole.* Non veſtiretur ſole, niſi delectaretur pace, pacis enim ſymbolum ſol eſt ſancto Chryſoſtomo: *Sicut cælum*, inquit, *ſplendor ſolis, ita Eccleſiam fulgor pacis illuminat. O quam deſiderabile nomen pacis, quam Religionis Chriſtianæ ſtabile fundamentum, & altaris Dominici cæleſtis armatura!* Pax igitur ſol eſt, nec mirum ornari ſole, quæ mundum donavit pace. Sed nos miniſtri altaris Domini, poſtrema Chryſoſtomi expendamus verba: *Altaris Dominici cæleſtis armatura*, pax enim eſt, qua Eccleſia adverſus hoſtium armatur incurſus, pax eſt altaris munimen, & eorum, qui altari deſerviunt armatura & robur.

Cap. 12.

Hom. 6. de recip. Severi in.

Pax igitur ac concordia unicè nobis debent eſſe cordi, ſine qua nec digni ſumus Chriſti miniſtri, nec Virgini pacificæ accepti; quam ut digne laudes, digne cum Angelo ſalutes, pace, ac charitate Angelus ſis: Deus te hoc docuit, à quo non homo in pace inconſtans, at Angelus, firmus pacis amator, miſſus eſt Divinæ Incarnationis ad Virginem nuntius ac paranymphus, à quo ſuaviſſimæ Virginis Clientes pacem diſcant conſtantem, concordiam rumpi neſciam: eſt hæc Richardi à ſancto Laurentio pia pariter & acuta conſideratio, *quod dignè ſalutare tantam Virginem non ſit quilibet dignus, oſtendit Dominus, cum ad eam ſalutandam nonniſi Angelum miſit, per hoc evidenter oſtendens, quod qui ſalutationem ſuam ab ea deſiderat acceptari, Angelicam vitam debet imitari, ut ſit, videlicet, pacificus; quia inter Angelos major non opprimit minorem, ſed omnes in ſumma pace, & quietè conſiſtunt.* Eòdem vocat idem Richardus hæc Pſalterii verba: *magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in idipſum:* his oſtendens, virginem beatiſſimam concorditer à nobis eſſe laudandam, ac celebrandam: ſic loquitur: *Nota quod pura laudatio non ſufficit, niſi ſit & collaudatio; ut ſcilicet unanimiter collaudentur Chriſtus & Maria. Unde Exodi 15. dicunt filii Iſrael: Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt: qui enim bonus eſt, ſolus laudare non vult, ſed alios, quos poteſt ſibi in adiutorium advocat laudatores, dicens Pſalmo 33. magnificate Dominum, vel Mariam mecum, & exaltemus nomen ejus in idipſum, id eſt, concorditer.* Appoſitè; abſonè enim Mariam laudat, qui animo ab aliis diſcordat. Virgo ſacratiſſima velut thronus eſt; in quo ut pacis loco requievit Chriſtus Rex pacificus, de quo Propheta canit: *Factus eſt in pace locus ejus:* at quid additur? *ibi confregit potentias arcuũ, ſcutum, gladium, & bellum.* Quia nimirum puriſſimæ Virginis uterum ingreſſus, univerſa pugnæ bellique inſtrumenta confregit, omnia diſcordiæ ſemina, ac vaſa contrivit; ut inſtrumentis ſublatis, pugna

Lib 1. de Laudibus B. Virg. cap. 8.

Lib. 2. cap. 6. Pſal. 33.

Pſal. 75.

gna

gna quoque tolleretur & diſcordia. Qui igitur optato deſiderat ad Mariam potiri acceſſu, diſcordiæ apparatum deponat, ſcuta, gladios, lanceas; arcetur enim à throno Reginæ pacificæ, inimicus pacis, lividus, invidus, mordax, detractor; contumeliator, aut aliter concordiam ſcindens.

Cum igitur Virgo Beatiſſima Maria ſit pacis inventrix, diſcordiæ interemptrix, cum nihil à nobis ei poſſit offerri acceptum, ſi non mutua charitate exiſtat gratum: cum etiam per diſcordiam ſeparatus à fratribus, longè ſit & à favore Virginis, per cujus tamen manus Deus omnia voluit tranſire, quæ ad nos voluit beneficia pervenire: cum denique Maria abſente, non niſi bella oboriantur, & ſchiſmata: hæc, inquam, cum ita ſe habeant, quid ſupereſt venerandi Domini, Religioſique Patres, niſi ut totis viribus cultum, laudem, celebritatem, matris altiſſimi inſtauremus, adaugeamus, totiſque præcordiis eam diligamus: devoto affectu uniti Mariæ, & mutui amoris vinculo colligabimur: utinam! utinã magis noſtra erga ſanctiſſimam Deiparã ferveret devotio, ut non tanta inter nos ferverent odia, non tantâ diſſideremus diſcordiâ! ſed finis ſit belli; cum pacẽ imperet mater Regis pacifici, quieſcant odia, cum mutuum conciliet amorem, mater pulchræ dilectionis, pudeat ſub tanta Regina pacifica, litibus, jurgiis invicem divexare, ne piiſſimæ ac amabiliſſimæ noſtræ matris torqueamus ac dilaceremus diutius viſcera, & ipſa de nobis *Gen. 25.* queratur cum Rebecca, quæ pugnantes, & inter ſe collidentes geſtabat filios: *ſi ſic futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* væ enim illis qui ſpiritualiter à ſuaviſſima Virgine concepti, amabiliſſimæ matris viſcera diſcordiis cruciant, ac dilacerant, melius foret, ſi concepti non eſſent homines illi: ſentit & iſtud Abbas Guarricus: *Ser. 3. de Annunt.* *Cum ſe colliderent*, inquit. *parvuli diſcordes in utero Rebeccæ, quæ prius oraverat ut conciperet, dolenſque ventrem ſuum à tribulatione malorum & dolore, penè pœnitebat quod concepiſſet: ſi ſic, inquit, futurum mihi erat, quid neceſſe erat concipere? Si de aliquo noſtrum fratres ſic conqueri contigerit viſcera matris noſtræ, timeo ne melius fuiſſet, ſi conceptus non fuiſſet homo ille.* ô! portentoſa ingratitudo, uterum quo geſtaris diſrumpere; non illa dominetur nobis, at pro plurimis & eximiis beneficiis quæ à munificentiſſima matre noſtra Maria accepimus, & accipimus indies, rependamus ac afferamus ei munus gratiſſimum charitatem mutuam, mutuam concordiam; monet hoc ſanctus Baſilius Seleucienſis Antiſtes: *Orat. 39. in Deipa. annunc.* *cum* ait *multa nobis bona Deiparæ opera contingant, eam benemerenti vicem rependamus, quæ in nos reciprocetur. Quam? Charitatem mutuam, quæ legis plenitudo eſt. Ante omnia verò Corpus Eccleſiæ ſervemus irruptum, retenta cõcordiæ poſſeſſione inſpoliata.* Foveamus, conſervemus concordiam & pacem, ſi foveri, conſervari deſideremus à SANCTA MARIA PACIS.

Digitized by Google

CAPUT XXVIII.

LIBELLUS SUPPLEX.

Ad Jeſum Principem pacis, & Mariam Reginam pacificam, pro meditata exoranda concordia.

O Dulciſſime Jeſu, ô amabiliſſima Maria! Vos totius pacis ac concordiæ origo, cauſa, & exemplar. Voluntas tua eſt, ô divine fili, ut ubi tu fueris, ibi ſit & mater tua: charitas tua te urget, ô divina mater, ſemper ſequi Agnum tuum quocumque ierit. Vos ſemper ſimul, inſolubili ſemper amoris nexu ſuaviſſime uniti. Atque ideò qui, ô Jeſu, quærit te, quærit & Mariam Matrem tuam; & qui invenit te, ô Maria; invenit & filium tuum. Qui orat filium, honorat & Matrem, ſine qua nihil voluit donare filius; qui ſupplicat Matri, ſupplicat & filio, ſine quo nihil poteſt donare Mater. Fruſtra proinde orarem te, ô bone Fili, neglectâ tuâ bonâ Matre: fruſtra ſupplicarem tibi, ô dulcis Mater; tuo dulci prætermiſſo Filio. Ad vos ambos ergo confugio, ô par dilectiſſimum, ac individuum JESU, MARIA! Ante te, & Thronum tuum virgineum, in quo operatus es mundi ſalutem & pacem, ô fili Virginis, pro pace ſupplex provolvor ac proſternor, ego creatura tua viliſſima. Da pacem Domine, da pacem Domina in diebus noſtris, quia non eſt qui pacificet nos, niſi tu Deus noſter, & tu mater Dei noſtri. Da bone Fili, da bona Mater ſervis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem, ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, & diſcordiæ ſublatâ inquietudine, tempora ſint veſtra protectione tranquilla. Protege Domine famulos tuos ſubſidiis pacis, & Matris tuæ patrociniis confidentes, à cunctis diſſidiis redde ſecuros. Protege Domina famulos tuos, & Principis pacis, Filii tui, defenſos auxiliis, perpetua redde pace tranquillos. De te, ô Jeſu! cecinit Regius Pſaltes: *Factus eſt in pace locus ejus*: *Pſal. 75.* Fac ut in pace ſit & locus noſter. De te, ô Maria, devotiſſimus tibi Carmelita Baptiſta Mantuanus:

Tu mare, tu terras, tu ſydera cuncta, Deumque *Lib. 6. Epiſt 32.*
Conciliás, tu tuta ſalus, tu pacis origo.

Et S. Petrus Damianus, *tu mater vera pacis.*

Fac ut per te oriatur, ac ſtabiliatur pax, & concordia noſtra. Tu Domi-

Domine dominaris tumenti mari; tu Domina motum fluctuum ejus mitigas: facta eſt tempeſtas magna, diſcordia periculis plena, inter Miniſtros veſtros: ô piè Domine! impera ventis diſſidiorum, ô piâ Dominâ! Seda fluctus diſcordiarum, & fiat tranquillitas placida in Eccleſia. Tu, ô Jeſu amabilis, es Pax noſtra, qui feciſti utraque unum: tu, ô amabilis Mater, *inveniſti gratiam apud Deum. Quàm gratiam?* quærit tuus Bernardus, & reſpondet: *Dei, & hominum pacem.* Eſto ergo, ô Jeſu! Miniſtris tuis quod es, Pax, concordia, unitas; non ſinas odiis, diſcordiiſque divelli, à quibus quotidie dignaris hoſtia pacifica, Agnus manſuetus, æterno Patri immolari. Et tu, ô inventrix pacis, quod inveniſti, nobis inveniſti, da nobis Pacem cùm Deo, pacem cum fratribus noſtris, fac tuis precibus & meritis, ut per te perditam inveniamus pacem & concordiam, fac, ô Regina Pacifica, ut per te Miniſtri tui, & filii tui, uno ore ac uno corde collaudent te, & Filium tuum, & ſupplex noſter Libellus optatum accipiat, FIAT PAX IN VIRTUTE NOSTRA. JESUS MARIA.

Hom. 3 ſuper Miſſus.

CAPUT XXIX.

Parænesis ad amandum & colendum Sanctiſſimam Deiparam: ejuſque maternæ miſericordiæ ſinus expanſio. Adverſus Monitorem Marianæ miſericordiæ depreſſorem.

TRahit ſua quemque devota voluptas: de variis variì ſalutis mediis ac præſidiis ſibi proſpiciunt: eligit ac ſelegit quiſque quod ſaluti magis arbitratur congruere ac expedire; quærit & inquirit quod devotioni plus ſapit ac proficit: ſtudet quilibet Patronis lucrandis, & Amicis Cœlitibus conciliandis. Mihi verò poſt Chriſtum Redemptorem omni jure Prior ac optima pars eligenda venit Sanctiſſima Chriſtipara, amabilis gratiarum Mater, Genitrix vitæ, vita, dulcedo, & ſpes mea. Ad hanc velut myſticum Dei Propitiatorium ſub gravi peccatorum mole altùm ingemiſcens, medullitus aſpiro, fiducialiter recurro; ejus Patrocinium obni-

Digitized by Google

xis expoſco votis; dominium illius ſuper me efflagitio, devotionem appeto: ac demum unicum poſt Deum ſalutis meæ portum & aſylum, clementiſſimam, inquam, Patronam & Advocatam apud diſtrictum futurum Judicem, reus deſolabundus conſtituo. Hinc humillimè ſupplico, quatenus me in ſervulum & clientulum ſuum dignetur acceptare, in filium adoptare, aſſumere in ſui amatorem caſtiſſimum, in cultorem devotiſſimum: ut dignetur me facere unum ex ſuis dilectis & electis, quos pectori ſuo virgineo adſcriptos tenet, fovet: ut me illis adnumeret qui ab infelici æternitate ſe per ipſam ſervatos æternùm gloriantur, ut cum illis & omnibus illi devotis illam amem, laudem in ſæcula. O quam ſalutaria, quam juſta hæc ſunt vota, preces, & deſideria, *hæc* enim, ut mellifluus nos animat Bernardus, *peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ.* Hæc poſt Filium, per Filium, & propter Filium omnia mea, eſſe, vivere, operari, beari.

Serm 2. general.

Hæc mea ad Auguſtiſſimam Dei Matrem, Cœli terræque Reginam languentia, anhela deſideria, hæc, eheu! ſobria mea laus Dei parentis infinitæ dignitatis. Ad hanc ut mecum recurratis, hanc ut mecum non ſobriè laudetis, ametis, vos invito, exhortor, deprecor, ô genuini Catholici! invident Heterodoxi honori ſublimiſſimæ Matris Salvatoris, nos modis omnibus provideamus; illi ſobriam, nos, pro poſſe, largiſſimam ei offeramus laudem: illi *Ancillam* tantum, nos deprædicemus Matrem Salvatoris & Dominam Salvandorum: illi negant *Scalam*, nos oremus *Cœli januam*: illi eam depingunt vilem, abjectam, latentem, ſilentem, nos exaltemus ſublimiſſimam, venerandiſſimam, mundi prodigium, etiam dum viveret, docentem Fideles, Apoſtolam Apoſtolorum, Evangeliſtarum Evangeliſtam: Ad hanc clementiſſimam Reginam, potentiſſimam Dominam accurrite, ô miſeri mortales! Mater eſt Dei, Judicis noſtri, Mater eſt Chriſti, fratris noſtri: ſitis, quæſo, & plaudetis, toti quanti eſtis Mariani, Mariophili, Mariam intimè diligite, zeloſe, ſtudiosè colitè, Mariam omnes quærite, quærendo inardeſcite, amorem ejus poſcite, Mariam verſate ore, favete corde, honorate opere, & ut in album Mariæ referamini, ut ei unicè devotorum numero adſcribamini, omni cura digni eſſe adnitamini, venient enim vobis omnia bona pariter cum illa. Hic communis Sanctorum Patrum ſenſus, hic omnium (adverſus Neochriſtianos; ſiniſtrè pios, diſtortè ſpirituales) piè viventium ſalutaris uſus, ſerius, laudabilis niſus, praxis trita omnium verè Catholicorum; hæc mens, hæc ſalutaria Monita Matris Eccleſiæ, Sanctiſſimam Deiparam impensè colere, obnixè invocare, Amicam fovere, gratiam ejus ambire, benevolentiam captare, clientelam & tutelam ſuppliciter ſollicitare: & jure ſanè meritiſſimo: non enim nobis exulibus ſecurior aut

com-

Digitized by Google

compendioſior ad patriam, undè miſeri excidimus remeandi via, quàm Genitrix vitæ, porta ſalutis, janua Cœli, Maria: accinit, approbat hanc Marianam pietatem, hymno, *Omni die*, cultum, ſpem, fiduciam, ſuaviſſimus ille, & verè Regius Mariæ Pſaltes, Sanctus Princeps Caſimirus, *per Mariam*, inquit, *habes vitam, quæ ducit ad Patriam.* Si verò hujus veritatis deſideretur teſtimonium: ecce tibi Catharina Senenſis divini oraculi integerrima Internuntia; quæ ex ore Patris æterni ſe acce-piſſe teſtatur ſequentia. *Maria Unigeniti Filii mei Genitrici glorioſa, conceſſum eſt à bonitate mea propter Incarnati Verbi reverentiam, quod quicumque juſtus vel peccator, qui recurrit ad eam cum devota reverentia, nullo modò diripietur vel devorabitur ab infernali dæmone, nam ipſa eſt à me electa, parata, & poſita veluti eſca dulciſſima, ad capiendum homines ac potiſſimum peccatores.* Hinc meritò docet divus Anſelmus: *Nihil utilius poſt Deum memoria Matris ejus.* Et Doctor Mellifluus: *O dulcis Maria, cujus ſola memoria affectum dulcorat, cujus magnitudinis meditatio in mentē elevat, cujus pulchritudo oculum interiorem exhilarat, cujus amœnitatis immenſitas cor meditantis inebriat.* Et alibi. *Tu nec nominari potes, quin accendas, nec cogitari, quin recrees affectus diligentium te. Tu numquam ſine dulcedine divinitus tibi inſita pia memoria portas ingrederis.* O igitur verè *dulciſſima eſca ad capiendum homines.* ô verè *Clemens*, ô verè *pia*, ô verè *dulcis Virgo Maria!*

Apud Bloſ in Monili Spir. cap. 1.

Lib. de excellent. B. V. cap. 6.

Medit. ſuper Salve Regina in deprecatio ad B. V.

ô ter beati, qui divinâ hâc eſcâ ineſcati, captivique tenentur! eſt nempè *clemens* (juxta Melliflui Bernardi phraſim) *conſolando, pia blandiendo, dulcis oſculando: clemens eſt ſubjectis, pia jam correctis, dulcis prædilectis,*

Quàm porrò benefica, quàm præfuſa in electos & prædilectos ſuos clientes ſit Mater amabilis, quàm ſuavis ac benigna in devotos ſibi ſervos, ſcitè & diſertè eſfatur expertus, & doctiſſimus Idiota: *Inventa Maria, inquit, invenitur omne bonum. Ipſa namque diligit diligentes ſe; imò ſibi ſervientibus ſervit. Ipſa ſuperbenedicto Filio ſuo irato potiſſimè reconciliat ſervos & amatores ſuos.* ô mira ſuavitas ac benignitas, Cœli terræque Domina ac Regina, viliſſimis terræ vermiculis, abjectis peccatoribus ſervire non dedignatur: ſuprema illa poſt Deum Majeſtas, vel millies in die ſalutata toties urbaniſſimè reſalutat; teſtem hujus requiris expertiſſimum? Adſtat Sanctus Bernardinus Senenſis: *Diſce, inquit, ab Angelo ſalutare Mariam, & conſidera magnificum lucrum, quia cùm homo devotè ſalutat Virginem, reſalutatur ab illa: eſt enim urbaniſſima Regina glorioſa Virgo Maria, nec poteſt ſalutari ſine ſalutatione miranda. Si mille Ave Maria dicis in die devotè, millies à Virgine in die reſalutaris.* Si igitur alibi hujus paræmiæ, *ſi vis amari, ama*, veritatem reperetis, in Maria ſanè

Medit. ſuper Salve Regina.

De contemplat. B. V. in prol.

Serm. de Annunt. B. V.

Digitized by Google

ſanè ſecure experiri licebit: nemo illam amat gratis, nemo illam ſalutat, quin amor ac honor ipſi exhibitus inſigni cum fœnore reciprocus redeat: adeò illa redamare nata, adeò gratificare & benefacere prona ac propenſa, ut etiam maxima pro minimis, exiliáque obſequia, ſummis quibuſvis favoribus ac beneficiis remunerare feſtinet: nec clientem deſerat, donec tandem meritis ac virtutibus plenum, abſoluta hac miſera peregrinatione, ad æternæ felicitatis Patriam perducat.

At amplius ex Sanctis Patribus Maternæ Mariæ Miſericordiæ peccatoribus pandamus ſinum, hinc námque miſeri exſtimulabuntur efficacius, ad colendam ac amandam Matrem Miſericordiæ ardentius; ut enim verè mellifluè Bernardus loquitur Virgini, *Miſericordia miſeris ſapit dulcius:* cùm hoc igitur exordior Mariophilo Doctore Marianam prædicare miſericordiam. „ Sileat, *inquit*, miſericordiam tuam, Virgo Beata, „ ſi quis eſt qui invocatam te in neceſſitatibus ſuis ſibi meminerit defuiſſe. Nos quidem ſervuli tui cæteris in virtutibus congaudemus „ tibi, ſed in hac potiùs nobis ipſis. „ Laudamus virginitatem, humilitatem miramur, ſed miſericordia miſeris ſapit dulciùs, miſericordiam amplectimur charius, „ recordamur ſæpiùs, crebriùs invocamus. Hæc eſt enim, quæ „ totius mundi reparationem obtinuit, ſalutem omnium impetravit. Conſtat enim pro univerſo „ genere humano fuiſſe ſollicitam, „ cui dictum eſt: *Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam*, utique „ quam quærebas. Quis ergo miſericordiæ tuæ, ô Benedicta, longitudinem & latitudinem, ſublimitatem & profundum queat inveſtigare? Nam longitudo ejus „ uſque in diem noviſſimum invocantibus eam ſubvenit univerſis. „ Latitudo ejus replet orbem terrarum, ut tua quoque miſericordia „ plena ſit omnis terra. Sic & ſublimitas ejus civitatis ſupernæ invenit reſtaurationem: & profundum ejus ſedentibus in tenebris & „ in umbra mortis obtinuit redemptionem. Per te enim Cœlum repletum. Infernus evacuatus eſt, „ inſtauratæ ruinæ cœleſtis Hieruſalem: expectantibus miſeris vita „ perdita data. Sic potentiſſima & „ piiſſima charitas & affectu compatiendi, & ſubveniendi abundat „ effectu, æque locuples in utróque. „ Ad hunc igitur fontem ſitibunda „ properat anima noſtra. Ad hunc „ miſericordiæ cumulum tota ſollicitudine miſeria noſtra recurrat. „

Serm. 4. de Aſſump. B. V.

Rurſus precatur Virginem hunc in modum. „ Tu peccatorem quantumlibet fœtidum non abhorres, „ non deſpicis, ſi ad te ſuſpiraverit, „ tuumque interventum pœnitenti „ corde flagitaverit. Tu illum à „ deſperationis barathro pia Mater „ retrahis, ſpei medicamen aſpiras, foves: non deſpicis quouſ- „ que

In precat. ad B. V.

„ que horrendo Judici miſerum reconcilies. Famoſum hujus tuæ benignitatis teſtimonium eſt per te Theophilus reſtauratus gratiæ. Nec mirum, ô Domina, ſi tam copioſo oleo miſericordiæ tui cordis perfuſum eſt ſolatium: cùm illud inæſtimabile opus miſericordiæ, quod prædeſtinavit Deus ante ſæcula in redemptionem noſtram, primum in te à mundi artificè ſit fabricatum. „

Serm. 2. ſuper Salve Reginā.

Pergit Mellifluus Mariophilus Bernardus Virginis deprædicare miſericordiam. „ Convenienter vocatur Regina Miſericordiæ, quod divinæ pietatis abyſſum, cui vult, & quando vult, & quomodo vult, creditur aperire, ut quivis enormis peccator non pereat, cui Sancta Sanctorum Patrocinii ſui ſuffragia præſtat. Ea propter dicamus omnes, dicamus ſinguli, dicamus aſſiduè. Salve Regina Mater miſericordiæ. „

Sentis Monitor te dirè vapulare à Bernardo? illi Maria, *Regina Miſericordiæ*, ac *diſpenſatrix divinæ pietatis abyſſi*, tibi, *conſerva*, nec proindè *Advocata* apud Patrem: diſce, quæſo, à tanto Magiſtro *Monita ſalutaria* promere ex ore Virginis.

Hom. 2. ſuper Miſſus.

Relicto igitur hoc Monitore audi iterum, peccator, Bernardum. „ Si criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, judicii horrore perterritus Barathro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo: cogita Mariam. In periculis, in anguſtiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & ut impetres ejus orationis ſuffragium, non deſeras converſationis exemplum. Ipſam ſequens non devias, ipſam rogans non deſperas. Denique (*ait alibi*) omnibus omnia facta eſt, ſapientibus & inſipientibus, copioſiſſima charitate debitricem ſe fecit, omnibus miſericordiæ ſinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant univerſi, captivus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, juſtus gratiam, Angelus lætitiam, denique tota Trinitas gloriam. „

Serm. 3. de Nat. B. V.

Mellifluo ſubſcribit Doctor Seraphicus. „ Salve Regina: ſub tuo regimine Domina volo de cætero militare, & me totaliter tuæ Dominationi committo, ut me plenariè regas & gubernes. Non mihi me relinquas, quia ſum mihi ipſi concontrarius nimis. Quicquid ergo mihi dimiſeris, noveris miſeritiné deſerendum. Sed cum plenus ſim miſeria, & à planta pedis uſque ad verticem putrefactus gerens horrorem fœtoris, quomodo me regere dignaberis tam nobiliſſima creatura? Certè, quia tu es Regina miſericordiæ. Et qui miſericordiæ ſubditi ſunt, niſi miſeri? ſed Regina miſericordiæ es, & ego miſerrimus peccatorum. Quomodo ergo Domina non exercebis in memetipſum tuæ miſerationis effectum. Verè Domina Regina „ es

Stimul. amor part. 3. cap. 19.

Digitized by Google

„ es miſericordiæ, quia non eſt „ in hac vita ſic deſperatus, ſic mi- „ ſer, cui non impetres miſericor- „ diam ſalutarem, ſi ad tuum decli- naverit regimen. „

Ades Monitor: Bonaventura ſalutat Virginem, *Dominam Reginam*, tu *conſervam tuam:* ille *totaliter ſe* ejus *Dominationi committit*, tu, nomine Mariæ, contra Mones: *ne te dixeris meum mancipium*. Muta igitur conſilia, ut *ſalutaria* des *monita*.

Cant. inſtar illius Habacuc. 3. pro. p. alt. B. V.

Proſequitur Sanctus Doctor. „ O „ Benedicta, in manibus tuis eſt repo- „ ſita noſtra ſalus, recordare pia pau- „ pertatis noſtræ. Quem vis, ipſe ſal- „ vus erit, & à quo averteris vultum tuum, vadit ad interitum. „

Nónne ergo meritò dicit peccator. (Monitor) *Si Mariam non haberem, deſperarem?* Dicere hoc potuiſſet Theophylus, qui datâ Syngraphâ, miſeram ſuam animam dæmoni fœde devoverat ac mancipatat, & à *Matre Sanctæ Spei*, è deſperationis Barathro fuit ereptus, ſpei, gratiæ, ac ſaluti reſtitutus.

Stimul. amor. part. 3. cap. 19.

Luculentius alibi idem Doctor Seraphicus favet piæ cauſæ. „ Certè „ Domina cum te aſpicio, nihil „ niſi miſericordiam cerno. Nam „ pro miſeris Mater Dei facta es, „ miſericordiam inſuper genuiſti, & „ demum tibi miſerendi eſt officium „ commiſſum. Undique ſollicita „ de miſeris, undique miſericor- „ dia vallaris, ſolum miſereri tu vi- „ deris appetere. Multum ſollicita es, miſeros hos in tuos filios a- „ doptare, hos regere Domina vo- „ luiſti, & ideo Regina miſericor- „ diæ vocaris. Quid ergo de cæ- „ tero formidamus, quid timemus, „ & quis à te quòd petierit, non ha- „ bebit? Certè nullus, niſi qui „ ſe miſerum non recognoſcit: quia „ ſubeſt tuo regimini niſi miſer: „ aut etiam ſi ſe cognoſcit miſe- „ rum, de tua miſericordia non „ confidit.? Illi ergo paveant ſo- „ li, qui ſe exiſtimant eſſe ju- „ ſtos, & ſuperbi præſumptuoſi, „ qui tuo regimini non ſubſunt, & „ illi miſeri, qui tuam miſericor- „ diam non requirunt. Nos er- „ go miſeri tecum de cætero con- „ ſolemur, tecum amodò Do- „ mina habitemus, demum totis „ viſceribus amplectamur, quia tu „ es vita. Vita verè, quæ mor- „ tem ſuperbiæ viciſti, quæ no- „ bis vitam gratiæ impetraſti, vi- „ tam gloriæ genuiſti. Et non eſt „ dubium, quod vitam naturæ „ multis reddidiſti. O vita mira- „ bilis, quæ mortuos vivificare „ conaris! Per te ô Domina! „ à privatione eſt homo regreſſus „ ad habitum. „

Quam ab his aliena Monita tua, Doctor innominate; quàm magnifica, ac merito diffuſa. Hæc Virginis laus, quam tu jubes eſſe *ſobriam:* tu recuſas Cœli terræque Dominæ ac Reginæ ſubeſſe, *conſervam* eam tibi conſtiſtituis: *cum illis ergo ſolis paveas, qui ſe exiſtimant eſſe juſtos, &* *ſuper-*

Digitized by Google

„ *ſuperbis præſumptuoſis*, *qui Mariæ regimini non ſubſunt*, *& illis* „ *miſeris*, *qui Virginis miſericordiam non requirunt.* Hujus Seraphici Moniti, ſi miſer eſſe „ nolis, rationem bonam habeas, „ & Mariæ miſericordiam, miſer „ tandem ardentius requiras, & tecum miſeros ad requirendum ſalubriter admoneas. „

Spec. B. V. lec. 12. *Extollit modo miſericordiam Mariæ in Cœlo regnantis, ſuper pietatem in terris exulantis.* „ Magna „ fuit erga miſeros miſericordia Mariæ adhuc exulantis in mundo, „ ſed multo major erga miſeros eſt „ miſericordia ejus jam regnantis „ in Cœlo. Majorem per beneficia innumerabilia nunc oſtendit „ hominibus miſericordiam, quia „ magis nunc videt innumerabilem „ hominum miſeriam. Undè pro „ ſplendore prioris miſericordiæ „ fuit Maria pulchra ut Luna: „ pro ſplendore vero poſterioris „ miſericordiæ eſt electa ut Sol. „ Nam quemadmodum Sol Lunam ſuperat magnitudine ſplendoris, ſic priorem Mariæ miſericordiam ſuperat magnitudo „ poſterioris. Quis eſt ſuper „ quem Sol & Luna non luceat? „ quis eſt ſuper quem miſericordia Mariæ non reſplendeat. „ Audi quid de hoc Beatus Bernardus ſentiat, ait enim ſic: „ quemadmodum Sol oritur ſuper bonos & malos indifferenter: ſic Maria prætérita „ non diſcutit merita, ſed omnibus ſeſe exorabilem, omnibus „ clementiſſimam præbet, omnium denique neceſſitatibus ampliſſimo miſeretur affectu. „

Rurſus idem Doctor Mariophilus: „ Gratia Mariæ colligit ad miſericordiam, colligit ad Eccleſiam malos. Hoc bene ſignatum eſt in gratia, quam in „ colligendis ſpicis à meſſoribus derelictis Ruth invenerat, quando „ dixit ad Booz: inveni gratiam „ in oculis Domini mei. Ruth „ interpretatur videns, vel feſtinans; & ſignat Beatam Virginem, quæ verè videns in contemplatione, & bene feſtinans „ fuit in actione. Videns etiam „ noſtram miſeriam eſt, & feſtinans ad impendendam ſuam miſericordiam. „ Spec. B. V. lec. 7.

Idem. „ Salvum me fac Mater pulchræ dilectionis: fons clementiæ, „ & dulcor pietatis. Gyrum terræ ſola circuis: ut ſubvenias invocantibus te. „ Pſal. 11.

Idem. „ Solium divinæ miſericordiæ eſt Maria Mater miſericordiæ, in quo omnes inveniunt „ ſolatia miſericordiæ. Nam ſicut „ miſericordiſſimum Dominum; „ ita miſericordiſſimam Dominam „ habemus. „ Spec. B. V. lec. 9.

Idem. „ Quid mirum, ſi Maria de tantis millibus miſericordiæ ſuæ „ beneficiis famoſa eſt in mundo, „ quæ tam famoſa eſt de unico beneficio ſuo circa Theophilum „ exhibito? ait Beatus Bernardus: famoſum ſummæ tuæ be- „ Ibid.

 „ nigni-

„ tatis teſtimonium eſt „ per te reſtauratus Theophilus. „

Ibid. lect. 14. *Idem.* Dico chariſſimi, quod Maria benedicta eſt, quia per eam Deus hominibus placabilis eſt, ſicut ſignatum eſt in Abigail, de qua legitur, quod cum David offenſus occidere vellet Nabal ſtultum, Abigail occurrens offenſo placavit eum. „ Qui placatus di- „ xit: *Benedictum eloquium tuum,* „ *& benedicta tu, quæ prohibuiſti,* „ *nè irem hodie ad ſanguinem, &* „ *ulciſcerer me manu mea.* Nabal „ ſtultus ſignat peccatorem; omnis „ enim peccator ſtultus eſt. Sed „ heu! ſicut dicitur in Eccleſiaſte: „ *Stultorum infinitus eſt numerus.* A- „ bigail Mariam ſignat, interpre- „ tatur enim Patris exultatio. O „ quanta Patris cœleſtis in Maria, „ & Mariæ in Patre cœleſti fuit e- „ xultatio, cum ipſa dixit: *exulta-* „ *vit ſpiritus meus in Deo ſalutari* „ *meo.* Sicut autem Abigail Domi- „ nam noſtram, ſic David Domi- „ num noſtrum ſignat. David au- „ tem offenſus eſt ſtulto Nabal, „ quando Dominus offenſus eſt ho- „ mini impio. David Nabal ſtul- „ to per Abigail placatur, quando „ Dominus impio per Mariam re- „ conciliatur. Abigail placavit Da- „ vid verbis & muneribus. Maria „ placat Dominum precibus & meri- „ tis. Abigail ultionem temporalem, „ Maria verò æternalem convertit, „ dum illa humanum, iſta verò di- „ vinum gladium avertit. Propter „ hoc benè ait Bernardus: Nemo tam idoneus Domina, qui gladio „ Domini pro nobis manum objiciat, „ ut tu Dei amantiſſima, per quam „ primùm ſuſcepimus de manu Do- „ mini Dei noſtri. „

Sequitur Doctor Angelicus. „ Ideò convenit ei nomen Maria, quæ in- „ terpretatur ſtella maris: quia ſicut „ per ſtellam Maris navigantes diri- „ guntur ad portum: ita Chriſtiani „ diriguntur per Mariam ad gloriam. „ Opuſc. 8.

Thomæ Aquinati aſſentitur Villanovanus. „ Sicut pulli volantibus deſuper milvis ad gallinæ alas accur- „ runt, ita nos ſub velamento alarum „ tuarum abſcondimur. Neſcimus „ aliud refugium niſi te: tu ſola es „ unica ſpes noſtra in qua confidimus: „ tu ſola es Patrona noſtra, ad quam „ omnes aſpicimus. „ *Poſt Deum.* Serm. 3. de Nat. B. V.

An forſan Sanctum hunc Archiepiſcopum, Monitor, velut indiſcretum traduces B. V. Mariæ cultorem, prodigúmque Encomiaſtem? ſanè inſalutaribus tuis *Monitis* ingens pendit tributum: at ſatius ſit doceri fideles à famoſiſſimo ſancto, quam inſalutariter moneri ab ignoto Magiſtro. Orat. de oblat. Deip.

Haud abſimiliter S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus. „ Certè Domina Deiparens, certè meum re- „ fugium, vita & defenſio, arma & „ gloriatio, ſpes & robur meum. Con- „ cede mihi, ut & ego quoque fruar „ inenarrabilibus, quæ comprehen- „ di non poſſunt, tuis bonis in cœ- „ leſti perſeverantia. Habes enim ſat „ ſcio cum tua voluntate concur- „ rentem potentiam, ut quæ ſis „ Mater Altiſſimi, & propterea „

„ audeo;

Digitized by Google

audeo : ne ergo priver mea expectatione, ô Domina intemerata !

Part. 4 tit. 15 cap. 49. §. 9.

Accedit ſanctus Archipræſul Antoninus. „ Decet me (*ita Virginem loquentem inducit*) in glorificatione eſſe juxta filium meum, per interceſſionem continuam pro humano genere, ut cum Deus peccatis hominum diluvio flagellorum minatus fuerit terram ſubvertere; ego ut arcus appaream in conſpectu ejus , indeque recordatus fœderis ſui repropitietur eiſdem, ne diſſipet mundum. „

Lib. 7. de arcan. Cathol. verit. cap. 2.

Apertius hoc ipſum adſtruit Galatinus. „ Non ſolùm totus mundus amore Beatiſſimæ Virginis conditus eſt, ſed etiam ſuſtentatur, mundus enim ipſe ob noſtras pravas actiones nullo pacto conſiſtere poſſet, niſi ipſa glorioſa Virgo cum ſua miſericordiâ & clementia pro nobis orando ſuſtentaret. „

Trac. ſuper Miſſus eſt q. 75.

Adſtipulatur multoties B. Albertus Magnus. Primo „ Quidquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati : At Beata Virgo eſt cauſa Filii, Filius autem totius boni cauſa omniſque miſericordiæ. Ergo & mater erit totius miſericordiæ cauſa... Quidquid igitur miſericordiæ filius exhibuit, totum hoc nobis mater contulit, quæ filium genuit, in quo nobis omnia donavit. Ex his patet, Beatiſſimam Virginem in miſericordia omnem excellere creaturam, quia nimirum ipſius mundi miſericordiæ cauſa extitit. „ *Secundo.* Ipſa

Bibl. Marian. Ieremi. n. 2.

eſt ſolium miſericordiæ, ad quod peccatores miſericorditer congregantur *Jer. 3. Vocabunt Ieruſalem*, id eſt, Mariam, „ *in tempore illo*, id eſt gratiæ *ſolium Domini*, in quo Deus ſedit per miſericordiã, ſe incarnando, *& congregabunt ad eam omnes gentes*, id eſt, peccatores, qui ibi abſolvuntur, & non ſecundùm merita puniuntur. Item ipſa eſt civitas & domus ſalvationis. *Jerem. 8. Convenite celeriter, & ingrediamur civitatem munitam*, id eſt, Mariam, *munitam* in natura, in gratia, in gloria : *& Sileamus ibi. Gloſſa* : quia non audemus deprecari Dominum , quem offendimus, ſed ipſa deprecetur, & roget : *quia Dominus ſilere nos fecit.* Gloſſa : quia enim offendimus: *& potum dedit nobis aquam fellis.* Gloſſa : id eſt, dulcem Deum amarum nobis fecimus : Ipſa etiam eſt oliva totius miſericordiæ & bonitatis. Ibid. n. 6.

Tertio. „ Ipſa eſt Advocata noſtra, contra Judicem ſapientem, contra callidiſſimum hoſtem, & hoc in cauſa deſperata. *Jerem. 15. Dixit Dominus ad me : ſi ſteterint Moyſes & Samuel coram me. Gloſſa*: Orantes pro populo : *non eſt anima mea ad populum iſtum.* Sed quid ô bone Jeſu! ſi ſteterit coram te mater miſericordiæ, numquid iratus dices ad eam de peccatoribus , ut ad Jeremiam : *ejice illos à facie mea, & egrediantur ad gladium, famem, captivitatem & mortem* ? Non ſic dices ad Matrem. Clama ergo voce Mariæ placatus : reduc miſeros ad pacem contra gladium, ad ſaturitatem contra famem , ad libertatem contra captivitatem, ad vitam contra mortem : deſperatorum cau-

„ ſam ſola aſſumet, quam nullus alio-
„ rum ſanctorum aſſumere aptè per-
„ mittitur, dicente Domino ad pecca-
„ torem deſperatum. *Jerem.* 15. *qui*
„ *miſerebitur tui Jeruſalem* ? id eſt,
„ anima deſperata, quæ fuiſti prius
„ viſio pacis, nunc autem viſio infer-
„ nalis. Quis contriſtabitur pro te ?
„ cum mortis ſententia feretur con-
„ tra te ? cum dicetur tibi, *ite male-*
„ *dicti*, &c. Ibi omnibus derelinquen-
„ tibus nos, non derelinquet illa. Illa
„ enim miſerebitur, & illa compa-
„ tietur, illa ibit *ad rogandum pro pace*
„ *noſtra*, quam benevolentius impetra-
„ bit. „ Ipſa etiam eſt altare propitia-
„ tionis & placationis Dei. *Gen.* 8 *Ædi-*
„ *ficavit Noë Altare Domino*, id eſt,
„ Mariam, *& obtulit holocauſta ſuper*
„ *Altare, odoratuſque eſt Dominus odo-*
„ *rem ſuavitatis*, *& ait : nequaquam*
„ *ultra maledicam terræ propter homi-*
„ *nes.* Gloſſa : Non igitur ultra percu-
„ tiam temporali judicio, *omnem ani-*
„ *mam viventem ſicut feci* : ſed Ma-
„ ria precante parcam omni veniam
„ quærenti. „

Ibid. Gen. n. 14.

Hæc omnia tua arietant dejiciuntque *monita*, Doctor ignote, quibus in laude patrocinii, Mariæ requiris avaritiam, refugiſque Gloſſas : at ſpecialiter duo à te cupio obſervata : unum, quod ait Beatus ac Magnus Albertus, quod Maria *deſperatorum cauſam ſola aſſumet.* Alterum, quod *ibi* (in die judicii) *omnibus derelinquentibus nos, non derelinquet illa* (Maria) in hac enim vita nobis impetrabit veniam & gratiã, qua in die judicii erimus ſecuri.

Lib. 4. *Mythol.*

Paucis multa ſanctus Fulgentius, „ cœlum & terra jam dudum ruiſſent, ſi non Maria precibus ſuſtentaſſet. „

Etiam nunc monebimur : *noli dicere, ſi Mariam non haberem, deſperarem* ? Monebis ? at ſurdos.

Succinit divinus Dionyſius Carthuſianus. „ Maria interpretatur mare, quia „
ſicut nullus valet guttas maris dinu- „
merare, ſic miſericordiam, gratiæ ex- „
cellentiam, gloriamque Mariæ nul- „
lus valet exprimere. „

Lib. 1. *de laud. B.V. art.* 3.

Præclarè porrò Cancellarius Pariſienſis Gerſon exhibet Mariam Reginam miſericordiæ. „ Terret te ô anima
Deus ultionum Dominus, Deus ju- „
ſtus & juſtitias diligens, alliciat mi- „
ſericors in eſſentia, & miſerator in „
efficacia, Dominus ſuavis & mul- „
tum miſericors. Damnat te thro- „
nus juſtitiæ, adi cum fiducia thro- „
num miſericordiæ, dum licet appel- „
late, dum adhuc dies eſt compari- „
tionis, dum miſericordia ſedet in „
throno ſuo, quæ exuperat judicium. „
Cave ne differas, quouſque Domi- „
nus accipiat tempus à te, tunc uti- „
que juſtitias judicabit, nec appellare „
licebit. Ecce confugit ad thronum „
miſericordiæ reus iſte, ô Beatiſſima „
Virgo Regina miſericordiæ, defen- „
de jura curiæ regni tui cum Filio „
tuo, dum ſedes à dextris in ea, dum „
tempus eſt miſerendi. Defer ap- „
pellationi meæ ſuſcipiens eam ad te. „
Non remittas ad ſedem juſtitiæ, „
quoniam terribilis eſt nimis & ag- „
gravans, & inſuſtentabilis ira e- „
jus.

Tract. 6. *ſup. Magnif.*

Hinc diſcere poteris, monitor, qualiter

Digitized by Google

liter à throno juſtitiæ divinæ liceat appellare ad thronum miſericordiæ per Mariam Reginam miſericordiæ, quæ in curia Regni miſericordiæ ſedet à dextris Filii, quem peccatoribus timentibus juſtitiam, velut fideliſſima in curia Regni miſericordiæ Advocata, Regique miſericordiæ chariſſima, reddit placatum; eorumque appellationem ſuſcipit ad ſe, offert, commeddatque Filio, à cujus dextris, velut potentiſſima Patrona, ſedet in throno miſericordiæ, ut per eam, damnati à throno juſtitiæ, adeāt cū fiducia thronū miſericordiæ Filii. Hoc eſt quod docetur, dū dicitur, à tribunali divino appellari ad Marianum, videlicet territos à tribunali juſtitiæ divinæ, meritò confugere ad thronum divinæ miſericordiæ, per Mariam Reginam miſericordiæ, quam Filius in ſuæ miſericordiæ Curia ſecum à dextris fecit ſedere in throno miſericordiæ, ut appellantium à juſtitia divina ad miſericordiam, ad ſe ſuſcipiat ſupplicationes, & damnatis à juſtitia, impetret veniam à miſericordia divina, ſine qua nullus ſalvaretur peccator. Diſce hinc quoque, Regnū miſericordiæ Filii & Matris, non fore diviſum, at unum utriuſque, Filii, ex natura & propria authoritate ut Regis ſupremi & abſoluti, Matris, per gratiam, ut Reginæ ſecundariæ, ſeu Patronæ & Advocatæ. Faceſſant igitur hæc, quæ Mariæ appingis temerariè ſuſpicioſa monita. *Noli dicere quod à tribunali divino ad meum appellari poſſit: aut me cum filio meo diviſum habere imperium. Quod Chriſtus ſibi reſervavit juſtitiam, mihi commiſerit miſericordiam.*

Audiamus modo Carmelitas expertos, fidoſque ſemper Patronæ ſuæ miſericordiæ Præcones. Primus ſit ſanctus Petrus Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus prædilectus Mariæ filius, & cultor planè ſingularis, de quo hæc Waddingus Minorita. „ His aliiſque acceptis beneficiis, ſanctiſſimæ Virgini devinctus, incredibili erga eam exarſit devotionis affectu, propoſuitque nullū prætermittere obſequium, quod in tantæ benefactricis cederet honorem. Scripto peculiari libello, ejus ab originali peccato indemnitatem conſtanter aſſeruit, & reliqua Virginis Privilegia doctis celebravit encomiis. Quotieſcumque orabat, laudes miſcebat Mariæ: quæcumque obvia Mariæ ſimulachra reverenter ſalutabat: locuturus, nomen præmittebat Mariæ: antequam menſæ accumberet, Mariana promebat elogia, & cibum putabat inſipidum, ſi ſacræ Virginis non condiretur memoria. In laboribus, in anguſtiis, ad ſacram hanc aram convolabat, ut ſingulis ictibus clypeum opponeret nominis Mariæ, cujus præſens ſemper ſentiebat auxilium. Ingens hic pietatis ardor ita transmutavit affectum mentemque poſſedit, ut nihil aliud ſapere, nihil effari, nihilque videretur audire. Ex abundantia cordis os loquebatur: viſum eſt quippe ejus cordi inſculptum ſacratiſſimum nomen MARIÆ, non aliter quam Martyris Ignatii præcordiis divina

In vita S. Petri Thomæ.

JESU

JESU vox apparuit impreſſa. „

Quam immane ab hujus Præclariſſimi Patriarchæ Praxi diſtant inſalutaria illa *monita B. V. Mariæ ad cultores ſuos indiſcretos* adficta, illa *ſobriam*, aut nullam volunt Virgini exhiberi laudem, ſanctiſſimus Patriarcha totus effuſus eſt in ejus honorem, elogia, prærogativas celebrandas: illa verentur nimium precum impendi Mariæ, iſte nuſquam non invocat, laudat, precatur eandem. Monitori imagines Mariæ, *mortuæ* vileſque ſunt *creaturæ*; Patriarcha *quæcumque obvia Mariæ ſimulachra ſalutabat reverenter*. Monitor Deum ſolùm vult adorari, coli, & amari; Patriarcha noſter ſacratiſſimum MARIÆ nomen etiam cordi inſculptum gerit & veneratur. Unde verò tanta Neo-Chriſtianorũ & S. Patriarchæ erga *matrem miſericordiæ* affectus diverſitas? Quia cum eo nõ recogitant, non recognoſcunt multiplicia à liberaliſſima ejus manu accepta beneficia; nolunt agnoſcere, nihil ſe habere à Deo, quod non tranſierit per manus Mariæ: ubi deeſt beneficii accepti recognitio, quomodo aderit erga benefactricem gratitudo ac devotio? *Subſequitur alter Carmelita item Patriarcha, ſanctus Cyrillus Alexandrinus, Concilii Epheſini pro defenſione Dei Maternitatis, ſummi Pontificis nomine Præſes, cujus ſanctus Petrus Thomas fuit Legatus: ſic Virginem in Concilio alloquitur.* (*Hom. contra Neſtor.*) „ Per te exultat cœlũ, lætantur Angeli & Archangeli, fugantur dæmones, „ & homo ipſe ad cœlum revocatur. „ Per te omnis creatura idolorum errore detenta, converſa eſt ad agnitionem veritatis, & fideles homines ad ſanctum Baptiſma pervenerunt, atque in toto orbe terrarum conſtructæ ſunt Eccleſiæ. Te adjutrice, gentes veniunt ad pœnitentiam. „

Tertius Carmelita Virginearum excellentiarum, nominatim miſericordiæ, præco eſt, totius Carmeli Antiſtes digniſſimus, Michael à Bononia, dictus incognitus ſuper Pſalmos. (*In Pſal. 71. v. 8.*) „ Per mare in ſcriptura aliquando intelligitur Virgo Maria. Unde ipſa à mari Maria nuncupatur. Nec mirum, nam ipſa ad modum maris eſt magnæ puritatis, capacitatis, & utilitatis. Patet primùm, quia nihil immundum retinere poteſt, ſic nec Virgo aliquam peccati contraxit immunditiam. Unde de ipſa dicitur Apocal. quarto. In conſpectu ſedis (ſcilicet Dei) tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo. Cryſtallus enim, & vitrum habent claritatem, & frigiditatem, quæ puritati congruunt Virginis Mariæ. Secundùm patet: quia omnia flumina intrant in mare. Sic in Beata Virgine omnes gratiæ congregatæ fuerunt. Unde Hieronymus. Cæteris gratia per partes præſtatur; Mariæ autem ſe tota gratiæ plenitudo infundit, &c. Unde Geneſis primo. Congregationes aquarum appellavit Maria. Tertium patet, quia non eſt terra iſta ſterilis, quæ (ſupra mare ſituata) non abundet omnibus bonis. Sic & Beata Virgo omnibus peccatoribus juxta ipſam per devotionem poſitis gratiarum copiam confert. Unde „

„ de Bernardus. Maria omnibus ſi- „ num ſuæ miſericordiæ aperuit, ut de „ plenitudine ejus capiant univerſi. „

Quartus adſtat Anaſtaſius Cocheletius Paleſtrita honoris Divæ Hallenſis pro Juſto Lipſio, adverſus hæreticum Anonymum. „ Meruerit Beatrix *con-* Cap. 19. „ *verſionem* (*hæreticum alloquitur*) an- „ tecedente ſedulitate & aſſiduis of- „ ficiis erga Dei Matrem , Matrem „ dicam, non etiam Filium? *Quod uni* „ *ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* „ Virgo ſcutum eſt, in cujus meditul- Matth. 25. „ lio Phydias ille divinus, Pater nimi- „ rum cœleſtis, tanta arte, tam intimè „ Filium ſculpſit , ut qui Matri, Filio „ quoque honorem, aut injuriam fe- „ cerit : iis, inquam, præfatis officiis „ ad mentem reverſa, in gratiam re- „ cipi meruerit. An non quod Simo- „ ni de illa in civitate peccatrice intu- „ lit Chriſtus? *Dimiſſa ſunt ei peccata* „ *multa , quoniam dilexit multum*? „ Nam etſi Deus bonitatis ſuæ ordi- „ nem ſequutus, nullis nos præceden- „ tibus meritis juſtificet : ſuæ miſeri- „ cordiæ rationem habens, non ex o- „ peribus juſtitiæ , quæ fecimus nos, „ ſalvos nos faciat : tamen juſtitiæ ſuæ „ poſtulata ac leges illibatas, inviola- „ tas eſſe volens , non niſi ex præviis „ ac præviſis ſtudioſis operibus gra- „ tia & ſalute nos dignatur. Quid igi- „ tur? Vidit inter turpis vitæ tenebras, „ in Beatrice radium quemdam ei in- „ natæ erga Matrem ſuam ſedulitatis „ ac devotionis ſplendere. Sic *de te-* 2. Cor. 4. „ *nebris lucem ſplendeſcere facit.* Re- „ poſita apud ſe priora ejus ſedulitatis „ officia habebat ; (quæ matri exhibuerat etiam dum luxurie ſorderet) „ & quia nihil irremuneratum abire „ jubet , miſertus Beatricis ad melio- „ rem frugem vocavit , vocatam nec „ renitentem , in gratiam recepit: *Nec* „ *injuſta Dei electio, ſed quæ hominum* „ Theod. in cap. 9. ad Rom. *propoſito convenit.* Hanc Dei , hanc „ ejus Matris gratiam erga miſeram „ Matth. 20 cur improbas ? *An oculus tuus ne-* „ *quam, quia* Deus *bonus eſt* ? „

Vides, Monitor, Deus Beatricem illam ad meliorem frugem vocavit, ac in gratiam recepit , quia vidit in ea adhuc in turpis vitæ tenebris ſedente, radium quemdam ei innatæ erga Matrem ſuam ſedulitatis ac devotionis ſplendere : unde perperam planè mones nomine Matris miſericordiæ, cujus precibus & meritis infelix Beatrix fuit beata, & peccatores in barathrum detrudis deſperationis , dum confidenter B. V. Mariam compellis effari : „ *Ego mater pulchræ dilectio-* „ *nis. Non eſt* pulchra aut *ſpecioſa laus* „ Eccl. 24. *in ore peccatoris* : Non eſt *pulchra* „ Ibid. 15. v. 9. *dilectio* in corde *ſubdito peccatis*. Fru- „ Sap. 1. v. 9 ſtra me diligunt qui in peccatis perſe- „ verant: qui enim Deo nō placent, nec „ mihi placēt. Ego quos amatores vo- „ lo, imitatores cupio. Noli me putare „ *refugium peccatorum* impœnitentiū. „ Hæc, inquam, nimis ſcandaloſè *Matri miſericordiæ* : *Refugio peccatorum*, quorumcumque adhuc viatorum, adfingis *monita*, patuit namque in Beatrice, patuit in Theophilo, patuit in Maria Ægyptiaca, patuit in aliis peccatoribus & peccatricibus, gratam ac admodū utilē eſſe dilectionem, laudem ac cultū à miſeris peccatoribus exhibitum *Matri*

miſericordiæ, hinc namque impœnitentes per ipſam facti ſunt pœnitentes.

Tom. 4: Epiſt. ad B. V.

Alloquor igitur ac ſupplico matri miſericordiæ cum venerabili Patre Joanne à Jeſu Maria Carmelita Diſcalceato. ,, Hæc ego advertens, ô ſublimis valdè Cælitum Regina, proſterno ante te memetipſum, deſiderio deſiderans acutis gemitibus ſumma Calorum penetrare, quatenus pertingant ſuſpiria mea uſque ad cor tuum ô Maria! Quando enim Latrones, homicidæ, aliique ſceleratiſſimi peccatores, de quorum æterna ſalute meritò conclamatum videbatur, in te, ô unica ſpes noſtra! præſidium illico invenere, ac ad te validè clamaverunt, & de faucibus mortis reſpiraverunt ad vitam; ſpero etiam ego, tametſi infixus ſum in limo profundi, quod mihi ipſe deſodi, dum ad te clamavero, emergere rurſus, veniam conſequi, & accipere conſolationem. Eja ergo Advocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos converte, ac vel unius benignioris aſpectus indulgentiâ, fac naſcatur in me firma ſpes vitæ, ac præſentiæ tuæ deſiderabilis ſuper aurum & lapidem pretioſum multum.,,

His teſtimoniis credunt, hanc praxim ſervant quotquot ſunt genuini Catholici: Verùm ſi teſtimonium hominum non accipiant, Antimariani teſtimonium quod majus eſt: auſcultent ex Revelationibus ab Eccleſia approbatis. Ac imprimis ipſa Mater miſericordiæ, *B. dixit Brigittæ* ,, Quantumcumque homo peccat, ſi ex toto corde, & vera emendatione ad me reverſus fuerit, ſtatim parata ſum recipere revertentem. Nec attendo quantum peccaverit, ſed cum quali intentione & voluntate redit. Ego vocor ab omnibus Mater miſericordiæ, verè Filia, miſericordia Filii mei fecit me miſericordem, & miſericordia ejus viſi compatientem. Ideò miſer erit, qui ad miſericordiam, cum poſſit, non accedit. ,, *Dixit etiam ſanctæ, ſanctus Joannes Baptiſta:* ,, In quacunque neceſſitate fuerit homo, ſi Cœli Reginam Matrem Dei toto corde invocaverit, ſalvabitur.,,

Lib. 2. Revelat. cap. 23.

Lib. 1 Revelat. cap. 31.

Quin & Chriſtus Dominus dixit eidem: ,, Verè Eccleſia mea nimis longè receſſit à me, in tantum quod niſi preces Matris meæ intervenirent, non eſſet ſpes miſericordiæ. ,, Deſinat proindè hoc monitum *Matri miſericordiæ, ſpei noſtræ* adſictum: *Noli dicere, quod, ſi me non haberes, deſperares.*

Lib. 8. Revel. cap. 26.

Verbis Chriſti ad ſanctam Birgittam reſpondent verba Chriſtiparæ ad ſanctam Mechtildem: ,, Deus, *inquit Virgo*, me, & ſuper omnem creaturam ſuam in tantùm dilexit, ut amore mei multoties pepercerit mundo, etiam antequam nata eſſem. Ipſe etiam ex amore nimio anticipavit aliquantulum nativitatem meam, & prævenit me ſua gratia in utero matris meæ.,,

Spec. ſpir. grat. & Revel. lib. 1. cap. 28.

Tandem ſancta teſtatur Brigitta Chriſtum Matrem ſuam dulciſſimam his affatum verbis: ,, Benedicta ſis tu à me benedicto Filio tuo. Propterea nulla erit petitio tua ad me, quæ ,, non

Lib. 1 Revelat. cap. 28.

Digitized by Google

,, non exaudiatur, & per te omnes, qui ,, petunt miſericordiam cum voluntate emendandi ſe, gratiam habebunt. ,, Quia ſicut calor procedit à ſole, ſic ,, per te omnis miſericordia dabitur. ,, Tu enim es quaſi fons largiſluus, de ,, quo miſericordia miſeris fluit, &c. ,, Omnis quicunque invocaverit no- ,, men tuum, & ſpem habet in te cum ,, propoſito emendandi commiſſa, ei ,, dabitur contritio de peccatis & for- ,, titudo ad faciendum bona, inſuper ,, & regnum cœleſte. Tanta enim ,, mihi eſt dulcedo in verbis tuis, ut ,, non poſſim negare quæ petis, quia ,, nihil aliud vis, niſi quod ego.

Obſtrepet forte hic rurſus Reformator ille incognitus, ac Revelatiònes relatas hiſtoriuncularum aut fabularum nomine ſuſpectabit; adfingit namque B. V. Mariæ hæc ſu-
1. Joan. 4. v. 1. ſpiciola monita. ,, *Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus, ſi ex* ,, *Deo ſunt.* Ne itaque facile recipiatis omnes & qua ſuis hiſtoriunculis, ,, quæ de meis apparitionibus, aut Revelationibus, aut beneficiis & privilegiis promiſcuè circumferuntur.
2 Tim. 4. v. 4. 2. Pet. 1. ,, Ne ſitis ex numero illorum qui *à* ,, *veritate auditum avertunt, ad fabulas* ,, *autem convertuntur.* ,, Si, inquam hæc obmurmuret monitor indiſcretus, fabulantibus murmuratoribus adnumeretur; non enim hiſtoriunculas, non *indoctas fabulas ſequuti* annuntiamus cultoribus Virginis apparitiones, Revelationes, beneficia ac privilegia munificentiſſimæ Patronæ, at doctrinam ſanam ac probatam, ab Eccleſia receptam.

His excitati, animati, in ſpem erecti, ô miſeri peccatores! *Matris miſericordiæ* omni ſtudio ſatagite captare gratiam, ejus cultui vos dicate, clientelæ ac patrocinio committite, mentem veſtram ſanctiſſimum Marianæ memoriæ promptuarium efficite, corda, viſcera animæ veſtræ amabili matri mancipate, vos fideliſſimos ferventiſſimoſque amatores ejus profitemini. O quam felix, quam carus, quam pretioſus cliens eſt Mariæ! Ah! quam fortunata ſors inter illos cenſeri, quàm felix, quàm beatum illis adnumerari qui *Matri miſericordiæ* ſunt devoti. At verò miſerrimi, qui Mariæ cultum negligunt, arrodunt, irrident: hi audiant monita verè ſalutaria ſancti Bonaventuræ Doctoris Seraphici & Mariophili: *In Cant. inſtar illius Moyſis Deut. 32.*

Generatio prava atque perverſa: agnoſce Dominam noſtram ſalvatricem tuam.

Numquid non ipſa eſt mater tua, quæ poſſedit te: & in fide generavit te?

Si hanc dimittis, non es amicus ſummi Cæſaris: quoniam ipſe ſine ea non ſalvabit te.

Utinam ſaperes & intelligeres: ac noviſſima provideres.

Quemadmodum infans ſine nutrice non poteſt vivere: ita nec ſine Domina noſtra potes habere ſalutem.

Sitiat ergo anima tua ad ipſam, tene eam, nec dimitte: donec benedixerit tibi.

Repleatur os tuum laud. ſua: decanta tota die magnificentiam ejus.

His, pro nunc, ſis monitus, Monitor inſalutaris, & diſce cum ſanctis Doctoribus ſalutaria dare monita peccatoribus, ac miſeros à *miſericordiæ Matre* deſine abalienare, *agnoſce*, cum Doctore Seraphico, *Dominam noſtram*, non *conſervam*, *Salvatricem tuam*, & peccatorum omnium, nam *ſi hanc dimittis, non es amicus ſummi Cæſaris: quoniam ipſe ſine ea non ſalvabit te. Utinam ſaperes & intelligeres, ac noviſſima provideres.* Utinam tempeſtivè & ſeriò ambias ac ſtudeas *miſericordiæ Matris* tibi conciliare gratiam, demereri affectum, ne ſerò in noviſſima hora conſtitutus in extremis anguſtiis, jam jam æternitatem ingreſſurus ejus implores patrocinium, cujus modò infeliciter arroſiſti cultum, modò eam frequenter ſaluta, invoca, deprecare: *Maria Mater gratiæ, Mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege, & in hora mortis ſuſcipe.* Modo ipſam devoto affectu amplectere ac ſuſcipe, alioſque idipſum mone, ut derelictus ab omnibus, ſuſcipiatis ab ipſa. *Parte ſequenti* uberiora tibi ſuppeditabo monita verè ſalutaria de cultu ſanctiſſimæ Deiparæ, docili ſis animo, & ſcrupulis, temerariiſque ſuſpicionibus quibus inaniter angeris circa cultum B. V. Mariæ te planè eximendum confido.

Hiſt. Urſulan. Tom. 2. Lib. 9. cap. 12.

Hic in gratiam cunctorum Cultorum Virginis placuit ſubnectere brevem, attamen optimam eximiæ Marianæ laudis, ac titulorum illuſtrium formulam, ac cumprimis Auguſtiſſimæ Virgini gratam ſalutationem: quam B. Henricum Calcarienſem quondam Carthuſiæ Colonienſis Priorem divinitus edoctum, teſtatur Hermannus Crombach Jeſuita ex Dorlando Chronologo Carthuſiano. Cum igitur iſte B. Henricus poſt ſanctiſſimam Dei miſericordiæque Matrem ſpeciali devotione ſanctam Urſulam ejuſque Sodales veneraretur, frequenti earum meruit frui viſione. Contigit ergo, ut intempeſta nocte quædam ex hoc glorioſo Choro Virginum ipſi appareret, eumque, ſomno excuſſo, hiſce affaretur verbis: *Miſit me Divus Virginum Chorus, cujus cultui præcipuo quodam affectu deditus es: ut brevem quandam, ſed Virgini Deiparæ perquam gratam tibique proficuam futuram, quotidiè eandem ſalutandi methodum ſuggererem.* Felices B. Henricus quantocyus præbuit aures, & ſubjunctam ab ea excepit ad Virginem Deiparam ſalutationem:

O Virgo Regina Virginum!
Summum Trinitatis Sacrarium,
Angelorum ſpeculum,
Scala Sanctorum omnium,
Tutum peccatorum Refugium:
Cerne ô pia noſtrum periculum,
In morte placatum tuum nobis oſtende Filium,
Et tuum vultum gratioſum.

Huic ad Matrem miſericordiæ orationi hanc ſancta Sodalis Urſulina

Digitized by Google

na adjecit promiſſionem : *Hanc precem ſi aſſiduè dixeris , B. Virginis Mariæ, & omnium noſtrum gratiam conſequeris.* Cœpit is exinde hoc breve piſſimumque penſum Virgini quotidie quam fideliſſimè perſolvere. Quo in cultu ut Virgines Urſulanæ clientem magis confirmarent, viſæ ſunt omnes in unum collectæ, coram Cœli Regina Dei Matre mellitiſſimis vocibus cœleſti Harmonia in ejus auribus concinere. Ecce quantus cœleſtium civium erga Reginæ ſuæ cultum ſtrenuè promovendum ſit zelus atque ſollicitudo, & hoc in eximium Clientum ſuorum bonum.

CAPUT XXX.

Apologia brevis, honoris ac amoris ſanctiſſimæ Deiparæ. Anaſtaſii Cocheletii Carmelitæ Doctoris Pariſienſis in *Palæſtrita honoris Divæ Hallenſis pro Juſto Lipſio, adverſus diſſertationem mentiti idoli Hallenſis Anonymi cujuſdam hæretici.* In Epiſt. Dedicatoria.

Origen. Hom. 14. in Num. ,,OCcurrebat mihi divinæ providentiæ recordatio, qua *omnia, in hoc mundo, ita diſpoſita ſunt , ut apud Deum nihil otioſum, etiamſi malum illud ſit vel bonum. Eo uſque ut licet malitiam non fecerit , eam prohibere poſſit, non prohibeat ; ſed ea utatur, cum iis, à quibus habetur, ad neceſſarias cauſas. Per eos, in quibus eſt, claros & probatos efficiat illos, qui ad virtutum gloriam tendunt; virtutem ſplendidiorem & examinatiorem reddat : nec niſi ſuo contrario probatam & examinatam virtutem eſſe* demonſtret. Itaque *oportere hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant.* *1. Cor. 11.* Igitur nihil tam ſanctum & divinum, quod impugnatores ſui , quod propugnatores non habeat.

Pro quo non metuant mori.

,, Qua in concertatione, quemadmodum illi quàm vilem, quàm abjectam animam, ſic iſti, quàm nobilem, quàm regiam gerant, oſtendunt. Ut illi, quàm acerbo infamis invidentiæ odio in rem naturâ amandam inſaniant , ita iſti quàm benevolo, quàm amico erga eandem affectu ferantur ... Ut illi, quàm nulla ſcelerum conſcientiâ revocentur, ne rem ſanctam & ve- ,,

„ tatis teſtimonium eſt „ per te reſtauratus Theophilus. „

Ibid. lect. 14. *Idem.* Dico chariſſimi, quod Maria benedicta eſt, quia per eam Deus hominibus placabilis eſt, ſicut ſignatum eſt in Abigail, de qua legitur, quod cum David offenſus occidere vellet Nabal ſtultum, Abigail occurrens offenſo placavit eum. „ Qui placatus di„ xit: *Benedictum eloquium tuum*, „ *& benedicta tu, quæ prohibuiſti,* „ *nè irem hodie ad ſanguinem, &* „ *ulciſcerer me manu mea.* Nabal „ ſtultus ſignat peccatorem; omnis „ enim peccator ſtultus eſt. Sed „ heu! ſicut dicitur in Eccleſiaſte: „ *Stultorum infinitus eſt numerus.* A„ bigail Mariam ſignat, interpre„ tatur enim Patris exultatio. O „ quanta Patris cœleſtis in Maria, „ & Mariæ in Patre cœleſti fuit e„ xultatio, cum ipſa dixit; *exulta*„ *vit ſpiritus meus in Deo ſalutari* „ *meo.* Sicut autem Abigail Domi„ nam noſtram, ſic David Domi„ num noſtrum ſignat. David au„ tem offenſus eſt ſtulto Nabali, „ quando Dominus offenſus eſt ho„ mini impio. David Nabal ſtul„ to per Abigail placatur, quando „ Dominus impio per Mariam re„ conciliatur. Abigail placavit Da„ vid verbis & muneribus. Maria „ placat Dominum precibus & meri„ tis. Abigail ultionem temporalem, „ Maria verò æternalem convertit, „ dum illa humanum, iſta verò di„ vinum gladium avertit. Propter „ hoc benè ait Bernardus: Nemo tam idoneus Domina, qui gladio „ Domini pro nobis manum objiciat, „ ut tu Dei amantiſſima, per quam „ primùm ſuſcepimus de manu Do„ mini Dei noſtri. „

Sequitur Doctor Angelicus. „ Ideò convenit ei nomen Maria, quæ in„ terpretatur ſtella maris: quia ſicut „ per ſtellam Maris navigantes diri„ guntur ad portum: ita Chriſtiani „ diriguntur per Mariam ad gloriam. „ *Opuſc. 8.*

Thomæ Aquinati aſſentitur Villanovanus. „ Sicut pulli volantibus deſuper milvis ad gallinæ alas accur„ runt, ita nos ſub velamento alarum „ tuarum abſcondimur. Neſcimus „ aliud refugium niſi te: tu ſola es „ unica ſpes noſtra in qua confidimus: „ tu ſola es Patrona noſtra, ad quam „ omnes aſpicimus. „ *Poſt Deum.* *Serm. 3. de Nat. B. V.*

An forſan Sanctum hunc Archiepiſcopum, Monitor, velut indiſcretum traduces B. V. Mariæ cultorem, prodigúmque Encomiaſtem? ſanè inſalutaribus tuis *Monitis* ingens pendit tributum: at ſatius ſit doceri fideles à famoſiſſimo ſancto, quam inſalutariter moneri ab ignoto Magiſtro. *Orat. de oblat. Deip.*

Haud abſimiliter S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus. „ Certè Domina Deiparens, certè meum re„ fugium, vita & defenſio, arma & „ gloriatio, ſpes & robur meum. Con„ cede mihi, ut & ego quoque fruar „ inenarrabilibus, quæ comprehen„ di non poſſunt, tuis bonis in cœ„ leſti perſeverantia. Habes enim ſat „ ſcio cum tua voluntate concur„ rentem potentiam, ut quæ ſis „ Mater Altiſſimi, & propterea „

„ audeo;

Digitized by Google

audeo : ne ergo priver mea expectatione, ò Domina intemerata !

Part. 4 tit. 15 cap. 49. §. 9.

Accedit ſanctus Archipræſul Antoninus. „ Decet me (*ita Virginem
„ loquentem inducit*) in glorificatio-
„ ne eſſe juxta filium meum, per in-
„ terceſſionem continuam pro hu-
„ mano genere, ut cum Deus pecca-
„ tis hominum diluvio flagellorum
„ minatus fuerit terram ſubvertere;
„ ego ut arcus appaream in conſpectu
„ ejus , indeque recordatus fœderis
„ ſui repropitietur eiſdem, ne diſſipet
„ mundum. „ *Apertius hoc ipſum adſtruit Galatinus.* „ Non ſolùm to-
„ tus mundus amore Beatiſſimæ Vir-
„ ginis conditus eſt, ſed etiam ſuſten-
„ tatur, mundus enim ipſe ob noſtras
„ pravas actiones nullo pacto con-
„ ſiſtere poſſet, niſi ipſa glorioſa Vir-
„ go eum ſua miſericordiâ & clemen-
„ tia pro nobis orando ſuſtentaret. „

Lib. 7. de arcan. Cathol. verit cap. 2.

Adſtipulatur multoties B. Albertus Magnus. Primo „ Quidquid eſt
„ cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati : At
„ Beata Virgo eſt cauſa Filii , Filius
„ autem totius boni cauſa omniſque
„ miſericordiæ. Ergo & mater erit
„ totius miſericordiæ cauſa . . . Quid-
„ quid igitur miſericordiæ filius ex-
„ hibuit, totum hoc nobis mater con-
„ tulit, quæ filium genuit, in quo no-
„ bis omnia donavit. Ex his patet,
„ Beatiſſimam Virginem in miſeri-
„ cordia omnem excellere creaturam,
„ quia nimirum ipſius mundi miſeri-
„ cordiæ cauſa extitit. „ *Secundo.* Ipſa
„ eſt ſoliũ miſericordiæ, ad quod pec-
„ catores miſericorditer congregantur
„ *Jer. 3. Vocabunt Jeruſalem*, id eſt, Mariam, „ *in tempore illo*, id eſt gratiæ *ſo-* „
lium Domini, in quo Deus ſedit per „
miſericordiã, ſe incarnando, *& con-* „
gregabunt ad eam omnes gentes, id eſt, „
peccatores, qui ibi abſolvuntur, & „
non ſecundùm merita puniuntur. „
Item ipſa eſt civitas & domus ſal- „
vationis. *Jerem. 8. Convenite cele-* „
riter , & ingrediamur civitatem mu- „
nitam, id eſt, Mariam, *munitam* in „
natura, in gratia , in gloria : *& Si-* „
leamus ibi. Gloſſa : quia non aude- „
mus deprecari Dominum , quem „
offendimus, ſed ipſa deprecetur, & „
roget : *quia Dominus ſilere nos fe-* „
cit. Gloſſa : quia enim offendimus: „
& potum dedit nobis aquam fellis. „
Gloſſa : id eſt, dulcem Deum ama- „
rum nobis fecimus : Ipſa etiam eſt „
oliva totius miſericordiæ & bonita- „
tis. *Tertio.* „ Ipſa eſt Advocata „
noſtra , contra Judicem ſapientem, „
contra callidiſſimum hoſtem, & hoc „
in cauſa deſperata. *Jerem. 15. Dixit* „
Dominus ad me : ſi ſteterint Moyſes „
& Samuel coram me. Gloſſa: Oran- „
tes pro populo : *non eſt anima mea* „
ad populum iſtum. Sed quid ô bone „
Jeſu ! ſi ſteterit coram te mater mi- „
ſericordiæ, numquid iratus dices ad „
eam de peccatoribus , ut ad Jere- „
miam : *ejice illos à facie mea , & egre-* „
diantur ad gladium, famem, captivi- „
tatem & mortem ? Non ſic dices „
ad Matrem. Clama ergo voce „
Mariæ placatus : reduc miſeros ad „
pacem contra gladium, ad ſaturita- „
tem contra famen , ad libertatem „
contra captivitatem, ad vitam con- „
tra mortem : deſperatorum cau- „

Trac. ſuper Miſſus eſt q. 75.

Bibl. Marian. Jerem. n. 2.

Ibid. n. 6.

„ ſam ſola aſſumet, quam nullus alio- „ rum ſanctorum aſſumere aptè per- „ mittitur, dicente Domino ad pecca- „ torem deſperatum. *Jerem.* 15. *qui* „ *miſerebitur tui Jeruſalem* ? id eſt, „ anima deſperata, quæ fuiſti prius „ viſio pacis, nunc autem viſio infer- „ nalis. Quis contriſtabitur pro te ? „ cum mortis ſententia feretur con- „ tra te ? cum dicetur tibi, *ite male-* „ *dicti*, &c. Ibi omnibus derelinquen- „ tibus nos, non derelinquet illa. Illa „ enim miſerebitur, & illa compa- „ tietur, illa ibit *ad rogandum pro pace* „ *noſtra*, quam benevolentius impetra- „ bit. „ Ipſa etiam eſt altare propitia- „ tionis & placationis Dei. *Gen.* 8 *Ædi-* „ *ficavit Noë Altare Domino*, id eſt, „ Mariam, *& obtulit holocauſta ſuper* „ *Altare, odoratuſque eſt Dominus odo-* „ *rem ſuavitatis, & ait : nequaquam* „ *ultra maledicam terræ propter homi-* „ *nes.* Gloſſa : Non igitur ultra percu- „ tiam temporali judicio, *omnem ani-* „ *mam viventem ſicut feci* : ſed Ma- „ ria precante parcam omni veniam „ quærenti. „

Ibid. Gen. n. 14.

Hæc omnia tua arietant de- jiciuntque *monita*, Doctor igno- te, quibus in laude patrocinii, Mariæ requiris avaritiam, refugiſ- que Gloſſas : at ſpecialiter duo à te cupio obſervata : unum, quod ait Beatus ac Magnus Albertus, quod Maria *deſperatorum cauſam ſola aſſumet*. Alterum, quod *ibi* (in die judicii) *omnibus derelinquentibus nos, non derelinquet illa* (Maria) in hac enim vita nobis impetrabit veniam & gratiã, qua in die judicii erimus ſecuri.

Lib. 4. *Mythol.*

Paucis multa ſanctus Fulgentius, „ cœlum & terra jam dudum ruiſſent, ſi non Maria precibus ſuſtentaſſet. „

Etiam nunc monebimur : *noli di- cere, ſi Mariam non haberem, deſpera- rem* ? Monebis ? at ſurdos.

Succinit divinus Dioniſius Carthuſia- nus. „ Maria interpretatur mare, quia „ ſicut nullus valet guttas maris dinu- „ merare, ſic miſericordiam, gratiæ ex- „ cellentiam, gloriamque Mariæ nul- „ lus valet exprimere. „

Lib. 1. *de laud. B.V. art.* 3.

Præclarè porrò Cancellarius Pari- ſienſis Gerſon exhibet Mariam Reginam miſericordiæ. „ Terret te ô anima Deus ultionum Dominus, Deus ju- „ ſtus & juſtitias diligens, alliciat mi- „ ſericors in eſſentia, & miſerator in „ efficacia, Dominus ſuavis & mul- „ tum miſericors. Damnat te thro- „ nus juſtitiæ, adi cum fiducia thro- „ num miſericordiæ, dum licet appel- „ lare, dum adhuc dies eſt compari- „ tionis, dum miſericordia ſedet in „ throno ſuo, quæ exuperat judicium. „ Cave ne differas, quouſque Domi- „ nus accipiat tempus à te, tunc uti- „ que juſtitias judicabit, nec appellare „ licebit. Ecce confugit ad thronum „ miſericordiæ reus iſte, ô Beatiſſima „ Virgo Regina miſericordiæ, defen- „ de jura curiæ regni tui cum Filio „ tuo, dum ſedes à dextris in ea, dum „ tempus eſt miſerendi. Defer ap- „ pellationi meæ ſuſcipiens eam ad te. „ Non remittas ad ſedem juſtitiæ, „ quoniam terribilis eſt nimis & ag- „ gravans, & inſuſtentabilis ira e- „ jus.

Tract. 6. *ſup. Magnif.*

Hinc diſcere poteris, monitor, qua- liter

Digitized by Google

liter à throno juſtitiæ divinæ liceat appellare ad thronum miſericordiæ per Mariam Reginam miſericordiæ, quæ in curia Regni miſericordiæ ſedet à dextris Filii, quem peccatoribus timentibus juſtitiam, velut fideliſſima in curia Regni miſericordiæ Advocata, Regique miſericordiæ chariſſima, reddit placatum, eorumque appellationem ſuſcipit ad ſe, offert, commeddatque Filio, à cujus dextris, velut potentiſſima Patrona, ſedet in throno miſericordiæ, ut per eam, damnati à throno juſtitiæ, adeāt cū fiducia thronū miſericordiæ Filii. Hoc eſt quod docetur, dū dicitur, à tribunali divino appellari ad Marianum, videlicet territos à tribunali juſtitiæ divinæ, meritò confugere ad thronum divinæ miſericordiæ, per Mariam Reginam miſericordiæ, quam Filius in ſuæ miſericordiæ Curia ſecum à dextris fecit ſedere in throno miſericordiæ, ut appellantium à juſtitia divina ad miſericordiam, ad ſe ſuſcipiat ſupplicationes, & damnatis à juſtitia, impetret veniam à miſericordia divina, ſine qua nullus ſalvaretur peccator. Disce hinc quoque, Regnū miſericordiæ Filii & Matris, non fore diviſum, at unum utriuſque, Filii, ex natura & propria authoritate ut Regis ſupremi & abſoluti, Matris, per gratiam, ut Reginæ ſecundariæ, ſeu Patronæ & Advocatæ. Faceſſant igitur hæc, quæ Mariæ appingis temerariè ſuſpicioſa monita. *Noli dicere quod à tribunali divino ad meum appellari poſſit: aut me cum filio meo diviſum habere imperium. Quod Chriſtus ſibi reſervarit juſtitiam, mihi commiſerit miſericordiam.*

Audiamus modo Carmelitas expertos, fidoſque ſemper Patronæ ſuæ miſericordiæ Præcones. Primus ſit ſanctus Petrus Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus prædilectus Mariæ filius, & cultor planè ſingularis, de quo hæc Waddingus Minorita. „ His aliiſque acceptis beneficiis, ſanctiſſimæ „ Virgini devinctus, incredibili erga „ eam exarſit devotionis affectu, propoſuitque nullū prætermittere obſequium, quod in tantæ benefactricis „ cederet honorem. Scripto peculiari libello, ejus ab originali peccato „ indemnitatem conſtanter aſſeruit, & „ reliqua Virginis Privilegia doctis „ celebravit encomiis. Quotieſcumque orabat, laudes miſcebat Mariæ: „ quæcumque obvia Mariæ ſimulachra reverenter ſalutabat: locuturus, „ nomen præmittebat Mariæ: antequam menſæ accumberet, Mariana „ promebat elogia, & cibum putabat „ inſipidum, ſi ſacræ Virginis non „ condiretur memoria. In laboribus, „ in anguſtiis, ad ſacram hanc aram „ convolabat, ut ſingulis ictibus clypeum opponeret nominis Mariæ, „ cujus præſens ſemper ſentiebat auxilium. Ingens hic pietatis ardor ita „ transmutavit affectum mentemque „ poſſedit, ut nihil aliud ſapere, nihil „ effari, nihilque videretur audire. Ex „ abundantia cordis os loquebatur: „ viſum eſt quippe ejus cordi inſculptum ſacratiſſimum nomen MARIÆ, non aliter quam Martyris Ignatii præcordiis divina „

In vita S. Petri Thomæ.

JESU

Digitized by Google

JESU vox apparuit impreſſa. „

Quam immane ab hujus Præclariſſimi Patriarchæ Praxi diſtant inſalutaria illa *monita B. V. Mariæ ad cultores ſuos indiſcretos* adficta, illa *ſobriam*, aut nullam volunt Virgini exhiberi laudem, ſanctiſſimus Patriarcha totus effuſus eſt in ejus honorem, elogia, prærogativas celebrandas: illa verentur nimium precum impendi Mariæ, iſte nuſquam non invocat, laudat, precatur eandem. Monitori imagines Mariæ, *mortuæ* vileſque ſunt *creaturæ*; Patriarcha *quæcumque obvia Mariæ ſimulachra ſalutabat reverenter*. Monitor Deum ſolùm vult adorari, coli, & amari; Patriarcha noſter ſacratiſſimum MARIÆ nomen etiam cordi inſculptum gerit & veneratur. Unde verò tanta Neo-Chriſtianorũ & S. Patriarchæ erga *matrem miſericordiæ* affectus diverſitas? Quia cum eo nõ recogitant, non recognoſcunt multiplicia à liberaliſſima ejus manu accepta beneficia; nolunt agnoſcere, nihil ſe habere à Deo, quod non tranſierit per manus Mariæ: ubi deeſt beneficii accepti recognitio, quomodo aderit erga benefactricem gratitudo ac devotio? *Subſequitur alter Carmelita item Patriarcha, ſanctus Cyrillus Alexandrinus, Concilii Epheſini pro defenſione Dei Maternitatis, ſummi Pontificis nomine Præſes, cujus ſanctus Petrus Thomas fuit Legatus: ſic Virginem in Concilio alloquitur.* (*Hom. contra Neſtor.*)

„ Per te exultat cœlũ, lætantur Ange-
„ li & Archangeli, fugantur dæmones,
„ & homo ipſe ad cœlum revocatur.
„ Per te omnis creatura idolorum errore detenta, converſa eſt ad agni- „
tionem veritatis, & fideles homines „
ad ſanctum Baptiſma pervenerunt, „
atque in toto orbe terrarum con- „
ſtructæ ſunt Eccleſiæ. Te adjutrice „
gentes veniunt ad pœnitentiam. „

Tertius Carmelita Virginearum excellentiarum, nominatim miſericordiæ, præco eſt, totius Carmeli Antiſtes digniſſimus, Michael à Bononia, dictus incognitus ſuper Pſalmos. (*In Pſal. 71. v. 8.*) „ Per mare in „ ſcriptura aliquando intelligitur Vir- „ go Maria. Unde ipſa à mari Maria „ nuncupatur. Nec mirum, nam ipſa „ ad modum maris eſt magnæ purita- „ tis, capacitatis, & utilitatis. Patet pri- „ mùm, quia nihil immundum reti- „ nere poteſt, ſic nec Virgo aliquam „ peccati contraxit immunditiam. „ Unde de ipſa dicitur Apocal. quar- „ to. In conſpectu ſedis (ſcilicet „ Dei) tanquam mare vitreum ſimile „ cryſtallo. Cryſtallus enim, & vi- „ trum habent claritatem, & frigidita- „ tem, quæ puritati congruunt Virgi- „ nis Mariæ. Secundùm patet: quia „ omnia flumina intrant in mare. Sic „ in Beata Virgine omnes gratiæ con- „ gregatæ fuerunt. Unde Hierony- „ mus. Cæteris gratia per partes præ- „ ſtatur; Mariæ autem ſe tota gratiæ „ plenitudo infundit, &c. Unde Ge- „ neſis primo. Congregationes aqua- „ rum appellavit Maria. Tertium pa- „ tet, quia non eſt terra iſta ſterilis, „ quæ (ſupra mare ſituata) non ab- „ undet omnibus bonis. Sic & Bea- „ ta Virgo omnibus peccatoribus „ juxta ipſam per devotionem poſi- „ tis gratiarum copiam confert. Un- „

„ de

Digitized by Google

,, de Bernardus. Maria omnibus ſi- ,, num ſuæ miſericordiæ aperuit, ut de ,, plenitudine ejus capiant univerſi. ,,

Quartus adſtat Anaſtaſius Cochele-tius Paleſtrita honoris Divæ Hallenſis pro Juſto Lipſio, adverſus hæreticum Anonymum. ,, Meruerit Beatrix *con-*

Cap. 19. ,, *verſionem* (*hæreticum alloquitur*) an- ,, tecedente ſedulitate & aſſiduis of- ,, ficiis erga Dei Matrem, Matrem ,, dicam, non etiam Filium? *Quod uni* ,, *ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* ,, Virgo ſcutum eſt, in cujus meditul-

Matth. 25. ,, lio Phydias ille divinus, Pater nini- ,, rum cœleſtis, tanta arte, tam intimè ,, Filium ſculpſit, ut qui Matri, Filio ,, quoque honorem, aut injuriam fe- ,, cerit: iis, inquam, præfatis officiis ,, ad mentem reverſa, in gratiam re- ,, cipi meruerit. An non quod Simo- ,, ni de illa in civitate peccatrice intu- ,, lit Chriſtus? *Dimiſſa ſunt ei peccata* ,, *multa, quoniam dilexit multum*? ,, Nam etſi Deus bonitatis ſuæ ordi- ,, nem ſequutus, nullis nos præceden- ,, tibus meritis juſtificet: ſuæ miſeri- ,, cordiæ rationem habens, non ex o- ,, peribus juſtitiæ, quæ fecimus nos, ,, ſalvos nos faciat: tamen juſtitiæ ſuæ ,, poſtulata ac leges illibatas, inviola- ,, tas eſſe volens, non niſi ex præviis ,, ac præviſis ſtudioſis operibus gra- ,, tia & ſalute nos dignatur. Quid igi- ,, tur? Vidit inter turpis vitæ tenebras, ,, in Beatrice radium quemdam ei in- ,, natæ erga Matrem ſuam ſedulitatis ,, ac devotionis ſplendere. Sic *de te-*

2. Cor. 4. ,, *nebris lucem ſplendeſcere facit.* Re- ,, poſita apud ſe priora ejus ſedulitatis ,, officia habebat; (quæ matri exhi-buerat etiam dum luxurie ſorderet) ,, & quia nihil irremuneratum abire ,, jubet, miſertus Beatricis ad melio- ,, rem frugem vocavit, vocatam nec ,, renitentem, in gratiam recepit: *Nec* ,, *injuſta Dei electio, ſed quæ hominum* ,, Theod. in cap. 9. ad Rom. *propoſito convenit.* Hanc Dei, hanc ,, ejus Matris gratiam erga miſeram ,, Matth. 20 cur improbas? *An oculus tuus ne-* ,, *quam, quia* Deus *bonus eſt*? ,,

Vides, Monitor, Deus Beatricem illam ad meliorem frugem vocavit, ac in gratiam recepit, quia vidit in ea adhuc in turpis vitæ tenebris ſedente, radium quemdam ei innatæ erga Matrem ſuam ſedulitatis ac devotionis ſplendere: unde perperam planè mones nomine Matris miſericordiæ, cujus precibus & meritis infelix Beatrix fuit beata, & peccatores in barathrum detrudis deſperationis, dum confidenter B. V. Mariam compellis effari: ,, *Ego mater pulchræ dilectio-* ,, *nis. Non eſt* pulchra aut *ſpecioſa laus* ,, Eccl. 24. *in ore peccatoris*: Non eſt *pulchra* ,, Ibid. 15. v. 9. *dilectio* in corde *ſubdito peccatis.* Fru- ,, Sap. 1. v. 9. ſtra me diligunt qui in peccatis perſe- ,, verant: qui enim Deo nō placent, nec ,, mihi placēt. Ego quos amatores vo- ,, lo, imitatores cupio. Noli me putare ,, *refugium peccatorum* impœnitentiū. ,, Hæc, inquam, nimis ſcandaloſè *Matri miſericordiæ*: *Refugio peccatorum*, quorumcumque adhuc viatorum, adfingis *monita*, patuit namque in Beatrice, patuit in Theophilo, patuit in Maria Ægyptiaca, patuit in aliis peccatoribus & peccatricibus, gratam ac admodū utilē eſſe dilectionem, laudem ac cultū à miſeris peccatoribus exhibitum *Matri*

Digitized by Google

miſericordiæ, hinc namque impœnitentes per ipſam facti ſunt pœnitentes.

Tom. 4: Epiſt. ad B. V.

Alloquor igitur ac ſupplico matri miſericordiæ cum venerabili Patre Joanne à Jeſu Maria Carmelita Diſcalceato.

„ Hæc ego advertens, ô ſublimis valdè Cælitum Regina, proſterno ante te memetipſum, deſiderio deſiderans acutis gemitibus ſumma Cælorum penetrare, quatenus pertingant ſuſpiria mea uſque ad cor tuum ô Maria! Quando enim Latrones, homicidæ, aliique ſceleratiſſimi peccatores, de quorum æterna ſalute meritò conclamatum videbatur, in te, ô unica ſpes noſtra! præſidium illico invenere, ac ad te validè clamaverunt, & de faucibus mortis reſpiraverunt ad vitam; ſpero etiam ego, tametſi infixus ſum in limo profundi, quod mihi ipſe defodi, dum ad te clamavero, emergere rurſus, veniam conſequi, & accipere conſolationem. Eja ergo Advocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos converte, ac vel unius benignioris aſpectus indulgentiâ, fac naſcatur in me firma ſpes vitæ, ac præſentiæ tuæ deſiderabilis ſuper aurum & lapidem pretioſum multum. „

His teſtimoniis credunt, hanc praxim ſervant quotquot ſunt genuini Catholici: Verùm ſi teſtimonium hominum non accipiant, Antimariani teſtimonium quod majus eſt: auſcultent ex Revelationibus ab Eccleſia approbatis. Ac imprimis ipſa Mater miſericordiæ, *B. dixit Brigittæ* „ Quantumcumque homo peccat, ſi ex toto corde, & vera emendatione ad me reverſus fuerit, ſtatim parata ſum recipere revertentem. Nec attendo quantum peccaverit, ſed cum quali intentione & voluntate redit. Ego vocor ab omnibus Mater miſericordiæ, verè Filia, miſericordia Filii mei fecit me miſericordem, & miſericordia ejus viſa compatientem. Ideò miſer erit, qui ad miſericordiam, cum poſſit, non accedit. „ *Dixit etiam ſanctæ, ſanctus Joannes Baptiſta:* „ In quacunque neceſſitate fuerit homo, ſi Cœli Reginam Matrem Dei toto corde invocaverit, ſalvabitur. „

Lib 2. Revelat. cap. 23.

Lib. 1 Revelat. cap 31.

Quin & Chriſtus Dominus dixit eidem: „ Verè Eccleſia mea nimis longè receſſit à me, in tantum quod niſi preces Matris meæ intervenirent, non eſſet ſpes miſericordiæ. „ Deſinat proinde hoc monitum *Matri miſericordiæ, ſpei noſtræ* adfictum: *Noli dicere, quod, ſi me non haberes, deſperares.*

Lib 6. Revel. cap. 26.

Verbis Chriſti ad ſanctam Birgittam reſpondent verba Chriſtiparæ ad ſanctam Mechtildem: „ Deus, *inquit Virgo*, me, & ſuper omnem creaturam ſuam in tantùm dilexit, ut amore mei multoties pepercerit mundo, etiam antequam nata eſſem. Ipſe etiam ex amore nimio anticipavit aliquantulum nativitatem meam, & prævenit me ſua gratia in utero matris meæ. „

Spec. ſpir. grat. & Revel. lib. 1. cap. 28.

Tandem ſancta teſtatur Brigitta Chriſtum Matrem ſuam dulciſſimam his affatum verbis: „ Benedicta ſis tu à me benedicto Filio tuo. Propterea nulla erit petitio tua ad me, quæ „ non

Lib. 1 Revelat. cap. 28.

Digitized by Google

„ non exaudiatur, & per te omnes, qui „ petunt miſericordiam cum voluntate emendandi ſe, gratiam habebunt. „ Quia ſicut calor procedit à ſole, ſic „ per te omnis miſericordia dabitur. „ Tu enim es quaſi fons largifluus, de „ quo miſericordia miſeris fluit, &c. „ Omnis quicunque invocaverit nomen tuum, & ſpem habet in te cum „ propoſito emendandi commiſſa, ei „ dabitur contritio de peccatis & fortitudo ad faciendum bona, inſuper „ & regnum cœleſte. Tanta enim „ mihi eſt dulcedo in verbis tuis, ut „ non poſſim negare quæ petis, quia „ nihil aliud vis, niſi quod ego.

Obſtrepet forte hic rurſus Reformator ille incognitus, ac Revelationes relatas hiſtoriuncularum aut fabularum nomine ſuſpectabit; adfingit namque B. V. Mariæ hæc ſuſpicioſa monita. „ *Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus, ſi ex* „ *Deo ſunt.* Ne itaque facile recipiatis omnes & qua ſuis hiſtoriunculas, „ quæ de meis apparitionibus, aut Revelationibus, aut beneficiis & privilegiis promiſcuè circumferuntur. „ Ne ſitis ex numero illorum qui *à* „ *veritate auditum avertunt, ad fabulas* „ *autem convertuntur.* „ Si, inquam hæc obmurmuret monitor indiſcretus, fabulantibus murmuratoribus adnumeretur; non enim hiſtoriunculas, non *indoctas fabulas ſequuti* annuntiamus cultoribus Virginis apparitiones, Revelationes, beneficia ac privilegia munificentiſſimæ Patronæ, ut doctrinam ſanam ac probatam, ab Eccleſia receptam.

1. Ioan. 4. v. 1.

2. Tim. 4. v. 4. 2. Pet. 1.

His excitati, animati, in ſpem erecti, ô miſeri peccatores! *Matris miſericordiæ* omni ſtudio ſatagite captare gratiam, ejus cultui vos dicate, clientelæ ac patrocinio committite, mentem veſtram ſanctiſſimum Mariæ memoriæ promptuarium efficite, corda, viſcera animæ veſtræ amabili matri mancipate, vos fideliſſimos ferventiſſimoſque amatores ejus profitemini. O quam felix, quam cautus, quam pretioſus cliens eſt Mariæ! Ah! quam fortunata ſors inter illos cenſeri, quàm felix, quàm beatum illis adnumerari qui *Matri miſericordiæ* ſunt devoti. At verò miſerrimi, qui Mariæ cultum negligunt, arrodunt, irrident: hi audiant monita verè ſalutaria ſancti Bonaventuræ Doctoris Seraphici & Mariophili:

In Cant. inſtar illius Moyſis Deut. 32.

Generatio prava atque perverſa: agnoſce Dominam noſtram ſalvatricem tuam.

Numquid non ipſa eſt mater tua, quæ poſſedit te: & in fide generavit te?

Si hanc dimittis, non es amicus ſummi Cæſaris: quoniam ipſe ſine ea non ſalvabit te.

Utinam ſaperes & intelligeres: ac noviſſima provideres.

Quemadmodum infans ſine nutrice non poteſt vivere: ita nec ſine Domina noſtra potes habere ſalutem.

Sitiat ergo anima tua ad ipſam, tene eam, nec dimitte donec benedixerit tibi.

Repleatur os tuum laude ſua: decanta tota die magnificentiam ejus.

O 2 His,

na adjecit promiſſionem : *Hanc precem ſi aſſiduè dixeris , B. Virginis Mariæ, & omnium noſtrum gratiam conſequeris.* Cœpit is exinde hoc breve piſſimumque penſum Virgini quotidie quam fideliſſimè perſolvere. Quo in cultu ut Virgines Urſulanæ clientem magis confirmarent, viſæ ſunt omnes in unum collectæ, coram Cœli Regina Dei Matre mellitiſſimis vocibus cœleſti Harmonia in ejus auribus concinere. Ecce quantus cœleſtium civium erga Reginæ ſuæ cultum ſtrenuè promovendum ſit zelus atque ſollicitudo, & hoc in eximium Clientum ſuorum bonum.

CAPUT XXX.

Apologia brevis, honoris ac amoris ſanctiſſimæ Deiparæ. Anaſtaſii Cocheletii Carmelitæ Doctoris Pariſienſis in *Palæſtrita honoris Divæ Hallenſis pro Juſto Lipſio, adverſus diſſertationem mentiti idoli Hallenſis Anonymi cujuſdam hæretici.* In Epiſt. Dedicatoria.

Origen. Hom. 14. in Num. „Occurrebat mihi divinæ providentiæ recordatio , qua *omnia,* „ *in hoc mundo, ita diſpoſita ſunt , ut* „ *apud Deum nihil otioſum, etiamſi malum illud ſit vel bonum. Eo uſque* „ *ut licet malitiam non fecerit , eam* „ *prohibere poſſit, non prohibeat ; ſed* „ *ea utatur, cum iis, à quibus habetur,* „ *ad neceſſarias cauſas. Per eos, in quibus eſt, claros & probatos efficiat illos, qui ad virtutum gloriam tendunt;* „ *virtutem ſplendidiorem & examinatiorem reddat : nec niſi ſuo contrario probatam & examinatam virtutem eſſe* demonſtret. Itaque *oportere* „ *hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant.* *1. Cor. 11.* Igitur nihil tam ſanctum & divinum, quod impugnatores ſui , quod propugnatores „ non habeat.

Pro quo non metuant mori.

„ Qua in concertatione, quemadmodum illi quàm vilem, quàm abjectam animam, ſic iſti, quàm nobilem, quàm regiam gerant, oſtendunt. Ut illi, quàm acerbo infamis invidentiæ odio in rem naturâ amandam inſaniant , ita iſti quàm benevolo , quàm amico erga eandem affectu ferantur ... Ut illi, quàm nulla ſcelerum conſcientiâ revocentur, ne rem ſanctam & ve- „ ne-

,, nerandam ore, ſcripto, opere vio-
,, lent, ita iſti quam timorata, nè id
,, faciant ac velint, remorentur. Ut il-
,, li, quam nefando concubitu vitio-
,, tum ac Dæmonum ſtupratam vo-
,, luntatem: ita iſti quam illibatam
,, ex ſacro divinarum virtutum Tha-
,, lamo & amplexu reportent, pro-
,, dunt. Alioqui, quòd ſanctum & di-
,, vinum eſt, quis neſcit opus Dei eſſe?
,, opus autem Dei non amandum, non
Eccli 43. ,, venerandum? An quòd *vas admi-*
,, *rabile*, non ſit *ejus opus*; aut quod e-
Deut. 32. ,, jus *opera non ſint perfecta?* Et ubi er-
,, go illorum frons, ubi pectus? In hac
,, porrò contentione, ſi nullam aliam
,, cauſam oſtendere poſſint, præter
,, ipſam malitiam & huic innatam ra-
,, biem, ac calumniandi inclinatio-
,, nem: Pii & ad virtutum gloriam
,, tendentes viri, nullam antiquiorem,
,, juſtiorem, glorioſiorem objecerint,
,, quàm in ſacræ rei protegendæ cura
,, & officio conſtanter ſtetiſſe, fortiter
,, occubuiſſe. Diviniorem non repe-
Cicero pro Plan. ,, riebat, qui putavit *non tam mortem,*
,, *quam immortalitatem conſecutos, qui*
,, *pro aris & focis, pro Patria & legibus*
,, *decubuiſſent.* Non ille, qui cecinit:
Pſalm. 58. *fortitudinem meam ad te cuſtodiam.* ,,

,, Cæterum eſt in operibus Dei,
,, quicquam ſanctius & divinius San-
Epheſ 1. ,, ctiſſima ejus Matre? *Elegit nos an-*
,, *te mundi conſtitutionem, ut eſſemus*
,, *Sancti & Immaculati in conſpectu e-*
,, *jus in charitate.* Non etiam Virgi-
,, nem? In ejus magna domo *ſunt va-*
,, *ſa, quædam in honorem, quædam*
,, *in contumeliam.* Virginem non
,, in honorem, ſed in contume-
liam fecit? Olim Zeuxis ſelectis ,,
quinque aut, ut aliis placet, ſeptem ,,
Crotoniatarum Virginibus, Juno- ,,
nem depinxit. Tam mirandum o- ,,
pus, ut Pericles ab Ichtino archite- ,,
cto ei arcem elevari curaret, in qua ,,
ipſa emineret. Et Apelles quoque ,,
vocabat judices, nè quid operi ſuo ,,
deeſſet. Quæ ſi in hominibus virtus: ,,
at *quam mirabilia opera Domini:* ,,
Neque enim eos ſtatuarios proba- ,,
mus, qui nihil ad perfectum dedu- ,,
cere queunt. Et eſt ,,

Infelix operis ſumma, qui ponere to-
tum neſciet.

,, Quantam & qualem igitur Vir-
ginem, Deum nobis produxiſſe pu- ,,
tamus? Virginem dico, quam non ,,
elegit modò: verum etiam prælege- ,,
git, omnium oculis ſpectandam? ,,
Virginem, quam ſibi auctori uni- ,,
verſæ puritatis, ſanctitatis & gratiæ, ,,
in Matrem diſpoſuit? Virginem quæ ,,
velut Paradiſus deliciarum, ex ſe vi- ,,
tæ arborem produxit? Virginem, ,,
velut animatum Cœlum, Solem ſe ,,
in Cœlo coruſcantem exhibuit? ,,
Virginem, quæ velut menſa Intelle- ,,
ctualis, & clibanus ſpiritualis, panem ,,
vitæ, charitatis igneum ſe nobis ſup- ,,
peditavit; Virginem, quæ velut vel- ,,
lus, etſi de carne, licet de corpore, ,,
paſſiones corporis, vitia carnis ne- ,,
ſciens, rorem ſe placido lapſu ſuſce- ,,
pit? Virginem, in qua tota divi- ,,
nitatis unda, bibulo ſe noſtræ car- ,,
nis celavit, & fluminis inſtar vi- ,,
viparum ejus uterum irrigavit. Vir- ,,
,, ginem,

,, ginem, per quam velut per ſcalam,
,, non deſcendit ſolum, ſed etiam
,, tranſivit, ut homines per eam in
,, Cœlos aſcendere mererentur? Vir-
,, ginem, per quam non tranſiit tan-
,, tum (ſileat enim Valentinianus)
Pſalm. 86. ,, verum etiam *in qua natus homo: in*
Sap. 7. ,, *cujus ventre figuratus, caro decem*
,, *menſium tempore*? Virginem in qua
,, illa infinitè diſtantium conjunctio,
,, Deus homo, immenſus parvus,
,, Verbum infans, æternus temporalis,
,, qui ventrem fecit in ventre factus?
,, Virginem, in cujus alvo, qui omnia
,, continet, qui altior Cœlo, vaſtior
,, mari, profundior abyſſo, compre-
,, henſus? Virginem, quæ ſe nutrien-
,, tem, reficientem, foventem, nutri-
,, vit, refecit, & puriſſimo ſinu fovit?
,, Virginem, quæ unguentum fra-
,, grans extitit, ex cujus humore ipſe
,, unctus, nutritus eſt, ut ſanarentur
,, infirmitates. Virginem, quæ terra
,, fuit lacte & melle manans, conver-
,, ſione proprii ſanguinis in candens
,, nutrimentum: cujus mamma
,, phiala fuit Principum, propinans
,, butyrum, nimirum lactis pingue-
,, dinem ipſi Chriſto Principi ad nu-
,, trimentum: & Siſaræ, hoc eſt
,, Dæmoni ad ſoporem & necem: cu-
,, jus uberum papulæ in os infantile
,, ſuum immiſſæ, contra omnem
,, valuerunt infirmitatem? Virgi-
,, nem, cujus caro, cujus ſanguis,
,, ſua caro, ſuus ſanguis eſt; Virginem,
,, cujus lac in ſuam carnem demu-
,, tatum, totius humani generis
,, medicamentum fuit? Virginem,
D. Epiphan. de ,, quæ *Solo ſe excepto, cunctis ſuperior*

exiſtit, naturâ formoſior, honora- ,, Deip.
tior ipſis Angelis, Cherubim, glo- ,, D. Chryſoſt. in Liturg.
rioſior incomparabiliter Seraphim? ,,
Virginem, de qua illa: *Quæ eſt iſta,* ,, D. Bernard. er. de N. B. V.
quæ deſcendit de deſerto deliciis af- ,,
fluens? Nam, *aſcendit planè ſu-* ,,
pra omne Genus humanum; aſcen- ,, Chryſol. ex D. Aug. ſer. 143. & 145.
dit uſque ad Angelos, ſed & ipſos ,,
tranſcendit, & cæleſtem omnem tranſ- ,,
greditur creaturam, ut hauriat a- ,,
quam vivam, quam hominibus ,,
transfundat. Virginem, cui *ſe to-* ,, D. Hieron. de Aſſumpt. B. V.
tam infudit plenitudo gratiæ, quæ ,,
ſingulis per partes data eſt. Quæ cum ,,
ita ſint; quo Genio, quo ſo, duce ,,
in eam incurrit Calviniana lues? An ,,
non eodem in Deum? *Nulli du-* ,, D. Damaſc. lib. 4. Orthod. fid. cap. 16.
bium eſſe poteſt, quin totum ad glo- ,,
riam laudis ejus pertineat, quicquid ,,
dignè ejus Genitrici impenſum, & ,,
attributum ſolemniter fuerit. Et ,,
verò, *ſi is honor, qui probis conſer-* ,,
vis habetur, benevoli animi erga com- ,,
munem Dominum argumentum ,,
eſt: Nónne, juxta contrariorum ,,
legem, malè affecti erga eundem, ,,
injuria, quæ iiſdem infertur? Non ,,
derogat Dei honori, qui honori ,,
ejus Matris obſtrigillat? Qui in ar- ,,
bores in quincuncem optimè dire- ,,
ctas; qui in flores pulchro eoque ,,
topiario opere flexos, mente malè ,,
furiata graſſatur; non etiam in ,,
hortulanum? Qui in vineam & ,,
uvas, non in Agricolam? Qui ,,
inſtar Leopardi in hominis ima- ,,
ginem depictam, inſanit, non ,,
in pictorem? Phidiam ferunt, tan- ,,
ta arte Minervam in meditullio ſcu- ,,
ti ſculpſiſſe, ut qui huic; illi quoque ,,
,, con-

Pſalm. 45. Eſa. 53. D. Anſel. lib. de excellent. B. V.

„ contumeliam faceret. Quantâ, amabo, induſtriâ *Deus in medio* Virginis ſe celavit? Quantâ arte in ea incarnatus? *Generationem ejus quis enarrabit?* Nam, *non ad divinam in Chriſto Filio Dei eſſentiam tantum ſpectat; verum etiam humanam, quod ab Eſaia dicitur: Utramque enim ſubſtantiam in unam conveniſſe perſonam, niſi fides credat, ſermo non explicat.* Deum igitur exhonorat, ei eſt contumelioſus, qui in ejus Matris laudem invehitur. *Abundat in electis divina potentia.* Unde illa Chriſti: *Signa eos, qui crediderint hæc ſequentur. In nomine meo Dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt.* Non etiam in ejus caſtiſſima Matre? Hic repetam? Non vacat. „ *Parte ſecunda* quædam attingam. Hæc autem pauca ex innumeris Virginis laudibus & Encomiis, à Doctore noſtro propinata, meritò quemlibet dignè de Dei Matre ſentientem exſtimulare oporterent, ad eam impenſè colendam, intenſè amandam, honorem ejus propugnandum, & ab impugnatione deterrendum. Verùm, quia ex inſtituto *Parte altera* hujus operis Virginis cultum ſum vindicaturus, ſufficiat hæc Mariæ cultoribus prælibaſſe.

Oratio devotiſſima Beati Anſelmi Archiepiſcopi Cantuarienſis ad glorioſam Dei genitricem Virginem Mariam, & ad Deum Dominum noſtrum, Chriſtum unicum Filium ejus.

„ SAncta & inter Sanctos poſt Deum ſingulariter Sancta Maria, Mater admirabilis virginitatis: Virgo amabilis fæcunditatis, quæ Filium altiſſimi genuiſti, quæ perdito humano generi Salvatorem peperiſti. Domina præfulgens tantâ ſanctitate, ſupereminens tantâ dignitate, quam utique certum eſt non mori, præclaram eſſe potentiâ & pietate. Tibi ô genitrix Vitæ! ô Mater ſalutis! ô Templum pietatis & miſericordiæ! tibi ſeſe conatur præſentare miſerabilis anima mea, morbis vitiorum languida, vulneribus vitiorum ſciſſa, ulceribus flagitiorum putrida: tibi nititur quantum moribunda valet ſupplicare: ut potentibus tuis meritis & piis tuis precibus digneris eam ſanare. Sic etenim pia Domina alienata eſt à ſe immanitate ſtuporis: ut vix ſenſum habeat enormis languoris. Sic ſordibus & fœdore fœdatur; ut timeat ne ab ipſa miſericors vultus tuus avertatur, ſic tabeſcit deſperando reſpectus tui converſionem, ut etiam jam obmuteſcat ad orationem. Peccata mea nequitiæ meæ. Si habetis animam meam veſtro veneno per- „

„ emptam?

„ emptam ? Cur ſic facitis eam ve„ ſtra fœditate horrendam: ut mi„ ſeratio non poſſit aſpicere illam, ſi o„ bruitis ei ſpem exauditionis veſtra „ mole, cur obſtruxiſtis illi vocem ora„ tionis veſtri pudore? Si mentem ejus „ veſtri feciſtis amore dementem: cur „ ſenſum ejus veſtro redditis torpore „ non ſervientem? Heu pudor ſorden„ tis immanitatis in preſentia nitentis „ ſanitatis; heu confuſio immundæ „ conſcientiæ in conſpectu fulgentis „ munditiæ. O tu benedicta ſuper „ mulieres, quæ Angelos vincis puri„ tate: Sanctos ſuperas pietate, anhe„ lat moribundus ſpiritus meus ad „ tantæ benignitatis reſpectum, ſed e„ rubeſcit ad tanti nitoris conſpe„ ctum. Rogare enim te Domina de„ ſidero, ut miſerationis tuæ reſpectu „ cures plagas & ulcera peccatorum „ meorum: ſed confundor coram „ te ob fœtorem & ſordes eorum. „ Horreo Domina parere tibi in im„ munditiis & horroribus meis, ne tu „ horreas me pro eis & non poſſum „ (væ mihi) videri ſine eis. O per„ turbata, ô confuſa præcavenda „ conditio! en quippe vos peccata „ mea quomodo diſcerpendo diſtra„ hitis, diſtrahendo corroditis, cor„ rodendo torquetis præcordia mea? „ eadem enim peccata mea ô Domi„ na! cognoſci à te cupiunt propter „ curationem, parere tibi fugiunt pro„ pter execrationem. non ſanantur ſi„ ne confeſſione, nec produntur ſine „ confuſione. ſi celantur ſunt inſana„ bilia, ſi videntur ſunt deteſtabilia. „ urunt me dolore, terrent me ti-

more. Mole me obruunt, pon- „ dere me premunt, pudore me „ confundunt. O tu illa pie potens „ & potenter pia Maria, de qua „ fons eſt ortus miſericordiæ, ne „ contineas precor tam veram mi- „ ſericordiam : ubi tam veram ag- „ noſcis miſeriam. Si enim ego „ confundor in obſcœnitate iniqui- „ tatis meæ ad fulgorem tuæ ſan- „ ctitatis, tunc Domina erubeſces „ erga miſerum effectum inſitæ pie- „ tatis? ſi ergo confiteor nequi- „ tiam meam, tunc abnegabis be- „ nignitatem tuam? ſi major eſt „ miſeria mea quam mihi expe- „ diat, eritne minor miſericordia „ tua quam te deceat? quantò e- „ nim Domina magis delicta mea „ in conſpectu Dei, & tuo ſor- „ dent, tantò magis curatione & „ tua ſubventione egent. Sana er- „ go clementiſſima infirmitatem, & „ delebis quæ te offendit fœdita- „ tem. Aufer benigniſſima languo- „ rem, & non ſenties quem horres „ fœtorem. Fac piiſſima ut non „ ſit quod dolet, & non erit quod „ ſynceritati tuæ ſordet. Fac Do- „ mina, exaudi me Domina. Sana „ animam peccatoris ſervi tui per „ virtutem benedicti fructus ven- „ tris tui, qui ſedet in dextera om- „ nipotentis Patris ſui ſuperlaudabilis „ & ſupergloriosus in ſecula. O Vir- „ go mundo venerabilis, Mater „ humano generi amabilis, fœmi- „ na angelis mirabilis. Maria ſan- „ ctiſſima, cujus beata virginita- „ te omnis ſacratur integritas, cujus „

Digitized by Google

,, glorioſo partu omnis ſalvatur fœ-
,, cunditas. Domina magna, cui gra-
,, tias agit concio læta Juſtorum, ad
,, quam fugit tetra turba reorum. Ad
,, te præpotens & miſericors Domina
,, ego peccator & utique nimis pecca-
,, tor anxius confugio. Videns enim
,, me Domina ante diſtricti Judicis
,, omnipotentem juſtitiam, & conſi-
,, derans iræ ejus intolerabilem vehe-
,, mentiam perpendo peccatorũ meo-
,, rum enormitatem & condignam
,, tormentorum immanitatem. Tantò
,, igitur Domina clementiſſima hor-
,, rore turbatus, tanto pavore perter-
,, ritus, cujus enixiùs implorabo inter-
,, ventionem, quam cujus uterus mun-
,, di fovit reconciliationem. Unde ſe-
,, curius velocem in neceſſitate ſub-
,, ventionem ſperabo quã unde mun-
,, do proceſſiſſe propitiationem ſcio?
,, aut cujus interceſſio facilius reo
,, veniam impetrabit, quam quæ illum
,, generalem & ſingularem Juſtum,
,, ultorem & miſericordem indulto-
,, rem lactavit. O! ſicut namque bea-
,, tiſſima impoſſibile eſt ut hæc merita
,, tibi tam ſingularia, nobis tam neceſ-
,, ſaria obliviſcaris, ſic mitiſſima incre-
,, dibile eſt ut ſupplicantibus miſeris
,, non miſerearis. Bene quippe novit
,, mundus, nec nos mundi peccatores
,, ullatenus diſſimulare patimur. Satis
,, inquam ô Domina! ſatis novimus
,, quis filius hominis, vel cujus hominis
,, filius venit ſalvum facere quod pe-
,, rierat. Numquid ergo tu Domina
,, mea, mater ſpei meæ, numquid ob-
,, liviſceris tu odio mei, quod mundo
,, tam miſericorditer eſt intimatum,
tam feliciter divulgatum, tam aman- ,,
ter amplexatum? ille bonus filius ho- ,,
minis venit perditum ſponte ſalva- ,,
re, & mater Dei poterit perditum ,,
clamantem non curare? bonus ille ,,
filius hominis venit vocare peccan- ,,
tem ad pœnitentiam, & mater con- ,,
temnet peccantem in pœnitentia? ,,
ille inquam bonus Deus mitis ho- ,,
mo, miſericors Filius Dei, pius filius ,,
hominis venit quærere peccatorem ,,
errantem: & tu bona mater ejus, po- ,,
tens Mater Dei repelles miſerum er- ,,
rantem? ecce enim ô virgo! homo ,,
de quo natus eſt Deus homo ut ſal- ,,
varetur peccator homo. Ecce! co- ,,
ram bono filio tuo & coram te bo- ,,
na matre ejus pœnitet & confitetur, ,,
gemit & orat peccator homo. Ob- ,,
ſecro vos bone Domine, & bona ,,
Domina, obſecro vos pie Fili & pia ,,
Mater, obſecro vos per hanc ipſam ,,
veritatem & per hanc ſingularem ,,
ſpem peccatorum: & ut ſicut verè ,,
tu es Filius ejus, & tu mater ejus ut ,,
ſalvetur peccator, ſic abſolvatur & ,,
curetur hic peccator. Probet in ſe, ,,
probet hic veſter peccator: quia ve- ,,
re eſtis. Sentiat in ſe, quia propter ,,
ſalutem peccatorum eſtis, tu Filius ,,
& tu mater. Videtur certè ambo- ,,
rum peccator: cùm enim peccavi in ,,
filium, irritavi matrem, nec offen- ,,
di matrem ſine injuria filii. Quid er- ,,
go facies peccator? quis enim me ,,
reconciliabit filio inimicâ matre? quis ,,
mihi placabit matrem irato filio? ſed ,,
etſi ambo pariter offenſi eſtis: non- ,,
ne & ambo clementes eſtis? O! fu- ,,
giat ergo reus juſti Dei ad piam Ma- ,,
trem

Digitized by Google

„ trem miſericordis Dei. Refugiat „ reus offenſæ matris ad pium filium „ benignæ matris. Ingerat ſe reus u- „ triuſque inter utrumque, injiciat ſe „ inter pium filium & matrem piam. „ Pie Domine, parce ſervo Matris tuæ. „ Pia Domina, parce ſervo Filii tui. „ Bone Fili, placa Matrem tuam ſer- „ vo tuo, qui me injicio inter duas „ tam immenſas pietates: non inci- „ dam, tam potentes ſeveritates. Bone „ fili: Bona mater, non mihi ſit fru- „ ſtra, quod confiteor de vobis hanc „ veritatem; nec erubeſcam quod „ ſpero in vobis hanc pietatem. Amo „ enim veritatem, quam confiteor de „ vobis: deprecor pietatem, quam ſpe- „ ro in vobis. Dic mundi Judex cui „ preces fundam, dic mundi reconci- „ liatrix quem tu conciliabis: ſi tu „ Domine damnas: & tu Domina a- „ verteris homunculum bona veſtra „ cum amore, mala ſua cum mœrore „ confitentem? Salvator ſingularis dic „ quem ſalvabis, ſalutis mater dic pro „ quo orabis, ſi te Domine præcipien- „ te & te Domina conſentiente tor- „ menta vexant peccatorē ſe execran- „ tem, vos obſecrantem, ſi infernus abſorbet reum ſe accuſantem vos „ deprecantem: ſi tartara devorant „ pauperem in ſe deſperantem, in vo- „ bis ſperantem? Deus qui factus es fi- „ lius fœminæ propter miſericordiā, „ fœmina quæ facta es mater Dei per „ miſericordiam, aut miſeremini miſe- „ ro, tu parcendo, tu interveniendo, „ aut oſtendite ad quos tutius fugiam „ miſericordiores, aut monſtrate in „ quibus certius confidam potentio- „ ribus. Si enim eſt, immo quia eſt tam „ magna mea iniquitas & tam modica „ fides mea, tam tepida charitas mea, „ tam fatua oratio mea, tam imper- „ fecta ſatisfactio mea, ut nec merear „ delictorum veniam, nec ſalutis gra- „ tiam, hoc eſt ipſum quod ſupplicio: „ ut in quo merita mihi videtis non „ ſufficere; in eo miſericordiæ veſtræ „ dignentur non deficere. Precor ita- „ que, precor exaudite me, ſed propter „ vos non propter me per pietatem „ quâ exundatis: per poteſtatem quâ „ abundatis, ut evadam meritos do- „ lores damnatorum & intrem in gau- „ dia beatorum, te Deum laudatu- „ rus qui es benedictus & ſuperlauda- „ bilis in ſæcula ſæculorum. „

Oratio præclariſſima ejuſdem ad Beatiſſimam Virginem Mariam.

„ MAria tu illa maxima beatarum „ Mariarum: tu illa maxima fœ- „ minarum tu Domina magna & valdè „ magna, te vult cor meum amare: te „ cupit os meum laudare: te deſiderat „ venerari mens mea, te affectat orare „ anima mea: quia tuitioni tuæ ſe commendat tota ſubſtantia mea. Eniti- „ mini viſcera animæ meæ, enitimini „ quantum poteſtis ſi quid poteritis „ omnia interiora mea: ut eju merita „ laudetis, & ejus beatitudinem ame- „ tis: ut ejus celſitudinem admiremini, „ ut ejus benignitatem deprecemini „

 cujus

„ vitæ & ſalutis univerſorum, nimium
„ contraho merita tua cum in me ho-
„ munculo vili, ſingulariter recenſeo
„ beneficia tua, quæ mundus amans
„ gaudet: gaudens clamat eſſe ſua. Tu
„ namque Domina admirabilis, ſingu-
„ lari virginitate, amabilis ſalutari fœ-
„ cunditate, venerabilis inæſtimabili
„ ſanctitate: tu oſtendiſti mundo Do-
„ minum ſuum, & Deum ſuum, quem
„ neſciebat, tu viſibilẽ exhibuiſti mun-
„ do Creatorem ſui, quem prius non
„ videbat, tu genuiſti mundo reſtau-
„ ratorem quem perditus indigebat:
„ tu peperiſti mundo reconciliatorem,
„ quẽ reus non habebat. Per fœcun-
„ ditatem tuam Domina, mundus
„ peccator eſt juſtificatus, damnatus
„ ſalvatus, exul reductus. Partus tuus
„ Domina mundum captivum rede-
„ mit, ægrum ſanavit, mortuum reſuſ-
„ citavit. Cælum, ſydera, terra, flumi-
„ na, dies, nox, & quæcumque humanæ
„ poteſtati vel utilitati ſunt obnoxia, in
„ amiſſum decus ſeſe gratulantur Do-
„ mina per te quoniam modò reſuſci-
„ tata & nova quadam ineffabili gratia
„ donata. Quaſi enim omnia mortua
„ erant, cum amiſſo congenita digni a-
„ te dominatu favendi, vel uſibus Deũ
„ laudantium; ad quod facta erant ob-
„ tinebantur oppreſſione & decolora-
„ bantur ab uſu idolis ſervientium:
„ propter quos facta non erant. Quaſi
„ verò eadem reſuſcitata lætantur quũ
„ jam Dominum confitentium & do-
„ minatu reguntur, & uſu decorantur.
„ Nova autem & inæſtimabili gratia
„ quaſi exultaverunt, cùm ipſum Deũ,
„ ipſum Creatorem ſuum non ſolùm

inviſibiliter ſupra ſe illa regentem „
ſenſerunt: ſed etiam viſibiliter intra „
ſe ejuſdem utendo ſanctificantem „
viderunt. Hæc tanta bona per bene- „
dictum fructum, benedicti ventris, „
benedictæ Mariæ provenerunt. Sed „
cur ſolum loquor Domina benefi- „
ciis tuis plenum eſſe mundum? infir- „
ma penetrant, cælos ſuperant. Per „
plenitudinem enim gratiæ tuæ, & „
quæ in inferno erant ſe lætantur li- „
berata, & quæ ſupra mundum ſunt „
ſe gaudent reſtaurata. Per eundem „
quippe glorioſum Filium glorioſæ „
virginitatis tuæ omnes Juſti qui obi- „
erunt ante vitalem ejus mortem ex „
ultant diruptione captivitatis ſuæ, & „
Angeli gratulantur reſtitutione ſe- „
mirutæ civitatis ſuæ. O fœmina mi- „
rabiliter ſingularis & ſingulariter „
mirabilis: per quam elementa reno- „
vantur, inferna remediantur, homi- „
nes ſalvantur, Angeli redintegran- „
tur. O fœmina plena & ſuperplena „
gratia, de cujus plenitudinis exun- „
dantia reſperſa ſic revireſcit omnis „
creatura. O Virgo benedicta & ſu- „
perbenedicta, per cujus benedictio- „
nem benedicitur omnis natura, non „
ſolùm creata à Creatore, ſed & „
Creator à creatura. O nimis exalta- „
ta, quam ſequi conatur affectus ani- „
mæ meæ: quo aufugis acies mentis „
meæ: O pulchra ad intuendum, a- „
mabilis ad contemplandum, dele- „
ctabilis ad amandum, quò evadis „
capacitatem cordis mei? Præſtolare „
Domina infirmam animam te ſe- „
quentem, nec abſcondas te Domi- „
na parum videnti animæ, te quæren- „
ti.

Digitized by Google

„ ti. Miſerare Domina, animam poſt te „ anhelando languentem. Mira res, in „ quam ſublimi contemplor Mariam „ locatam! Omnis natura à Deo eſt „ creata, & omnis Dei natura ex Maria „ eſt nata. Deus omnia creavit, ipſe „ ſe ex Maria fecit: & ſic omnia „ quæ fecerat, refecit. Qui potuit „ omnia de nihilo facere, noluit „ ea violata ſine Maria reficere. „ Deus igitur eſt pater rerum creata- „ rum: & Maria Mater rerum recrea- „ tarum. Deus eſt pater conſtitutio- „ nis omnium: & Maria eſt Mater „ reſtitutionis omnium. Deus enim „ genuit illum per quem omnia ſunt „ facta: & Maria genuit illum per „ quem omnia ſunt ſalvata. Deus „ genuit illum ſine quo penitus nihil „ eſt: & Maria peperit illum, ſine quo „ omnino nihil benè eſt. O! verè „ Deus tecum, cui dedit Dominus „ ut omnis creatura tantùm tibi de- „ beret ſecum. Maria obſecro te per „ gratiam quâ ſe Deus eſſe tecum, & „ te voluit eſſe ſecum: fac propter „ ipſam ſecundùm eandem ipſam „ gratiam miſericordiam tuam me- „ cum. Fac ut amor tui ſemper ſit „ mecum, & cura mei ſemper ſit te- „ cum. Fac ut clamor neceſſitatis meæ „ quamdiu ipſa perſiſtit ſit tecum, & „ reſpectus pietatis tuæ quamdiu ego „ ſubſiſto, ſit mecum. Fac ut congra- „ tulatio beatitudinis tuæ ſemper ſit „ mecum, & paſſio miſeriæ meæ, „ quantum mihi expedit, ſit tecum. „ Sicut enim ô beatiſſima omnis à te „ averſus, & à te deſpectus, neceſſe eſt „ ut intereat: ita omnis ad te con- verſus, & à te reſpectus impoſſibile „ eſt ut pereat. Sicut enim Domina, „ Deus genuit illum in quo omnia vi- „ vunt, ſic, ô tu! flos virginitatis, ge- „ nuiſti eum per quem mortua revi- „ vunt. Et ſicut Deus per Filium „ ſuum Beatos Angelos à peccato „ ſervavit: ita tu decus puritatis per „ filium tuum miſeros homines ex „ peccato ſalvabis. Quemadmodum „ enim Dei Filius eſt beatitudo Ju- „ ſtorum, ſic ô tu! ſalus fæcunditatis, „ Filius tuus eſt reconciliatio peccato- „ rum. Non enim eſt reconciliatio, „ niſi quam tu caſta concepiſti. Non „ eſt juſtificatio, niſi quam tu integra „ in utero foviſti. Non eſt ſalus niſi „ quam tu Virgo peperiſti. Ergo Do- „ mina, Mater es juſtificationis & Ju „ ſtificatorum: genitrix es reconci- „ liationis & reconciliatorum: parens „ es ſalutis & Salvatorum. O Beata fi- „ ducia! ô tutum refugium! Mater „ Dei eſt Mater noſtra, Mater ejus „ in quo ſolo ſperamus, & quem ſo- „ lum timemus, eſt Mater noſtra. „ Mater inquam ejus, qui ſolus „ ſalvat, ſolus damnat, eſt Mater „ noſtra. Sed ô benedicta & exaltata! „ non tibi ſoli ſed & nobis quid eſt? „ quam magnum, quam admirabile eſt „ quod video per te evenire nobis „ quod videns, gaudeo dicere, non „ audeo. Si enim tu Domina es Ma- „ ter ejus, nonnè & alii filii tui ſunt fra- „ tres ejus? Sed quid fratres? cujus „ ejus loquar? Unde jucundatur cor „ meum. An ſilebo, ne elatione ar- „ guatur os meum? Sed quod credo „ amando, cur non confitear laudan- „ do?

Digitized by Google

„ do? Dicam igitur non ſuperbien- „ do, ſed gratias agendo. Qui enim „ fecit ut ipſe per maternam genera- „ tionem eſſet naturæ noſtræ, & nos „ per vitæ reſtitutionem eſſemus filii „ matris ſuæ, ipſe nos invitat ut confi- „ teamur nos eſſe fratres ſuos. Ergo „ judex noſter eſt frater noſter: Salva- „ tor mundi eſt frater noſter: denique „ noſter eſt factus per Mariam frater „ noſter. Quare igitur debemus de- „ ſperare? qua deſolatione poſſumus „ timere, quorum ſive ſalus ſive dam- „ natio de boni fratris, & de piæ ma- „ tris pendet arbitrio? quo etiam af- „ fectu hunc fratrem & hanc matrem „ amare debemus? qua familiaritate „ nos illis committemus? qua ſecu- „ ritate ad illos confugiemus? qua „ dulcedine confugiente ſuſcipie- „ mur? Bonus igitur frater nobis di- „ mittat quod deliquimus, ipſe aver- „ tat quod delinquentes meruimus, „ ipſe donet quod pœnitentes peti- „ mus. Bona Mater oret & exoret „ pro nobis: ipſe poſtulet & impetret „ quod expedit nobis. Ipſa roget Fi- „ lium pro Filiis, Unigenitum pro ad- „ optatis: Dominum pro ſervis. Bo- „ nus Filius audiat Matrem pro fratri- „ bus Unigeniti, pro his quos adopta- „ vit Dominus: pro his quos libera- „ vit filius. Maria quantum tibi debe- „ mus Domina Mater per quam ta- „ lem fratrem habemus? Quid gra- „ tiarum, quid laudis tibi tribuemus? „ Magne Domine, tu noſter major „ frater, magna Domina, tu noſtra „ melior Mater, docete cor meum, qua „ reverentia vos debeat cogitare. Bo- ne tu, & bona tu, dulcis tu, & dulcis „ tu, dicite & date animæ meæ: quo „ affectu vos memorando ex vobis „ delectetur, delectando jucundetur, „ jucundando impinguetur. Impin- „ guate & ſuccendite eam veſtri dile- „ ctione, veſtri continuo amore lan- „ gueat cor meum: liquefiat anima „ mea, deficiat caro mea. Utinam ſic „ viſcera animæ meæ dulci fervore di- „ lectionis veſtri exardeſcant, ut viſce- „ ra carnis meæ exareſcant. Utinam „ ſic intima Spiritus mei dulcedine „ veſtri affecta impinguentur, ut me- „ dullæ corporis mei exſiccentur, „ Domine fili Dominæ meæ: Domi- „ na Mater Domini mei: Si ego non „ ſum dignus qui ſic debeam veſtri a- „ more beatificari: certè vos non eſtis „ indigni, qui ſic immò plus debeatis „ amari. Ergo benigniſſimi, ne ſic „ denegetis mihi petenti id quo me „ confiteor indignum, ut auferatur „ vobis id quo rectè vos negare non „ poteſtis dignos. Date itaque piiſſi- „ mi: date obſecro ſupplicanti animæ „ meæ non propter meritum meum, „ ſed propter meritum veſtrum date „ illi quanto digni eſtis amorem veſtri: „ date inquam mihi quo ſum indig- „ nus: ut reddatur vobis qui eſtis dig- „ ni. Si enim non vultis dare ut ha- „ beam quod deſidero: ſaltem nolite „ negare ut reddam vobis quod de- „ beo. Forſan præſumendo loquar, ſed „ utique bonitas veſtra facit me auda- „ cem. Loquar ergo adhuc ad Domi- „ num meum & Dominam meam, „ cum ſim pulvis & cinis, Domine, & „ Domina, nonne multò melius eſt „

„ cum

Digitized by Google

„ cum vos gratis datis petenti, quod „ ipſe non meretur: quam cum vobis „ ſubtrahitur quod vobis juſtè debe- „ tur? Illud quippe eſt prædicandæ „ miſericordiæ, iſtud eſt nefandæ in- „ juſtitiæ. Impendite igitur piiſſimi „ gratiam ut recipiatis debitum: faci- „ te vos mihi miſericordiam veſtram „ quæ mihi expedit & vos decet. Eſtote „ vos mihi miſericordes quod vos ob- „ ſecro: ne ſim ego vobis injuſtus quod „ execro. Date benigne & benigna „ nec ſitis exoratu difficiles, date ani- „ mæ meæ amorem veſtri, quem ipſa „ non injuſtè petit, & vos juſte exigi- „ tis, ne ipſa bonis veſtris ſit ingrata: „ quod ipſa juſtè orat & vos non inju- „ ſtè punitis. Certè Jeſu Fili Dei „ & tu Maria Mater ejus: & vos „ vultis & æquum eſt, ut quidquid „ vos diligitis, diligatur à nobis. Ergo „ bona Mater, rogo te per dilectio- „ nem qua diligis Filium tuum, ut ſicut „ tu verè diligis eum: ita mihi im- „ petres ut verè diligam eum. Ecce „ enim peto quod ut fiat verè eſt in „ veſtra utriuſque poteſtate. Cur ergo „ propter peccata mea non fiet, cum ſit in veſtra poteſtate? Amator & „ miſerator hominum tu potuiſti reos „ tuos uſque ad mortem amare: & „ & poteris te roganti amorem tui „ & Matris tuæ negare? Veneretur igi- „ tur ſicut dignis eſtis mens mea vos, „ ſicut æquum eſt cor meum diligat „ vos: ſicut ſibi expedit anima mea „ ſerviat vobis, ſicut debet caro mea: „ & in hoc conſummetur vita mea, „ ut in æternum pſallat tota ſubſtantia „ mea. Benedictus Dominus in æter- „ num pſallat tota ſubſtantia mea. „ Benedictus Dominus in æternum: „ Fiat fiat. Amen.

His Orationibus S. Anſelmus doctiſſimus pariter atque prudentiſſimus Eccleſiæ Doctor, ſummam, poſt Chriſtum, in Maria ponit fiduciam; eximias ejuſdem deprædicat laudes, non *ſobrias*: Enixè ipſius implorat patrocinium; quibus proindè monita illa nupera cujuſdam *planè ignoti* B. V. Mariæ adficta funditus evertuntur. Quod ſi hæ ipſæ S. Anſelmi laudes ipſi ſint vanæ adulationes, ac hyperbolicæ, legat Partem Alteram hujus operis à *cap.* 38. & omnis evaneſcet anxietas, ſi ſapiat.

Finis Partis primæ Clypei Religionis.

PARS II.

Digitized by Google

PARS SECUNDA CLYPEI RELIGIONIS.

PROLOQUIUM.

CAtholica fides, divina illa ac ſalutaris ſapientia, non mentem ſolùm cognitione illuſtrat, verùm & voluntatem dirigit, normam eidem præfigens, quâ ante omnia Deum ter Opt.Max. cognitum ſupremo cultu ac veneratione honoret, ac extollat: ac deinde ſanctos, ut fideliſſimos Dei ſervos, ac intimos amicos, debito honore proſequatur: maximè verò amabilem noſtram Dominam, divinam illam Agnam, Agni Dei tollentis peccata mundi, puriſſimam parentem, omniumque Sanctorum Reginam. Porrò cauſam, cur hac tempeſtate Sanctorum cultus ſpecialiter ſit exponendus, ac propugnandus, dedi hic ſupra *capite primo partis primæ*. Poſtquam igitur ea *parte* præſentis *Clypei Religionis*, deteximus mille fallendi, nocendique artes Theomachorum, Hagiomachorum, ac cæterorum univerſim Heterodoxorum; ſtabilita quoque ſit perpetua pax ac concordia Religioſos inter & Clericos, adverſus diſcordem Novatorum concordiam; hac, inquam, prævia diſpoſitione, opportunè hac altera parte progrediemur ad proponendum, ac propugnandum ea, quæ nos edoceant debitum exhibere cultum Chriſto, Chriſtiparæ, cæteriſque Sanctis: tum quia per primam partem viâ quaſi complanatâ, ac graſſatorum detectis ſtrategematibus, validâ quoque adverſus eos inſtructâ acie, ex Clericis videlicet ac Religioſis concorditer Romano-Catholicam fidem propugnantibus, hoſteſque invadentibus, tutiori ac expeditori gradu procedemus, ac faciliori opera adverſarios profligabimus; rectè enim hæreticis exprobavit Divus Irenæus: *Veſtras ſententias, veſtras impietates deteхiſſe, confutaſſe,* *Lib. contra Valent. cap. 5.*

futaſſe, viciſſe eſt. Tum quia is omnis laboris noſtri debet eſſe finis & ſcopus, ut Deus à nobis fide cognitus, operum exhibitione ametur, ac honoretur, tum in ſe, tum in ſanctis ſuis, juxta illud jubilantis Prophetæ
Pſal. 158. ſuaviſſimum monitum. *Laudate Dominum in ſanctis ejus.* Ad hoc Carmen cœlicum fideles lætantur, hæretici ringuntur, fideles jubilant, Hagiomachi ululant: adnotavit hoc ille
Tom 3 tit. 11. Cap. 108. Magnus Hagiophilus Uvaldenſis noſter: *Quid canitur*, inquit, *dulcius, quam per ora Chriſti-Fidelium in univerſo orbe tympanizat Mater Eccleſia,*
Pſal. 150. *dicens: Laudate Dominū in ſanctis ejus? Quo contra Hoſtis omnium Sanctorum Wicleph ſuffragia vivorum deſpiciens, auſu nimio debacchatur in Sanctos, eos orare prohibens, feſtivitates eorum, & honores quoslibet interdicens.* Adverſus hujuſmodi Sanctorum Hoſtes, hocce *Clypeo* armabo fideles,
Pſal. 72. non enim *in cœlum* ſolùm *ponunt os ſuum*, ſanctos blaſphemando, ſed & *in terra tranſit lingua eorum* venenifera, regiones, civitates, domos, furtivè obambulando, ubique quærentes quem devorent, & cum coram incautis de nova ſua hæreſi, ſimulatæ ſanctitatis tecta pallio diſſerunt, inferunt, ut acute obſervavit Lipſius. Faxit verò Deus, meritis, precibuſque Sanctorum, ac imprimis amabilis noſtræ Dominæ, ut implere queam il-
In ſua Epiſt. lud Judæ Apoſtoli: *Hos quidem arguite judicatos, illos verò ſalvate de igne rapientes.* Faxit quoque, ut quorum delectat celebrare laudes, non pigeat imitari virtutes. Hunc in finem ſalutemus noſtram Amabilem Dominam Mariam; omnia enim per eam habere nos voluit Filius ejus, cum ſancto Gregorio Nazianzeno in Tragœdia de Chriſto patiente, ante duodecim annorum centurias conſcripta; qui enim Chriſtianus, præſertim ſi Carmelita, & Marianus.

Ave parens, Virgo plena gratia,
Tu Virginum longè omnium pulcherrima,
Exercituque cœlitum potentior
Domina, omniū Regina, mundi gaudium,
Noſtrum genus benigna ſemper aſpice,
Mihique opem tu fers ubique maximam.

Et cum Arnoldo Boſtio Carmelita Theologo, Philoſopho, Oratore, Poëta præclaro, qui à 208. annis libro ſuo *de Patronatu & patrocinio primæ Virginis Mariæ in dicatum ſibi Carmelo Ordinem*, ſubnexam metricam præfixit orationem, ad piiſſimam Dei Genitricem pro auxilio.

O Virgo mitis, fundens petra dulce fluentem:
Virgula pigmenti, florida ſcala Jacob.
Nubes manna pluens: Flos, & Paradiſus amœnans.
Janua clauſa manens; labe patrona carens!
Ubera nunc aperi Chriſto dulcedine plena

Nato,

Digitized by Google

Nato, melliſluens Virgo Maria, tuo.
Ne ſulcos faciam diſſuetus ſcriptor aduncos,
Dirige ſcribentis Virgo ſuperna manum.
Vis, potes, & debes, mitiſſima, maxima tutrix:
In te ſpes noſtri plenius ergo manet.
Vis dulcis, Regina potes, debeſque Patrona,
Funde preces igitur, munus, opemque ferens.

CAPUT I.

Religioſum cultum generatim exponit: tradendæ doctrinæ fundamenta jacit.

2.2.q.103. art. 3. OMnis cultus ac veneratio in aliqua fundatur excellentia, ſecundùm ſanctum Thomam, & Theologos alios communiter; colimus enim ac veneramur perſonam aliquam ob apprehenſam in ea eminentiam ac excellentiam. Hinc ab eodem ſancto Doctore, aliiſque Theologis, tot diſtinguntur ſpecies cultus, quot ſpecies ſunt excellentiæ; quæ, quantum meum ſpectat inſtitutum, ſunt tres: prima, eſt excellentia divina, & infinita; cui reſpondet ſummus honos & cultus Deo proprius, & à Theologis *Latria* appellatus. Secunda, eſt excellentia creaturæ rationalis, finita, & naturalis, radicata in naturâlibus donis virtutis, ſcientiæ, dignitatis, officiorum, & hujuſmodi; huic reſpondet cultus politicus, ſeu obſervantia civilis, diverſa pro diverſitate excellentiæ, alia enim debetur ratione excellentiæ naturalis, ac civilis parentibus, Regibus, Magiſtris, Magiſtratibus: alia ratione excellentiæ & dignitatis ſacræ, ut ſummo Pontifici, Epiſcopis, Paſtoribus. Tertium locum tenet excellentia quædam media inter præmiſſas, & conſiſtit in donis ſupernaturalibus gratiæ & gloriæ: quæ adhuc bipartitur in communem, & eminentem: communi excellentiæ ſupernaturali gratiæ ac gloriæ, reſpondet *dulia* ſimpliciter dicta: eminenti, *hyperdulia*.

Sunt igitur tres cultus religioſi ſpecies: prima *latria*, quæ eſt ſumma quædam voluntatis ſubmiſſio, cum apprehenſione Dei, ut primæ veritatis, ut rerum omnium primi principii, & finis ultimi, adeoque ut ſummi boni: quem propterea, ut cultu proprio, colimus fide, ſpe, ac charitate, fide proteſtamur eum eſſe primam ac ſummam veritatem: ſpe, eſſe rerum omnium primum principium, ſupremum Dominum, ac Gubernatorem: charitate, eſſe ſummum bonum, ſeu ulti-

ultimum finem. Altera, *dulia* ſimpliciter dicta, & eſt honoraria ſubmiſſio voluntatis, procedens ex apprehenſione excellentiæ ſupernaturalis, mediæ inter divinam & humanam, fundatæ in donis gratiæ & gloriæ. Hac colimus Sanctos, Angelos, & homines, vivos aut mortuos, ob collatam videlicet eis divinam gratiam & gloriam, quæ ſunt dona ordinis ſupernaturalis excellentiſſima, quibus conſtituuntur Filii Dei adoptivi, amici, ac cohæredes Chriſti; ut meritò proinde eos honoremus, ac invocemus ut noſtros apud Deum Patronos, ac advocatos, nos ipſis ut clientes honoraria ſubmiſſione ſubjicientes; de quo poſtmodum copioſiſſimè. Tertia eſt *dulia excellens*, communiter à ſacris ſcriptoribus dicta *hyperdulia*, hâc cum animi ſubmiſſione apprehendimus Chriſti humanitatem, ac amabilem Dominam noſtram, Matrem ejus, ut inter omnes ſanctas creaturas eminenter excellentes: excellit enim eas humanitas Chriſti ratione unionis perſonalis ad Verbum æternum: Amabilis verò Domina noſtra propter divinam maternitatem, quâ in tantum creaturis omnibus ſupereminet, ut & Mater ſit Dei, & Domina mundi, Angelorum, hominumque Regina, qui tituli cæterorum Sanctorum nulli conveniunt; rectè igitur docet Catholica Eccleſia Filios ſuos, Chriſti humanitatem, ejuſque ſanctiſſimam Genitricem ſpeciali cultu ſuper omnes rationabiles creaturas venerari.

Expoſita modò cultus religioſi in triplices illas ſpecies diviſio, ſolùm eſt penes actus internos, omnes enim externi ſunt indifferentes ad *latriam*, *duliam*, aut *hyperduliam*, imò & cultum Politicum, excepto ſacrificio, quod ſibi ſoli Deus voluit offerri: in Exodo enim habetur: *Qui ſacrificat Diis, eradicabitur, præterquam Domino ſoli.* Idipſum docet ſanctus Auguſtinus. Unde ex aliis externis actibus nequit evidenter colligi cultus *latriæ, duliæ, aut politicus*: Abraham ſiquidem Deum adoravit & Angelos: & Filii Jacob fratrem ſuum Joſeph. Et alia plurima hujus habet ſcriptura exempla. Ut igitur actus aliquis exterior ſit *latriæ*, *duliæ*, aut alterius ſpeciei cultus, hoc pendet ab intentione exercentis; & locum etiam habet eorum intuitu moralis illa maxima: *Actiones agentium liberorum, non operantur ultra intentionem eorum.* Unde nequiter hæretici Momi idololatriæ ſcelus conjiciunt in pios Catholicos, cùm cernunt eos proſtratos, aut in genua provolutos ante imagines, exemp. gr. Amabilis noſtræ Dominæ, ibique ingemiſcere, ſuſpirare, manus levare, imagines oſculari, luminaria accendere, thus offerre, aut alia religioſi cultus ſigna exhibere; cum cultum illum non exhibeant Amabili Dominæ ut Deæ, cùm divina fide credant ipſam puram eſſe creaturam; & pleraque illa, quidni omnia, honoris indicia exhiberi poſſint perſonis eminentibus adhuc viventibus, abſque minima ſuperſtitionis nota: imò, ut in ſeptima univerſali ſynodo refertur, & approbatur, imaginibus Imperatorum

Cap. 22.
Lib. 10. de civit. Dei. cap. 4.
Gen. 17. & 18.
Gen. 42.
Act. 1.

torum in civitates miſſis, populus occurrebat *cum cereis, & ſuffimentis odoratis.* Nec ſolùm eiſdem externis actibus Deus colitur & creatura, ſed & utriuſque cultus exprimitur nominibus, iidem ex prima ſua inſtitutione ſignificantibus: hinc eſt, quod ſacra Scriptura, & ſcriptores Eccleſiaſtici nomen adorationis, cultus, honoris, laudis, gloriæ, ſervitutis, indifferenter attribuant Deo & creaturis, ſub diverſa tamen acceptione. Numquid Scriptura præcipit: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies?* & tamen Iſaac benedixit filio ſuo Jacob: *Serviant tibi populi, & adorent te Filii Matris tuæ.* Et Apoſtolus: *Per charitatem*, inquit, *ſervite invicem.* Rurſus ad Timotheum: *Soli Deo honor & gloria.* Quo non obſtante, ſcribit Romanis; *Gloria & honor omni operanti bonum.* Quinimò, cum Scriptura unum ſolum eſſe Deum teſtetur, Pſalmus tamen habet: *Ego dixi, Dii eſtis.* Quam phraſim approbat Chriſtus apud Joannem. Cum igitur Scriptura, aut Patres (quod obiter hic deliba) adorationem, ſervitutem, aut alium cultum nolunt tribui creaturis, loquuntur de certo adorationis, ſervitutis, alteriuſve cultus genere, quod ſoli Deo Creatori, Redemptori, glorificatori debetur: quamvis enim dicta nomina ex ſua prima inſtitutione communia ſint cultui Dei & creaturæ, in re tamen ſignificata ſumma eſt differentia, ad quam inſinuandam, & ad æquivocationem tollendam, uſu Eccleſiaſtico, optimo jure adinventa ſunt diverſa illa vocabula *latria, dulia, hyperdulia*, quorum ſignificata hic exponimus. Meminit hujus uſus ſanctus Auguſtinus. Concilium Nicenum II. ſanctus Damaſcenus.

Deut. 6. *Gen. 27.* *Galat. 5.* *1. cap. 1.* *cap. 2.* *Pſal. 81.* *cap. 10.* *Qu. 61. in Gen & alibi.* *Act 3.4. 6.7.* *Orat. 1. & 2. de imag.*

Portò cultus religioſus quatuor principaliter complectitur actus. Primò actum intellectus, quo Dei, vel Sanctorum apprehendimus excellentiam. Secundò, actum intellectus, quo noſtram agnoſcimus vilitatem, ſubjectionem, & ab illis dependentiam. Tertiò, actum voluntatis, quo nos ipſis interius inclinamus, & quidpiam volumus facere interius, aut exterius, quo proteſtemur Dei, aut Sanctorum excellentiam, ac noſtram ſubjectionem. Quartò, inclinationis, & ſubjectionis interioris per actum externum, profeſſionem, ut fit ſacrificiis, Pſalmodiis, genuflectionibus, Sacramentorum frequentationibus, ſacris Proceſſionibus, ac Peregrinationibus, numiſmatis, imaginis, aut alterius ſacri ſymboli geſtatione, & mille aliis modis. Inter hos actus proprius & eſſentialis cultui Religioſo, eſt tertius, ut pote ipſa colendi volitio, ſive affectus: Primus enim & ſecundus, poſſunt eſſe ſine cultu, plurimi enim Dei, & Sanctorum excellentiam agnoſcunt, qui tamen minimè eos colunt. Quartus etiam fieri poteſt cum deriſione, ut conſtat in iis, qui ſimulatoriè ac mimicè tantùm exercent externum Religionis cultum.

Dicta jam oſtendunt diſcrimen inter cultum, & honorem religioſum; cultus enim hoc loco non eſt ſimpliciter honor, at honor cum noſtri ſubmiſſione exhibitus; quam ſubmiſſionem

 nem

nem honorem in genere non concludere, argumento eſt, quod ſuperiores inferiores ſuos honorent quidem, ſed non honorent cum ſubmiſſione, ſive non colant; in eo enim apparet clara repugnantia, cum cultus præſupponat excellentiam; inferior autem, ut hujuſmodi eſt, nequeat excellere ſuperiorem: iſque communis eſt ſenſus prudentum. Hinc fit, Deum Sanctos non colere, quantumvis eximio eos afficiat amore ac honore.

Quæritur primò, quænam religioſo cultui idonea ſit materia, ſive, quibuſnam actibus Deus, Sanctique queant coli?

Quæſtio ſanè momentoſa, & ad præfixum mihi finem obſervatu unicè neceſſaria: ad quam reſpondeo ex unanimi fidelium ſententia, omnem actum humanum honeſtum, ſpectatum ut aptum referri in Dei, Sanctorumque honorem, & gloriam, poſſe eſſe materiam cultus religioſi. In hujuſmodi enim generis actibus duo poſſumus conſiderare, unum eſt, actus ipſe materialis, quo Deus, vel Sancti colantur: alterum, quod actus ille ſit aliquo modo bonum extrinſecum Dei, aut Sanctorum, & per hoc formaliter conſtituitur in ratione cultus; ſi enim careat ea ratione boni, nihil in tali actu erit, ratione cujus ad Deum, vel Sanctos dicatur pertinere. Illud autem bonum, cum ſit Deo & ſanctis extrinſecum, ſolùm poteſt ſpectare ad eorum honorem, famam, ac æſtimationem.

Illa verò honeſtas requiſita ut humanus actus ſit idonea materia cultus religioſi, fundatur in eo, quod ille actus ſit proportionatus, & ſecundùm rectam rationem accommodatus, ad ſignificandum cultum, ſeu excellentiam Dei vel Sanctorum. Quia autem actus externi religioſi cultus non veniunt in ejus uſum ex naturâ ſuâ, at in ratione ſigni ſignificantis ex impoſitione humana, vel divina, ſupereſt obſervandum, ſignum iſtud interdum oportere eſſe publicum, id eſt, publicam, ac aliis notam habens ſignificationem, tunc nimirum, quando ita oportet Deo, aut Sanctis exhibere honorem, ut vel cõmuni omnium nomine fiat, vel certè expediat aliis eſſe manifeſtum. Aliquando verò ſufficere poteſt ſignum privatum, id eſt, proprio hominis religioſi arbitrio aſſumptum, ad animi ſui ſignificationem, Deo, vel Sanctis offerendum, ut quando cultus eſt privatus, & inter Deum ſolùm & hominem exercetur, cùm enim Deum nihil latere poſſit, quodlibet ſignum religioſi animi, quamtumvis internum, & occultum, reſpectu ipſius eſt ſufficiens, ſive in ſe Deus colatur, ſive in Sanctis. Atque inde probatur, etiam actus internos eſſe religioſi cultus materiam, an verò unicam, negabimus infrà adverſus depreſſores cultus externi religioſi.

At verò quoniam hæc impoſitio ſignorum cultus religioſi non ita eſt ad placitum, quin debeat eſſe prudens, & per conſequens cum fundamento in re, ideo in tali materia ſemper debet eſſe decentia, & aptitudo ad uſum religioſum, & ſignificationem divinæ excel-

Digitized by Google

excellentiæ, aut Sanctorum gloriæ, hæc autem decentia ſumi poteſt, partim ex natura ipſius actionis; oportet enim ut per ſe ſit decens, & modum aliquem ſubjectionis præ ſe ferat, ut in genuflectione, & inclinatione ſtatim ex ſe patet: partim, quòd accuratè obſervandum, ex communi uſu, & apprehenſione hominum utentium ſimilibus actionibus ad ſignificationem honoris, vel præeminentiæ Dei, vel Sanctorum ejus, nam tunc ſigna quæ quiſpiam ut Religionis minimè apprehendebat, mutata intentione, facilè poſſunt accommodari, ac elevari ad divinum cultum. Exemp. g. ſi quis ſibi perſuaſerit pretioſum templorum ornatum non eſſe aptam materiam Religionis, mutet intentionem propter communem uſum, & contrariam fidelium apprehenſionem, & tum ipſi ornatus ille etiam erit materia Religionis, ſi templum Dei decenter ornavit, vel in ornato ſibi complacuerit, eo quod domum Dei deceat cultus, & ſplendor magnificus. Idem eſt de ſimilibus: v.g. de geſtatione ſacri Scapularis in honorem Dei, & Matris ejus, is enim hujus devotionis eſt finis, ex communi fidelium judicio.

2.2.q.81. art. 3. Addo ex ſancto Thoma, Deum duplici modo à nobis poſſe coli: videlicet vel ipſi aliquid exhibendo, & de hoc hactenus: vel aſſumendo velut ad noſtrum uſum aliquid divinum, ut fit in uſu Sacramentorum, in quo ſubjicitur homo Deo, ut ſuo ſanctificatori. Exercetur quoque hic modus in aſſumptione divini nominis ad confirmandam veritatem, ut fit in juramento.

Quæritur ſecundò, quid ſit cultus honorariæ ſubjectionis, Societatis, & imitationis?

Quæſtionem hanc moveo propter Hagiomachos illos, qui ita quidem negant Sanctos colendos cultu ſimpliciter dicto, ſive honorariæ ſubjectionis, ut fit adoratione, ac invocatione, ut tamen laudabile æſtiment eos honorare, ipſorum exempla imitando, ac aliter ut ſocios, ſodales, & conſervos ejuſdem ſupremi Domini ipſos honore proſequendo. Cultus igitur honorariæ ſubjectionis eſt cultus ſimpliciter dictus, quem uſque modò expoſuimus, quo nimirum ob excellentiam Dei, vel Sanctorum, nos illis inclinamus, ac ſubjicimus, Deo ut ſupremo omnium Domino, Conditori, ac Gubernatori. Amabili autem noſtræ Dominæ Mariæ, ut ſupremæ poſt Filium ſuum cœli, terræque Reginæ, Mediatrici, Patronæ, Advocatæ, Vitæ, Spei, Dulcedini. Cæteris verò Sanctis ut Filiis adoptivis, ac amicis Dei, Patronis ac interceſſoribus, at Amabili Dominâ longè inferioribus,

Cultus ille ſocietatis non videtur diverſus à ſimplici honore, quo æquales proſequuntur coæquales, ſodales conſodales, ſervi conſervos, fratres confratres, cives concives: unde in præſenti cultus Religioſæ Societatis, eſt honor, quo fideles adhuc à Domino peregrinantes afficiunt Sanctos in cœleſti Patria regnantes, ut ſervos ejuſdem ſupremi Domini, ut redemptos

demptos ab eodem Redemptore, à quo ſe aliquando etiam ſperant glorificandos, ac ut futuros ſuos quandoque in cœleſti Jeruſalem concives, nullâ habitâ ratione ipſorum excellentiæ, ratione cujus nos beatis meritò ſubjicimus, ſi enim iſtius haberetur reſpectus, jam cultus ſocietatis tranſiret in cultum honoratiæ ſubjectionis.

Societas autem in qua cultus iſte fundatur, eſt omnium fidelium communio, commercium, & unio in eadem fide, Religione, & Eccleſia: ſive eſt unio charitatis, qua Beati & viatores intimè in Deo copulantur; ex qua unione & communione fit, ut fideles adhuc à cæleſti Patria exules, applaudant Beatis ſalvis mercibus in portum appulſis, eos laudent, ac honorent, & ut cœleſtis curiæ Patronos & Advocatos invocent: Sancti verò, ſuis apud Deum meritis & precibus fratribus ſuis adhuc in loco tentationum periclitantibus jugiter opitulentur, ut tandem præſentis incolatus completo certamine, Deum pariter in cœleſti gloria videant, ament, laudent. Hoc ſenſu vocavit Apoſtolus Eccleſiam *ſocietatem Filii Dei*: Scribens enim Corinthiis mirans, ac plaudens, *fidelis*, inquit, *Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filii ejus Jeſu Chriſti Domini noſtri.* Et Dilectus Diſcipulus: *Quod vidimus*, ait, *& audivimus, annuntiamus vobis, ut & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre, & Filio ejus Jeſu Chriſto.* Hac ſocietate omnes fideles, viatores ac comprehenſores fiunt unum Corpus, cujus caput eſt Chriſtus; atque omnes fraternæ neceſſitudinis vinculum contrahunt, ut jam eumdem habeamus Deum Patrem, eumdem Spiritum ſanctum, velut animam hoc Corpus animantem, moventem ac regentem: Eumdem Chriſtum Advocatum, Redemptorem, Dominum, Judicem; eorundem Sacramentorum uſum, ac omnium bonorum, quæ ab aliquo hujus corporis membro fiunt communicationem, ita ut ſingulorum fidelium pia, ſanctaque opera in totius corporis utilitatem redundent, ſingulique Eccleſiæ filii inde fructum reportent, juxta illud Pſalmiſtæ: *Particeps ego ſum omnium timentium te.* Et iſtud Apoſtoli: *Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, ut & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum.* Et rurſum. *Si*, inquit, *gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra: ſi patitur unum membrum, compatiuntur reliqua.* Sic fideles adhuc viventes congaudent de Beatorum gloria, & Beati ſuorum meritorum abundantia noſtram ſuppleant inopiam. De hac ſocietate præclarè quoque ſcribit Hebræis converſis ibidem Apoſtolus: *Acceſſiſtis*, inquit, *ad Sion montem* (id eſt, ad Eccleſiam, quæ cœpit in monte Sion) *& civitatem Dei viventis, Jeruſalem cœleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitivorum, qui conſcripti ſunt in cœlis, & Judicem omnium Deum, & Spiritus juſtorum perfectorum, & teſtamenti novi mediatorem Jeſum, & Sanguinis aſper-*

1. Cor. 1.
1. Joan. 1.
Pſal. 118.
2. Cor. 8.
1. Cor. 12.
Hebr. 12.

Digitized by Google

aſperſionem meliùs loquentem quam Abel. Cum his omnibus (plaudite Catholici) eſt nobis in Eccleſia unica Romano-Catholica ſocietas, cum Angelis, cum Apoſtolis, cum primitivis Chriſtianis, cum juſtis & perfectis, cum Sanctis & Beatis, cum Chriſto,
1.Joan. 1. cum Deo; unde Joannes ſcribit: *Et ſocietas noſtra ſit cum Patre, & cum Filio ejus Jeſu Chriſto.*

Porrò in quo conſiſtat ſocietas noſtra cum] cunctis membris corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, jam edifferuimus: cum Chriſto verò totiùs Societatis Capite, eſt tanquam Domini & ſervi, Patris & Filii adoptivi: donantis munera, & gratias agentis: regentis ſupremi & ſubditi: juſtificantis, Beatificantis & Beati, ſacerdotis æterni ſecundùm ordinem Melchiſedech ad eos pro quibus ſacrificat & interpellat, ſolventis pro aliis pœnam debitam, & promerentis, ſeu conſequentis gratiam indebitam. Quod hæc ſocietas exigat cultum nobiliorem quàm ſimplicis honoris, non eſt qui negat.

Hic autem diligenter ſemel eſt obſervandum, ſocietatem noſtram cum Sanctis, non eſſe ſocietatem meram, & ſimpliciter dictam, nam ſocietas propriè accepta quatenùs diſtinguitur à communione cum perſonis excellentibus, eſt coæqualium commercium, aliàs in vanum facerent adverſarii diſcrimen inter cultum ſocietatis, & cultum ſimpliciter dictum. At verò quantumvis in multis cum Sanctis communicemus, aut etiam æquiparemur, tamen, dubio procul, plurimum nos excellunt in donis gratiæ & gloriæ: unde licet eos meritò colamus ut ſocios & conſervos, nequaquam tamen eo ſolo ſimplici honore à nobis ſunt proſequendi: & in eo Hagiomachi aut mirè cæcutiunt, aut malè decipiunt; quid enim manifeſtius, quam Sanctos Divina viſione, & amore æternum Beatos, nos miſellos, neſcios an Dei odio an amore digni ſimus, an æternùm damnandi, an ſalvandi, ſupra modum dignitate excedere? Quid verò malitioſius, hac probè cognita excellentia, eâ gaudentes debito ſpoliare honore, cultu, & reverentia? Præclarè materiam hanc exponit noſter Thomas Beauxamis *lib. de fide & ſymbolo: & lib. de cultu Sanctorum, Reliquiis, &c.*

Tandem cultus Religioſus imitationis conſiſtit in hoc, quod Chriſti, Sanctorumque vitam æſtimemus dignam, quam nobis præfigamus formam, ac normam, cui mores noſtros conformemus, & de facto eorum virtutes imitari ſtudeamus: nam hoc cultu Sanctos non honorant, quos imitari piget, quos celebrare delectat. At hic quoque oportet reminiſci, cultum imitationis præcisè non eſſe illum, quo majore Sancti non ſint digni, cum etiam æqualium poſſit eſſe virtuoſa imitatio, imò & inferiorum: ſi verò conſiderentur Sancti ut nobis in virtutibus ſupernaturalibus excellentes, & propterea eos judicemus dignos imitationis honore, jam eos non colimus ſimplici honore imitationis ſed & honorariæ ſubjectionis, quod ſi adverſarii con-

cedant, rem teneant, & nomen mutent.

Quæritur tertiò, qualiter Religioſus cultus ſe habeat ad imagines, & prototypum?

Reſpondeò, imagines ſolùm terminare Religioſum cultum materialiter, cum enim ſint res inanimes, non ſunt capaces honoris formalis, cum enim nequeant apprehendere; nec etiam capaces ſunt alicujus excellentiæ ſeu ſuperioritatis ſupra naturam rationalē, ut requiritur ad hoc ut formalis eis poſſit exhiberi cultus: unde nullus poteſt ſe eis ut ſuperioribus ſubjicere. Poſſunt igitur ſolùm coli per accidens, actu materiali externo honoris, qui ut terminatus ad imagines, eſt honor materialis; formalis verò quatenùs terminatur ad Exemplar, ſeu prototypum juxta illud Synodi Nicenæ ſecundæ. *Honor imaginis tranſit ad prototypum*: Quia videlicet ſignum ſubmiſſionis quod fit imagini, non eſt propriè & formaliter honor ipſius imaginis, ſed prototypi. Cape Exemplum: ſic beneficentia quæ fit v.g. cani intuitu ſui heri, non hæret in cane, beneficentiæ formalis & propriæ incapaci, ſed ad herum tranſit, cui quis intendit conferre beneficium, licet interim externum opus, v.g. cibatio afficiat canem. Pro dilucidatione eſt adnotandum, duobus modis poſſe aliquem alteri benefacere. Primò, ſi opus ipſum externi favoris immediatè præſtetur perſonæ cui intendis benefacere, illam recreando, honorando, aut aliter obſequendo. Secundò, ſi externum beneficium conferatur rei cuipiam ad perſonam illam pertinenti, ea tamen intentione, ut gratificeris perſonæ ipſi. In hunc modum bifariam quis poteſt honorari; primò immediatè in ſua perſona, cum nimirum actus externus, qui aſſumitur ut ſignum æſtimationis, ac ſubmiſſionis internæ directè & immediatè exercetur circa perſonam quam volumus honorare. Secundò, mediatè, v. g. in præſenti, in imagine, nimirùm cum actus externus honorificus fit circa imaginem perſonæ honorandæ qui tamen honor licet materialiter immediatè tendat in imaginem; ut tamen formaliter eſt honor, perſonam immediatè attingit, uti ipſa interna ſubmiſſio orta ex exiſtimatione excellentiæ perſonæ. Unde erectione ſtatuæ, thurificatione, ornatu, genuflectione coram illa, formaliter ſtatua non honoratur, ſed perſona cui erigitur, licet actus illi materialiter verſentur circa ſtatuam. Hinc autem patet, eodem cultu coli imagines & prototypum, idem namque numero actus qui eſt reſpectu imaginis cultus materialis, reſpectu prototypi eſt formalis. Unde ulterius eâdem ſpecie cultus coluntur Chriſtus & Sancti immediatè in ſe, & mediatè in ſuis imaginibus, idque abſque ullo idololatriæ periculo, licet enim colatur Chriſtus in Cruce, vel imagine ſua cultu *latriæ*, ille cultus tamen reſpectu Crucis, aut imaginis non habet rationem formalis *latriæ*, quia hoc nomen, ſicut & *dulia*, importat ſervitutē & ſubmiſſionē, cujus Chriſtus, non imago ejus, eſt capax.

Quod

Quod verò ſupra dixi, imagines ſolùm coli per accidens, id ſanè intelligendum, ut videlicet per accidens & impropriè colantur cultu rigoroſè ſumpto importante internam excellentiæ æſtimationem, ac animi ſubjectionem, ut expoſui: nam ſimpliciter, per ſe, & propriè aliquâ veneratione, ac cultu eſſe honorandas, habet communis Catholicorum ſenſus, & definitur in VII. Concilio, quod anathema dicit iis, qui negant imagines eſſe venerandas. Deinde idem Concilium definit imagines venerandas eo modo, quo veneramur Evangelia & ſacra vaſa: hæc autem veneramur propriè & per ſe, ut nemo negat, quia non honorantur tantum ratione alicujus excellentis perſonæ, cum nullam gerant: igitur & imagines propriè & per ſe ſunt venerandæ. Accedit, quod imagini verè inſit aliquid ſacri, videlicet ſimilitudo cum re ſacra, ipſaque dedicatio ad cultum divinum: ergo in ſe, & non tantùm ut prototypi vicem gerunt, veneratione dignæ ſunt.

Act. 7. ibid.

CAPUT II.

Externum Religionis tuetur cultum conſiſtentem in Catholicæ Eccleſiæ Ceremoniis: aliiſque externis devotionibus.

NOviſſimorum temporum Hæreſiarchæ ut Eccleſiæ, ita & Eccleſiaſticis Ceremoniis, quibus in divinis ſplendet officiis, bellum indixere, quaſi non homines forent corporea mole, oſſibus & nervis compacti, at ſpiritus corpore carentes. At cæterorum Thomachorum facilè Princeps Joannes Calvinus inſolentius in ſacros ritus eſt debachatus: Lugendam ab eo cauſatam cataſtrophen luculenter deſcribit Clariſſimus Vir Floremundus Ræmundus Calviniſta converſus, & ſtrenuus Calvinomaſtix. „ Facta itaque conſpiratio- „ ne adverſus Eccleſiam Catholicam, generale promulgatur edictum, quo „ jubentur abrogari omnes Ceremo- „ niæ, ſolitæ in Eccleſia obſervari, or- „ natus, decoris, & ſolemnitatis gra- „ tiâ, tam ſanctè & divinè rebus præ- „ ſentibus, & myſteriorum magnitu- „ dini accommodatæ, ut ab eſſentia „ illorum inſeparabiles videantur. A- „ nimadvertebat enim, fieri non poſſe, „ ut Eccleſiam ſuam aliqua condeco- „ raret Ceremonia, quæ nonnihil ha- „ beret Majeſtatis, niſi eam à noſtra, „ tantò pulchriore, atque illuſtriore, „ deſumeret: ideoque omnem omninò earum memoriam ſtatuit abole- „ re, ſpoliataque veteri Eccleſia, no- „

De ortu, pro reſſu, interitu Hæreſ ſuis ſaculi Lib. 8. cap. 3.

 „ vam

„ vam ſuam prorſus pauperem, nu-
„ dam atque inornatam relinquere.
„ Nec ſanè abſurdè; nam quum ſit
„ ipſa inviſibilis, & TOTA SPIRI-
„ TUALIS CEREMONIIS, QUÆ
„ IN CONTEMPLATIONEM DIVI-
„ NITATIS EAM RAPIANT, HAUD
„ INDIGET... Itaque tot augu-
„ ſtarum, cœleſtiumque Ceremonia-
„ rum uſum tollens, perinde fecit, ut
„ Origentini, qui Regis ſui odio, cum
„ adverſus ipſum conſpiraſſent, &
„ vitæ ipſius inſidias ſtruxiſſent, pu-
„ blica lege interdixerunt, ut nemo
„ deinceps cœruleo uteretur amictu,
„ idque hanc ſolam ob cauſam, quod
„ ſatellites ipſius, hujus coloris ute-
„ rentur amictu. *Ceremoniæ iſtæ*, in-
„ quit Calvinus, *reliquiæ quædam*
„ *ſunt veteris Paganiſmi aut Judaiſmi.*
„ *Quid attinet, tantum auri, tantum*
„ *argenti, tot vaſa pretioſa, & alia ejuſ-*
„ *modi ornamenta comparare ad ſer-*
„ *viendum Deo? Vana ſunt iſta*
„ *omnia, & male collocata. Ad præ-*
„ *dam fratres, ad prædam.* Idem di-
„ cebat Pſeudo-Propheta ille Judas
„ de unguento & balſamo pretioſo,
„ quo pedes Servatoris Sancta unge-
„ bat pœnitentia. *Suffimenta illa &*
„ *thura*, ait Calvinus, *inventa ſunt*
„ *Ethnicorum, conſuetudines pravæ*
„ *plenæ idololatriæ.* „ Hactenus Flo-
remundus. Habuit in execranda hac Hæreſi Calvinus ducem, & Præceptorem Wircleffum, de quo teſtatur noſter Venerabilis Thomas Waldenſis in ſuo Doctrinali, in doctrinis præmiſſivis. Adverſus hos Theomachos pro Deo, & Eccleſia, præſens meus qualiſcumque deſudat labor: Accingamur contra prædones ad prælium: quantæque decentiæ, utilitatis, imò & neceſſitatis Eccleſiaſticæ ſint Ceremoniæ. Fideli populo demonſtremus, ut videat ſe in earum deſtructione meritò turbari, & meritò deſtructoribus indignari.

Tom. 3. doctrina 8. & 9.

Ducem ſequor, certamen exordior cum Leone Carmelita trium Gallorum Regum Eccleſiaſte facundiſſimo, ac fidei Orthodoxæ defenſore ſtrenuo, *Leo rugiet, quis non timebit?* Itaque ſic ad intentum loquitur in libro ſuo de *Chriſtiana Religione.* „ Cum Religio homines reducat ad Deum, „
cultus illi omnino duplex; exterior „
corpori imperat adgeniculatio- „
nem, proſtrationem, verbera, effu „
ſas preces; aliaque id genus, no- „
ſtræ fidei ad mortem uſque docu- „
menta. „ *Et poſtmodum uberius.* „
Nihil in ea (*Religione*) non reve- „
rendum, & deamandum. Sic, in- „
quam, informandus eſt animus; ut „
etiam ex intimo ſenſu conſcientiæ, „
ſubeamus *leges omnes* & inſtituta: „
cultum, Ceremonias, feſta; aliaque, „
vel in ſpeciem levidenſa, pietatis ex- „
ercitia. Quin & Religionis PON- „
TIFICIBUS, Sancte obtemperan- „
dum; eoque Religioſius quod in „
omnibus ejuſmodi, divina voluntas „
mirabiliter elucet. Hinc illa pariter „
veneratio, erga quamlibet pietatis „
culturam. Quidquid ſupremi Do- „
mini ſtemmate inſignitur, ſummam „
exigit reverentiam: nec illæsâ ſub- „
ſtantiâ, poſſunt accidentia corrumpi. „
Sacræ Tabulæ, ut fructum ſervent, „
ſepem

L. 12. cap. 16.

Lib. 3. cap. 13.

„ ſepem jubent diligentius cuſtodi-
„ ri, intellige nuſquam libari Cære-
„ monias, quin ipſa tentetur Religio.
Eccleſ. 10. „ Rebus ſacris, nihil non ſacrum:
„ non temerantur unquam, abſque
„ ſacrilegio: probrumque imagini
Act. 23. „ illatum, redundat in Exemplar. Pau-
„ lum recordare, veniam quærit in ig-
„ norantia: quod Ananiam dealba-
„ tum parietem, etiam depalmatus
„ ſugillarit; quamquam precarius
„ Pontifex & exoticus, vix tum reti-
„ nebat veri ſacerdotii nomen, veſtem,
„ umbram, larvam. Meminiſti &
„ Michaëlem, ubi de Moyſis ſepultu-
„ ra altercatur cum diabolo, huic
„ non eſſe auſum inferre injuriam
„ blaſphemiæ, & apoſtaſiæ crimen
„ improperare. Dixiſſes utique, reſi-
„ dua in Cacodæmone felicis naturæ
„ veſtigia; Angelorum Principem,
„ intra reverentiæ girum & ſepta con-
„ tinuiſſe. Num diris, putas, devoven-
„ dum, qui Corporis Dominici Eu-
„ chariſtica in Altari involucra; ſpe-
„ cies; inquam, Sacramenti conſpue-
„ ret, collutaret, conculcaret? Ratio
„ in promptu. Atrox crimen offen-
„ dit Chriſtum ipſum, ſacris velis
„ contectum; quin & ipſam quoque
„ divinitatem, humanitati agglutina-
„ tam. Ita prorſus ſe habent *res Re-
„ ligionis.* Nihil jubet, aut præſcribit
„ ſeu interius, ſeu exterius; toto ani-
„ mi affectu non amplectendum.
„ Quippe ſubſtantia æquè & acci-
„ dentia, Corpus & Umbra, medul-
„ la & cortex, fructus & folia; brevi-
„ ter, cultus omnis quicumque ille ſit
„ ex pietatis uſu & conſuetudine, re-
præſentat edicta, placitaque Dei; qui „
omnis veræ Religionis autor eſt & „
inſtitutor. „ Viden quanta reveren-
tia Sacræ Cæremoniæ amplectendæ,
ſervandæ, tuendæ; Has qui ſpernit,
contemnit Chriſtum; qui evellit, Re-
ligionem ſubvertit: ne ergo excidant
Ceremoniæ, externa pietatis opera, ne
excidat Religio: Homines in ea cōgre-
gamur, qui carne cōſtamus & oſſe: un-
de novū Ceremoniis, cæteriſque exter-
nis devotionibus, ſubſidium deduco.

Cum itaque homo conſtet ex Ani-
ma & corpore, quarum etſi diverſa
ſit natura; illa ad ſuperna ac cœleſtia
tendente, hoc verò circa infima hæc
& terrena verſante: ea nihilominus
inter ea eſt conjunctio, & velut ne-
ceſſarium quoddam vinculum, ut a-
nima ſine corporis miniſterio nihil
operari, ac ad ſupernorum illorum
contemplationem aſſurgere poſſit.
Quod nec ipſos latuit Philoſophos,
quorum Principis parœmiæ adhuc Rom. 1.
valent hodie: *oportet,* inquit Ariſto-
teles, *intelligentem Phantaſmata ſpecu-
lari.* Itemque: *nihil eſt in intellectu,
quin prius fuerit in ſenſu.* Idipſum &
ſacræ teſtantur litteræ: *Inviſibilia ip-
ſius,* ait Apoſtolus, *à creatura mundi,
per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpi-
ciuntur: ſempiterna quoque ejus virtus
& divinitas.* An non intuearis igitur
ſenſibilia ad ſpiritualia, viſibilia ad in-
viſibilia fore ſcalam? Tametſi in-
terim nobiliora ſint animæ, quam
corporis opera, totus tamen homo,
ſecundùm corpus & Animam, Deum
ſuum, à quo accepit & corpus & ani-
mam, colere debet, honorare, ac ſer-
vire:

Digitized by Google

vire : animâ quidem cultu interiore, qui præcipuè exercetur Trinis Theologicis virtutibus, fide, ſpe, charitate : Corpore verò cultu exteriore, qui extrinſecis & corporalibus exhibetur ſignis, & actionibus, quas appellamus Cæremonias. Tametſi verò cultus interior verus ſit, maximeque genuinus, ac ſine quo nec exterior Deo gratus exiſtat, exteriorem tamen à nobis exigit; tum ut gloriam ipſius ſolemnibus ritibus externis proteſtemur, celeberemus, laudemus, magnificemus, cum oremus ac invocemus: tum ut proximus quoque exterioribus illis ſignis provocetur ad Deum tam internè, quam externè venerandum, ut cœleſtis Magiſtri Chriſti præſcribit documentum : *Sic* (hortatur) *luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* His namque verbis docet, fidem, ſpem, charitatem, adeoque univerſa bona opera, tenebris nequaquam eſſe involvenda, nec animi penetralibus recondenda, at in lucem, in publicum recta intentione proferenda : ut his ipſis, & Deus glorificetur, & eodem exemplo alii quoque ad glorificandum & laudandum Deum exſtimulentur, nam *exempla trahunt.* Hic unicus, ac ſummopere laudabilis, Ceremoniarum Eccleſiaſticarum ſcopus eſt, & finis.

Matth. 5.

Cum hæc Patres œcumenicæ Synodi Tridentinæ optimè haberent perſpecta, tanti fuêre in ſacrarum Ceremoniarum cõmendatione, prout oſtendit Caput 5. Seſſionis 22. quod integrum hic annecto ob eximiam ſuam authoritatem. *Cum natura hominum*, inquit celeberrimum Concilium, *ea ſit, ut non facile queant ſine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem ſuſtolli : Propterea pia Mater Eccleſia ritus quoſdam, ut ſcilicet quædam ſubmiſſa voce, alia verò elatiore, in miſſa pronuntiarentur, inſtituit. Ceremonias item adhibuit, ut myſticas benedictiones, lumina, thymiamata, veſtes, aliaque id genus multa ex Apoſtolica diſciplina & traditione, quo & majeſtas tanti ſacrificii commendaretur, & mentes fidelium per hæc viſibilia Religionis & pietatis ſigna, ad rerum altiſſimarum, quæ in hoc ſacrificio latent, contemplationem excitarentur.* Hæc in ſacrorum rituum ac Ceremoniarum commendationem Cõcilium œcumenicum, noviſſimum & celeberrimum. Hoſce ſacros Miſſæ ritus invenimus commendatos, atque illuſtratos à Sanctis, ac antiquiſſimis Eccleſiæ Doctoribus. Nam Beatus Jacobus Apoſtolus, & Baſilius Magnus, nec non Divus Chryſoſtomus ordinem celebrandæ miſſæ in Græca Eccleſia inſtituerunt, & magna ex parte illuſtravit Dioniſius Areopagita, Germanus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, Joannes Damaſcenus, & alii nonnulli : ritum verò Miſſæ Latinæ à Beato Petro Apoſtolo, & Clemente Romano accepit Eccleſia : quamquam ſanctus Ambroſius Particularem Canonem præſcripſerit Eccleſiæ Mediolanenſi. Locupletarunt hos ritus celebrandi ſacrificii increuenti in eadem Latina Eccleſia quam plurimi

Summi

Digitized by Google

Summi Pontifices, & magnæ Authoritatis Patres: de quibus rectè intelligi poteſt verſus iſte Davidicus:
Pſal. 49. *Congregate illi Sanctos ejus; qui ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia.* Nam quemadmodum olim divinum cultum templi, & ſacrificiorum auxerunt, & exornarunt magna cum laude David, & Salomon; ita in novo teſtamento multi Patres, authoritate, doctrina, & pietate illuſtres, divinos Sacramentorum ritus honorificè locupletarunt.

Meritò proindè laudatur Iſraeliticus populus, à variarum Ceremoniarum ſplendore, quæ laus eminentiori modo populo attribuatur Chriſtia-
Deut. 4. no: *En populus ſapiens & intelligens,* ait populi Dux Moyſes, *gens magna: nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris: quæ enim eſt alia gens ſic inclita, ut habeat Ceremonias, juſtaque judicia, & univerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos veſtros? Cuſtodi igitur temetipſum & animam tuam ſollicitè*: & tu, ô popule Chriſtiane, gens ſancta, regale ſacerdotium, ut *omnia*, juxta Apoſtoli præ-
1. Corinth. 14. ceptum, *honeſtè & ſecundum ordinem fiant in vobis*, convenientibus ritibus, & Ceremoniis, mutuâque in his ſub-
Exod 12. & ſequ. ordinatione, & intelligentiâ. Et ſanè, ſi olim agnus ille typicus non niſi cum maximis, & myſticis Ceremoniis, ac ritibus mactabatur, ac manducabatur, ut ſacer teſtis eſt Exodus, multò profectò magis decet, ut verus ille agnus, qui tollit peccata mundi, admirandis, abſconditis, ac magnificis Ceremoniis celebretur, tum intra, tum extra Eccleſias, ſecundùm laudabiliſſimam Eccleſiæ conſuetudinem: Non, inquam, cum Ceremoniis Judaicis, ut olim obſervari ſolitis, at novis, Chriſtianis ritibus, ad ſplendorem, & reverentiam tanti ſacrificii pertinentibus. Cum enim hoc ſacrificio peragatur memoria mortis Chriſti, & partæ per eam adverſus diabolum victoriæ, ac triumphi; hinc tot opus obſervantiis, quibus non ſolùm mors Chriſti auditui per verba, ſed & oculis per Ceremonias facta repræſentetur. De quo ampliſſimus redibit nobis ſermo.

Morem hunc ac ordinem externi divini cultus, rituum, & Ceremoniarum, Chriſtus, ejuſque Apoſtoli, non ſolo verbo, ſed & exemplo edocuère, ex-
hibuère. Hujuſmodi ſanè ſint, quod *Matth 26*
Chriſtus genibus flexis, facieque pro- *Matth. 4.*
nus in terra rogavit Patrem. Quod *Ioan 11.*
in quinque panum multiplicatione, ac *Luc 12.*
Lazari ſuſcitatione, oculos in cœlum *Marci 10.*
ſuſtulit. Quod imponebat manus ſu- *Mar. 6.*
per ægrotos, ut benè haberent. Quod *Ioan. 9.*
adhibuit lutum ſputo factum oculis *Mar. 7.*
cæci nati ſanationis cauſa. Quod im- *Ioan. 8.*
miſit digitos ſuos in auriculas ſurdi, *Matt. 9.*
& muti. Quod bis inclinans ſe in ter- *Luc 7.*
ram, ſcripſerit digito. Quod non re- *Matt. 21.*
cuſavit tactum Hæmorrhoiſſæ; nec *Ioan 13.*
unguenta Magdalenæ, nec ornatum *Exod 17.*
Aſinæ; nec ramos præciſos de arbo- *Matth. 27.*
ribus, nec veſtimentorum in terra *Luc. 23.*
proſtrationem, nec Canticum *Hoſan-* *Ioan. 20.*
na Filio David. Quod præcinxit ſe *L. c. ult.*
linteo, & miſit aquam in pelvim, ut *Mar. 6.*
ablue-

Digitized by Google

nihilominus præclarè ab eodem ſancto Doctore confirmatur: *Orantes*, ait alibi, *de membris ſui corporis faciunt, quod ſupplicantibus congruit, cum genua figunt, cum extendunt manus, vel etiam proſternuntur ſolo, & ſi quid aliud viſibiliter faciunt, quamvis eorum inviſibilis voluntas & cordis intentio Deo nota ſit: nec ille indigeat his indiciis, ut humanus ei pandatur animus: ſed his magis ſeipſum excitat homo ad orandum gemendumque humilius atque ferventius. Et neſcio quomodo, cum hi motus corporis fieri, niſi motu animi præcedente non poſſint, eiſdem rurſus externis viſibiliter factis, ille interior inviſibilis qui eos fecit, augetur; ac per hoc cordis affectus, qui ut fierent, iſta præceſſit, quia facta ſunt, creſcit.* O quam præclarè! videant oſores externæ devotionis Rituum, ac Ceremoniarum, præcones diſtortæ internæ adorationis in ſpiritu; quæ ipſis ſunt inanes geſticulationes, Auguſtino ſunt flabella interni amoris, quibus parva ſcintilla evadit fervens flamma.

De cura pro Mort. geren. cap. 5.

Egregiè quoque in hanc rem ſcripſit noſter Carthenius S. Theologiæ Doctor eximius. *Latria exterior*, inquit, *eſt aliquod ſignum ſenſibile exhibitum in proteſtationem latriæ interioris, ut ſunt geſtus, & actus exteriores, quibus profitetur aliquis ſe intus credere, ſperare, & amare eum cui foris exhibentur, ut ſummum bonum, omnium creatorem, ſalutis & omnis boni principium & finem.* Idem, ſervatâ proportione, dicendum de *duliâ*, ac *hyperduliâ* externis, quibus exterius ſignificamus nos amare ac colere amabilem noſtram Dominam, aliosque ſanctos intuitu Chriſti: qui cultus diverſimodè quoque poteſt exterius exhiberi, orationibus, laudibus, ſacris Proceſſionibus, Peregrinationibus, Symbolorum geſtatione, ut ſacri Mariani Scapularis, Roſarii, numiſmatis, aliiſque externis ſignis juxta communem fidelium ſenſum & praxim.

Expoſ. Can. Miſſæ cap. 24.

Quoniam verò adverſariis mirè placent verba Joannis: *Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare:* Putantque hac machina totam Ceremoniarum molem, omnemque externam pietatem ſubverti, accuratius ſemel eſt populus docendus, quis eorum verborum legitimus ſit ſenſus, quidque importet, *adorare Deum in Spiritu & veritate*? Oſtendam igitur, longè aliud id eſſe, quàm opinetur Novantium ſpiritualis heteroclitis; nec aliis utar verbis, quam Paleſtritæ honoris Divæ Hallenſis, noſtri Cocheletii Doctoris Pariſienſis; *Frater qui adjuvatur à fratre, quaſi civitas firma: & iudicia quaſi vectes urbium.* „ Quid ergo eſt, *Deum in ſpiritu & veritate* „ *adorare*? Non ego, ſed Patres Ec- „ cleſiæ te doceant. Itaque adora- „ re Deum in ſpiritu & veritate, pri- „ mò eſt, Divo Chryſoſtomo inter- „ prete, homilia ad illa verba Divi Jo- „ annis: *Quæ conventio templo Dei* „ *cum ſimulachris?* Non velut cor- „ poreum, non multiloquio, & levi- „ bus oblationibus, corde interim „ longè ab illo exiſtente: ſed in fer- „ vore, quomodo ab Apoſtolo mone- „

Cap. 17. Prov. r. 18

S mur:

1.Cor.14. „ mur: *Orabo Spiritu, orabo & mente.* „ Secundò eſt, non fictè, non ſimulatè, quomodo Phariſæi Lucæ 14. ſed „ animo & mente: juxta illud Apoſtolicum: *Pſallentes in cordibus veſtris Deo.* Tertiò eſt, Doctore Divo Auguſtino, in agnitione Trinitatis, cujus Judæi & Samaritani ignari erant, ipſum adorare: hinc „ Chriſtus nomen Patris expreſſit: *adorabunt Patrem*: expreſſit & Spiritus ſancti nomen, *in Spiritu*; & „ ſuum, *& veritate*, id eſt, Filio, qui „ eſt veritas. *Quia*, inquit Origenes, „ *omnem juſtitiam, omnem ſanctitatem* „ *& omne opus bonum, quod viſi fuerint facere homines, ſive in virginitate, ſive in caſtitate, & Corporis abſtinentia, carnis combuſtione, bonorū diſtributione, ſi non in cognitione & agnitione Dei ingeniti Patris, & unius unigeniti Filii ejus, & illuminatione Spiritus Sancti fiat, vanum eſt*, id eſt, „ nullius efficaciæ ac meriti. Quartò „ eſt, affectu & opere adorare. Unde Divus Paulus: *Veritatem facientes creſcamus in veritate.* Quintò eſt, non typis & figuris Moſaicis: „ ſed earum rerum veritate adorare, „ ita ut non jam ſimplex carnis ablutio in Baptiſmate, ſed conſcientiæ „ bonæ emundatio conferatur: *Omnia enim* Judæis *contingebant in figuris.* Erat Agnus Paſchalis, erat Hircus, erat vitulus, erant & cæteræ „ legis victimæ figuræ corporis „ Chriſti: nunc verò veritas: nunc in „ Euchariſtia idipſum Chriſti corpus de Virgine natum, quod pro „ nobis crucifixum reſurrexit: quod

Tract.15. in Ioan.

Ioan.11. & 14.

Lib.1. in Iob.

Ephes.4.

1. Corin. 10.

Joannis ſexto capite repromittens „ dicebat: *Panis quem ego dabo, caro,* „ *mea eſt pro mundi vita.* Quod exhibens dicebat: *Accipite & manducate, hoc eſt Corpus meum.* Hic noſter cultus in Spiritu & veritate. „ Quæ cum ita ſint, adoratio in Spiritu & veritate, externa devotionis opera nequaquam deſtruit, ſed adſtruit, non exigit operum corporalium, quæ nemo Catholicorum per illam excluſit, ut Proceſſionum, Peregrinationum, magnificorum templorum ædificationi, pretioſi ornatus, aut ſymbolorum ſacrorum abrogationem, at inſtaurationem. Et ſanè, quia ſanctus Rex ac Propheta David Deum coluit cultu exteriore, victimas pretioſas offerendo, coram Arca ſaltando, ac pſallendo, anne propterea non animo, & mente, non affectu & opere, quod eſt *in Spiritu & veritate adorare*, Deum adoravit, laudavit, amavit? Annon *Michol Filia Saul non eſt natus Filius uſque in diem mortis ſuæ*, quia deriſit Regem externum illum cultum Deo exhibentem? Et mulier illa in civitate peccatrix non Chriſtum *in Spiritu & veritate adoravit*, id eſt, in fervore ſpiritus, animo, mente, affectu, eſt venerata, cum pretioſum unguentum effunderet ſuper caput ejus, pedes lachrymis rigaret, capillis ſuis tergeret? numquid ideò intulit unctus, lotus, terſus Salvator: *Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum*? Numquid ideò adverſus murmurantem defendit? Olim Abel Deum *in Spiritu & veritate* non adorabat, cum optima & pinguia ad ſacrifican-

Ioan. 1.

2. Reg. 6.

Luc. 7.

Luc. 7.

ſican-

ſicandum Deo ſeligebat? Cum Deus ad munera ejus reſpiceret? Approbatne Deus, quod ex animo, affectu, *ſpiritu*, dico, *& veritate* haud emanat? Hæc profectò, & ſexcenta hujuſmodi, clarius meridie oſtendunt externorum operum Religionis neceſſitatem, ac multiplicia commoda, neque adorationem Dei *in Spiritu & veritate* in ſolis internis actibus, ac affectibus ſubſiſtere. Imò nullatenus Deus adoratur *in Spiritu & veritate*, cùm externum, (ſi idſit facultas,) non reſpondet interno operi, tunc enim Spiritus viget, tunc adeſt veritas, cum ſignum exterius, interiori affectui exiſtit conforme: ſignum dilectionis veræ exhibitio eſt operis: huc reſpexit Beatus Apoſtolus Jacobus in ſua Catholica Epiſtola, cum fidem (de ſpe, & charitate, quarum fides fundamentum eſt, eadem eſt ratio) abſque
Cap. 2. operibus aſſeruit mortuam: *Quid proderit*, inquit, *fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere: opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſalvare eum? Si autem frater aut ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis, illis: ite in pace, calefacimini, & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori: quid proderit? Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa.* Et infrà. *Vis autem ſcire, ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus otioſa eſt? Abraham Pater noſter nonne ex operibus juſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides conſummata eſt? Et ſuppleta eſt Scriptura, dicens: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis quoniam ex operibus juſtificatur homo: & non ex fide tantum? Similiter autem & Rahab meretrix, nonne ex operibus juſtificata eſt, ſuſcipiens nuntios, & alia via ejiciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita & fides ſine operibus mortua eſt.* Viden, quam inſtanter Beatus Jacobus inculcet externorum operum neceſſitatem, ut fidei animam, ſine qua proinde & fides eſt cadaver, & ſpes præſumptio, & charitas vanitas? De adoratione in ſpiritu & veritate ſcripſit myſticum ac præclarum tractatum noſter R. Adm. P. Provincialis Michaël à S. Auguſtino, qui in Libro quarto Inſtitutionum myſticarum eſt ordine quartus, quem legiſſe, juvabit plurimum.

Digitized by Google

CAPUT III.

Primum cavillum adverſus doctrinam traditam.

CAvillantur primò : rationabilem animum ob rituum externorum abrogationem non debere turbari; quandoquidem controverſiæ iſtæ non tangant doctrinam, aut puncta noſtræ Catholicæ fidei; ſed mere afficiant quaſdam externas Ceremonias, quæ à Chriſto nullo modo ſunt inſtitutæ, ſed Eccleſiæ Superioribus liberæ relictæ, qui deſuper ordinant & mutant, prout ſecundùm opportunitatem, & differentiam rerum, temporum, & locorum, decere judicaverunt.

RESPONSIO.

Hæc nempè ænea, tenaxque anchora eſt, quâ naufragos inter decumanos irati pelagi fluctus, velut in portu, mones, ſuadeſque navigare, ac in tranquillo eſſe: imò è terra optas fideles Ceremoniarum ſpectare naufragium : *quandoquidem,* ais, *omnes iſtæ controverſiæ non tangant doctrinam, aut puncta noſtræ Catholicæ fidei.* Verùm ſcias, Ceremonias præcipuas, ut quibus incruentum celebratur ſacrificium, quibus ſancti, eorumque ſacræ imagines coluntur, Sacramenta adminiſtrantur, non modò tangere, verùm etiam penetrare doctrinam ac puncta noſtræ Catholicæ fidei. Et ut verùm ſit, de fide Catholica non eſſe has, illaſve particulares ac determinatas Ceremonias; fidem tamen Catholicam tangit, ac in eam enormiter impingit, qui has Ceremonias iis impugnat argumentis, cavillis dixerim, quibus & particularem cultum ſacrarum imaginum, & alias Ceremonias in Eccleſia ſolemnes, arietat; quò objectionem præſentem proludere, norunt ii qui ultra naſum vident. Eſto etiam, quod omnes iſtæ controverſiæ de Ceremoniis, externiſque Ritibus quibus Deus Divique coluntur, non tangant doctrinam obligantem fidei Catholicæ, anne propterea earum contemptio, ſtrages, læſio deſinent animo rationabili juſtæ indignationis ac turbationis eſſe cauſa? immane aberras: non ſolùm turbatur ac indignatur rationabilis animus, dum deſtituitur neceſſariis, ſed &, dum irrationabiliter carere cogitur decentibus, multumque proficuis: quantæ verò decentiæ, quantæ utilitatis, imò & neceſſitatis Eccleſiaſticæ ſint Ceremoniæ, docuit *Caput* ſuperius, & præſens reddet manifeſtius.

Aliam fraudem gerit objectio, quâ ſub dole Ceremoniæ trahuntur in ſimplicium vilipendium, dum dogmatiſat

ſit controverſias de Ritibus externis *merè ſimpliciterque afficere quaſdam externas Ceremonias.* Non enim Eccleſiæ noſtræ Paſtores, qui à ſæculis eam rexerunt pari prudentia, zelo, ac pietate, ſubditos ſuos docuere unquam, aut permiſere cultum merè politicum, hypocriſim, phariſaicamve oſtentationem: at cum externis Religionis exercitiis, internos virtutum actus fidei, devotionis, charitatis, ſollicitè ſemper religioſeq; curarunt conjungendos. Probè nempe norunt, noverantque pridem Catholici, verùm quidem Dei cultum eſſe, ut corde credatur, ex animo diligatur Deus, & proximus, ſpes firma adipiſcendæ ſalutis in animo teneatur: at imperfecta ea omnia eſſe, niſi ſigno aliquo exteriore, dum facultas adeſt, foris pandantur. Deum & proximum diligere jubemur, in quibus præceptis univerſa lex pendet, & Prophetæ, ſed ſignum dilectionis, exhibitio eſt operis: unde monet Apoſtolus, ut *operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei*: non autem operamur ita bonum ad proximos, cum animo eis bene volumus, quam dum reipſa verbo, exemplo, vel opere eos adjuvamus, præſertim externo fidei, Religioniſque cultu, domeſticos fidei ad Deum amandum ac honorandum excitando ac provocando. Deum quoque ſe diligere non oſtendit, qui, quod corde credit, opere explere non ſatagit: *corde* ſiquidem *creditur ad juſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem.*

Galat. 6.

Rom. 10.

Qui proinde Ceremonias, ſive exteriorem Religionis cultum, ex radice veræ fidei, ſpei, & charitatis pullulantem (qualem tantum docet Eccleſia) ſuccidere moliuntur; lumen Catholicæ fidei ſub modio abſcondunt, & provocationem charitatis, ac bonorum operum, quæ ſunt fructus ſpiritus charitatis, in fidelium cordibus ſuffocant; injuriam Deo & hominibus inferentes: Deo, quia debitum ei cultum detrahunt; quo tametſi non indigeat ipſe, juxta illud Pſalmi: *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*, vult nihilominus eum ſibi exhiberi, & ad iram provocatur ab eis, qui non præſtant illi honorem qui ei debetur, quantumvis non indigeat ejus quod debetur. Hominibus quoque injurii exiſtunt, quia præcipua eos parte fructus fraternæ charitatis fruſtrantur: quandoquidem, ut jam edixi, pars princeps charitatis ſit, ut unuſquiſque placeat proximo ſuo, in bono autem quomodo placebunt, niſi, quod bonum eſt, operantes, extrinſecus etiam demonſtrent; & exemplo virtuoſæ converſationis, in his quæ ſunt fidei, & dilectionis Dei, & proximi, alios, ut idem faciant, adhortentur, ut Ceremoniarum ſit exercitus? Nunquam interim ceſſat ille, qui eſt omnis confuſionis Pater, diabolus, hanc tam pulchræ ſibi & aptiſſime ubique reſpondentem, divini cultus harmoniam & ordinem perturbare, ac agrum Dominicum pulcherrimis ac fragrantiſſimis Ceremoniarum floribus conſertum diſſipare, ac ſimplici populo eas depingere, ut vanas

Pſal. 15.

Digitized by Google

ctiſſimis ſapientiſſimiſque viris inſtitutas, commendatas, practicatas, ut congruas ſaltem, maximeque condecentes, à Chriſto verbo exemplove fore inſtitutas, & (quod attentius obſervaveris) cùm Chriſtus, fatente aperte adverſario, Superioribus Eccleſiæ indulſerit facultatem, ritus, Ceremoniaſque inſtituendi ad condignam Sacramentorum adminiſtrationem, decentemque cæterorum divinorum officiorum ſplendorem ac gloriam, fideliumque ædificationem; nemo prudens ambigat, Ceremonias à legitimis ſuperioribus Eccleſiæ, in finem præfatum, inſtitutas, à Chriſto quoque cenſendas inſtitutas: cum ex Jure notiſſimum ſit, quod, quæ quis agit per ſibi ſubjectos, per ſe agere cenſetur; atque eas ſubditorum ordinationes, quibus Superiores ſuam tribuunt authoritatem ac approbationem, facere ſuas, haberique uti ab ipſiſmet emanatas: qua igitur fide, quave de cauſa ſacræ Eccleſiaſticæ Ceremoniæ, longa legitimorum ſuperiorum approbatione, ac Chriſti miniſtrorum inſtitutione, nec non jugi ac continuato piorum ſubditorum uſu firmatæ, *nullo modo* dicuntur à Chriſto inſtitutæ; maximè cum Chriſtus diſertis aſſerat verbis: *Qui vos audit, me audit?* Unde ſanctus Hieronymus, ſcribens Lucinio dubitanti circa quaſdam aliquarum Provinciarum particulares conſuetudines, reſpondet: *unaquæque Provincia abundet in ſuo ſenſu, & præcepta Majorum, Leges Apoſtolicas arbitretur:* Si vox Superiorum ſit vox Chriſti, & majorum præcepta pro Legibus Apoſtolicis habenda, adeoque & pro latis à Chriſto, recipienda; quidni alia pia Majorum inſtituta, pro Chriſti inſtitutis admittantur: At verò conſtat, uſitatas uſque modò in Eccleſia Ceremonias, ſeu particulares, ſeu univerſales, à legitimis inſtitutas Superioribus: perperam igitur plebi Catholicæ imponitur, nullo modò fore inſtitutas à Chriſto. Eo ergo pacto reliquit Chriſtus Superioribus Eccleſiæ poteſtatem inſtituendi ritus, ac Ceremonias, ut & à Chriſto per ipſos cenſeantur inſtitutæ.

Luc. 10. Tom. I.

Quinam porrò legitimi illi ſint ſuperiores, qui de Ceremoniis poſſint ſtatuere, ordinare, ac immutare, prout judicaverint expedire, ſecundùm opportunitatem ac diverſitatem rerum, temporum & locorum, ſacra univerſalis Tridentina Synodus docet: *Præterea declarat, hanc poteſtatem perpetuò in Eccleſia fuiſſe, ut in Sacramentorum diſpenſatione, ſalva illorum ſubſtantiâ, ea ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipientium utilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire judicaret. Id autem Apoſtolus non obſcurè viſus eſt innuiſſe, cum ait: ſic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei: atque ipſum quidem hac poteſtate uſum eſſe, ſatis conſtat, cum in multis aliis, tum in hoc ipſo Sacramento, cùm ordinatis nonnullis circa ejus uſum, cætera, inquit, cum venero, diſponam.* Hinc verò concluditur, inſtitutionem ac mutationem Rituum, ac Ceremonia-

Seſſ. 21. cap. 2.

rum

rum concernentium uſum ac adminiſtrationem ſanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ, de quo eo loci agitur, abſque authoritate ſummi Romani Pontificis, nullius eſſe roboris; quamvis enim perpetuò fuerit poteſtas in Eccleſia ſtatuendi, ac mutandi in Sacramentorum diſpenſatione, ſalvâ eorum ſubſtantiâ, non fuit tamen penes quodlibet Eccleſiæ membrum, at penes caput dumtaxat; ut vel inde quoque liquet, quod relato loco tractetur de diſpenſatione Euchariſtiæ ſub utraque, vel una ſolùm ſpecie, quæ indubitanter ſummo Romano Pontifici exiſtit reſervata. De Ritibus ac Ceremoniis cultus Sanctorum, Reliquiarum, ac imaginum, ſic ſtatuit idem Concilium: *Quod ſi aliquis dubius, aut difficilis abuſus ſit extirpandus, vel omninò aliqua de iis rebus gravior quæſtio incidat. Epiſcopus antequam controverſiam dirimat, Metropolitani, & comprovincialium Epiſcoporum in Concilio Provinciali ſententiam exſpectet: ita tamen, ut nihil inconſulto ſanctiſſimo Romano Pontifice, novum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.* Ubi Concilium apertè indicat, neminem Epiſcoporum poſſe Ceremonias aut Ritus majoris momenti, aut abrogare, aut inſtituere *inconſulto ſanctiſſimo Romano Pontifice*: quoniam in hujuſmodi rebus *ipſius ſolius eſt reprehendere, corrigere*, ut docet noſter ſanctus Cyrillus Alexandrinus.

Seſſ. 25.

Epiſt. ad Cæleſtin. Papam.

Quidem & cæteri ordinati ſunt ſacerdotes & Epiſcopi, at minimè cum tot tantiſque prærogativis ac eminentiis, ut egregiè ſchiſmaticum quemdam docet noſter venerabilis Thomas Waldenſis. *Quid igitur*, Witcleffum appellat, *proferre conaris, quod idem fuit presbyter qui Epiſcopus: & nos concedimus unius ordinis, & ejuſdem appellationis participes, promiſcuè enim dicebantur ſacerdotes Epiſcopi, & omnes Epiſcopi ſacerdotes. Sed proba ſi potes quod non erat tunc in eodem ordine diſtinctio graduum & diſtantia dignitatum.* Pariformiter & Summus Pontifex, & cæteri Epiſcopi frequenter quidem à Patribus eiſdem appellantur nominibus, exemp. g. Epiſcopi, ſummi ſacerdotes, aut Principes ſacerdotum; *ſed proba ſi potes, quod non erat tunc in eodem ordine*, Epiſcopatus, *diſtinctio graduum, & diſtantia dignitatum*, ac authoritatum. Fruſtrà proinde quiſquam machinaretur Epiſcopos Summi Romani Pontificis ſubtrahere juriſdictioni, aſſerendo eorum authoritatem *hic ſolum ſufficere*, ut quælibet decernant circa Ceremonias Religionis, atque ita CONCORDIAM RUMPENS in plebe, ET DECENTEM RERUM ORDINEM CONFUNDENS in Eccleſia, & Hierarchia ſacerdotum: *ſic* enim, ait inclytus Martyr & Epiſcopus Cyprianus, *contra pacem Chriſti & ordinationem, atque unitatem Dei rebellatur.*

Tom. 1. lib. 2. art. 3. cap. 7.

S. Ignat. Epiſt. ad Smyrnen.

Epiſt. 65.

At his objicies: ſcimus, quomodo ſanctus Bernardus, non obſtante quod foret Religioſus, dixerit, ſcribens quondam Archiepiſcopo Senonenſi: *qui ſumus, qui non obediamus Epiſcopis*: ſi religioſi, quanto certius cæteri

Epiſt. 42.

teri

Digitized by Google

teri fideles tenentur obedire Epiſcopis.

Reſpondeo, nec Religioſos, nec pios fideles debitam denegare Epiſcopis obedientiam, at verò quod nos Religioſi generaliter debeamus obedire Epiſcopis, ut verbis generalibus nec limitatis, nec expoſitis, præ ſe fert objectio, à mente Religioſiſſimi Bernardi eſt planè alienum, ut conſtabit cuilibet, vel tantillum ſcopum Epiſtolæ ſancti Doctoris inſpicienti: requiſitus enim à prænominato Archiepiſcopo, ad tanti officii curas jam evecto, pro inſtructione, ad paſtoralis ſui muneris adminiſtrationem digne obeundam, neceſſariâ; reſpondit tanto Præſuli cum debita reverentia ſanctus Doctor, ut diſcipulus, atque ex profundiſſima ſubmiſſione, ac ſancta civilitate, petitioni Archiepiſcopi paruit, ut imperio ac mandato, religioſe æſtimans, *rogare* fore *imperare*: teſtimonium de ſe ferat ſanctus: *Placuit præſtantiæ veſtræ* (hoc Epiſtolæ eſt initium) *novum aliquid à nobis dictatum requirere. Gravamur pondere dignitatis, ſed dignationis munere gratulamur. Et blanditur petentis favor, & petitionis terret exactio. Qui enim nos ſumus, ut ſcribamus Epiſcopis? Sed rurſum, qui ſumus, qui non obediamus Epiſcopis?* Viden, quàm nihil patrocinetur Doctor mellifluus obedientiæ generali, à Religioſis præſtandæ Epiſcopis; nullum hic mandatum Archiepiſcopi Senonenſis, nulla obedientiæ, at meræ petitionis terret exactio. Et ſi hinc lubeat concludere, Religioſos in omnibus debere obedire Epiſcopis, liceat quoque inferre, Religioſos Epiſcopis permiſſos non eſſe ſcribere, æque enim ait ſanctus Doctor, *qui enim nos ſumus ut ſcribamus Epiſcopis*, ac, *ſed rurſum qui ſumus, qui non obediamus Epiſcopis?* Qui igitur taliter cavillantur, & Patres detorto collo in ſuos cogunt errores, & Epiſcopis vanè adulantur, ac eludunt, & Religioſos calumniantur ut rebelles, & plebi imponunt, frivolis ratiunculis perſuadēdo, Religioſos in omnibus Epiſcopis fore ſubjectos; ſed & in ſummū Romanū Pontificem exiſtunt injurii, cui ſubditos ſuos attentant ſubducere. Neque adverſum hujuſmodi impoſturas, propter doli detectionem, alia opus confutatione; nam, ut de talibus falſariis rectè aſſeruit ſanctus Hieronymus, *eorum ſententias detexiſſe, ſuperaſſe eſt.* (*E iſt. ad Theſiphon. cap 4.*) Exemptio namque Regularium à juriſdictione Epiſcoporum, à tot ſummis Pontificibus eſt ſancita, tot ſæculorum tractu in hanc horam firmata, ut aërem verberent, qui rem adeò manifeſtam in controverſiam vertere admoliuntur. Et noviſſimè Concilium (*Seſſ. 25.*) Tridentinum eandem exemptionem ſæpius affirmat, ac confirmat.

Fallit igitur hujus enthimematis Antecedens: *Religioſi, illimitatè tenentur obedire Epiſcopis: Ergo multò certius cæteri fideles*: Ac proindè & falſa eſt concluſio: eorum enim probo Logicam, qui ex falsò nefas arbitrantur concludere verum. Utrum autem teneantur cæteri fideles abſolutè obedire Epiſcopis, ſtatuentibus, decernentibus, abrogantibus, aut aliter

Digitized by Google

ter ſacras Ceremonias immutantibus, relinquitur ex dictis concludendum, ubi demonſtravimus ex œcumenico Concilio Tridentino infallibilis Eccleſiæ, etiam in dogmatibus morum, nihil poſſe Epiſcopos circa Cæremonias Eccleſiaſticas, majoris momenti, *inconſulto ſummo Romano Pontifice.* Colligitur quoque ex dictis dilutio hujuſce murmuris: *Cum bene perpenditur, animadvertitur, quàm ſit diſtorta eorum Chriſtianorum devotio, qui malunt cum propriæ conſcientiæ læſione contemnere Epiſcopalem obedientiam, quam deſiſtere à quibuſdam externis operibus, ut cultu ſacrarum imaginum, Proceſſionibus ſacris, receptione Benedictionis Venerabilis Sacramenti, in quibus ſenſualiter ſunt devoti:* non enim Epiſcopalem obedientiam contemnunt, qui debitâ ergâ Epiſcopos ſervata obedientiâ, ac reverentia, jura ſua tuentur juxta ſanctiones Eccleſiaſticas; non contemnunt, inquam, obedientiam Epiſcopalem, qui obediunt omnibus legitimè præcipientibus. Iſtud verò attentius velim perpendi, quantum Papalis authoritas ſuperemineat Epiſcopali, omnibuſque humanis dominetur opinionibus, verſantibus circa fidem ac Religionem, & tum animadvertatur, quam ſit eorum diſtorta Religio, qui cum propriæ conſcientiæ læſione Papalem authoritatem malunt æquiparare Epiſcopali, ac Vicarii Chriſti contemnere obedientiam, quam à quibuſdam præconceptis opinionibus, quibus ſunt addicti, deſiſtere: qui proindè audiant Doctorem Seraphicum, loquentem de cujuſdam Romano Pontifici rebellis libello calumnioſo: *Qui non abſque nota rebellionis eſt editus, legiſlatoris ſpretâ ſententiâ, quam in Deuteronomio ſanxit*: Si difficile atque ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris, venies ad ſacerdotes Levitici generis; & ſequeris ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, vel ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto judicis, morietur homo ille. *Quod ſi tempore ſacerdotii figurativi Pontificis ſententiæ adverſari malum erat, mortiſque pœna mulctandum: multò fortius tempore veritatis, & revelata gratia, quando Chriſti Vicario plenitudo poteſtatis collata eſſe dignoſcitur, malum eſſe conſtat nullatenus tolerandum, in fide vel moribus ejus definitioni dogmatizare contrarium, approbando quod ipſe reprobat, reædificando quod ipſe deſtruit, defenſando quod damnat.* Hæc ſanctus Bonaventura, ad rem noſtram appoſitiſſimè, numquid? Quæ proinde, ut monui, attentius opto perpendi ab iis, qui mira comminiſcuntur de aliorum inobedientia, at apprehenſa tantum, cum ipſi tot, totieſque iteratis ſummi Romani Pontificis, Vicarii Chriſti, Decretis ac Bullis obloquantur, ſuaque tergiverſatione, tam crudeliter Matris Eccleſiæ torqueant, dilacerentque viſcera, ut jam ſit nequaquam credentium cor unum, & anima una, at varias diviſi in partes, lugendis æſtuent diſſidiis. Cumque ipſi paruerint Vicario Chriſti, ſcribetur,

Apol. pauper reſp. 1. cap. 1.

betur illis ab Epiſcopo Epiſcoporum cum Apoſtolo : *In promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam* (ſi quæ commiſſa fuerit) *cum impleta fuerit veſtra obedientia.*

CAPUT IV.

Secundùm cavillum adverſus ſacras Cæremonias.

CAvillantur ſecundò novi adoratores Dei in Spiritu, externas illas Ceremonias, neque à Deo, neque ab Eccleſia, neque alia legitima authoritate fore præceptas, at in ſola humana conſiſtere adinventione, & ſenſualitatis eſſe fomenta. Fuit quoque quorundam hæreticorum error, nihil eſſe bonum, & Deo gratum, niſi ab eo fuerit præceptum : Joannes enim Spangebergus de Lutheri ſecta in ſua ſordida margarita Pſeudotheologiæ, hanc proponit quæſtionem, apud à Caſtro : *Quotuplex eſt deſertio facultatum?* Et reſpondet : *Duplex : altera fit noſtra electione ſine mandato Dei.* Matthæi 15. fruſtrà me colunt mandatis hominum. *Altera eſt, quæ habet mandatum Dei & vocationem, ut cum tyranni cogunt, aut facultates amittere, aut ab Evangelio diſcedere : Hanc laudat Chriſtus.* Bucerus unus de primis Lutheri Symmiſtis audacter quoque aſſeverat in Apologia Auguſtanæ confeſſionis : *nullum opus noſtrum eſſe Deo gratum, niſi fuerit primò à Deo præceptum.*

Verb. præceptum.

RESPONSIO.

Adverſus has exorbitantias magnus ſtat Auguſtinus, cujus conſtans eſt ſententia, opera minimè præcepta, nedum fore Deo grata, ſed & gratiora, quò liberiora : *multa autem* (ſanctus Doctor fatur) *ſunt facienda non jubente lege, ſed libera charitate : & ea ſunt in noſtris officiis* GRATIORA, *quæ cum liceret nobis non impendere, tamen cauſa dilectionis impendimus.* Enumeratis deinde variis hujuſmodi liberis ſeu arbitrariis operibus, ſpecialiter verò ex exemplis, ac Epiſtolis Apoſtoli, ſubnectit : *Ideo dicuntur non à Domino præcipi, quamvis à Domino moneantur offerri*, UT TANTO INTELLIGANTUR ESSE GRATIORA, QUANTO MAGIS OSTENDUNTUR INDEBITA. Meritò proinde redarguit noſter Billichius Colonienſium adverſus Hæreticos defenſor, & Suffraganeus, Hagiomachos iſtos, qui fraudulenter ſimplicem plebem avertebant ab invocatione ac veneratione Sanctorum, quia de eo nuſquam extaret præceptum. *Fingamus*, inquit,

Lib. 1. de adult. conjug. cap. 14.

Defenſ. Indicti Univerſ. Colon.

Digitized by Google

quit, *non extare mandatum Dei* (de ſanctis venerandis) *nihil ne licet, niſi ſit expreſſum in ſcripturis? nihil pium, niſi quod mandato extorquetur? Ubi verò mandatum de eunuchis propter regnum cœlorũ, ergone non licet ſe caſtrare propter regnum cœlorũ, quia nullũ extat mandatum? Id quidem vos veſtris in gravem veſtram & veſtrorum damnationem perſuadetis, & nobis illud frequenter occinitis*, Matt. 15. fruſtrà me colunt mandatis hominum, *prorſus extra cauſam*. Chriſtus enim illis verbis non reprobat quælibet mandata hominum, at tantummodo traditiones & mandata Phariſæorum repugnantia mandatis Dei: *irritum feciſtis*, ait Chriſtus Phariſæis, *mandatum Dei propter traditionẽ veſtram*. Hæc Billichius.

Porrò dic mihi tu, qui omnia bona, Deoque grata opera vis diſertè ſcripta, aut imperata, ubinam legit David, quis ei præcepit, *præcurrere* ante arcam Domini, *in organis armigatis, & ſaltare totis viribus ante Dominum*? 2. Reg. 6. Quis præcepit ei tanto jubilo, tot ſignis lætitiæ ac ſolemnitatis, tot ſacrificiis Arcam Domini in exſtructum reducere tabernaculum? Magi ex Oriente cujus imperio cum muneribus Jeroſolymam venerint, natum Salvatorem in pauperrimo hoſpitio, in egentiſſimæ matris gremio adoraverunt? Quæ ſcriptura, quodnam præceptum poſſit Jeroſolymitanos Dominum Jeſum aſino inſidentem, vilibus cinctum diſcipulis, adeò glorioſo triumpho excipere, ramos, & veſtes ei ſubſternere, cœleſte Oſanna ei occinere? Divinone aut humano præcepto ſanctiſſimi eremicolæ, mundi contemptores ſeſe velut vivos ſepelierunt in ſpeluncis & cavernis terræ; circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus? Cujus juſſu amabilis noſtra Domina perpetuam ſervavit virginitatem, ejuſque exemplo tot utriuſque ſexus millia Virginum? Nunquid nemine præcipiente innumerabiles fideles per trium ſolemnium votorum profeſſionem ſe Deo gratiſſimum immolarunt holocauſtum? dicere verò, & hos omnes, & quotquot Deo cum Regio vate voluntariè ſacrificant, aut erraſſe, aut nequidquam boni aut Deo grati præſtitiſſe, extremæ foret impietatis ac dementiæ. At divino, inquies, impulſu iſtæc fecerunt homines: annuo: ſed anne iſto caret Eccleſia? an ſponſum ſuum non audiat ſponſa: an non moveat, non influat in corpus caput?

Hæc igitur catholica eſt doctrina, ut meritorium ac Deo gratum ſit opus, nequaquam oportere eſſe præceptum: nihilominus difficilè non eſt oſtendere, ſacras Ceremonias & ſacra contineri ſcriptura, & ſufficienter fore præceptas, ut defectu horum immeritò eas rejiciant adverſarii: continentur igitur ſcriptura virtute, quatenùs duplici ratione ex eis quæ ſcripta ſunt, queunt deduci: primò, quia ſcriptura jubet in omnibus obedire Eccleſiæ, adeoque & præcipit amplecti ea quæ ab Eccleſia ordinantur, ad divini cultus augmentum, cujuſmodi maximè ſunt ſacri Ritus, & Ceremoniæ,

niæ, unicè neceſſariæ: ut juxta præceptum Apoſtoli, *omnia honeſtè, & ſecundùm ordinem fiant*, qui autem Eccleſiæ auſit contradicere, & repugnare, ut ethnicus habeatur & publicanus. Secundò, quia Scriptura eminenter etiam conſulit, mandatque Ceremonias, aliaque opera externa, dum conſulit ac præcipit ea, quæ ad unionem cum Deo, ad ipſius cultus ſplendorem, & proximi ædificationem, ſingulare præſtant adjumentum, cujus generis eſſe ſacras Ceremonias, qui cæci ſunt tantùm non vident. Nec refert Cræmonias omnes in ſpecie non extare in ſcripturis expreſſas, ut enim ex S. Baſilio advertit Salmeron, aliud ſunt dogmata, aliud edicta concernentia ſubſtantiam fidei: hinc Paulus, & Barnabas tradebant fidelibus in actis ſervanda dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis, & Senioribus, qui erant Hieroſolymis, id eſt, decreta, ad diſciplinam & Ritus ſpectantia; quæ propterea quod talia eſſent, ſilentio ſupprimuntur. Unde Auguſtinus tractans hæc Apoſtoli verba: *cætera autem, cùm venero, diſponam:* aſſerit Apoſtolum nihil præcepiſſe de ordine Euchariſtiæ percipiendæ, ſed traditioni illud reliquiſſe. Accedit ad hæc omnia, Ceremonias ad divini cultus ornatum ordinatas, univerſalis Eccleſiæ Catholicæ conſuetudine, quæ inſtar legis eſt, eſſe roboratas, ut proindè Apoſtolus judicaret, ſilentium imponendum ſeditioſis, ſufficere, ſi eis Eccleſiæ conſuetudo opponatur: *nos*, inquit inquietis, *talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei*. Et profectò de Ritibus ſacris, quos Catholica Eccleſia inviolabili obſervat Religione, velle quovis modò dubitare, inſolentiſſimæ eſt ſuperbiæ, ut apertè innuit ſanctus Auguſtinus, hiſce verbis: *Totum hoc genus rerum liberas habet obſervationes. Nec diſciplina ulla eſt in his melior gravi, prudentique Chriſtiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Eccleſiam, ad quamcumque fortè devenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos vivitur, ſocietate ſervandum eſt.* Confirmat hanc ſententiam egregiè Gratianus, verbis ex Divo Baſilio, & Auguſtino mutuatis: *Eccleſiaſticarum inſtitutionum quaſdam in ſcriptis, quaſdam verò Apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio confirmatas accepimus; quaſdam verò conſuetudine roboratas approbavit uſus: quibus par ritus, & idem utriuſque pietatis debetur affectus, unde quis vel aliquantulum ſacrarum expertus ſcripturarum heſitaverit? Si enim attenderimus conſuetudines Eccleſiæ non per ſcripturas à Patribus traditas nihil æſtimare; quantum Religio detrimenti ſit latura; intentive inſpicientibus liquidò conſtabit. Quæ enim (ut inde exordiamur) ſcriptura ſalutiferæ Crucis ſignaculo docuit inſigniri.* Patet igitur, qualiter Ceremoniæ contineantur ſub præcepto, quamquam iſtud, ut licitæ ſint, Deoque gratæ, minimè requiratur. Quid igitur, inquies, hæc innuit ſcriptura: *melior eſt obedientia quam victima?* Reſpon-

Lib. de Spiritu S. cap. 17.
Act. 15.
Epiſt. 118. num. 2.
1. Cor. 11.
Ibidem.
Auguſt. ibidem.
Diſt. 11. c. Eccleſiaſticarum.
1. Reg. 15.

Digitized by Google

Reſpondeo, illam damnare victimam, ac quodlibet opus propria voluntate contra divinum mandatum factum, nullatenus illa, quæ fiunt præter divina juſſa, & à Deo ſunt conſulta, juxta illud Eccleſiaſtæ: *Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare*, interna ac externa, præcepta & conſulta, ut denotat univerſale relativum, *quodcumque*. Nulla igitur ob hæc cavilla metuenda conſcientiæ læſio, ut ſimplices fideles quidam terrent, at tonitru è pelui. *Cap. 9.*

CAPUT V.

Tertiùm cavillum, prorſus pernicioſum, adverſus omne quod exteriùs in Eccleſia ſplendet.

QUi ſacram inveſtigarunt ſcripturam, norunt hanc eſſe diſtortam Judæorum devotionem, totum cor ſuum & affectum affigere externis Cæremoniis ac Symbolis, tam à Deo inſtitutis, quam à ſe ſuperadditis. In his totam ſuam ponebant fiduciam, exiſtimantes exteriora iſta opera ſeipſis Deo placere, magnum credentes ſe altiſſimo præſtitiſſe obſequium, cùm externas illas Cæremonias punctualiter obſervaſſent. Et nullam, aut ſaltem exiguam verarum interiorum virtutum habebant rationem. Hoc eſt quod Dominus toties ipſis per Prophetas exprobrat, teſtificans, quod externa illa officia nullatenus per ſeipſa eum poſſint delectare. Similiter Chriſtus in Evangelio toties repræhendit Phæriſæos de ipſorum diſtorta devotione, eoſque nominat *ſepulchra dealbata, omnem pulchritudinem habentes à foris, intus autem ſcatentia ſordibus.* Prætereà quod ſint ſcrupuloſi in ſervandis minimis legis, maxima & ſummi momenti negligentes. Et iterùm, quod tranſgrederentur mandata Dei propter ſuas humanas traditiones & conſuetudines, & ita Deum fruſtrà colerent, tenentes doctrinas hominum.

Iſa. 1. Pſal. 49. Ierem. 9.

Quamvis eo vivamus tempore, quo novum apparuit Teſtamentum, tamen Judaicus ille ſpiritus necdum eſt ſublatus, ſed reperitur in multis ipſiuſmet Chriſtianiſmi membris, ut enim ex S. Auguſtino docet S. Thomas, ſicut tempore antiqui Teſtamenti quidam inveniebantur inter Judæos, qui filii erant novi Teſtamenti, ſpiritum habentes Chriſtianiſmi, Deũ adorãtes in ſpiritu & veritate, cor præcipuè

Digitized by Google

puè apponentes æternis & inviſibilibus ita ſimiliter modò plüres eſſe in Chriſtianiſmo, qui revera filii ſunt antiqui Teſtamenti, ſpiritum habent Judaiſmi, affixi ſunt externis, temporalibus ac viſibilibus, qui exiſtimant Deo præſtari obſequium, eumque ſibi complacere in auro, argento, ac pretioſo templorum, & altarium ornatu, magnificâ pompâ Cæremoniarum: atque in iſtis tam alte jacent demerſi, ut animos ſuos ultra illa corporalia ne ſemel quidem queant elevare ad ſpiritum & veritatem. His affinia è proximò, effutiit Eraſmus ille, qui, juxta nomen ſuum, *erat mus* arrodens omnem externum Religionis cultum, Cæremonias, ornatum templorum, habitus Religioſorum, Peregrinationes Religionis ergò, & quidquid exterius in Eccleſia eſt ſplendoris, calumniatur que Catholicos, quod in veſte, cibo preculis, cæteriſque Cæremoniis ponant fiduciam; & interim vitam agitant Judaicam, neglecto ſtudio pietatis Evangelicæ: hujuſmodi ſibilis, ſarcaſmis, ſatyris, tetriſque calumniis à capite ad calcem referſit ter damnanda illa colloquia: verè, verè, *corrumpunt mores bonos colloquia mala*: ſed ad ſetas, ad ſcopas, ad limas, ad haſce ſordes everrendas, quiſquilias detergendas, ſcabrities abradendas,

Colloquio militis & Carthuſiani.

1. Cor. 15.

RESPONSIO.

Quid his argutiis deeſt ad Calvinianam reformationem? Quid? Calviniana debacchatio, præda: *Ceremoniæ iſtæ*, blaſphemat Hæreſiarcha, *reliquiæ quædam ſunt veteris Paganiſmi aut Judaiſmi. Quid attinet, tantum auri, tantum argenti, tot vaſa pretioſa, & alia ejuſmodi ornamenta comparare ad ſerviendum Deo? Vana ſunt iſta omnia & male collocata. Ad prædam fratres, ad prædam. O! arrogantium hominum tumidæ mentes*, (inquit manſuetus Bonaventura, *locutus in zelo meo*) *qui mundi hujus vanitate paſcuntur, gloriam ſibi videntur conquiſiviſſe, ſi veram ſimplicium ſanctitatem viſi fuerint ſimulationem doloſam arguere, eorumque prudentiam ſpiritus, ut inſaniam reprobare. Quod ut efficacius perficere queant, bona frequenter in mala convertunt, & in electis maculam ponunt.* An non de horum ſint claſſe, qui ſimplicium Catholicorum ſanctæ devotioni, à ſapientiſſimis etiam ac religioſiſſimis viris laudatæ, ac frequentatæ, fœdam Paganiſmi, aut Judaiſmi moliuntur inurere maculam, vel plebs ipſa, quam circumveniunt, dijudicet. O noxia ſanè Chriſtianiſmo machinatio! Uti enim Chriſtianis nihil Judæorum perfidia exoſius, ita nullo perinicioſiori medio à ſua Chriſtianiſſima devotione poſſunt deterreri, quam ſi illa adinſtar reſtaurati Judaiſmi traducatur. At ut enormis hæc labes copioſiori fonte diluatur, opus pluribus.

Eche. 5.

Sciendum igitur ante omnia, Ceremonias externas, ſacrificia, ſymbola, ac ſolemnitates Judæorum, fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe de ſe bonas, licitas, Deoque gratas; ab ipſo enim fuêre inſtitutæ ac præceptæ: pluribus tamen ex cauſis diſplicebant authori, non Cæremoniæ, aut ſacrificia, at perverſitas offerentium: Primò, quod corde impuro, ac peccatis infecto ea offerebant, nam *victimæ impiorum abominabiles Domino.* Et, *abominatio eſt Domino via impii.* Secundò, quia in externis illis Cæremoniis ac ſacrificiis omnem ſuam exiſtimabant conſiſtere ſanctitatem, imò impunè credebant ſibi licere rapere, fornicari, & alia partrare facinora, eo quod hæc peccata ſolis externis victimis putarent expianda, ut Jeremias Propheta ipſis exprobrabat: *Ecce vos confiditis vobis in ſermonibus mendacii, qui non proderunt vobis: furari, occidere, adulterari, jurare mendaciter, libare Baalim, & ire poſt Deos alienos quos ignoratis: & veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua invocatum eſt nomen meum, & dixiſtis, liberati ſumus, eo quod fecerimus omnes abominationes iſtas.* Tertiò, dicunt Prophetæ, Deo diſplicere vetera ſacrificia, & Cæremonias, quia reſpiciebant tempora futura ut præſentia, quibus extiturus erat Chriſtus, cujus morte ſunt abolita, ac mortifera facta: ut ſentit nominatim ſanctus Cyprianus. Hæ Principes ſunt cauſæ, ob quas Deo exoſa erant vetera ſacrificia, ac Cæremoniæ.

Prov. 15.

Cap. 7.

Lib. 1. contra Iudæos cap. 16.

Diſpiciamus modò, quàm inconditè, ac ineptè illa detorto collo detorqueantur ad externum Chriſtianæ Religionis cultum convellendum. Quamvis igitur fateri cogamur, opera ex ſe optima, fieri Deo exoſa, ac abominabilia, propter peccata eadem offerentium; nequaquam ideò ut inutilia, nulliuſve valoris ſunt ſuſpectanda, multò verò minus ut purus putus Judaiſmus coram fideli plebe aſpernanda: hac ſiquidem via nedum externa illa opera, adverſum quæ præſens cavillum eſt inſtructum, ſed & alia quævis trahuntur in vilipendium. Altera cauſa, ob quam Judæorum Cæremoniæ ac ſacrificia Domino erant abominabilia, nullatenus tangit, aut angit Chriſtianos, utpote quorum nemo ſibi perſuaſum habet, in meris externis aliquam conſiſtere ſanctitatem, cum iſtud numquam fuerint edocti, è contrà verò doceantur perpetuò, opera externa exercere in ſpiritu, attentè, devotè, ſtudiosè, reverenter, amore Dei; non ſat eſſe, ſi ea fiant pſitticarum more, ex vana ſimulatione ſeu hypocriſi: unde ne vel unum poteris adducere Catholicum, qui affirmet ſe credere, Chriſtiano ſufficere opera illa externa ad acquirendam ſanctitatem, abſque interna fide, ſpe, charitate, & peccatorum deteſtatione. Quantò ergo minus ſibi imaginantur, abominanda illa Judæorum ſcelera; idololatriam, furta, homicidia, perjuria, adulteria, quibuſdam externis Cæremoniis abſque interna pœnitentia poſſe remitti: ego ſanè in hujuſmodi Chriſtiano-Catholicos uſque

que modò non incidi: etſi forſan plures exterius pœnitentes, interiori careant converſione (quod prudentius Deo committitur, qui ſcrutatur renes & corda) nullus tamen externam abſque interna, quam ſe exiſtimat, vel præ ſe fert habere, credit ſufficere: dicere verò, aliud ipſos loqui, aliud credere, conjectura foret inanis, & figmentum calumnioſum. Ob tertiam denique cauſam opera externa Chriſtianorum Deo non fore ingrata, prorſus eſt indubitatum. Sunt igitur iſtæ puræ putæ Chriſtianorum, à neſcio qualibus Chriſtianis, calumniæ, ſimpliciumque à verſipellibus
2 Tim. 4. decipulæ. *Argue, increpa*, monet Apoſtolus, *erit enim tempus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.*

Ad reliquas argutias, quibus impugnatum cavillum eſt onuſtum, properemus. Ac initio monita ſit plebs Catholica, ne ſpecioſa facie ſcripturarum veteris ac novi Teſtamenti, quas moderni novatores ſolent percrepare, ſe ſinant circumveniri: nam & venenum, medicaminis nomine, incautis propinant ſubdoli. At ſanctum Athanaſium auſcultemus potius: *Ne ſuſtinueritis eos*, inquit, *qui novis rebus ſtudent, etiamſi dictiones ex ſacris litteris ſcribant, ne ſuſtinueritis hoc genus ſcriptorum, etiamſi voces orthodoxæ fidei loquantur, ne ita quidem loquentibus attendite: non enim recto animo loquuntur, ſed veluti indumentum ovium hæc verba præferunt.* (Diſp. 1. contra Arianos.) Interim ad Scripturas Prophetarum abundè reſponſum eſt. Quod verò deinceps impingitur Chriſtianis Judaica illa hypocriſis, qua minima quæque religioſè obſervabant, maxima & ſummi momenti negligentes, eſt crambe recocta, iterata impoſtura; quandoquidem Chriſtiani illi, qui ſtudioſè frequentant opera externa impugnata, quæ ut minima, aut nulla abjiciuntur, in maximis, & ſummi momenti ſoleant quoque inveniri fideliores, implentes mandatum Chriſti; *Hæc* (minima) *oportuit facere, & illa* (maxima) *non omittere.* Matt. 23. Cujus exemplo ita oporteret prædicare interna majora, ut nō contemnerentur externa minora. Econtra verò, qui iſta minora aut nihili, aut parvi ducunt, potiſſimum ſunt homines Politici, libertini, ac, nomine dempto, nec fortè Chriſtiano-Catholici. Hiſce attexo: Probatas Chriſtianorum conſuetudines, ac traditiones, fore ſpirituales, ad perfectius Dei mandata obſervanda, eumque in ſpiritu & veritate adorandum, utiliſſimè inſtitutas: At Judæorum traditiones, ac conſuetudines, quas improbat Chriſtus, erant Phariſaicæ; id eſt, erroneæ, futiles, ac legi Dei contrariæ, atque à Phariſæis divinis præceptis præpoſitæ, ut teſtis eſt ſacer Evangeliſta Matthæus. Quænam ſacrarum Cap. 6. & 15. Virginum perfectius, purius, ferventius adoravit Deum in Spiritu & veritate, quam noſtræ Seraphicæ, ac extaticæ Virgines & Doctrices, ſancta Tereſia, & Maria Magdale-

Digitized by Google

na de Pazzi ? Utraque tamen apprimè extitit addicta Cæremoniis, cæteroque externo Religionis cultui, minimaſque Eccleſiæ, Ordiniſque ſui Carmelitici obſervantias in Ritibus ac Cæremoniis æſtimavit maximi: de Tereſia quidem hoc memoratu digniſſimum ſcribitur in ejus vita, quam typis ſubjecit noſter venerabilis Pater Hieronymus Gratianus, ſanctæ Virginis Confeſſarius, cujus venerandæ Reliquiæ in Conventu noſtro Bruxellenſi intra majus altare aſſervantur. „ Cum „ ad Monaſterium Medinæ del „ Campo perveniſſet Pater Didacus „ Yepes Taraſonenſis Epiſcopus, & „ prædictæ Virginis Confeſſarius, „ ut ſacrum ibi faceret, ſacriſta obtulit illi linteum ſuaviter olens, quo „ manus detergeret. Cumque odor ille ſupervacanea curioſitas „ prædicto Patri videretur, dixit „ Virgini Tereſiæ, *ut hos abuſus à* „ *ſuis Monaſteriis depelleret.* Cui „ Dei ſerva reſpondit: *Scito Pater* „ *hanc ex me culpam meas moniales* „ *didiciſſe, nam cum recordor Chri-* „ *ſtum de Phariſæo in convivio fuiſſe* „ *conqueſtum, quia aquam manibus* „ *non dediſſet, nec maioribus eum* „ *deliciis recepiſſet, velim ut uſque ad* „ *Eccleſiæ poſtes omnia odorifera aqua* „ *irrigata forent: nec exiſtimes Pa-* „ *ter mi, quod tibi linteum illud tui* „ *cauſa offeratur, ſed quia in his ma-* „ *nibus Deum es ſuſcepturus, & ut* „ *recorderis puritatis & boni odoris* „ *quem in conſcientia geſtare debes,* „ *quo ſi carueris, manus ſaltem eo* *non careant.* Quæ prædictus E- „ piſcopus valdè probavit, & hoc „ exemplo ſæpè uſus eſt in publicis „ concionibus cum ſuam diœceſin vi- „ ſitaret, ad cohortandos paro- „ chos ſacerdotes ad hujus Sacra- „ menti cultum & Altarium mundi- „ tiam. „ Hactenus vita ſanctæ Sororis Tereſiæ. Ecce, qualiter Seraphica Virgo ab externis aſcendat ad interna, à corporali cultu exhibito Chriſto, ad ipſum contemplandum *in Spiritu & veritate.* Hæc ſanctæ Religionis acta Spiritu, *magno cultu* (verba ſunt vitæ) *Chriſti, & Sanctorum imagines venerabatur, quas ab infantia ramuſculis, & floribus exornando coluit, ſi deformiter picta eſſent, ægrè ferebat, ut aliquis eas devotionem tollere diceret, ajebat enim, non picturam, ſed quod per ipſam repræſentabatur, conſiderandum eſſe: dicebat item exoptare ſe ubicumque oculos converteret, Dei & Sanctorum imagines ſpectare.* Noverat illuminatiſſima virago ingentem fructum ſpiritus, qui hauritur ex devoto ſacrarum imaginum cultu: nam contemplando ante imaginem Chriſti vulnerati, ſuam impetravit converſionem: Hinc in decurſu ſuæ ſanctiſſimæ vitæ mirè exarſit in devotionem erga Chriſti, ac amabilis noſtræ Dominæ imagines: cujus hæc luculenta ſunt ſpecimina: quod geſtare cõſueverat duas imagines unam Chriſti, alteram Chriſtiparæ: quodque imaginem noſtræ amabilis Dominæ in Cathedra Priorali conſtituit, in Monaſterio Incar-

Tit. de ejus erga SS. Sacram. devot.

Tit. de virtut. Religion.

Vita Ribad. lib. 1. cap. 9.

Lib. 1. cap. 11.

Lib. 3. cap. 10.

Digitized by Google

Incarnationis, cui domum & claves tamquam præpoſitæ concredidit. (Lib. 4. cap. 10.) Cum aliquando Redemptoris, vel ſanctiſſimæ Matris ejus in manus imagines acciperet, jucundum erat audire, quibus eamdem compellabat verbis, tantum amorem & cordis teneritudinem ſpirantibus, ut anima ejus dilectione liquefieri videretur. Hæc carptim, quæ fuſius tradam, cum Sanctorum cultum propugnabo. Eant igitur, qui ramuſculis ac floribus ornatas imagines irrident, ut crepundia, ſuaves per Eccleſias ſparſos odores, ut ethnica aut Judaica inventa, ſacrarum imaginum ac ſymbolorum geſtationes ut Judaiſmi reliquias. Et hi abeant, qui externos Ritus & cultus murmure ac ſibilis excipiunt: quaſi animæ forent compedes ac viſcus, ne ſe ad Deum in ſpiritu adorandum queat elevare; non Tereſiam impedierunt, at expedierunt, non amoverunt, at promoverunt ad altiſſimas contemplationes. At quid ſi momi noſtri conſpexiſſent imaginem amabilis noſtræ Dominæ à Tereſia in Cathedra Priorali collocatam? In riſum, aut etiam indignationem reſoluti præclamaſſent: gentiliſas Tereſia, Judaiſas, ſiſte, ſiſte, pueriles ſunt iſti luſus: ita, ſed vobis: Tereſiæ verò divini: & Deus *ludit in orbe terrarum.* (Prov. 8.) Non ſpargamus roſas ante porcos, *non percipit animalis homo ea quæ ſunt Spiritus Dei.* (1. Corin. 2.)

Quanti extatica noſtra Maria Magdalena de Pazzi fecerit Eccleſiaſticas Cæremonias, ex hac à Chriſto ei tradita regula diſce: *tanti facies, vota tua, Ordinis tui Regulam, & ordinationes, quanti volo ut aſtimes me.* Ordinis autem noſtri *ordinationes* plurimarum ac ſolemnium Cæremoniarum complectuntur apparatum, quas profectò non tanti docuiſſet æſtimare diſcipulam ſuam Chriſtus, ſi eæ animum ad terrena demergerent, nec ad Deum in ſpiritu adorandum evolare ſinerent, cum Magdalenæ jugis fuerit in ſpiritu cum Deo converſatio, raptus, & extaſes penè quotidianæ. Quantâ ferbuerit erga ſacras imagines devotione, iſtud unicum hic ſufficiat dixiſſe, ipſam nonnumquam in ſpiritu raptam, ac divina virtute in aëra ſublatam, ad imaginem Crucifixi advolaſſe, eam ardentiſſimo ac tenerrimo affectu amplexando, ac identidem amoris oſcula imprimendo. O res mira! ô res divina: Tereſia imagines venerando, divino rapitur amore, Magdalena divino amore rapta, rapitur ad imagines: & adhuc cogimur audire, externum Religionis cultum homines tam alte in corporalibus ſenſuali devotione tenere demerſos, ut ne ſemel quidem animos ſuos ad ſpiritum & veritatem queant elevare: ô tempora! ô mores! perverſi mores, corrupta tempora.

Silentio nequaquam cenſeo involvendum, quantum interno ſpiri-

Digitized by Google

tui contulerit adjumentum externa erga ſacras imagines devotio recenti Carmeli ſplendido germini, venerabili Fratri Arnoldo à ſancto Carolo, cujus, ex divina dignatione indignus fui Magiſter, & confeſſarius, ac proindè quæ de eo ſum narraturus, aut vidi, aut oculis vidi, aut auribus hauſi. Imprimis enituit in ipſo ſpecialis devotio erga amabilem Dominam noſtram, ut Carmelitis propria; cum igitur inveniret imagines, aut ſtatuas ejuſdem amabilis Dominæ aut maculoſas, aut in abjectis locis collocatas, illas mundabat, exornabat, ac locis honeſtioribus venerationi exponebat. Notatum aliquando fuit quidpiam cœleſte in ipſius vultu jucundo ſecundùm faciem Sanctorum, dum genuflexus coram imagine amabilis Dominæ ferventius incumberet orationi; obſervabatur enim ab interna exuberante lætitia geſtire, ut iis evenire ſolet, qui percupitis maternis foventur amplexibus, recreantur alloquiis, demulcentur munuſculis. Quoniam verò amor erga Matrem, amor eſt erga Dei Filium, nec hujus neglexit venerandos imagines: hinc, cum infirmos pauperes viſitaſſet, ac ſalutaribus monitis recreaſſet, ad patientiam & pietatem excitaſſet, donabat illis imagines Chriſti crucifixi acerbè conſciſſi, ac triſtè cruentati, ad jacta in eis devotionis ſemina fovenda. At quod proximius ſervit propoſito: conſcripſerat ſibi devotiſſimus frater libellum precum ac meditationum, qui erat ipſi manualis: huic præfixerat binos imagines, unam Crucifixi, cui Horologium Paſſionis erat circumductum, alteram Matris doloroſæ, non ſeparabat agnam ab agno: hæc ſpecula perpetuò intuebatur, non oculos, non mentem ab eis retrahebat: meditabatur, inde ſumebat materiam, reficiebat corpus, inde animus capiebat alimentum, hi illius erant in via comites, in tenebris, quibus mirè ſpiritus ejus afflictabatur, lux, & duces: vehebatur curru; ferebatur navigio, dictas imagines verſabat manu, ne Jeſus & Maria recederent à corde, non recedebant ab oculo: imitatus exempla ſororis ſuæ Tereſiæ, de qua, inter cætera, ſcripſi ſuprà, eam geſtare ſolitam binas imagines, alteram Chriſti, alteram amabilis noſtræ Dominæ. Hæc ſpecimina tantum ſunt externæ devotionis mei devotiſſimi diſcipuli, cujus tamen vita fuit planè ſpiritualis, angelica, cœleſtis; ut mihi perſuaſum habeam, eos, vitam piam in Chriſto, in ſpiritu & veritate, penitus ignorare, aut averſari, qui tam fidenter ebuccinant, externa opera cultus religioſi ſpiritum ad terrena deprimere. Conſulatur *ſpirituale ſcriniolum*, *& vita venerabilis fratris Arnoldi* edita (& intra bimeſtre altera vice impreſſa) per Reverendum Adm. Patrem Michaelem à S. Auguſtino, qui modò tertia vice Provinciæ Flandro-Belgicæ tenet clavum.

Cap. 4. vitæ.

Cap. 6.

Quid

Digitized by Google

Quid in his carpes Mome, Eeraſme? Forſan Tereſia, forſan Magdalena de Pazzi, forſan Arnoldus Evangelicæ pietatis neglexerunt ſtudium? Imo, imò, Evangelii quinti, fanatici tui, non Chriſti; forſan ea ſpernes, quia Monachalia? ſperneris & ipſe: cum Chriſtus pietatis Evangelicæ author non fuerit humilis, non obediens, non pauper, non continens, non mundi contemptor, tum Monachos ride, tum eos Evangelica carere perfectione perſona. Non deſunt interim extra Monachiſmum ut eximiè ſancti, ita eximii Sacrarum Ceremoniarum obſervatores: unum, pro mille, adduco ſanctiſſimum Mediolanenſium Archipræſulem, Carolum Borromæum: de quo hæc vitæ ejus narrat hiſtoria. *Lib. 7.*

„ Ritus, & Cæremonias Eccleſiaſticas exquiſitè cognoſcere, ſervaréque ſtuduit: quo de genere certum ſacerdotum numerum delegit, qui conſultarent, cum dubitationis aliquid afferretur. Nec vero gravabatur cantationi præeſſe, diligentérque de iis quoque diu diſquirere, quæ levia ſæpè vulgo putantur. Nihil enim ad divinum cultum pertinens, non dignum arbitrabatur, in quo curam, diligentiámque collocaret ſuam. Cœremoniarum Magiſtrum, honeſtis tributis ſtipendiis in Eccleſia majore conſtituit. Romæ idem ſtudium inivit, conſultationémque Cardinalium ad id conſtitui curavit. Ita plenè, perfectéque curabat inſtituta Sacra omnia exequi; ut eo ipſo die, quo ex hac vita abiit, tantulo allato cibo, preces ad eam rem Clericis „ præſcriptas, ante, & poſt integras „ obiret. „ Haud minori ſtudio pietatis Sacras colebat imagines, idque ferventiori affectu præſtitit, ac elevatiori in ſpiritu oratione, inſtante jam tempore quo ſpiritum ſuum erat traditurus. Ægro igitur corpore ſe contulit Taurinum, ad Sacroſanctam Sindonem poſtremò viſendam, & coram venerandam. Indè feceſſit in ſolitudinem montis Veralli, in quo plurimæ ſunt extructæ ædiculæ, in quibus pulchris imaginibus, ac ſtatuis ea imprimis referuntur, quæ in affigendo, mortéque afficiendo Salvatore acta ſunt; tum aliæ quoque res ex divinis Hiſtoriis ad noſtram ſalutem pertinentes. Jucunda prorſus, ac pietate plena erat ibi ſpectanda ſpecies: conſpiciebatur ampliſſimus Antiſtes, nullo comite, parvulam lucernam ſub pallio tenens, noctu, per vias ſummi montis, petere, quam ſibi judicaſſet oportuniorem ædiculam, ut in ea coram Sacris imaginibus, quemadmodum ſibi præſcripſerat, ſeſe exerceret. *Lib. 6. vitæ* En hic Sanctiſſimi Archipræſulis de Cæremoniis, de precibus, de imaginibus æſtimationem, affectum, devotionem: numquid & hunc incuſabis, Mome, Paganiſmi, aut Judaiſmi? numquid & nimiæ in preculis, Cæremonialis, ac imaginibus, confidentiæ, quaſi vitæ prora & puppis Carolo fuerit in externis devotiunculis? & ipſi forſan obſtrepes, quò progrederis Carole, quid tibi conferet linteum Sindonis Taurinenſis? quid mortuæ inanimes, materia-

terialéſque imagines, aut ſtatuæ? Spiritus eſt Deus, Spiritu, Spiritu, eſt colendus, adorandus! ô arrogantium hominum tumidæ mentes, prophanæ, blaſphemæ voces! quouſque tandem veſtrum prætendetur murmur inſulſum? Numquid & Eccleſia Catholica ſtreperis veſtris calumniis erit tributaria? ſunt enim & huic Pontificalia, Ceremonialia, Ritualia, præſcribentia Sacram Cæremoniarum pompam, Eccleſiarum dedicationibus, altarium conſecrationibus, Pontificum, Epiſcoporúmque inaugurationibus, Sacramentorum adminiſtrationibus: Hic gradum figo: lectoris longanimitatem expoſtulo, quâ Sannionis Eraſmi ſannas nefandas in ſacratiſſimos divinorum Sacramentorum Ritus, Ceremoniáſque patienti ebibat aure. *Si vulgus Chriſtianorum ſpectes*, blaterat Eccleſiæ Momus, *nonne prora & puppis vitæ illis in Ceremoniis eſt? in Baptiſmo quanta Religione repræſentantur priſci ritus Eccleſiæ? Commoratur infans extra fores templi, peragitur exorciſmus, peragitur Catechiſmus, ſuſcipiuntur vota, abjuratur Satanas, cum pompis & voluptatibus ſuis; tandem ungitur, conſignatur, ſalitur, tingitur; datur negotium ſuſceptoribus, ut puerum curent inſtituendum. Illi dato nummo redimunt libertatem. Etiam puer Chriſtianus dicitur, & eſt aliquo modo. Mox rurſus ungitur; tandem diſcit confiteri, ſumit Euchariſtiam, conſueſcit quieſcere diebus Feſtis, audire Sacrum, jejunare nonnunquam, abſtinere à carnibus. Et hæc ſi ſervat, habetur abſolute Chriſtianus. Ducit uxorem, accedit aliud Sacramentum: initiatur Sacris, rurſus ungitur, & conſecratur, mutatur veſtis, dicuntur preces. Atque hæc quidem omnia, quod fiunt, probo, ſed quod hæc fiunt magis ex conſuetudine, quam ex animo, non probo: quod nihil aliud adhibetur ad Chriſtianiſmum, vehementer improbo. Siquidem magna pars hominum dum his fidit, nihilo ſecius interim per fas nefáſque congerit opes, ſervit iræ, ſervit libidini, ſervit livori, ſervit ambitioni: ſic tandem venitur ad mortem. Hic rurſus Ceremoniæ paratæ. Adhibetur confeſſio ſemel atque iterum? adducitur Unctio, datur Euchariſtia, adſunt cerei Sacri, adeſt aqua Sacra, adhibentur indulgentiæ; expromitur, aut illic etiam emitur morienti diploma Pontificis.* Obmuteſce balathro, ſat ſannarum, ſat ſerpentinorum ſibilorum, calumniarum, patienti aure ebibitum, quid enim ad hanc impudentiam, impietatem, inſolentem dicacitatem poteſt addi? Sacratiſſimos Sacramentorum Ritus, ac Sacramenta ipſa velut in theatro Hiſtrio deridenda propinas: hoc non colloqui eſt, at fabulari, nugari; non ſcribere, at ſtrepere, rudere, crocitare, chorago Luthero, Calvino. ô effrenis novandi libido! Hæccine illa eſt privato, fanatico ſpiritu concepta Eccleſiæ reformatio, Eccleſiam totam, & ipſa Chriſti Sacramenta ſuo deſpoliare ſplendore, decore? ô portenta! at quid hæremus attoniti? fallacia alia aliam trudit, cauſat errorem error. Bellum indixerant Hæreſiar-

Colloquium Religioſum, dictum.

Digitized by Google

reſiarchæ legibus Pontificiis, aut, ut ipſis placet, humanis inventionibus, quibus gregatim adnumerant Eccleſiaſticos Ritus ac Ceremonias. Conceperant item quandam diſtortam, internam, ac ſpiritualem pietatem ſeu devotionem, quam appellitabant Evangelicam, ac Chriſtianam, quaſi devotio Catholicorum foret diabolica, Pagana, aut Judaica: ſtatuunt hanc pietatem in fiducia in meritis Chriſti, quæ nuda fide ſibi moliuntur applicare, & adoratione Dei in ſpiritu; unde nec Sacramenta ipſa, ſi quæ non abjecerint, patiuntur eſſe ſigna, aut cauſas interioris gratiæ. Prodant involutas ſuas hæreſes, hæretici ipſi. Præcinit coragus Calvinus:

Antid. Trid. ſeſſ. 6 ad Can. 9.

Hominem ſola fide juſtificari cum dicimus, fidem non fingimus charitate vacuam, ſed ipſam ſolam juſtificationis cauſam non peruriam intelligimus. Succinit Eraſmus:

Colloq. Virgo ΜΙΣΟΓΑΜΟΣ.

Ceremoniæ per ſe nihil faciunt ad pietatem, neque quemquam commendant oculis Chriſti, qui ſpectat animi puritatem. Et alio loco:

Colloq. pietas puerilis.

Religioſo eſt purus cultus Numinis, & obſervatio præceptorum illius: quia definitione ſuccitum vult, quidquid ab Eccleſia Religionis ergò habemus ſancitum: ſumma igitur hujus ſpiritualis diſtortæ pietatis eſt, *interna fides, ſpes, charitas.* Hæc ſunt antecedentia, quid igitur miramur ſequentia? quid miramur, inquam, hoſtes Eccleſiæ, illiúſque Capitis, etiam ſanctiſſima quæque ab illo oblata, repudiare? quid miri etiam, ſi homines interni, ſpirituales, & tantum non incorporei, externa quæque, etiam ipſa à Chriſto inſtituta Sacramenta, aut nihil, aut minimi pendant: ſi *interna fides, ſpes, charitas*, tota ſint juſtitia Chriſtiana, quid opus pluribus, quid Ceremoniis, quid precibus, quid Feſtis, quid Euchariſtiæ Communione, quid auriculari confeſſione, quid ſymbolis, quid ſignis? Sed numquid, inquies, & hæc in Eraſmum, qui ingenuè proteſtatur: *quod omnia hæc fiunt, probo: ſed quod hæc fiunt magis conſuetudine, quam ex animo, non probo: quod nihil aliud addatur ad Chriſtianiſmum vehementer improbo?* vel maximè: Hæc enim ſpecioſa ſunt, at verba tantum, paleæ ſunt, quibus aquas tegit: novimus Novatorum genium, una manu ferunt panem, altera lapidem: & oſculo morſum infigunt, ſimulant verſipelles pugnam adverſus abuſus, ut ſecurius expugnent bonos uſus, videntur laudare, quæ moliuntur extirpare, ſimiles alicui, qui ſtudioſè expiſcatis ac corraſis mercis alicujus defectibus, eos patefaceret, & nihilominus mercem commendaret, atque etiam ad emendum perurgeret, nulla rei emendæ cognitâ utilitate: talem, dico, nugigerulum imitantur, qui omni ſolertia indagant abuſus, defectus, qui pro humanæ naturæ corruptione irrepunt in uſus optimos, eóſque cum ingenti exaggeratione divulgant, ſilentio aſtutè ſupprimentes, quaſi Eraſmiſarent, quid opera de ſe optima contineant utilitatis ad ſpiritualem animæ profectum; & adhuc volunt audire, zeloſi horum operum Patroni. Nec longè ab his abludunt,

Collo. convivium Religioſum.

Digitized by Google

ludunt, qui plauſtris abuſuum in externa Religionis opera effuſis,tandem, notam veriti,adjiciunt pauxillum laudis, coloris, fraudis dixerim gratiâ. Unum tibi debeo, Eraſme; quo Doctore ſcis, nihil addi Chriſtianiſmo ſuper Cæremonias? ſpiritu mendacii: fidem addimus, ſpem, charitatem, Dei, divinorúmque reverentiam Cæremoniis teſtatam.

Aliquis, neſcio quis, Auguſtiniaſter hic rurſum obſtrepit, vultque opportunè; importunè, potiorem Chriſtianiſmi partem inficere Judaiſmo, audite ſtrepitum: *Judaicus hic ſpiritus adeo longè, latéque inter Chriſtianos irrepſit*, inquit, *ut propterea Sanctus dicat Auguſtinus, potiorem Chriſtianorum partem eo inquinatam. Licet enim multi eorum gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti facti ſunt filii novi Teſtamenti, pauci equidem ſunt, qui planè ſint expediti à Judaico illo ſpiritu, & non nimium maneant affixi rebus illis corporalibus externis, & corporalibus.*

Lib. 3 de Doct. Chriſt. an.

Reſponſurus exordior cum Magno Baſilio: *Pro nugis habenda ſunt, quæ calumniatores effingunt.* Sophiſma eſt iſtud, ac telum venenatum, quo ſpiritus inquieti, *ſagittant in obſcuro rectos corde.* Sanctus enim Auguſtinus ſolum ibi reprehendit Judæos illos, qui præſente veritate adhuc obſervabant figuras & umbras, & ſignis ipſis jam abrogatis, pro rebus adhærebant: *& ideo*, inquit Sanctus Doctor, *qui talibus ſignis pertinaciter adhæſerunt, contemnentem iſta Dominum, cum jam tempus revelationis eorum veniſſet, ferre non potuerunt.* Ecquæ verò hinc ſpecies improbationis externi alicujus cultus Religionis Chriſtianæ, ab Eccleſia ut Deo grati, approbati? quâ, inquam, conſequentiâ, inde Catholicorum devotio pertinacis Judaiſmi queat inſimulari? ego ſanè crediderim, tetras has, atrocéſque calumnias in Chriſtianos penè omnes conjicientes, Sacras Cæremonias, adverſus Eccleſiam, ac Vicarium Chriſti pertinaciter inſectantes, obſtinati Judaiſmi potius teneri reatu, non enim ob Cæremonias Auguſtinus reprehendit Judæos, ſed *quia talibus ſignis pertinaciter adhæſerunt:* Hunc ſpiritum pertinacem & Protomartyr Stephanus in Judæis eſt perſecutus: *dura cervice*, Judæos arguit, *& incircumciſis cordibus, & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis: ſicut Patres veſtri, ita & vos.* Et vos moderni pertinaces hæretici, & patres veſtri priſci Hæreſiarchæ. Cæremonias repeto: Si igitur ii, qui detorto collo Sanctum Auguſtinum cogunt adverſus Eccleſiaſticas Cæremonias bellagerere, quas ipſe religioſiſſimè amavit, ac ſervavit, illo ipſo objecto, loco, rectis oculis perlegiſſent Sanctum Doctorem, vidiſſent utique, ab ipſo non improbari, at commendari potius affectum erga externa opera ac ſymbola, quam diu legitimè non fuerint abrogata: *qui crediderunt*, ait Sanctus Pater, *ex quibus facta eſt prima Eccleſia Hieroſolymitana, ſatis oſtenderunt, quanta utilitas fuerit eo modo ſub Pædagogo cuſtodiri, ut ſigna quæ temporaliter erant ſervientibus,*

Epiſt 33.

ad

Digitized by Google

ad unius Dei cultum, qui fecit Cœlum & terram, opinionem obſervantium religarent. Videſis, ſigna externa alligant mentes Deo, non ſeparant obſervantes: argumento eſt inſuper, nimirum, quia Judæorum perfectiſſimi, quique, ut Auguſtino, ac parti placet, filii erant novi Teſtamenti, fuêre accurratiſſimi in omnibus legis obſervantiis, ut Rex ac Propheta David, Joachim, Anna, imò Chriſtus ipſe novi Teſtamenti author, ſuaque amabiliſſima Mater: eſt igitur Religioſa Cæremoniarum obſervatio animi Chriſtiani index, non pravè Judaizantis.

Accuſantur impugnatô cavillô Catholici duplicis adhuc exceſſus, nimiæ in preculis, ut Eraſmus ludit, & Cæremoniis confidentiæ, ac inordinatæ ſenſualitatis. Primam labem diluam infra latice uberiori: iſtud ſolum hic adnotetur, preces, & Cæremonias fore Deo gratas & acceptas, ut ſalvâ fide Catholicâ, nullus poteſt inficiari, & abunde eſt probatum hactenus: unde in illis in gratia Dei, rectâque intentione Deo oblatis, ac exhibitis, meritò ut in cæteris bonis, meritoriiſque operibus confidimus, operantibus enim, petentibus, laborantibus promiſſa ſunt ſalutis æternæ præmia, non otiantibus, ac manibus complicatis fictè credentibus, fictè ſperantibus, fictè amantibus, dum facultas operandi adeſt.

CAPUT VI.

Quartum cavillum adverſus Sacros Ritus.

Lib. 3 de ſerm. Domini in monte apud VValden tom 3.

QUantum ad vitium ſenſualitatis, illud externis operibus nedum præcedentis cavilli authores affingunt; ſed & vaferrimus Witclef monet fraudulenter: *fideles debent cavere ne in talibus* (ornatis templis, & ſignis externis) *ſuum deſiderium nimium immergatur:* Adverſus hujuſmodi furfuris hæreticum exclamat Sanctus Auguſtinus: *ô virum ſpiritualem, ô carnalium reprehenſorem:* & ego acclamo, ac reſpondeo.

RESPONSIO.

O curva in terra animæ, & cœleſtium inanes.

Quæ Dei, quæ ſpiritus ſunt, quomodo percipietis? terreni, carnales ſunt hæretici, licet inflatis buccis non niſi adorationem in ſpiritu percrepent: animalia ex putri genita terra, putredine paſcuntur, ac optima, & odorifera alimenta in putredinem, ac ſæpè in toxicum tranſmutant: hoc in

Digitized by Google

in carnali, hoc in ſpirituali generatione, ſeu educatione vel maximè verum; in in qua, qui ex voluntate carnis ſunt nati, & non niſi carnalibus delectantur, & ſpiritualia ipſis carnalia videntur. *Qui de terra eſt, de terra loquitur, qui de Cœlo venit, ſuper omnes eſt. Quod natum eſt ex carne, caro eſt, quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.* Qui *tranſit in affectum cordis*: qui cor, qui animum habet carnalem, ſuperbum, refractarium, lividum, invidum, turbulentum, poteſt aliquid capere, quod non eſt affectionis cordis, poteſt aliquid apprehendere, quod non eſt terrenum, carnale, ſenſuale? *Carnales quique,* inquit divus Gregorius, *qui illa inviſibilia ſcire non valent per experimentum, dubitant utrumnè ſit, quod corporalibus oculis non vident: at inſipientes, id eſt, non intelligunt quæ ſunt ſpiritus, qui in corde ſuo non vivunt, ſed per vanitates ſæculi exterius vagantur*: non intelligunt iſti, quantum ſpiritui præſtent adjumentum externæ devotiones debite rectéque exercitæ: non intelligunt, à ſenſibilibus ad ſpiritualia facere gradum: Non intelligunt, quod divina ſapientia diſponat omnia ſuaviter, humanam infirmitatem ſenſibili devotione, ac in benedictionibus dulcedinis præveniendo, ut terra noſtra, det fructum ſuum, nec ſpiritus careat ſuo, ut cor & caro, anima & oſſa laudent, celebrent, exultent in Deum vivum. Impellantur igitur homines ſenſibili devotione ad frequenter confitendum, communicandum, meditandum, templa ornandum, Cæremonias ſolemnes celebrandum; laudandi erunt, non Judaiſmi incuſandi: excitentur, pelliceantur hiſce ſenſibilibus illiciis ad internam adorationem Dei in ſpiritu, media ſunt iſta, via, gradus, non finis, non ſcopus externorum Religionis Catholicæ operum: bona eſt hujuſmodi ſenſu percepta delectatio: Mihi fides negatur? non Auguſtino opinor: *Pſalmus*, inquit, *ſuaviter cantatus delectat auditum, ſed delectant auditum etiam cantica hiſtrionum, hoc illicitè, illud licitè.* Quid ita? non hærent enim ſacrarum cantionum, Sacrarum Cæremoniarum, ornatuum, cæterarúmque celebritatum externæ ſpecies, in auribus, in oculis; ad cor, ad ſpiritum tranſmeant: Auguſtini hoc & documentum, & experimentum eſt: *Quantum flevi*, ea confitentis vox eſt, *in hymnis & canticis tuis, ſuave ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æſtuabat, inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & benè mihi erat cum eis.* Anne forſan & Auguſtinum ſenſualitatis noxiæ reum ages? Abſit, abſit.

Ioan. 3. — *Pſalm. 72.* — *Lib. 4. dial. cap. 1.* — *Serm. 1 de verb. Apoſt.* — *Lib. 9. confeſſ. cap. 6.*

Quam religioſè igitur, quam ſapienter Patres Provinciæ noſtræ Belgicæ filios ſuos ad pſallendum, hymniſandúmque ſunt exhortati in præfatione ad Proceſſionale, quorum digniſſima verba mirè roborant inſtitutum; quæ proindè ſuſiuſculè adduco,

Digitized by Google

co. „ Etſi inſtituti noſtri, Carmeli-
„ tici, pars, ſeu finis primarius in ora-
„ tionis mentalis exercitio, & con-
„ tinua interna cum Deo converſa-
„ tione, atque intima unione ſitus ſit,
„ conformiter Regulæ noſtræ præſcri-
„ bentis; ut ſimus die ac nocte in lege
„ Domini meditantes, & in oratio-
„ nibus vigilantes, ad exemplum &
„ imitationem primorum Patrum no-
„ ſtrorum, & fundatorum hujus Re-
„ ligionis, quibus ex jugi illa cum Deo
„ familiaritate, communis erat lo-
„ quendi modus; *vivit Deus in cujus*
„ *conſpectu ſto*: attamen etiam ad
„ Dei laudes exterius concelebran-
„ das, & ſimul decantandas, ſpeciali-
„ ter vocati ſumus, juxta idem pri-
„ mævum propheticum inſtitutum
„ Sanctiſſimi Patriarchæ noſtri Eliæ,
„ qui non tantum corde, ſed & ore,
„ quin & inſtrumentis muſicis Deum
„ laudare docuit, & inſtituit ſuos di-
„ ſcipulos, exindè appellatos Prophe-
„ tas, & filios Prophetarum: non
„ quaſi omnes futura præſcirent &
„ prænuntiarent, ſed quod ſpeciali
„ modo eorum vita dedicata foret ad
„ Deo laudes decantandas: ut tra-
„ dit noſter Joannes quadrageſimus
„ quartus Patriarcha Hieroſolymita-
„ nus. Et certè cum ex ſpiritu corpo-
„ réque coaleſcamus, non tantum
„ mente, ſed & corporis labiis ille re-
„ rum omnium Parens & Architectus
„ à nobis eſt religiosè colendus: laus
„ etiam vocalis, & cantus ad id con-
„ ducit, ut affectus noſter provoce-
„ tur in Deum, & in Deo ſtabi-
„ liatur; (*nota benè*) nam dum

Lib. de inſtitut. primor. Monach. c. 10.

canimus, attentius conſideramus „
quæ dicuntur; tum quia diutius „
moramur ſuper eodem; tum quia „
ſecundùm diverſas melodias ſono- „
rum animi noſtri diverſimode di- „
ſponuntur; & omnes affectus ſpi- „
ritus noſtri, pro ſua diverſitate, ha- „
bent proprios modos in voce at- „
que cantu, quorum occulta fa- „
miliaritate excitantur, ut aſſerit „
lumen Eccleſiæ Sanctus Auguſti- „
nus „ cujus hæc rurſum eſt confeſſio:
Cum reminiſcar lachrymas meas, quas fudi ad cantus Eccleſiæ tuæ, in primordiis recuperatæ fidei meæ, & nunc ipſo commoveor. Eóque motivo ſe adductum aſſerit: *cantandi conſuetudinem approbare in Eccleſia: ut per oblectamenta aurium, infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat.*

Lib. 10. *cap.* 33.

Ibidem.

„ Eſtque iſte non exiguus, ad
Divinum Officium religiosè per- „
ſolvendum, ſtimulus, & illecebra, „
pura ſcilicet illa animi voluptas „
quæ ab illis percipitur, qui re- „
ligiosè illud obeant; juxta „
illud Pſalmiſtæ: *Quam dulcia* „
faucibus meis eloquia tua: ſuper „
mel ori meo. Et alibi: *exul-* „
tabunt labia mea cum cantavero „
tibi. Scilicet non tantum labio- „
rium motu, ſed & cordis af- „
fectu, & externa honeſtate. „
Unde rectè Gloſſa: *Laus divina* „
bonorum eſt refectio, ut nulla ei „
videatur ſimilis delectatio. Ap- „
paret id in viris ſanctitate præ- „
cipuis; quibus brevis nox erat „
quæ in Dei laudibus conſumeba- „
„ tur.

Pſalm. 118

Pſalm. 7.

Super pſal. 143.

Digitized by Google

,, tur. Apparet in iis, quibus quò
,, prolixius pſalmodia in Choro ex-
,, tendebatur, eò magis devotio &
,, ſpiritualis voluptas in animo au-
,, gebatur: Apparet in iis, qui-
,, bus pſalmi ſapiebant mel, ne-
,, ctar, ambroſiam. Huc ſpectat,
,, quod in quodam Conventu Car-
,, melitano in Brabantia olim acci-
,, diſſe refert pius auctor Balduinus
,, Leerſius, Carmeli Atrebatenſis à
,, ducentis circiter annis Supprior. Ni-
,, mirùm, quod cum aliquando, in
Collectarii exemplor. cap. 10. ,, Feſto Beatæ Virginis Mariæ ad
,, Nives, fratres devotè & ferventer
,, Divina celebrarent Officia, omnes
,, ſingulari fuerint perfuſi mentis ſpi-
,, rituali lætitia: ut juxta cujuſque di-
,, verſum devotionis affectum, ſin-
,, guli ſpecialia receperint clenodia
,, (ut vocat) ſeu dona ſpiritualia, ab
,, ipſa glorioſa Dei Matre, quam
,, unus eorum magnæ devotionis
,, Religioſus vidit geſtantem Filium
,, in brachiis, & Fratres benignè re-
,, ſpicientem, ac per medium chori
,, ad ſingulorum ſtallos ſeu ſedilia
,, procedentem. Et uni quidem
,, dabat pomum rotundum, ac rubi-
,, cundum, in ſignum ferventis a-
,, moris in Deum, ejuſque Genitri-
,, cem: alteri lilium nitidum, in
,, ſignum internæ puritatis! alteri
,, panem candidum, ad modum ho-
,, ſtiæ, in ſignum perfectæ fidei, &
,, mirandæ devotionis ad Venerabi-
,, le Sacramentum Altaris. His vi-
,, ſis, ait ſcriptor, frater iſte mul-
,, tum congratulabatur gratiæ eo-
,, rum, & donis ſpiritualibus. Et illi
ſimiliter exhilarati in ſpiritu, lau- ,,
dem & gratiarum actionem fer- ,,
ventius reſonabant nomini Ma- ,,
riæ: ac per totum diem, & ,,
plures alios, aliter ſentire non po- ,,
terant, quam Mariæ præſentiam. ,,

,, Ergo venerandi Patres, & di-
lecti fratres, *Cantate Domino*: ,,
pſalmum dicite nomini ejus: iter ,,
facite ei; iter, inquam, ad cor ,,
veſtrum. Tunc enim, ut ſcri- ,, *Hom. 1. in Ezech.*
bit Sanctus Gregorius, *Omnipo-* ,,
tenti Deo ad cor iter paramus, ut ,,
compunctionis gratiam nobis infun- ,,
dat, & ſui nos amoris gratia in- ,,
cendat, cum attentâ mente illi ,,
cantamus: ſicut de primis noſtris ,,
Patribus filiis Prophetarum ſcribit ,,
præfatus Joannes Hieroſolymita- ,,
nus, his verbis: *per Pſalmorum* ,, *Loco cit.*
jubilum aperiebant ita devotè Domi- ,,
no penetralia mentium, ut frequenter ,,
in eorum corda immitteret Deus Pro- ,,
phetiæ ſpiritum. Hos ſi imitati fue- ,,
rimus, ſplendeſcet in nobis ,,
Religionis munus veráque devo- ,,
tio (*non ſenſualitas*) Deique ado- ,,
ratio & cultus conſervabitur. ,,

Hæc ſanè præclarè Superiores noſtri, viri minimè vitioſe ſenſuales, quibus ſenſibilis devotio, ſuavitas, dulcedo, lætitia mirificè commendatur in ſuave ſonantis Eccleſiæ Canticis, & certè ſpernenda non eſt, dummodo in ea finis canentis non conſtituatur, exemplo Sancti Auguſtini dicentis: *in ſonis quos animant eloquia tua, cum ſuavi & artificioſa voce cantantur, fateor aliquantulum acquieſco, non quidem ut hæream, ſed ut* *Lib. 10. confeſſ. c. 33*

Digitized by Google

ut ſurgam cum volo : Non retinet hæc ſuavitas invitos, velis, & ſurges. Hæc de aurium licitâ ſanctâque voluptate. *De illecebra odorum non ſatago nimis :* inquit Auguſtinus, *cum abſunt, non requiro, cum adſunt, non reſpuo?* Non reſpuit vir ſanctus odores naturales, ac prophanos, non reſpueret igitur, at probaret ſuffimenta, thymiamata, thymiamateria adhibita ad divinorum officiorum magnificentiam : quæ proinde ſenſualitatis labe nequaquam ſunt commaculanda, vel hoc maximè, quod eis utatur per orbem diffuſa ſacroſancta Mater Eccleſia. Sanè ſanctæ Tereſiæ inter varia dona ei à Matronis oblata, nullum erat gratius, quam aromatici paſtilli, aliaque ſuffimenta, quæ coram venerabili Sacramento adoleret, quæ conquirebat ſelectiſſima ac ſuaveolentiſſima. *Reſtat voluptas* (proſequitur Auguſtinus) *oculorum iſtorum carnis meæ de qua loquar confeſſiones, quas audient aures templi tui, aures fraternæ ac piæ.* (Non hæreticæ ac impiæ) *pulchras formas & varias, nitidos & amœnos colores amant oculi.* At quid de his ſentis magne Pater Auguſtine? ſuntne & tibi iſta mera ſenſualitatis fomenta, noxiæ illecebræ, animi repagula, ne ſe ad ſpecioſum forma præ filiis hominum queat elevare? Ediſſere: *At ego Deus meus, & decus meum, etiam hinc dico tibi hymnum, & ſacrifico laudem ſanctificatori meo, quoniam pulchra trajecta per animas in manus artificioſas, ab illa pulchritudine veniunt, quæ ſuper animas eſt, cui ſuſpirat anima mea die ac nocte.* Adjuvatur Auguſtinus pulchris formis, amœnis coloribus ad omnis pulchritudinis fontem laudandum, etſi communes ſint, naturales ac prophani, quantò amplius inde in Creatorem aſſurget mens humana, cum illis viderit templa exornata, ad magnitudinem divinæ majeſtatis, ex intentione Eccleſiæ proteſtandam. Quamvis verò hominibus imperfectis auctor non ſim, ut à formis pulchris, amœniſque coloribus, præſertim in humanis corporibus relucentibus, ſibi in conditionem ejus, qui ſuper omnia pulcher eſt, parent, diſponantque in corde aſcenſiones, cum enim infirmi, imperfectiq; magis afficiantur ab objectis ſenſibus perceptis, quam fide creditis, laqueus is foret pedibus inſipientium, credo nihilominus, haud difficulter, intuentes ſplendidum domus Dei ornatum, ex artificioſis formis, pulchris amœniſque coloribus exurgentem, in divinæ Majeſtatis cogitationem aſſurgere, quid enim ſuggerit aliud domus Dei, ornatus, decor, ſplendor ab Eccleſia adhibitus domui Dei? Et hic igitur facilè ſenſualitatis labes detergitur : imò non modicum his omnibus exterioribus ſenſuum recreationibus humanum animum illici ad ſpirituales cœleſteſque quærendas delicias, ſententia quoque eſt Magni Baſilii: *Quemadmodum enim,* inquit, *ii qui affecto ſunt ſtomacho, & faſtidienter cibos admittunt eoſque reſpuunt, à medicis curantur ab hujuſmodi ſtomachi moroſitate, per hoc quod illi appetentiam* irri-

Ibidem cap. 32.

Ibidem cap. 34.

Lib. 4. vitæ cap. 12.

In Pſal. 33.

Digitized by Google

irritant & provocant uno aliquo ciborum apparatu, quia quidem aromatum confectione ſenſus ipſe guſtus ſe ad ampliora ſumenda dilatet & extendat: ſic & in verbo veritatis, ipſa nos experientia (id eſt ſenſibus parta notitia) *ad inſatiabile nullo non tempore provocaverit deſiderium.*

CAPUT VII.

Quintum cavillum adverſus ſacras Cæremonias.

PRimitiva Eccleſia non habuit tam varias multipliceſque Cæremonias: ergo modernarum ſuperfluitas eſt amputanda, atque Ritus noſtri ad normam illius revocandi: uti enim Eccleſia primitiva majorem habuit ſpiritum, ita convenientiores Ritus ac Cæremonias.

RESPONSIO.

Sophiſma hoc eſt evanidum, attamen non uno errore gravidum: quot hæreſum monſtra parta inordinato antiquitatis ſtudio, indiſcreta primitivæ Eccleſiæ æmulatione! hoc ariete noviſſimi hæreſiarchæ moliti ſunt ſubvertere Cathedram Petri, Cardinalatus, Epiſcopatus, Religioſorum Monachatum, Clericorum cælibatum, Sanctorum, ſacrarumque imaginum cultum, Indulgentias, confeſſionem auricularem, miſſarum ſolemnia, ſacra ſodalitia, verbo, Eccleſiam Catholicam. At ſophiſmata, dico, obtrudunt, eaque perquam lepida; *Tamquam* (Auguſtinus loquitur, attentus ſis, *ſi quis neſciens in armamentis, quid cuique membro accommodatum ſit, ocreâ velit caput contegi, & galea calceari, & murmuret quod non aptè conveniat: aut in uno die indicato à pomeridianis horis inſtitio, quiſquam ſtomachetur, non ſibi concedi quid venale proponere, quia mane conceſſum: aut in una domo videat aliquid tractari manibus, à quoquam ſervo, quod facere non ſinatur, qui pocula miniſtrat: aut aliquid poſt præſepia fieri, quod ante menſam prohibetur, & indignetur, cum ſit unum habitaculum & una familia, non ubique atque omnibus idem tribui. Sic ſunt iſti qui indignantur, cum audierunt illo ſæculo licuiſſe juſtis aliquid, quod iſto non licet juſtis.* Sic ſunt & iſti, qui nec plus, nec minus volunt ſervari in Eccleſia moderna, quam ſervatum fuerit in primitiva, quaſi vellent ocrea caput contegi, & galea calceari, aut uno eodemque indumento ſingulas corporis partes veſtiri. At cum tantopere lubeat imitari Eccleſiam primitivam, imitemini primitivorum fidelium humilitatem, obedientiam, pacem, *erat* enim tum *credentium cor unum & anima*

Lib 6 cont. Fauſt. cap. 2.

Act. 4. ibidem.

Digitized by Google

Act. 6. *ma una*; imitemini paupertatē, vendite quæ habetis propria, *miniſtrate* & *ferte pretia ante pedes Apoſtolorum*, ſeu ſuperiorum; imitemini charitatem, & *miniſtrate menſis* pauperum: at hæc nihili ducunt, quia vel cutem tangunt, vel intentæ Eccleſiæ reformationi, id eſt, turbationi, non deſerviunt. Sed ad rem noſtram, Cæremonias vindicemus.

Quæ pulchra, ſemper pulchra: cultus Dei, Eccleſiæ Sacramenta ſemper divina, honora, magnifica: verùm ut aureæ aut argenteæ bracteolæ infixi ſibi adamantis nativum adaugent ſplendorem; ut parerga exornant picturas, ſtatuas; ita cultum divinum reddit auguſtiorem, multarum ſacrarum, pulchrarumque Cæremoniarum acceſſio: at primitivæ Eccleſiæ curta adhuc erat hæc ſacra ſupellex, ut cujuslibet familiæ primordiis ſolet evenire: verùm, quòd brevi temporis ſpatio, ac velut momento uno fieri non potuit, ſenſim multiplicatis fidelibus, præſtitit progrediens, accreſcenſque Eccleſia, ac pulcherrimum illum ſacrorum Rituum ac Cæremoniarū ordinem, qui hodie in Eccleſia conſpicitur, inſtituit, ac ſtabilivit. Nam quemadmodum in veteri lege exornationes & ſolemnitates cultus divini quadringentis circiter annis demùm poſt obitum Moyſis fuere introductæ, ita tribus illis primis Eccleſiæ ſæculis, quæ Conſtantini tempora præceſſerunt, durante perſecutione, coacti ſunt Chriſtiani ſimpliciori Dei cultu eſſe contenti, à perſecutoribus impediti, quò minus poſſent ſolemnem, publicumque ejus ordinem ac apparatum inſtituere, ut factum eſt poſteà, cum converſis ad fidem Imperatoribus, pax optata contigit Eccleſiæ, ita ut cum infidelibus pari jam poſſint Marte congredi. Pluribus ergo de cauſis Eccleſia primitiva pauciores ſimplicioreſque habuit Cæremonias. Prima: quia Eccleſia adhuc ingemiſcebat ſub jugo tyrannorum, ita ut nec Cæremonias permitteretur inſtituere, aut inſtitutas ſervare. Secunda: quia primitivi Chriſtiani magis vacabant fidei propagandæ, ejuſque eſſentialibus exponendis, ac defendendis, quam Ritibus ac Cæremoniis, quarum non eſt tanta neceſſitas. Tertia: quia cùm pauci, perfectioreſque forent fideles, pauciores erant abuſus, legibus Cæremoniarum, aliiſve exprimendi. Quarta: cum forent ſpirituales, ferventes, ob calentem quaſi adhuc effuſum Chriſti Sanguinem, magnaque fide præditi, non tot eis erant neceſſaria incitamenta, ad Deum reverendum, colendum, & fidei eſſentialia conſtanter retinenda. Quinta: quia primordia cujuſvis communitatis legis, aut Religionis, cum *operarii pauci, meſſis quidem multa*, ſolent eſſe nitidiora: quod imprimis conſtat ex modo judicandi Moyſi, quem correxit Jethro. Deinde in ipſis Apoſtolis eligentibus per ſortem miniſtros Eccleſiæ. Unde ſanctus Ambroſius docet magnam in primitiva Eccleſia fuiſſe officiorum ac miniſteriorū confuſionem: *Primum enim*, ait, *omnes docebant, & omnes baptizabant quibuſcumq; diebus*

Luc. 10.
Exod. 18.
Act. 1.
in cap. 4. ad Ephe.

bus vel temporibus fuiſſet occaſio. Tamen poſtquam omnibus locis Eccleſiæ ſunt conſtitutæ, & officia ordinata : aliter compoſita res eſt, quam cœperat. Et infrà : *Ideo non per omnia conveniunt ſcripta Apoſtoli ordinationi, quæ nunc in Eccleſia eſt.* Audite hæc ò novi Chriſtiani, nolite, quæſo, ſapere ſupra tantum Eccleſiæ Doctorem, nolite reſtaurare officiorum, rituumque confuſionem, temporis ſucceſſu ſublatam. Venerabilis quoque Beda in Lucam, *providentiam*, ait, *paulatim ſe aperire, & primò Diaconos electos ad menſam, & poſteà ad ordinem :* Quidni igitur ita ſe res habeat circa Cæremonias, ut ſenſim evaſerint plures ac ſolemniores ? Eſt ergò ea primitivæ & noſtræ Eccleſiæ differentia, quamvis eodem docta ſpiritu, quòd illa excedebat in ſubſtantialibus, noſtra in Ritibus. Relinquitur ergò, objectum cavillum tantùm eſſe cavillum, ſeu à Ritibus Eccleſiæ primitivæ nequaquam ſequi ad ritus Eccleſiæ noſtræ.

Quapropter fruſtrà ſe cruciant qui novum Chriſtianiſmum cudunt, primitivum recudendo, dum moleſto labore moliuntur oſtendere, eum ordinem Rituum ac Cæremoniarum, qui hodie viget in Eccleſia Catholicorum, ab initio talem non fuiſſe : Fatemur enim tenuitatem quâ tunc laborabat Eccleſia, exiguum Chriſtianorum numerum, ac ſævientem infidelium tyrannidem obſtitiſſe, quo minus ædificarent templa magnifica, eaque tantis opibus tantaque magnificentia exornarent, ac divini cultus munus tanto cum ſplendore & apparatu obirent : cultus tamen fuit idem, & modò amplius condecoratus.

CAPUT VIII.

Fœdam avaritiæ labem ſacrarum Cæremoniarum propugnatoribus ab Eccleſiæ Momis affrictam, detergit.

QUo altius, fœdiuſque hac macula Eccleſiæ Miniſtros dedecorent Eccleſiæ Momi, omnes quaſi pro palma concertant, inſigniores aliquot certaminis ſtatuam in medio, primipilus erit ſtrenuiſſimus calumniator Witclef.

Witclef Hæreſiarcha apud Waldenſem Carmelitam, *Tomo 3. De Sacramentalibus capite 150. & doctrina 8. præmiſſiva.*

Oportet quod iſta quæ ultra modum ſoli-

Digitized by Google

ſolitum creſcunt in noſtris temporibus, habeant terminum ſuæ deſtructionis. Vocati quidem Antonomaſticè Ecleſiaſtici etiam mendicantes, nunc ſuprà modũ ædificant & conſtituunt ſibi imagines. Nota poſſeſſivum, *ſibi*, non Deo. *Exacerbaverunt item Witcleffiſtæ eloquia Dei, frequenter populum commoventes in prædicationibus & privatis tractatibus, quod omnes honeſti Ritus & mores quos in Sacramentis celebrandis, aut in ſacris diſpenſandis ad laudem Dei invenit Eccleſia, Prælatorum avaritiam ſapiunt, & ambitum ſacerdotum: inde docent populos ſpernere dies feſtos, ornatus Eccleſiæ, ſacras orationes in Miſſis aſſignatas officiis, ſanctificationes veſtium, habitus ſacrorum uſibus applicatos: & quidquid ad eximium* Dei *cultum Sanctorum peritia, ſuggerente Deo, conſtituit, in avaritiam clericorum pervertunt.*

Lutherani in Confeſſione Auguſtana, *Articulo* 20.

Cum in Eccleſiis magnum olim fuerit ſilentium de præcipuis operibus, ſcilicet de exercitiis fidei, & de laude politicorum operum, & magna ex parte conſumerentur omnes conciones in laudibus traditionum humanarum, in feriis, jejuniis, monachatu, fraternitatibus, peregrinationibus, cultu Sanctorum, Roſariis & aliis inutilibus cultibus ornandis: nunc Dei beneficio revocatur Eccleſia ad veros, & utiles cultus, quos Deus probat & requirit.

Eraſmus Lutheriſans, *in locis communibus.*

Quemadmodum magi, ſibi conſcii fucum eſſe quod promittunt, prodigioſis quibuſdam, ac præſcriptis cæremoniis dementant, ac terriant infirmiores: ita quidam ſacerdotes cum procul abſint à vera pietate, Cæremoniis involvunt indoctos, quo plebem ſibi magis habeant obnoxiam.

Lamentatio in occulto Novatoris innominati.

Verùm quòd maximopere exiſtit deplorandum, eſt, quod multi vixerunt omni tempore, qui quamvis ſcirent melius, equidem ſpiritum illum Judaicum (de quo ſuprà) *è Chriſtianiſmo non ſunt conati extirpare: ſed è contra ipſis indè ſuêre obſecuti, ad proprium ſuum quæſtum & gloriam.* Sanè ad palmam hîc adſpiratur, miro enim ſtratagemate omnis Cæremoniarum præcluditur defenſio, dum defenſores earum etiam propria reclamante conſcientiâ, traducuntur apud vulgus (fortè in hoc bello brachium) non ut Dei cultores, at ut aucupes humanæ auræ, ac ſacrilegi quæſtuarii, perfidique Judaiſmi reſtauratores. Ad ſcopas, ad has everrendas terras ſordes.

RESPONSIO.

Exhorreſco ad hanc tartaream aciem, horrendas blaſphemias, perti-

 meſco

meſco ad ſerpentinos ſibilos, non mihi, qui, Deo propitio, ſibilos hos exſibilo, at plebi impetitæ, imbelli, inermi, quæ aut hujuſmodi hamatis eſcis ineſcatur, aut terroribus cedit, aut laqueis incauta irretitur: Huic igitur hamum ſubtrahat, laqueos detegat, terrores eximat, omnium hæreſum ſolertiſſimus obſervator, expugnator Waldenſis. Auſculta, loquitur.

Tom. 3. de- ſtrina 8. præmiſſi- va.

„ Tu autem homo Dei hæc inter „ omnia mala fuge, ſciens primo, ſer- „ vo ſufficere, ſi ſit ſicut Dominus e- „ jus. At numquid impii Phariſæi & „ Scribæ cum ſacerdotibus Judæorum „ hoc crimen ambitus terreni impe- „ rii objecerunt in Jeſum, dicentes „ eum prædicare, ſigna oſtendere, „ ut ſe Regem ſtatuat Judæorum. „ Quod Romani milites pluries au- „ diendo, tandem ad illudendum aſ- „ ſumpſerunt, dicentes ei: ave Rex „ Judæorum: prout notat Hiero- „ nymus in Commentario ſuper Mat- „ thæum in eumdem locum .... Jam „ Phariſæos iſtos non cernimus, ſed „ loco ipſorum hæretici ſurreperunt, „ qui etiam ſicut Phariſæi à diviſione „ dicuntur. Ipſorum ſcribæ Chriſti „ Scripturas legentes: ipſorumque „ Lollardici ſacerdotes funeſta ſacra „ tradentes; jam una contra Spon- „ ſam Chriſti, Corpus Chriſti, ſicut „ illi contra Chriſtum, machinas „ conſtituunt, & eamdem avaritiæ „ notam in Chriſtum ut regnet, & „ in Eccleſiam ut inſatiabiles quæſtus „ aſſumat, aſpergunt. Sequuntur „ magiſtros ſuos diſcipuli dociles. „ Quomodo autem imputationem iſtam poſſent Rectores Eccleſiarum evadere, quis docebit! „

„ *Proſequitur reſponſionem.* „ Hoc dixi jam diu ſuperius, omnium ve- „ terum hæreticorum antiquam eſſe „ calumniam contrà Catholicos Præ- „ latos, & quoslibet religioſos & cle- „ ricos, quos contigerit ſumptum vi- „ vendi accipere. Nec enim om- „ nium tunc Sanctorum in accipien- „ do parciſſimus, potuit hanc evade- „ re propter pſeudo, in tantum ut „ eum in ſuſpicionem duxerint avari- „ tiæ: ubi item reſpuebat oblata: „ ſecundæ ad Corinthios 12. eſto ego „ non gravavi vos, ſed ut aſtutus do- „ lo vos cepi. AMBROSIUS ibi „ dixit, fortè ſuſpicabantur ipſum „ contemnere, quia parva erant quæ „ offerebantur, ut majora conſeque- „ retur: aut ſi per ſe nollet accipe- „ re, vellet tamen per alios. De quo „ ſe ita purgans ibidem: Numquid, „ inquit, per aliquem eorum quos „ miſi ad vos circumveni vos? Ro- „ gavi Titum & miſi cum illo fratrem: „ numquid in vobis amarus fuit Ti- „ tus? Nonne eodem ſpiritu ambu- „ lavimus, nonne eiſdem veſtigiis? „ Ubi in expoſitione AUGUSTI- „ NUS. Aptum eſt quia quando ab „ his quos miſit, nihil tale dictum aut „ factum eſt, una eorum ſententia „ probatur in bono, excluſa omni „ ſuſpicione avaritiæ. Hæc ille. AU- „ THOR. Ecce de avaritia hac ſe „ purgavit Apoſtolus: ad quam in- „ famiam deduxerunt eum pſeudo „ Apoſtoli. Ita religioſi viri neceſſe „ eſt purgationem ſuam in hac ſuſpi- „

Ib d. m tit. 10. cap. 9.

„ cione

Digitized by Google

„ cione deponant: Prædicabat Apo- „ ſtolus, ſcribebat, monebat, orabat, „ pſeudo omnia bona pervertentes, „ propter lucrum, inquiunt, prædi- „ cat, ſcribit, & orat: aut ut confœ- „ derationem nobiſcum faciat contra „ Deum, ne ejus teneantur legalia. „ Ita Witcleffiſtæ omnes orationes „ Sanctorum, prædicationes, abſti- „ nentias, vigilias & cætera opera pie- „ tatis impio tantum judicio mentis „ ſuæ ad ſpem lucri temporalis per- „ vertunt, aut ad confœderationes „ contra ſeminaria Lollardorum „ quas dicunt illicitas: & quod con- „ cludit uterque Witclef contra mo- „ dernam Eccleſiam, pſeudo contra „ Paulum: Ergo omnes hæretici, Symoniaci in affectu. Nihil pro- „ bant pſeudo, nihil hæretici Wit- „ cleffiſtæ: nobis ergo una ſuſpicio- „ ne notatis, una purgatio præpara- „ tur.

„ Nolite ergò in miniſteriis ve- „ ſtris turbari ſancti Præſules, nolite „ ſacerdotes Chriſti, àut Religioſi viri „ & Prædicatores egregii. Non ſic „ circumferamini omni ventoſo ver- „ bo ſuſpicionis hæretici, ut Sacra- „ mentales orationes & ritus, quos „ ſanxit Eccleſia, dimittatis. „

Si hæc non ſufficiant Momis Ec- cleſiæ ad eluendam inanis gloriæ ac turpis quæſtus labem, quam nobis af- fricare præſumunt, calumnias ſuſtine- bimus cum Chriſto, & Apoſtolo.

CAPUT IX.

Continuatas calumnias adverſus Cæremoniarum defenſores, pergit diſpellere.

Limum nectentes limo, calumnias calumniis Momi Chriſtianiſmi, ſubdolam lamentationem nuper in- choatam continuant, uniceque de- plorant, quod Eccleſiæ pugiles, qui non niſi orthodoxa prædicant, conti- nuo ſubminiſtrent materiam, ad fo- vendum atque augendum ſpiritum Judæum, *hominibus adeò commen- dantes*, ut loquitur quidam ignotus, *quædam externa opera, ſymbola ſeu Cæ- remonias, quaſi totus inde dependeret Chriſtianiſmus: ſimul intrudentes innu- meros abuſus, qui poſtmodum præbeant anſam hæreticis, etiam vera puncta fi- dei calumniandi ac contemnendi. Sa- crum Tridentinum Concilium deplorat ſummopere quod hujuſmodi abuſus, qui turpis lucri cauſa, inſcitia, &c. per- mixti erant uſui indulgentiarum, hære- ticis fuerint occaſio rectum indulgentia- rum uſum blaſphemandi, in uſque legi- timam Eccleſiæ Dei poteſtatem negandi. Non caret etiam ratione, quod Concilium prædictum, tam in Decreto de invoca- tione Sanctorum ac honore imaginum, quam in eo de Purgatorio ſive orationi- bus pro defunctis, tam ſpecialiter pro- hibeat omne turpe lucrum, ac omne pro- prium intereſſe: probè ſciens in iſtis rebus homines præcipuè invenire ſuas ſenſuales ac corporales devotiones: quod-*

Digitized by Google

quę multiplices intrudantur abuſus, quando aliqui avari populum in illis fovent ac detinent, abſque eo quod ipſis exponant ſincerũ fundamentalẽ ſenſum Catholicæ Eccleſiæ in hac materia. En Religionem per Eccleſiam impugnatam.

Hiſce doloſiſſimis argutiis, in quantum iis traducimur, quaſi totum Chriſtianiſmum conſtituamus in Cæremoniis, mirè ſuccenturiat Hæreſiarcha Witclef, de quo hæc enarrat ipſius malleus noſter venerabilis Waldenſis. *Supereſt*, inquit, *adhuc una fundamentalis argutia noſtri Witclef contra ſanctos Ritus, & Sacramentales vel religioſas obſervantias, repagulum generale, quam volo cognoſcat & cognitam fugiat homo Dei. Solet enim dicere irreligioſè: Iſti præponderant Ritus ſignorum* (Nota) *& traditiones humanas expreſſis in lege Domini, & obſervantiæ mandatorum. Melius ergo eſt ſine ſignis introductis* (Nota) *ad onus Eccleſiæ, obſervare purè traditiones Chriſti & Apoſtolorum: quia ſignata per ſe ſufficiunt ſine ſignis: ſicut per tonſam coronam ſignatur nuditas temporalium bonorum in Clericis: Per albam munditia carnis in presbytero: per mitram diligens ſtudium utriuſque Teſtamenti in Epiſcopo: per cappam latam latitudo charitatis in Religioſo: ſed in his ſignis ſeminantur ſpiſſa mendacia. Tollantur ergo quæ ſic præponderantur obſervantiæ mandatorum: tollantur Baſilicæ Eccleſiarum in quarum fulgore plus nimium gloriantur: tollantur dedicationes earum: tollantur preces Canonis in Miſſa, Ritus ordinandorum, Baptiſmi, Pœnitentiæ & omnium Sacramentorum.* Hic eſt ille purus Chriſtianiſmus, novis Chriſtianis unicè probatus: at configatur lingua blaſphema *valido enſe.*

Tom. 3 doctrina 9. præmiſſiva.

RESPONSIO WALDENSIS.

Ibidem.

„ Quis huic argutiæ Lollardinæ „ fidelis aures ſuas exponat quam de „ abyſſo hæreticæ mentis ſuæ ſine „ probatione Catholicæ legis, imò „ Chriſti juſſioni planè contrariam „ exſufflat? Ecce ſervi Patrisfamilias „ lolio deprehenſo in agro tritici dix- „ erunt: Vis imus colligimus illud? „ Reſpondit non: ſed ſinite utraque „ creſcere uſque ad meſſem, ne fortè „ extirpantes zizania eradicetis ſimul „ triticum. Illud triticum eſt ſacer „ Ritus Sacramentalis, aut veſtis ſa- „ cra, vel præclara Baſilica ad Dei „ cultum facta: ſi præponderantur „ divino cultui, ipſa præponderantia „ lolium eſt. Ne triticum ſacri Ri- „ tus ſpernas, ne præponderantiam „ fugias jubet Chriſtus: immò potius „ ſinite utraque creſcere ſacrum cum „ execrato, decus virtutum cum vi- „ tio, quouſque veniat meſſis, divi- „ næ ſcilicet inſpirationis, aut Evan- „ gelicæ Prædicationis, quæ culpam „ creſcentem demetat in gladio verbi „ Dei, & ſacra conſtruat. Plus ergo „ Pater amabilis quod honeſtum eſt „ diligit, quam quod inhoneſtum eſt „ abhorreat: Pro cujus incolumi- „ tate ſervandâ, tolerandum judicat „ inhoneſtum: ſic toleravit Judam in „ diſpenſatione, quem ſcivit plus fur- „ to ſuo quam pauperibus indulge- „ re. Non enim cum ſævo Witcleff „ officium diſpenſationis deſtruxit, „

„ non

Digitized by Google

„ non loculos diſſipavit ſicut nec offi-
„ cium prædicationis quam ille per ſu-
„ am hypocryſim maculavit; præpon-
„ derans in eo ſuam avaritiam honori
„ Dei, & animarum ſaluti. Si ergo ma-
„ lũ tolerat Chriſtus ne bonũ deſtru-
„ atur aut deſeratur; quis bonum mi-
„ nus cum majori bono non efficiet
„ ordine ſervato, cùm, præponde-
„ ratione majoris. Lege Evangelium
„ Chriſti per loca donec venias ad o-
„ ctavum væh Phariſæorum, ubi re-
„ darguens illos quod præpondera-
„ rent juramentum in aurum templi,
„ templo, in domum altaris, altari:
„ non juſſit templum tolli, vel au-
„ rum, vel altare, vel domum, ſed
„ præponderationem peccatricem re-
„ darguit: & docuit aurum eſſe ſan-
„ ctum & venerandum ex templo, &
„ domum ex altari: & per hoc vel in
„ altare præſtantius juramentum. In-
„ crepat eos item quod calices & pa-
„ ropſides diligenter mundarent, cùm
„ ipſi eſſent intus pleni rapina: non
„ juſſit rumpere calices, aut non de
„ cætero mundare paropſides: ſed ſi-
„ gnata ſignis adaptans, munda, in-
„ quit, prius quod intus eſt. Culpat
„ item graviter quod decimabant
„ mentam, anetum, & omne holus,
„ relinquentes judicium & miſericor-
„ diam quæ ſunt graviora legis. Et
„ quid cenſuit? numquid dimittere
„ iſtas decimationes quas ſic præpon-
„ derarunt gravioribus legis? planè
„ non: dicit enim; hæc oportuit fa-
„ cere, & illa non omittere. Ex hac
„ practica Salvatoris attendant Chri-
„ ſti fideles, ſi præponderet quis ful-
gentem Eccleſiam, aut pretioſam „
crucem, aut precem ſolemnem, aut „
cantum ſuavem, gravioribus legis „
Chriſti, neutrum contemnere, ſed „
pondera reformare, habens ſem- „
per præ oculis, quòd hæc oportet „
facere, & illa non omittere: hono- „
rem Dei ſcilicet præcipuè cogitans, „
& licitos Ritus, & SIGNA EXTE- „
RIORA ordinata perficiens. Sic „
item & Chriſtus qui juſſit orare „
Patrem in abſcondito, ſigna tamen „
exteriora mandavit, dicens: vi- „
deant opera veſtra bona, & glori- „
ficent Patrem veſtrum qui eſt in „
Cœlis. Mundemus igitur prius „
quod intus eſt, non tantum, ſed „
etiam per exteriorem cultum in „
pretioſis veſtibus, ſacris ædificiis, „
picturis & vaſis, etiam quod foris eſt: „
ut honoretur Deus in omnibus. „

Hæc Waldenſis Hæreſiarchæ Witclef, Catholicè, ſolidiſſimè: laudat, commendat cum Chriſto interna cum externis, majora bona cum minoribus, at ita, ut meliora non præponderentur minus bonis: hoc Waldenſis, hoc nos, hoc Eccleſia conſtanter docet: imponunt igitur imperitæ plebi, calumniantur Clerum, qui ſpargunt, *quoſdam adeò commendare quædam externa opera, ſymbola ſeu Cæremonias, quaſi totus indè dependeret Chriſtianiſmus.* Chriſtianiſmum dependere à Ritibus ac Cæremoniis Catholicè confitemur, at totum in illis conſiſtere, cum Eccleſia quoque negamus. Scimus Eccleſiam eſſe viſibilem, hominum, non ſpiritualium ſubſtantiarum con-

gregationem; & numquid homo anima conſtat & corpore? numquid utroque debet Conditorem ſuum colere, ſervire? numquid opere & intentione eum diligere? in his conſiſtit Chriſtianiſmus, qui igitur veraciter Chriſtianus inficias eat Chriſtianiſmum ab externis operibus dependere? numquid inſuper Chriſtianiſmi fundamentum eſt fides, numquid apex & culmen charitas? at quid de fide ſine operibus docet beatus Apoſtolus Jacobus? *fides ſine operibus mortua eſt*, inquit: quid de charitate Beatiſſimus Gregorius? *ſignum*, ait, *dilectionis exhibitio eſt operis:* charitas non eſt, quæ operari recuſat: à primo igitur ad ultimum concluditur evidenter, Chriſtianiſmum tolli, ſi exteriora ab eo arceantur opera; miréque cœcutire, ac perniciosè dogmatiſare, qui adeò commendant ac inculcant opera interna, quaſi in his unice ſubſiſteret. Docuit inſolubilem hunc ac indiſpenſabilem nexum inter Chriſtianiſmum ac externas Cæremonias, blaſphemum quemdam innominatum, Magnus Lipſius. *De ſuperſtitione quid dicam? Cicero tibi lumen præfert, nè quid libero nimis pede vageris:* Religioni parendum eſt, nec patrius mos contumaciter repudiandus eſt. *Et mihi quidem ſedet, pro majorum ſenſu, omnem hunc, qui apud nos eſt, cultum è ſalutis noſtræ principiis defluxiſſe; etiam actiones, & quæ circa eas, tempora dico, modos, ornatum, ſplendorem forinſecus, aut in ipſis adytis. Tolle hæc, quæ tu uno ſuperſtitionis nomine, reſluet omnis exterior cultus; & cum hoc quidquid eſt internæ venerationis. Hinc Deus ab omni ævo providentiſſimâ curâ providit externum Ritum. nè remoto hoc flabello, omnis cœleſtis, ignis innatus animo, abiret in favillas. Neque in una Religione hoc tantum: in omni polituo corpore eadem videbis. Seca quidquid externum, momento interna ruunt.* Digna Lipſio verba: dependet totus Chriſtianiſmus ab externis, etſi externa, ut nec interna, ſint totus Chriſtianiſmus.

Cap. 2. — Defen. poſthu. c. 5.

Quod Antagoniſtæ nobis affingunt de intruſis per nos abuſibus, recitent, tollántque ſibi: non enim innumeros intrudimus abuſus, at optimos à Majoribus traditos manutenemus uſus, & ſi qui in uſus irrepant abuſus, ut naturæ fert corruptio, eos tollere conamur. At qui intolerabiliores exorbitantioréſque intrudunt abuſus, quam qui piiſſimos antiquiſſimóſque uſus calumniantur ut Judaiſmi reliquias, ut mercimonia officinarum Monachalium, ac turpis quæſtus inſtrumenta, atque ſub hiſcè prætextibus eos penitus moliuntur extirpare? Quam igitur hæreticis præbemus anſam vera puncta fidei calumniandi? qualem præbent opera optima hominibus peſſimis, qui cum à fidelibus odoriferas pietatis poſſent colligere roſas, malunt, ſuos imitati, fœtidum ex quorumdam defectibus, ſibi comparare volutabrum. Caniſius hic ediſſerat. „ Quicumque demum in hoc genere abuſus irrepat (nam „ in pulchra quoque veſte vermis ſæ- „ pè naſcitur) prudenti bonorum „ admonitione potius ille curandus „ „ fue-

De Deipara fol. 573.

„ fuerit; quam petulanti ſycophanatarum dicacitate exaſperandus. Nos „ verò jam pridem novos Micholitas „ agnoſcimus, qui ſe non modò Catholicis & piis fœminis, ſed etiam „ univerſæ Eccleſiæ illuſores præbent, & omnia fere ſacra noſtra, „ Judæorum more derident. Nam „ hæc Michol ſui mariti Regiſque Davidis laudabilem, Deóque gratam „ pietatem, ethnicis aſpexit oculis, & „ ſanctam [illegible], coram ſacra arca ſaltantis, ſimplicitatem, parémque „ erga Deum devotionem, ſuperbè „ contempſit ac palam irriſit, digna „ idcircò habita, quæ perpetuæ ſterilitatis opprobrio, utpote in lege „ maledicta, divinitus plecteretur. „ Atqui ſcurris & obtrectatoribus nihil magis in proclivi eſt, quàm non „ modò fœminarum, ſed etiam virorum præclara facta, piaq; inſtituta denigrare, aut palam calumniari; „ ita ut Religionis opera, hypocriſi „ demum, avaritiæ, ac vanitati attribuantur. Qua in re ſatanam „ ſemper piis infenſum & infeſtum, „ invidiæ autem, & odii, & amarulentiæ refertum, non ſine magno ſuo malo, imitantur: „ Hi ſunt quibus Cæremoniæ, ſigna, ac ſymbola Catholicorum, anſa ſunt puncta fidei calumniandi. At quid adeò in Eccleſia ſanctum, firméque ſancitum, quod ſcurrarum obtrectationi non pateat? Vicarium Chriſti ut Antichriſtum execrantur, confeſſionem Sacramentalem irrident, Venerabile Euchariſtiæ Sacramentum blaſphemant, Eccleſiam totam Papatus nomine exſibilant: anne propterea eoúſque quis deliraverit, ut propter novorum Phariſæorum ſcandala ea omnia velit tolli? reſiſtendum, non cedendum malevolis. Addo unum, vehementérque obteſtor, ne quis Catholicorum adeo æſtuet zelo indiſcreto, & ſecundùm ſcientiam, & ſecundùm pietatem, ut ſub pallio Religionis, coram plebe aut remiſsè externum Religionis cultum laudet, aut tot adverſus eum congerat abuſus, ut videantur præponderare uſui; hac enim via res optimæ veniunt in contemptum, graviúſque nocent Catholicorum zeloſa vilipendia, quàm hæreticorum apertæ calumniæ, eæ enim, quia hæreticorum, facilè ut fructus hæreſis ſpernuntur; ubi Catholici, præſertim authoritate eminētis, aut Cæremoniarum remiſſa laudatio, aut earum ſuppreſſa utilitas, aut nimia circa eas abuſuum exaggeratio, orthodoxæ fidei fucata colore, ut ſerpit occultius, ita lædit periculoſius. Ita optimarum inſtitutionum inſectemur abuſus, ne videamur ſimul deſtruere velle & uſus.

Refricant quoque adverſarii in hoc congreſſu abuſus quos Tridentina Synodus reprehendit in uſu indulgentiarum, invocatione Sanctorum, ac ſuffragiis pro defunctis, omnem moventes lapidem, & Eccleſiâ Eccleſiam oppugnando, quo plebem fidelem à piiſſimis deterreant operibus: at ſciant Romano-catholici puram putam forè impoſturam è ſolito Momorum, calumniarum plauſtro depromptam. Si tamen quidam abuſus (etiam in iſtis irrepant

Digitized by Google

repant (ubique homines ſumus) nequaquam illi cum tanta imprudentia ac turbulentia coram plebei forent propalandi, cum periculo præſentiſſimo eam ab uſibus optimis deterrendi: ſed ſervanda cuique eſt inſtructio ſanctiſſimi Archipræſulis Caroli Borromæi docentis: *Ex precepto Sacri Tridentini Concilii collegimus, & cognovimus abuſus omnes, qui in indulgentiis ex ſuperſtitione, ignorantia, irreverentia, aut quavis cauſa in Provincia Mediolanenſi irrepſerunt; ut Metropolitanus de iis ex ſententia Synodi, ad ſummum Romanum Pontificem referat. Cujus auctoritate & prudentia conſtitutis iis quæ huic Provinciæ expedire videbuntur, fideles ſalutarem Indulgentiarum fructum piè, & ſanctè percipiant.* Et infrà. *Omnia, & ſingula quæ in hac Sacra Synodo decreta, actáque ſunt, quâ debemus obedientia, ac reverentia, auctoritati ac judicio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, omnium Eccleſiarum Matris, & Magiſtræ ſemper emendanda, & corrigenda* ſubjicimus. Hæc via eſt Eccleſiam tranquillandi, abuſus fructuosè reformandi, non illa, quam, privato ducti ſpiritu, ingrediuntur moderni Reformatores.

Lib. 6. tit. de iis quæ ad Decret. Provincial. pertinent.

Quod denique nos apud plebem traducunt, quaſi fidelibus Chriſti non exponamus verum genuinum ſenſum doctrinæ Catholicæ concernentis Sacras Cæremonias; cantus eſt cuculi, continuatum calumniandi, plebique imponendi ſtudium, frequentent noſtras conciones, noſtros de Religione adverſus heterodoxos conſulant libros, & impoſturas ſuas conſpicient. Diligentérque obſervent monitum graviſſimi Tridentini Concilii Patris Salmeronis, qui ex Sancto Cypriano notat, ex Cæremoniarum mutatione exiſtimare ſimplices, Eccleſiam in fide olim fuiſſe deceptam, novaſque in Eccleſia pullulaſſe hæreſes: &, quod hiſce auribus audivi, conqueſti quandóque ſunt devoti ac ſimplices in Belgio homines, *neſcire ſe quid oporteat tandem credere*, ob inauditam in ſacris Ritibus, ac Cæremoniis innovationem: at hos fideles ſperamus, favente Omnipotente, hac noſtra inſtructione perplexitate eximendos.

Unus hic ſupereſt exſibilandus, ſibilus, nimirum muſſitant adverſus Cæremoniarum obſervatores ac defenſores, quod deficiamus in electione, non ſeparantes pretioſum à vili, medullam poſtponentes cortici; opera quippe externa cortex ſunt Chriſtianæ Religionis; medulla, fidés, ſpes, charitas. At gratis dictum, ſubdolè confictum: ſiquidem comparationem libenter amplectimur; non parum enim hic commendatur; operum externorum neceſſitas: ut enim decorticatâ plantâ, marceſſit ac exſiccatur medulla, ita Theologicæ illæ virtutes languent, aut frequenter etiam emoriuntur, ſi non externis Religionis, aliarúmque virtutum actibus vegetentur, excitentur, foveantur. Qui igitur externa Chriſtianæ pietatis opera abrogant, floridam Chriſtianiſmi arborem decorticant, eámque emortuam reddunt ac emedullatam: an non hic oſtendunt ad-

Digitized by Google

adverſarii, amiſiſſe ſe ſenſum ſtudio contradicendi, dum vel inviti, contráque conſcientiam, quod probant, improbant, hæc vis eſt veritatis, *magna eſt veritas, & prævalet.* (Eſdr. 4.) Pergunt nihilominus cæcutire, dicúntque opera externa ex ſe Deo non placere, interna meliora, & ex ſe ipſi eſſe grata. Aſſentior, & profectò non propterea externa ſunt negligenda. Waldenſis (Tom. 3. tit. 22. c. 162.) hoc præclare docet: *ſicut*, ait, *non eſt omittenda auditio Verbi divini per aurem corporis, quia auditio cordis eſt melior: nec prædicatio Verbi divini lingua corporis, quia lingua cordis eſt melior: aut ambulatio ad opus pietatis pedibus corporis, quia ambulatio ſpiritualis eſt melior affectibus ſpiritus. Sunt hæc Sophiſmata VVicleff, riſu digna, ſed ipſe verbere corrigendus: ſic enim numquam eſſet edenda eſca corporea, quia ſpiritualis eſca melior eſt.* Talia antecedentia, talia habent ſequentia: *quod tu ipſe*, inquit Auguſtinus, *non ſentis, ſed hoc ſequitur ea quæ ſentis, muta ergo antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.* (Lib. 2. de adult. rix nupt. c. 4.)

CAPUT X.

Decorem ac ſplendorem domus Dei, ſeu, externum Religionis cultum conſiſtentem in Sacris Ritibus magnifica exſtruendi templa, ſplendideque adornandi, irrefragabilibus adſtruit argumentis.

(Lib. 1. inſtit. cap. 11. § 13.) Non ſolum hæretici, quorum choragus Calvinus, *ſola concione & Sacramentis* volebat templa exornari, ſed & frigidi quidam Catholici magnificas templorum improbant ſtructuras, nec ferre poſſunt celebres apparatus ad honorem ac gloriam amabilis noſtræ Dominæ, aliorúmque Sanctorum, præcipuè inſtitutos: offendunt eorum oculos imagines Divorum, pretioſiori ornatu decoratæ, radiantes ante eas faces, ardentes cerei, artificioſæ tapetes, muſicum variorum inſtrumentorum concrepantium ſonitum, nec aures eorum ferunt, nulla eis placet Cæremonia, nulla Eccleſiaſtica ſolemnitas. Nec clanculario ſolum ac tacitè his apud ſe obmurmurant, ac queruntur, reclamante antiquiſſima pariter ac laudabiliſſima Catholicæ Eccleſiæ pietate ac praxi, ſed & verbo ac ſcripto fideles à ſua devotione deturbare publicitus attentare præſumunt; in quo audaciſſimo molimine

Digitized by Google

limine artes omnes & artus libravit nuperus quidam turbatus animus, nondum quieti reſtitutus ſuper hiſce controverſiis. De querulofo Witclef, hæc refert noſter Waldenſis: *offenditur in Baſilicis Witcleff ſplendidis, & apparatu eorum decoro, certè dolens valdè, quod fideles animæ in Eccleſiis delectantur.* Unde concludit impius ſophiſta: *Diſcamus ergo plus amare meliora quam iſta corporalia pejora: & tunc non nimis adulteremur cum Baſilicis, domibus, imaginibus & feneſtris.* At ictu valido configitur à Waldenſi: *quid mirum ſi in corporali Eccleſia non lætatur, qui ipſius ſpiritualis eſt hoſtis Eccleſiæ?* Erit igitur operæ pretium, utilémque fidelibus ſumpſero laborem, ſi pro virili expoſuero, ac propugnavero avitam ac communem Eccleſiæ praxim templa magnifica extruendi, eáque decorè ac ſplendidè exornandi.

Tom. 3. tit. 18. c. 148.

Argumentum primum deſumptum ex veteri Teſtamento.

Exod 25. 26. 27. 1. Paralip. ult. & penult.

Primò probo intentum ex Teſtamento veteri, cujus templum ſumptuoſiſſimum fuit ac exornatiſſimum; univerſa námque penè inſtrumenta ſanctuarii fuere aurea, uſque ad ipſa lampadum emunctoria: cortinæ tabernaculi, nec non ſacerdotales veſtes pretioſiſſimæ, ex ſerico, byſſo, purpura, ac gemmis artificioſiſſimè contextæ. Utuntur hac figura ad præſentem comprobandam veritatem contra hæreticos noſter Waldenſis, Cardinalis Bellarminus, Byerlinck in Theatro mundi, aliíque hæreſeologi: *Et quidem vetus templum*, inquit Waldenſis, *in fulgore & divitiis quot inter nos adæquant Eccleſiæ? cùm ipſum fuit figura tantum & noſtrorum imago.* At irrefragabilem huic argumento addit vim concludendi, quod Vicarii Chriſti, ſummi Romani Pontifices ab antiquis illis figuris ſumant exempla, ad divinum Eccleſiæ cultum confirmandum: *Si enim Judæi*, ait Pontifex, *qui umbræ legis deſerviebant, hoc faciebant; multò magis nos, quibus veritas patefacta eſt, & gratia per Jeſum Chriſtum data, templa Domino ædificare, & prout melius poſſumus ornare debemus.* Ecce, ex eo quod Judæi habuerint templum pretioſiſſimè exornatum, concludit Pontifex à fortiori, templa Chriſtianorum fore exornanda, non qualitercúmque, at pro poſſe, pro opum abundantia.

2. Paralip. 3. 4. 5.

Tom. 3. tit. 18. c. 148.

De San cap. 9. Litt. 4.

De conſecrat. diſt. 1 cap. conſecrationum Eccleſiarum.

Nihilominus adverſus murum hunc æneum quidam erigit arietem, conatúrque irrefragabile diſcutere argumentum, non veritus aſſerere; *qui ſic ratiocinantur, non ſatis attendere differentiam antiqui & novi Teſtamenti. Nam*, ait, *in illo Deus ſuis cultoribus non alia, quam terrena promittit bona: quibus promiſſionibus reſpondebat Religio, & apparatus Judaici templi, ejúſque Pontificis, externus videlicet & corporalis, aurum, gemmæ, &c. ut eo ſe oſtenderet auri & opum Dominum, & horum cauſa Judæos ad ſe colendum alliceret. At in novo Teſtamento non promittuntur terrena bona, ut illorum amore Chriſtiani Deo ſerviant, ſed ſpiritualia,*

opulen-

opulentia charitatis, juſtitia pulchritudo, veritatis claritas, &c. unde quia ſublimiora nunc ſunt promiſſa, ſublimior ſit & cultus.

Verum hoc eſt contra ſtimulum calcitrare, nequaquam propoſiti argumenti vim labefactare: nam imprimis ea reſponſione arguitur inconſiſiderationis, ac ignorantiæ Vicarius Chriſti, & alii Patres eodem utentes argumento, in eumdem finem; quaſi ipſi taliter ratiocinando non vidiſſent differentiam veteris Teſtamenti & novi. Haud quaquam etiam conceſſerim, terrena ſolummodo bona à Deo Judæis fore promiſſa: an non illis promiſit ſpiritualem Meſſiam, Redemptorem animarum? an non ſpiritualem peccatorum remiſſionem? an non cœleſtem, terrenâ habitatione ſolutâ, in ſuperna patria, vitam? an non hæc bona ſunt ſpiritualia? an non alias quam bonorum terrenorum promiſſiones factas Judæis indigitat amabilis noſtra Domina, cum cœlitus hymnizat: *ſuſcepit Iſrael puerũ ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ: ſicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham & ſemini ejus in ſæcula?* Luc. 1. Nullatenus quoque intelligitur, Deum propterea ſolum adeò ſplendidè typicum illud templum voluiſſe exornari, *ut ſe auri & opum Dominum oſtenderet*, hoc enim certè ne veſtigium, ne tenuiſſimam quidem umbram habet veritatis, non tam ſollicitè Deus ab opibus terrenis mereatur honorem: at potius per viſibilem domus ſuæ ſplendorem ac magnificentiam, in latentis ſuæ majeſtatis cognitionem, reverentiam, ac amorem, intendit durum populum exſtimulare, licet ipſi terrenis inhiantes, ex malitia ſua ultra non aſcenderint ad Deum ſincerè diligendum, qui unicus operum Dei eſt finis & ſcopus. Huc reſpicit illud Apoſtoli: *Inviſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque ejus virtus & divinitas: ita ut ſint inexcuſabiles. Quia cum cognoviſſent Deum: non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Rom. 1. Si enim velit Deus ſuam cognoſci divinitatem, ac per conſequens amari, nam boni cognitio illex amoris eſt, ex ordine inſtitutionéque naturæ univerſi, quidni ex iis quæ ſpeciali ratione magnificentiæ ad gloriam ſuam religiosè mandavit obſervari? quod vero Judaica perverſitas ex omni illo Sacro ſplendore Deum ſolummodo coluerint ut auri & opum Dominum, ob propria commoda, non Dei intentio fuit, at eorum, dico, perverſitas: *evanuerunt* enim *in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: quia cum cognoviſſent Deum: non ſicut Deum*, id eſt, ſicut ſummum bonum, infinitè ſuper aurum & opes, *glorificaverunt aut gratias egerunt.* Fateor interim, in novo Teſtamento, in quo veritas patefacta eſt, & gratia per Jeſum Chriſtum data, ſublimiora, magiſque aperta divina eſſe promiſſa; at quid hinc patitur pretioſus templorum ornatus?

Digitized by Google

ſi ſublimiora noſtrapromiſſa, *unde ſub limior ſit & cultus*, tum externus, qui ſimpliciter dicitur cultus, tum internus, ut in omnibus glorificetur Chriſtus promiſſorum auctor & dator, & externus reſpondeat corporalibus tam copioſè per eum elargitis beneficiis, internus, ſpiritualibus: ideóque Chriſtiani meritò innumera habent magnifica templa, ubi Judæi unicum Salomonicum.

Opponunt præterea huic argumento ſanctum Hieronymum (& Doctores Eccleſiæ coguntur militare adverſus Eccleſiam.) *Nec*, *inquit VVitcleffiſta*, teſte Waldenſi, *placebat Hieronymo*(templorum fulgor)*dicenti in epiſtola ad Nepotianum*: *multi ædificant parietes*, *& columnas Eccleſiæ ſubſtruunt*, *marmora nitent*, *auro ſplendent laquearia*, *gemmis altare diſtinguitur*, *& Miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt*. *Neque vero mihi aliquis opponat*, *dives in Judæa templum*, *menſam*, *lucernas*, *thuribula*, *patellas*, *ſcyphos*, *mortariola*, *& cætera ex auro fabrefacta*. *Tunc hæc probabantur à Domino*, *quando ſacerdotes hoſtias immolabant*, *& ſanguis pecudum erat redemptio peccatorum*.... *Nunc verò cum paupertatem domus ſuæ pauper Dominus dedicarit*, *cogitemus crucem ejus*, *& divitias lutum putabimus*.

Hæc Witcleff ex divo Hieronymo, & Hieronymi, & omnium Eccleſiæ Doctorum contemptor audaciſſimus, hæc Witcleffiſtæ, irriſores, dico, decoris, ſplendoris domus Domini; omnibus mirificè hæc arrident verba, omnes ſtudioſè ea exſcribunt, hâc catapultâ palmam ſibi promittunt, hâc machinâ omnia magnifica templa, cum univerſa ſua pretioſa ſuppellectile, credunt è proximo minari ruinam, at *ſpes hypocritæ peribit*, aliud enim intendit Sanctus Hieronymus, quàm ipſi imponunt templorum deplumatores: non mens eſt impræſentiarum ſancto Doctori, ſplendidum Eccleſiarum ornatum ad Judaiſmum relegare, at eos arguere, quibus major eſt cura, templa exornare pretioſis lapidibus ac metallis, quàm idoneis Miniſtris: inſpiciantur rectis oculis Sancti Verba, & ſcopus: *Miniſtrorum Chriſti*, ait, *nulla eſt electio*. Ac ſi dicat: templa exquiſitâ ſollicitudine ornantur, & Miniſtri idonei templi planè negliguntur, hoc tantum improbat Hieronymus, hoc improbamus & nos. Improbat inſuper nobiſcum pretioſum templorum ornatum adhibitum ſpiritu Judaico, quaſi ille templis noſtris ſtrictè foret neceſſarius ac præceptus, uti Judæorum templo, quod ſe credere, tacitè innuunt illi, qui curam fabricæ anteponunt electioni Miniſtrorum. Improbat igitur Hieronymus apparatum typicum & Cæremonialem Eccleſiarum Chriſtianiſmi, non moralem qui vel ex ſolius rationis naturalis dictamine debetur domui divinæ Majeſtatis. Hunc eſſe ſancti ſenſum, ſequentia ibidem clamant verba: *aut aurum repudiemus cum cæteris ſuperſtitionibus Judæorum*; *aut ſi aurum placet*, *placeant & Judæi*: quod nequa-

Iob. 8.

Digitized by Google

nequaquam eſt conſequens, ſi aurum non cæremonialiter, ſeu ſuperſtitiosè templis adhibeatur : aliàs & ſanctiſſimi Pontifices, Imperatores, Reges, judaizaſſent exorbitanter, innumeram auri vim in templorum ſplendidiſſimum apparatum expendendo, aureis, gemmeiſque ornamentis Eccleſias decorando ; quod nefas eſt vel cogitare. Advertant hic quoque adverſarii, quàm pretioſa fuerint tempore ſancti Hieronymi templa, & altaria; quorum ornatum etiam commendat alibi : *Alii*, inquit, *ædificent Eccleſias, veſtiant parietes marmorum cruſtis, columnarum moles advehant, earumque deaurent capita: Ebore argentoque valvas, & gemmis aurata diſtinguant altaria*; *Non reprehendo*, (audin Mome?) *non abnuo : unuſquiſque in ſenſu ſuo abundet*. Inſuper in Zachariæ 8. caput laudat Principes illos, qui ſumma templorum exaltaverant faſtigia, & auro tecta decoraverant, nec non marmorum cruſtis parietes veſtiverant. Adverſarius eſt igitur ſanctus Hieronymus oſoribus ſplendidi templorum ornatus, laudat, permittit, non reprehendit, quem illi ut ut Judaiſmum execrantur, prohibent, carpunt,

Epiſt. ad Demetriad.

Argumentum ſecundum ex novo Teſtamento depromptum.

Teſtamentum novum, novum piæ cauſæ noſtræ addit patrocinium: Laudavit itaque Chriſtus pauperem illam viduam, quæ in gazophylacium ditiſſimi templi miſit duo minuta, id eſt, omnem ſuum victum : *ubi liquet*, ſubdit noſter Waldenſis, *quod dives templum à devota paupere ornatus ſui incrementum non damnatur accipere*. Si avari noſtri erga Chriſtum, pium devotæ hujus pauperis vidiſſent factum, non eam cum Chriſto laudaſſent, at forſitan cum alio obmurmuraſſent : *ut quid perditio hæc?* tene quod habes, bona mulier, neſcis te egenam, templum ditiſſimum, non ordinatus eſt ille affectus erga templum materiale, cui teipſam, quæ vivium es templum, deberes præferre. Similiter, cùm avariſſimus proditor indignaretur adverſus ſumptuoſam unctionem devotiſſimæ Magdalenæ effundentis ſuper caput Jeſu pretioſum unguentum, Chriſtus non ſolùm factum Magdalenæ adverſus Judæ murmur defendit, ſed extulit etiam, ac ſummoperè commendavit, dicens: *Quid moleſti eſtis huic mulieri? Bonum enim opus operata eſt in me : opus bonum:* id eſt, pulchrum, egregium, ac præcipua laude dignum. Ubi adnotant Interpretes, quod ob excellentiam Perſonæ Chriſti, meliùs ac majoris meriti fuerit, ipſi impendere pretium iſtius unguenti, quàm plurimos eo alere pauperes : quod etiamnum locum habet, ut ſentio cum Cornelio, in ornatu templorum ac altarium, is enim exhibetur in honorem Perſonæ Chriſti, ad provocandum aliorum erga eum reſpectum & devotionem, eum ſingularis pauperum non ſe offert neceſſitas. Si igitur Chriſto tantoperè placuit ſumptuoſa unctio ſui corporis, prætermiſ-

Tom. 3. in præfat.

Matt. 26.

Theoph. Cornel.

Digitized by Google

ſis pauperibus: cur ipſi minus grata foret Eccleſia, magno ſumptu extructa ſuoque nomini dedicata.

Obmurmurat hic novi Chriſtianiſmi architectus Calvinus, cum ſuis fabris, qui, ne genuini Chriſtiani exemplum Magdalenæ trahant ad probandum ornatus Eccleſiæ, imponit ſymmiſtis, hoc factum Magdalenæ nec probandum nec imitandum, at eo ſolum excuſari nomine, quod ſpeciali Spiritus Sancti inſtinctu ſit peractum; alioqui præſtitiſſe hoc pretium dari pauperibus. Verùm, quis non videt, inquit meritò Cornelius, hic eumdem eſſe ſpiritum Judæ & Calvini, adeoque Satanam loqui per Calvinum, idem quod locutus eſt per Judam, quem proinde hic Chriſtus confutat. Et cum Hæreſiarcha hic permittat inſtinctum ſpecialem Spiritus Sancti Magdalenæ, ac propterea eam excuſari à nimia in Chriſtum profuſione, cur non eumdem inſtinctum agnoſcit in Eccleſia, in Sponſa ſua, imò in innumeris ſanctiſſimis utriuſque ſexus perſonis, quæ Magdalenæ in Chriſtum diffuſum animum adæquarunt forte, aut ſuperarunt? cur non in cæteris Chriſto, & per conſequens domui ipſius, devotis fidelibus, qui diligunt, ac facultatibus ſuis procurant decorem eximium Eccleſiarum? Sanè, cùm idem ſit Spiritus Sanctus, idem Chriſtus cui exhibentur ſplendidi templorum ornatus, nec, Magdalena Chriſtum unguente, defuerint pauperes, mere arbitrario quis aſſereret, pium templorum ornatum hodie non eſſe motum Spiritus Sancti.

Objicitur quoque huic argumento Epiſtola 88. Iſidori Peluſiotæ, in qua ob particularem Magdalenæ devotionem docere videtur, eam tantùm fuiſſe à Chriſto excuſatam, ejuſque opus comprobatum, at in exemplum illud non eſſe trahendum. Verum enimverò, hoc eſt abuti Patrum veneranda auctoritate, eoſque detorto collo cogere ſervire in præjudiciis avitæ pietatis, longè eſt Iſidorus ab hac contorſione ſuorum verborum: quid igitur ſibi probandum præfixit Iſidorus? Ex facto Magdalenæ conſequens non fore, templa Chriſtianorum eſſe more Judæorum, ex Dei expreſſo mandato, typicè ac cæremonialiter auro argentoque ornanda, aut ſacrificia in eis offerenda: Hæc mens eſt Iſidori, huc ejus reſpicit Epiſtola: annon apertiſſima ac formalia ſunt ejus verba? *Nam*, inquit, *cum ſacrificia in veteri teſtamento permiſſa, poſteà everterit,* (Chriſtus) *quonam pacto, quæ hic nec permiſit quidem, lege latâ ſanxiſſet* (commendatione facti Magdalenæ) *Non enim propterea venit Chriſtus, ut Eccleſias auro & argento repleat*, ritu Judaico. At verò, licet Chriſtus non venerit Eccleſias replere auro & argento, ſed *quærere & ſalvum facere quod perierat*, concludi inde non poteſt, Eccleſias auro & argento à nobis, honore & amore Chriſti, non fore exornandas: (quamquam non replendas concedam) imò è contra oporteret hinc inferre, redemptos perditos, redemptorem ſuum debere magnificare, domum ejus pro viribus & opibus quam ſplendidiſſi- Luc. 19.

didiſſime condecorando: quæ eſt iſta diſtorta pietas, irreligioſus paralogiſmus? Chriſtus non venit in mundum pro auro & argento: ergo auro & argento non eſt colendus in ſuis templis: ego ſanè judico ea ipſa de cauſa, & auro & argento ipſi fore regratiandum. Venitne etiam Chriſtus ut honoraretur in nuptiis & conviviis? nunquid tamen paſſus utrobique ſe honorari? nunquid converſus Levi publicanus *fecit ei convivium*
Luc. 5. *magnum in domo ſua?* Nunquid nup-
Joan. 12. tiis inſe. fuit quæ *facta ſunt in Cana*
Matt. 20. *Galileæ?* *Non venit filius hominis mi-*
Matt. 4. *niſtrari, ſed miniſtrare*, non deſierunt tamen ipſi obſequi ac ſervire diſcipuli, Martha, & alii Chriſto devoti: *Et Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.* De hoc argumento redibit ſermo. Rectè igitur expoſito Iſidoro, conſtanter pronuntio: *Hæc Iſidorus Chryſoſtomi magnus diſcipulus. Illi libenter ſubſcribo.*

Tertium Argumentum ſacris innixum Conciliis.

Primùm, præcipuumque ſe offert ſacrum ac celeberrimum Eccleſiæ Concilium, ſeptimum Oecumenicum; quod, uti unicè fuit intentum reſtaurando ſacrarum imaginum, cæteroque externo Religionis cultui, ita præcipuè piæ noſtræ cauſæ patrocinatur: itaque hæc in eo referuntur, trecentis quinquaginta Patribus approbantibus. *Beati Patris noſtri Sophronii Archiepiſ-*
Act. 4. *copi Hieroſolymorum encomium in ſanctum Cyrum & Joannem. Venerentur alii aliter ſanctos hos, & diverſimodè eorum dona magnificantes, benefacta multifariam prædicantes; hi quidem excelſorum templorum erectionibus, illi verò variorum unionum ornatibus, alii gemmarum & auri contextibus, alii præclaro pictorum artificio, alii aureis argenteiſque donariis, alii ſericis bombycinſque texturis, & (ut uno dicam verbo) omnes in Martyrum honorem pro cujuſlibet opibus & voluntate invicem vincere contendant, quo affectionem erga ſanctos hos clarè oſtendant, referantque pro corruptibilibus immarceſcentia, pro temporariis ea quæ finem non habent, præmia: talibus enim donis admirandi iſti ſuos amatores rurſum afficere ſolent.* Hæc Concilium. Anne fortè tunc temporis defuere pauperes, quibus tot pretioſorum ornatuum pretium potuiſſet impendi? An forſitan ſancti modò minus erga liberales ſuos amatores, munifici? Immanè tamen diſtant. Novantium exhortationes ab illa Concilii: Quod rurſum ita ratiocinatur: *Deus famulo ſuo Moyſi de tabernaculo quadam mandans, variaque* Act. 6. *& divina opera fieri jubens, ait: facies vela è byſſo texto & hyacintho, purpura & coccinea textura. Cherubim artificio textura facies. Et hoc ſanè mandatum docet nos, ut in iis quæ Deo dicantur non parcamus ſumptibus* (nota) *etiam magnis .... Hæc igitur nos, qui Deo ſoli & uni latriam exhibemus in Spiritu & veritate* (nota) *ſcientes; quæcunque illi efferuntur aut conſecrantur, ſive divina fuerit veneranda crucis figura, ſive ſacer Evangelii codex, ſive veneranda imagines, ſive ſacra vaſa, ea ampleċtimur & veneramur ... Iſti verò nova men-*

Digitized by Google

mendacia ſpargentes, aliena quadam à Catholica Eccleſia conſuentes, dicunt. Ecce, Concilium argumentatur, ut primo diſcurri argumento, à pretioſo ornatu Teſtamenti veteris, ad ornatum templorum in Teſtamento novo: Qui ſunt iſti igitur, qui temerario auſu taliter ratiocinantes incuſant hallucinationis circa differentiam antiqui & novi Teſtamenti: ipſi ſanè non vident differentiam Eccleſiæ & & Synagogæ, cum eorũ oculis Eccleſia adeò enormiter appareat Judaizans.

Lib 3. cap. 9. Alterum meum argumentum deſumptum ab unctione Magdalenæ, deducit quoque ex ſancto Hieronymo Concilium Aquenſe ſub Pipino: Cap. 26. *Scribit etiam*, inquit Concilium, *idem Beatus Hieronymus in expoſitione Evangelii Matthæi, ita: mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. Quod vos putatis perditionem eſſe unguenti, officium ſepulturæ eſt. Nec mirum, ſi mihi bonum odorem fidei ſuæ dederit, cùm ego pro ea ſuſurus ſim ſanguinem meum. Multi ſanè ſunt hodie, qui Chriſtiano cenſentur nomine. qui ad inſtar Judæ, dicere ſolent ſuper his, quæ aut Domino conſecrata ſunt, aut conſecrantur, aut conſecrari decernuntur, ut quid perditio hæc? Putantes perditionem eſſe quæ Eccleſiæ miniſtriſque eius ac pauperibus, ob amorem Dei ſunt commodata. Animadverti namque non inconvenienter poteſt, quod ſicut unguentum Mariæ Chriſtus ad officium ſuæ ſuſceperit ſepulturæ, ita nimirum vota fidelium ſuſcipiat ad officium ſanctæ ſuæ Eccleſiæ.* Obſervo hic diſcurrendi methodum ſancti Hieronymi ex verbis Chriſti: ex eo enim quod Chriſtus effuſurus erat pro Magdalena ſanguinem ſuum, infert, eam meritò ex grato animo Chriſtum unxiſſe pretioſo unguento, fidei, & amoris ſui erga Chriſtum ſymbolo. Et jam, Chriſti Sanguine effuſo, eoque pro nobis mortuo, jubemur erga eum eſſe avari? ô ingrati! Irrefragabilia profectò argumenta à facto Magdalenæ, ac templo Salomonico, quibus Eccleſiæ Concilia utuntur adverſus heterodoxos, ad pretioſum templorum apparatum confirmandum. *Ceſſet ergò avaritia*, conclusio eſt Concilii Pariſienſis ſub Ludovico & Lothario Regibus) *quæ dicere ſolet, nimis rerum habere Eccleſias Chriſti ..... Mira namque res: ambitio mundialis ſatis non habet, & Eccleſia Chriſti nimium habet.* Lib. 1. cap. 18. Unde meritò avaros illos pro Chriſto, liberales contra Chriſtum, arguebat Waldenſis: *Experimur*, inquit, *triſtitiam iſtam in carnalibus Chriſtianis, quibus non parum nocet, ad Eccleſiæ commodum conferre denarium: Et ad ſuſcitandum hæreticum Wicleffiſtam in Eccleſiæ diſcrimen, non valdè triſtantur attenuare ſubſtantiam.* Tom 3. in præfat.

Conciliis robur addunt, primò Canones Apoſtolorum, quorum 72. mentionem faciunt vaſorum aureorũ & argenteorum ſanctificatorum. Deinde quod de Damaſo Papa habet Romanum Pontificale, videlicet quod *conſtituit titulum in urbe Roma Baſilicam, quam ipſe conſtruxerat, ubi & donavit patenam argenteam penſantem Libras 20. Armam argenteam, penſantem* An. Dom. 371.

tem Libras 15. *Scyphum argenteum anaglyphum, penſantem Libras* 10. *Calices miniſteriales argenteos* 5. *Penſantes ſinguli Libras* 3. *Coronas argenteas* 5. *Penſantes ſingulæ Libras* 8. Hæc omnia ad magnificentiam divini cultus, uni obtulit Eccleſiæ unus ſanctus Pontifex, à mille trecentis ferè annis, antiquiſſimus ergo eſt Ritus Eccleſiæ, templa pretioſa ſupellectile exornare.

Quartum argumentum, Sanctorum Patrum efformat auctoritas.

Hom. 66. ad pop. Pro hac fidelium pietate concors ſtat Sanctorum Patrum ſententia: audiamus aliquos. *Seniorum crucifixi,* Hom. 51. in Matt. inquit Chryſoſtomus, *ſepulchra regiis aulis ſunt clariora, non magnitudine & pulchritudine ædificiorum (nam & in hoc ſuperant) ſed quod multo majus eſt, convenientium ſtudio.* Et alio loco: *non igitur laboremus ad aurea vaſa offerenda ſolum, verum etiam multò magis de juſto labore acquiſita offeramus.* Lib. 2. off. cap. 21. Conſonat Ambroſius: *Maximè ſacerdoti,* ait, *hoc convenit, ornare Dei templum decore congruo, ut etiam hoc cultu aula Domini reſplendeat.* Notemus, non qualitercumque vult ſanctus Antiſtes Domini aulam, Eccleſiam, In Pſal. 113. con. 2. decorari, at magnificè, ut *reſplendeat.* Sententiam magiſtri amplectitur diſcipulus Auguſtinus: *Sed enim & nos,* inquit, *pleraque inſtrumenta & vaſa ex hujuſcemodi materia vel metallo* (ar- Apol. ad Guiliel. Abb. gento vel auro) *habemus in uſum celebrandorum Sacramentorum.* Doctor mellifluus non ſemel fert ſententiam pro ſplendido templorum ornatu: *niſi fortè* (loquitur de ornatu Eccleſiæ) *& hic adverſus memoratum Poëtæ Verſiculum*) Dicite Pontifices in ſancto quid facit aurum?) *Propheticus ille reſpondeatur: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Aſſentio, Patiamur & hæc* (lapides tectos auro, ac pretioſas imagines) *fieri in Eccleſia: quia etſi noxia ſunt vanis & avaris, non tamen ſimplicibus & devotis.* Indigitat ſanctus Pater, cujus furfuris ſint oſores pretioſi templorum ornatus; vani, avari, duplices, indevoti. Rurſum laudando commemorat, *quod dotatas & ditatas videmus Eccleſias à potentibus & divitibus hujus ſæculi.* Et iterum: *Dicite,* inquit, *Pontifices, non* In declamat. *quidem in ſancto ſed freno, quid facit aurum? Quam tolerabilius cernitur in ſancto, quam in freno!* Alios undecim, nobiſcum luculenter ac conſtan- De cultu ſanc. cap. 6 ter ſentientes, adducit Bellarminus; nec ego opinor vel unum, docili animo pioque affectu interpretatum, favere adverſæ parti, ut conſtabit, dum ad objectas ſanctorum Patrum auctoritates reſpondebimus.

Patribus relatis adnumeremus Archipræſulem Mediolanum ſanctum Carolum Borromæum, mirè ſemper decori domus Dei affectum: itaque ſic inſtruit Epiſcopos curare templorum ornatum. *Cum iis quæ ad pri-* Lib. 3. tit. de vita & honeſtat. Epiſc. n. 9. *vatum uſum, cultumque requiruntur, eam moderationem* (Epiſcopus) *adhibuerit, ut ſordes & ſupervacaneum ſumptum fugerit, omnem operam,* (nota) *& artificii ſplendorem ad publi-*

Digitized by Google

cum Dei templorum cultum, & ornamentum conferat. Hinc alibi ordinat, ut feſtis ſolemnioribus, *curet præfectus uniuſcujuſque Eccleſiæ, pro locorum ratione, proque facultatibus, ut januæ, quemadmodum veteris inſtituti eſt, uſque Romano comprobati, & à beato Hieronymo laudati frondibus etiam ornentur, prout tempora tulerint: tum parietes interiores, atque intercolumnia periſtromatis, aulæis, tapetibus, ſuarumque imaginum tabulis exornata ſint.* Et ſancti Caroli Archiepiſcopatus à pauperibus incolebatur, quibus dictorum ornamentorum pretia poterant erogari: at noverat piiſſimus Archipræſul, cum Magdalena, Chriſtum ſupereminere, præferendumque pauperibus.

Lib. 4. tit. de ornatu, & c. Sacror. locor. n. 10.

Quintum argumentum conficiunt præmiſſaque confirmant, miracula.

Apud Bellarm. & Beyerl. loc. cit.

Corroborant præmiſſa hactenus, miracula, quæ in falſitatis confirmationem nequit prima infinitaque patrare veritas: plurimis tamen Deus comprobavit magnificorum ſplendidiſſimorumque templorum extructiones, ut, omiſſis innumeris, liquet in eo ædificato à Joanne Patricio Romano, & uxore ejus, tempore Liberii ſummi Romani Pontificis; in cujus exornationem opulentiſſima ſua bona impenderunt: Et Deus, quantopere ſibi placeret votum, volens mundo facere manifeſtum, miraculosâ nive, Nonis Auguſti, caloribus maximis exæſtuantibus, cadente, templo ædificando locum deſignavit.

Varia, at univerſa levidenſa, molitur adverſus hoc argumentum, quidam Novantium Zelotes, zelans zelo ac operâ alienâ. Aſſerit primò, tunc temporis non fuiſſe tot Eccleſias ac modò. At quid hinc ipſi ſubſidii? Quid nobis, quid Eccleſiis nocumenti? Fuerint pauciores Eccleſiæ, erant nihilominus abſolutè ſufficientes: Et ſi pauciores fuerint Eccleſiæ, nonne & pauciores fideles? Si igitur puſillus fidelium grex habuerit Eccleſias ſibi requiſitas ſplendidas, ac magnificas, quid hujuſmodi plures denegantur gregi Chriſticolarum multiplicato? Et ſanè, temporibus ſubſequentibus, dum Eccleſiæ plurimum forent multiplicatæ, etiam novarum ædificationes fuêre miraculis confirmatæ; plurimæ à viris ſanctis equidem ædificatæ, ac ſplendidiſſimè cum prima laude exornatæ. Addit deinde cavillum cavillo, dicitque, tunc temporis fideles majorem curam habuiſſe pauperum ac nunc. At hoc eſt cavillari tantùm; contrariam ſiquidem veritatem præconiſant modernorum Chriſtianorum Orphanotrophia, Xenodochia, pauperum ſenum, viduarum, aliorumque fundationes locupletes; pauperum Studentium Burſæ, Parochialium Eccleſiarum menſæ panariæ, pecuniariæ; panum diſtributiones liberales funebres: & ſuper hæc omnia, curatores pauperum Domeſticorum, ac plateaneorum; præter præcipua egenorum ſubſidia, quæ ipſis procurant mendicantium Religioſorum Confeſſarii à ſuis Pœnitentibus,

Paro-

Digitized by Google

Parochi à ſuis Parochianis; quæque tum Religioſi, tum Parochi ſibi ſubtrahunt, ut pauperibus deferant eleëmoſynas. Ad hæc, quid tantam conciliavit avaritiam domui Chriſti? Dicite pauperophili, an non expediret pauperes ſuſtentari pretiis ſuperbarum ædium hominum quorumcumque, ornatuum earum ſuperfluorum, aliarumque ſuperfluitatum mundanarum, quam ſupellectile magnifica decente Domum Regis Regum, Servatoris noſtri: reformentur primò aulæ hominum, noxii inde amoliantur ornatus, & tum de denudanda cogitetur aula Conditoris, ſi tamen hæc cogitatio quadantenus poſſit tolerari. Mira res, volunt quidam cohibere exſtructiones templorum magnificorum, ac convenienter exornatorum, qui non deſinunt domos, etiam ſuperbas, aggregare domibus, prædia prædiis, ad ſuum commodum, minime hic obſtante, aut curata, paupe- [illegible]itate. O zelum diſtortum! [illegible]o, & ſpiritu privato à Deo im- [illegible]illo abutens, obmurmurat; poſſe ex ſpeciali inſtinctu Dei aliquando aliquid fieri cum aliquali pauperum detrimento, ac Deum illud in aliis poſſe compenſare: timet verò, ne Deus rariſſimè nunc temporis, hiſce in partibus affectum illorum, qui id facere meditantur, miraculo comprobet. At hic falsò ludit ſuppoſito, & vano trepidat timore: ſuppoſitum falſum eſt, quoniam oblata ad ædificanda, aut exornanda templa Dei, non ſunt pauperum detrimenta, utpote eis indebita, ſed domus Dei emolumenta, in qua ipſum perquam magnifice decet honorare; uti non ſunt detrimenta pauperum, quæ Reges, Principes, & divites quidam Religioſi expendunt in convenientem ſui ſtatus ſplendorem. Vanè quoque timet & Eccleſiis, & pauperibus: non enim neceſſe eſt omnia opera Deo grata miraculis confirmari, aut ex ſpeciali procedere ſancti Spiritus inſtinctu, non hæc tantum acceptat aut remuneratur, vel etiam compenſare poteſt: quidni igitur pauperibus compenſet Deus in aliis, quæ fideles ipſi offerunt religioſo affectu ad decorem domus ſuæ, licet nec oblatio ex ſpeciali procedat inſtinctu, nec miraculo comprobetur? Fruſtra ergò hic exſpectantur miracula.

Sextum Argumentum ſubminiſtrat ſanctitas eorum, qui dilexerunt magnificum domus Domini decorem.

Fideles pietate ac ſanctitate conſpicui, qui Eccleſias magnificentiſſimè exſtruxerunt, aut exornarunt, fuere penè innumeri, tum Eccleſiaſtici, tum politici: inter Eccleſiaſticos ut ſemper, ita olim eminebant plurimi Romani Summi Pontifices, Damaſus, Julius, Leo, Symmachus, qui ante mille floruere annos, aliique ſucceſſores permulti, qui aut magnifica templa à fundo ædificarunt, aut pretioſiſſimo ornatu condecorarunt, ut etiamnum Romana teſtantur monumenta, templa, ſacra ſuppellex. Inter Principes Politicos primas tenent

Digitized by Google

Conſtantinus, quem conſtat ſanctum fuiſſe Imperatorem, ait Bellarminus. Sancta Helena, Carolus Magnus, qui colitur ut ſanctus, Pariſiis præcipuè & Aquiſgrani; & Carolus quartus quem optimum ac religioſiſſimum fuiſſe, patet ex Cochlæo. Nequaquam autem credibile eſt, tot pios ſanctoſque fideles in ſplendidiſſimum templorum ornatum tam ſedulò potuiſſe incumbere, ſi non foret Deo perquam gratus & acceptus.

Lib 1. Hiſt. Huſſit.

Septimum argumentum ſolidiſſimis formatur rationibus.

Prima ſumitur à figura quam gerunt templa noſtra: eſt enim templum Dei Figura quædam & imago templi ſupernæ Hieruſalem: Unde quæ ſunt in templis Chriſtianorum, debent iis reſpondere quæ ſunt in cœlis, inquit eruditiſſimus Nicolaus Sanderus Anglus: nam & Paulus Apoſtolus, addit idem auctor, ſancta Sanctorum in templo Salomonis cœleſtium habitaculorum figuram geſſiſſe declaravit. Non foret autem decens, ut Chriſtianorum templa minus exprimerent figuram rerum cœleſtium, quam illud Salomonicum expreſſerat: ſed in templo Salomonis erant omnia pretioſiſſima: conſtat ergo, non ſine graviſſimâ causâ, Eccleſiam adductam eſſe, ut templa ſua ſplendidè exornet, & de vaſis aureis argenteiſque pro incruento ſacrificio provideat, ac imagines nonnullas auro & argento tegat, pretioſiſque veſtibus atque coronis adornet, quo ita quadantenus triumphantis ſuæ ſororis exprimat gloriam ac ſplendorem.

Lib. 1. de Honorar. imag adorat. cap. 8. Heb. 9.

Secundam rationem formo à magnitudine divinæ Majeſtatis cui magnifica templa eriguntur. Quis enim Deo devotus non videat, quam ſit æquum Regi Regum & Domino Dominantium in magnificentiſſimo templo, ac pretioſiſſima ſupellectile exhibere cultum, maximè concernentem diviniſſimum incruentum ſacrificium? Aula quò majori Principi ædificatur, eò debet eſſe magnificentior: Regiam ſupellectilem, par eſt, regiam, atque adeò ſplendidam ac magnificam eſſe. Cur igitur in ſolius Dei domo, ejuſque ornatu, ac ſupellectile fallax erit hæc regula. Aliter mortalium ſapientiſſimus ratiocinabatur: *Domus, quam ædificare cupio magna eſt: magnus eſt enim Deus noſter ſuper omnes Deos.*

2. Paralip. 2 cap.

Tertia ratio deducitur ex ipſo genere operis: ædificare ſiquidem Deo magnifica templa, eaque ſplendidè ornare, actus eſt Religionis, quo proteſtamur divinam magnitudinem, noſtramque ad eam ſubjectionem, debitumque ei exhibemus honorem ac reverentiam, necnon proximos noſtros ad hujuſmodi actus provocamus. Pertinet quoque hic cultus ad virtutem magnificentiæ. Nec hoc ſolùm: qui enim opulenta Dei templis offerunt dona, & fidei ſuæ in Deum, qui in eis colitur, perhibent teſtimonium; & ſpem exercent, pro munere temporali expectantes æterna: cumque temporalia bona tantoperè ab hominibus amentur, & Deum ſuper omnia ſe diligere oſtendunt, cujus intuitu illis-

Digitized by Google

illis ſe ſponte privant. Denique etiam pietas Patri cœleſti, & gratiarum actio exhibetur.

Quarta denique ratio elicitur ex ſpirituali ac corporali utilitate. Quantum ad ſpirituale, imprimis homines ſplendidis ornatiſque templis excitantur ad ea frequentanda, ut divinis officiis interſint, variarum virtutum exercitiis Deum ibidem colendo; homines enim ingenui vilia ſordidaque loca averſantur. Deinde hoc modo conſervatur majeſtas Sacramentorum, & debita quibuſcumque rebus divinis reverentia: nam cùm videmus templa magnifica, altaria continuè ſplendideque ornata, mente elevamur, cogitamuſque magnum eſſe Deum, cui tam magnifica dedicantur ac conſecrantur: è contra, facilè abit in contemptum, quod ſimplici vilique exhibetur apparatu. Tertiò, augetur pietas & devotio ſimplicium, quorum maximus ſanè eſt numerus. Nec corporalis quoque deeſt utilitas ac commodũ: magnifica enim ſplendideque ornata templa locis addunt ſplendorem: pretioſa quoque eorum ſuppellex ſæpè fuit conſervatio totius Reipublicæ, tempore communis captivitatis, belli, famis, aut peſtis: unde quaſi communis eſt theſaurus, qui in pauperes vulgares diſtributus, nec eorum tolleret egeſtatem, *ſemper enim pauperes habebitis vobiſcum*, dicebat Chriſtus murmuratori Judæ furi contra unctionem Magdalenæ.

CAPUT XI.

Cavilla ſuperiori capiti adverſantia diſſolvit. Primum Cavillum.

Convivium Religioſum.

SOphiſticantur quidam primò, pauperes fore creaturas rationales, nobis magis conjunctas, quam templa materialia; adeoque majorem curam habendam pauperum, quam templorum Chriſti. *Unde*, ait Eraſmus, *mihi videntur vix excuſari poſſe à peccato capitali, qui ſumptibus immodicis* (& hic quid non Momis immodicum.) *Aut extruunt, aut ornant monaſteria ſeu templa, quum interim tot viva Chriſti templa fame periclitentur.*

RESPONSIO.

Egregium ſanè argumentum, abſurdiſſimam invehens ſequelam; an non enim conſequi inde conſpicitur, majorem forſan habendam rationem brutorum, quàm templorum materialiũ? numquid enim bruta ſunt ſenſitiva, ac etiam quodammodo ratiocinativa, adeoque nobis magis ſimilia, & aliqualiter conjuncta, quàm templa inanimata? Laborat prætereà ſubtilis ille diſcurſus aliâ pinguis Minervæ hallucinatione; non enim ornatus templorum fit lignis ac lapidibus; at univerſus apparatus ædificii ac ornamentorum ad honorem & cultum

Digitized by Google

Dei dirigitur, magiſque immediatè honoratur iſto cultu, quam eleēmo-ſynis pauperum, ob hoc enim Religio cæteris præſtat moralibus virtutibus. Unde ex illa regula ſanius ac magis piè ita diſcurrerent: Chriſtus eſt nobis magis conjunctus quàm pauperes: ergo major cura habenda Chriſti, quàm pauperum: patet conſequentia, quia cura templorum eſt cura immediata honoris Chriſti. Falſum item ſupponitur, non haberi curam templorum ſpiritualium Chriſti, dum habetur cura materialium, divitiæ enim materialiū, theſauri ſunt ſpiritalium, ut jamjam probavi: & liberales erga templa materialia Chriſti, ſolent quoque liberales eſſe erga pauperes Chriſti. An non denique inferatur ex hac argumentandi methodo, pauperes cultius fore exornandos, quam altaria materialia? diudicetur. Quam diſtortas ſequelas inferunt diſtortæ, in præjudiciis fundatæ, regulæ. Priuſquam igitur progrediar, pium cenſui monendum lectorem cum ſancto Hieronymo: *nec in bona terra pectoris tui ſementem lolii, avenarumque ſuſcipias.* Itane, & avena inter zizania? Cavete igitur avenam viri.

Epiſt. ad Demetriad.

Cavillum Secundùm.

Arguunt deinde, pauperum curam ſine pecunia aut aliis bonis haberi non poſſe, benè verò Religionis & honoris Dei, qui non multum honoratur ſplendente auri & argenti Eccleſiæ ſupellectile, ſed ardente charitatis affectu, qui pretioſis ornamentis non eſt alligatus, imò, teſte ſancto Bernardo ad Guilielmum Abbatem, illis quandoque impeditur, nam *dum inter orandum in ſe retorquent aſpectum, impediunt affectum*: Sicque Dei cultum; nam teſte ſancto Auguſtino diverſis locis, *non colitur Deus niſi amando.*

RESPONSIO.

Mirum revera foret, ſi genuini Romano-Catholicæ Eccleſiæ fideles auſint ſeriò aſſerere, Deum non multum honorari ſplendenti auri & argenti ſupellectile; quandoquidem ipſa Eccleſia tanta ſemper fuerit in hoc procurando ſplendore, magna cura, magniſque ſumptibus magnifica extruendo templa, eaque ſplendidiſſimè exornando aureis, argenteiſque vaſis, gemmis, unionibus, aliiſque pretioſiſſimis ornamentis: & meritiſſimo jure, ſumma enim eſt Religio, ſummum divinæ magnitudinis & excellentiæ teſtimonium, tam magnificas ipſi ædificare ac exornare aulas, ac ſummus proinde honos, qui aliud non eſt, quam reverentia ac æſtimatio quam alicui exhibemus in excellentiæ, virtutis ac dignitatis teſtificationem, quid verò ſunt aliud templa noſtra quam hujuſmodi teſtificationes? Recole noſtra argumenta, & conſpicies, taliter ratiocinantes mirè in lumine meridiano cæcutire.

An autem ardens charitatis affectus alligetur pretioſis ornamentis, dum eis ornandi templa habetur facultas? Pars affirmativa ſufficienter

ex

Digitized by Google

ex præmiſſis Capitibus poteſt deduci, moxque verbo repetam. Eſto interea, ardentis charitatis affectus nullatenus pretioſis ornamentis alligetur: anne propterea pretioſa ornamenta erunt reſecanda? nequaquam, niſi quis eoúſque deliraverit, ut & cætera ſine quibus ardens charitatis affectus poteſt haberi, velit reformari, Evangelica conſilia, ſacrificia, Sacramentorum Ritus, externas pſalmodias: Cæremonias Eccleſiaſticas omnes, ac quidquid in Catholica Eccleſia exterius ſplendet, quæ tamen omnia eſſe ſummæ neceſſitatis ac utilitatis probatum eſt hactenus; nam & ſine his poteſt abſolutè haberi affectus ardentis charitatis, ut in conjugatis patet, & aliis Sanctis, qui ſine illis Deum ardentiſſime dilexerunt. Nihilominus, ut dixi toties, non ſe oſtendit ardenter amare Deum, qui cenſet ipſum in vili domo recipiendum, vili ſimplicique ornatu colendum, omnémque externum honorem ipſi detrahendum, dum ipſi magnifica poſſunt ædificari templa, ea ſplendidè exornari, atque magnifico cultu in illis honorari; nam ſignum ferventis affectus charitatis, exhibitio eſt excellentis operis, magno docente Gregorio. Impertinenter proindè hic obtruduntur verba illa Sancti Auguſtini: *non colitur Deus niſi amando:* per hæc enim ſanctus Doctor non excludit à cultu, ac amore Dei opera externa, & quidquid non eſt formalis Dei amor, niſi auſint adverſarii tantum Eccleſiæ lumen cogere ſervire hæreſi abſurdiſſimæ, quâ Deus non colatur niſi puro puto amore interno, ſi is amoris dignus nomine: ubi igitur fides? ubi ſpes? ubi Numinis timor? ubi reliquæ internæ externæque virtutum operationes? Deplorabilis profectò quorundam mos, qui ex aliquibus hinc inde detruncatis verbis ex Sancto Auguſtino moliuntur introducere morem quem primitivæ Eccleſiæ praxis redarguit, Sancti Patres condemnant, ratio accuſat, ut ex dictis conſtat, & luculentius dicenda firmabunt. Hæc interim doceantur adoratores iſti *in ſpiritu*, homines, imò ſemi homines, qui animo ſolo volunt Deum colendū, à Carmelita Cocheletio, quantoperè Deo placeat externus templorum ornatus: Anonymo enim cuidam hæretico dogmatizanti: Deum *non alio certiore, quam in cujuſvis ſecreto adorandum ſe exhibere*, ita reſpondet, ut eleganter, ita ſapienter in rem noſtram. *Paleſtrita hon ris D. Hallenſ. f. 330.*

„ Atqui hæreſis & impietas eſt Fauſti Manichæi, in quem ſic D. Auguſtinus: *Si Deo vero iſta non debentur, templum, altare, ſacrificium, cur laudabiliter in vera Religione prædicantur.* Quamquam enim „ integritas animi donum ſit, quo „ Deus ſummè delectatur, ſacrificium, laus, hymnus, quo ſummè „ recreatur: & his rebus, quæ non „ videntur coli velit: nulláque alia „ vera religio ſit, quàm quæ virtute „ & juſtitia conſtat. Nam non ebur „ ei caſtum aliàs donum, non ei picta & texta pretioſa: non quidquid „ corrumpi poteſt: non templa con- „ „ geſtis *Lib. 2 contra Fauſt. cap. 15. 16. 17. 18.*

Digitized by Google

,, geſtis in altitudinem ſaxis extructa:
,, non veſtes, non gemmæ, non cæ-
,, tera, quæ in pretio habentur: ta-
,, men ut in cujúſque conſecrandus
,, pectore & ſecreto, idque ad grati-
,, am ejus obtinendam, ad utilitatem
,, & æternam beatitudinem conſe-
,, quendam, ad ſimulatæ religionis
,, crimen fugiendum (ideo enim
,, corde credi, coli, amari vult) ita e-
,, tiam rerum exteriore dono, obla-
,, tione, velut interioris certiore ar-
,, gumento, coli & venerari vult, cer-
,, tiore non ſibi, certiore non ſibi
,, cuivis, ſed aliis, ſed proximis. *Cor-
Rom.10. ,, de quidem creditur ad juſtitiam, ſed
,, ore confeſſio fit ad ſalutem.* Quare
Lib.19. de civitat ,, D. Auguſtinus; *vult*, inquit, *Deus
,, voces ſignificantes res ipſas in corde
,, conceptas ad ſe dirigi.* Hinc rogat
Pſal.70. ,, Pſaltes: *repleatur os meum laude.* Et
Pſal 83. ,, lætus canit: *cor meum & caro mea
,, exultaverunt in Deum vivum.* Ne-
,, que vero minus ſibi ſenſibilia, quam
,, inviſibilia offerri & dedicari vult. Et
,, hoc ratio poſtulat, cùm ſenſibilia
,, æque benè ab eo creata ſint, quàm
,, inviſibilia & ſpiritualia. Quid
D August. Lib.10. de Civit. cap. 5. ,, quod *ſacrificium viſibile ſacrificii in-
,, viſibilis ſit Sacramentum?* adeo ut
,, exterior cultus ſit ſignificativus in-
,, terioris, certior & evidentior inte-
,, riore: nam ille iſtum probat & de-
,, clarat. Præterea omnibus pro-
,, batur, omnéſque concedunt, in-
,, teriorem cultum impropriè cultum
,, dici, exteriorem autem propriè,
,, nec per translationem. Sic quod
,, olim verè Philo Judæus intulit:
Philo. ,, *genuinum effectum veri cultus*, in
eo conſiſtere, *ut Deus coram omni- ,, Tob.12.
bus colatur.* Hinc & Tobias Patri- ,,
triarcha: *confitebimur ei coram om- ,,
nibus viventibus*, Publicè & coram ,,
vult Deus adorari, ideo in alio & cer- ,,
tiore loco, quàm cordis ſecreto. ,,
Nam homo videre non poteſt, niſi ,,
quæ exterius apparent. ,, Hæc ſtrenuiſſimus hæreſeon expugnator Doctor Cocheletius: hæc ego. Ite modò cum veſtrâ malè perſuaſâ adoratione *in ſpiritu & veritate*, ac ſterili affectu ardentis, potius languentis, charitatis. Quid Sanctus Bernardus velit, doceberis poſtmodum.

Tertium cavillum.

Tertiò cavillantur, Deum parvi facere opera illa externa Religionis, niſi ex vero & ordinato erga Deum amore proveniant; unde ipſemet Deus teſtatur de ſeipſo: *miſericordiam volo & non ſacrificium.* (Matth. 9. Oſe 6.) Hac ſcripturâ videntur velle abrogatas omnes Cæremonias ac Ritus Eccleſiaſticos, nomine enim *ſacrificii* intelligitur quidquid ad externum pertinet Religionis cultum, & ſat declarat ſe Eraſmus præludens formatæ per Lutherum ac Calvinum theomachiæ: *victimas*, ait, *appellari puto, quidquid pertinet ad Cæremonias corporales, & aliquid habet affine cum Judaiſmo, quod genus ſunt delectus ciborum, veſtitus præſcriptus, jejunium, ſacrificium, preces veluti penſum abſolutæ, quies diei feſti.* (Convivium religioſum.)

RESPONSIO.

Noſne prædicamus opera externa Religio-

Religionis ſeparata ab interna devotione? magnine facimus Phariſaicam hypocriſim? Religionem ſimulatam? fruſtra hujuſmodi argutiunculis nos importunat is, qui ut umbram corpus, externa Religionis opera cupimus, monemúſque ſequi internum Religionis affectum. At dic nobis, ſodes, grandiane Deo ſunt merè corporalia opera miſericordiæ, hypocritarum eleëmoſynæ, quæ ex vero & ordinato erga Deum amore non proveniunt? Quid igitur machinas omnes admovetis contra opera externa Religionis, potius quam contra quævis alia? forte quia illa ſunt ordinis altioris, utpote Religionis, alia inferioris? forte quia illis amplius reſplendet Romano-catholica Eccleſia? forte quia illis excellunt Monachi, quorum Eccleſiæ nocte diéque divinis reſonant laudibus, ac ſplendido nitenteque ornatu, ſolemnibúſque Ceremoniis fidelem populum alliciunt, ut exemplo Prophetæ Regii corde ac carne exultent in Deum vivum, ipſum collaudent, ament, venerentur? nonnumquam parva, magnarum rerum ſunt indicia. Nunc objectam ſcripturam expoſitum eo, palámque faciam, adverſantes detorto collo eam in ſuam rapuiſſe partem. *Pſal.* 83.

Initio obſervandum, Prophetam Oſeam primitus redarguiſſe Judæos, ob ipſorum in proximos immiſericordiam, nimiámque propenſionem in ſacrificia, ac oblationes externas, quaſi in illis tota conſiſteret pietas, ac Dei reconciliatio, exiſtimantes, iſtis præſtitis, omnia ſibi fore ſecuta, Deúmque enormiſſima eorum ſcelera diſſimulaturum: hunc craſſum errorem reprehendit Deus per Oſeam: *Cap.* 6. *Miſericordiam volui, & non ſacrificium:* id eſt, potius quam veſtra ſacrificia. Poſtmodum cernens Chriſtus Phariſæos eodem laborare hæreditario morbo, murmurabant enim homines duræ cervicis, inflexiles ac immiſericordes adverſus Salvatoris miſericordiam, & diſcipulis exprobrabant: *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter?* *Matth.* 9. ipſos ſimiliter repulit allegatis ex Oſea verbis: *euntes autem diſcite, quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium.* Hoc notato, demonſtro nihil hinc adverſariis ſuppetere ſubſidii. Primò, quia Chriſtus, & Oſeas ſi verbis illis commendent opera miſericordiæ in proximos, commendant utique externa, quare opera impugnata Religionis, eo titulo, quod externa ſint, non ſunt reprobanda. Secundò, quia Sanctus Hieronymus ſuper illum Oſeæ locum, Sanctus Chryſoſtomus, Hilarius, Euthymius, & alii in Matthæum, per miſericordiam prælatam ſacrificio, intelligunt miſericordiam Dei ad homines: quaſi diceret Chriſtus Phariſæis: miſeremini mecum peccatorum & publicanorum, ut eos convertatis, hanc enim malo miſericordiam, quàm veſtra figurativa, vanæque confidentiæ ſacrificia. Hoc autem ſenſu impertinenter nobis verba Chriſti hic objicerent: at diligenter obſervent verba, exempláque Chriſti, duri quidam ac in peccatores immiſericordes, dediti quibuſdam novitatibus, quaſi

eæ gratiora forent Deo ſacrificia, miſericordiâ ac compaſſione in miſeros peccatores, à Chriſto tantoperè commendatâ. Tertiò, ſi cum Sancto Auguſtino, Cypriano, & aliis intelligamus verba Chriſti de miſericordia hominum in proximos egentes, nequaquam etiam opera externa Religionis illis impugnantur; nam Chriſtus ibi increpat Phariſæorum immiſericordiam, qua commendabant viduarum domos, & pauperes ſupprimebant; quæ impietas perversè detorqueretur in pios Catholicos ſumptibus ſuis templa Chriſti exornantes, cum & iſti conſueverunt eſſe in pauperes miſericordiores, illis qui templis Chriſti magnificum invident ornatum. Accedit, quod Chriſtus locutus fuerit in circumſtantia gravis neceſſitatis qua premebantur Apoſtoli fame, nec tamen eis ſubveniebant Phariſæi, imo prohibebantur vel ſolo tritico, ex ſpicis manibus avulſis, ſævientem ſedare eſuriem. Nos autem ſic ornamus templa ut non ſinamus pauperes inedia perire; aut ipſi ſubvenimus, aut, dum facultates deſunt, divites rogamus, ut eis eleemoſynas velint elargiri. Quartò, reprobat Chriſtus ſacrificia externa Judæorum propter pravam offerentium voluntatem; credebant enim, ut ſupra dicebam, omnem in illis conſiſtere Religionem, Deique, abſque interiore pœnitentia, reconciliationem ſuper ſuis enormiſſimis ſceleribus. At non hoc animo offerunt Catholici Deo ſua ſacrificia, aut templis pretioſa dona.

Lib 10. de Civitat. Lib 3 contra Iudæos. cap. 5.

Cavillum quartum.

Rurſum adverſus Regiam, Regis Cœli & terræ Dei, parat aſſultum pumilio Auguſtimaſter: hanc projicit catapultam: quod Auguſtinus aliquas hæreditates relictas Eccleſiæ recuſaverit: hinc optat votis omnibus, omnium Eccleſiarum Rectoribus, ac Religioſis inſculptam hanc dignam Auguſtino ſententiam: *quicumque exhæredato filio, Eccleſiam vult facere hæredem, quærat alium qui ſuſcipiat non Auguſtinum. Imò, Deo propitio, neminem inveniet.*

RESPONSIO.

Tormentarium hunc globum, ſagittamve, ſtuppâ ſuſcipio. Quamvis igitur Auguſtinus hæreditates aliquas, ob cauſas ſibi viſas rationabiles, recuſaverit, non inde plagii crimine rei aguntur moderni Eccleſiarum Rectores, aut Religioſi; nec ipſi enim promiſcuè omnes admittunt hæreditates. Recuſavit eas Auguſtinus, quas judicabat æquum eſſe, ut à defunctorum filiis, parentibus, aut affinibus potiùs poſſiderentur, quam ab Eccleſia; ſed nec hujuſmodi hæreditates admittunt Religioſi, timoratíque Eccleſiarum Rectores, quidquid eos hic ſuſpectent quidam. Nihilominus ſcrutanti Sancti Auguſtini œconomiam liquidò pateſcit, & ipſum ordinariò recepiſſe Eccleſiæ oblatas hæreditates: quod aſſero, ipſius ſancti Doctoris verba clamant: cum enim Clericorum ipſius nonnulli objicerent Rectori ſuo, dicentes obmurmurando: *Ecce quare nemo donat Eccleſiæ Hypponenſi aliquid? Ecce quare non eam faciunt qui moriuntur hæredem? quia Epiſcopus Auguſtinus*

Calamenſe. 24

Concilior. mihi tom. 3 fol. 338.

Digitized by Google

guſtinus de bonitate ſua (laudando enim mordent, labiis mulcent, & dentem figunt) donat totum, non ſuſcipit. Apoſtolico reſpondebat zelo: *Planè ſuſcipio. Profiteor me ſuſcipere oblationes bonas, oblationes ſanctas.* Nec alias hodie recipiunt Religioſi, aliive Eccleſiarum Rectores: in vanum igitur vexantur dignâ illâ Auguſtino ſententiâ. Imò ea eſt Magni Auguſtini providentia, ut ſuam cujuſdam hæreditatis recuſationem, aliis noluerit eſſe legem; ait enim: *nemo me ibi laudet, ſed nemo etiam vituperet:* verebatur forſitan Sanctus Præſul, ne quidam indiſcreti exemplum ſuum in Eccleſiarum injuriam detorquerent, ut fit hodie contra ipſius Auguſtini mentem: nam quas hæreditates cenſuerit cuique recuſandas Eccleſiarum Rectori, apertè ſatis indicant hæc ipſius ſancti verba de quadam ab ipſo recuſata hæreditate: *nemo me reprehendat, quia ejus hæreditatem* (qui ex ira filium exhæredaverat) *nolo ſuſcipiat Eccleſia: Primò, quia factum illius deteſtor: deinde quia inſtitutum meum eſt.* Solum ergo velut deteſtabiles hæreditates, & contra recipientium ſtatuta, quas libenter cū Auguſtino deſerimus, quidquid avari quidam erga Chriſtum obganniant, qui malunt hæreditatibus otiari aut epulari, ac corpora ſua, quàm Eccleſias exornari. Et, quæſo, dicant nobis, qui tantopere reprehendunt pia legata in pauperibus Religioſis, unde ipſi hodie tam opiparè viverent, ſi eorum anteceſſores ditiſſimas recuſaſſent hæreditates? Si igitur laudabiliter illæ fuerint receptæ, ſi laudabiliter etiamnunc inde ſuſtententur, ſinant quoque ſplendere domum Domini, & alios vivere pauperiores. Dicant præterea an illi Religioſi, aut Eccleſiarum Rectores, qui Eccleſias ſuas vili inſtruunt ſupellectile, liberaliores ſint eleemoſynarii, & quæ ſubtrahuntur templis, erogentur pauperibus? utinam, utinam! Adhuc quæro, cum liceat templis vivis, aliunde abunde dotatis, gaudere cenſu, quem vocant vitalitium, cur non laudent fideles illos, qui templis Chriſti, frequenter tenuiter dotatis, in quibus quotidie incruentè immolatur, ad majorem ſplendorem ac Religionis augmentum, amplos legant cenſus? quo jure potius ſunt bona pauperum quæ legantur Chriſto in domo ſuâ aliundè fortè ſufficienter dotatâ, quàm quæ donantur templis vivis, copioſè ſæpè ditatis, à quibus frequenter donata in tam pios uſus non expenduntur? Addo, Deum miraculo approbaſſe pietatem cujuſdam, qui in gratiam Eccleſiæ liberos bonis ſpoliaverat, mox enim Deus longe plura liberis donavit; teſte Sancto Petro Damiano.

Ibidem.

Opuſc. 9. cap. 6.

Cavillum quintum.

Præter Auguſtinum alios undequáque adverſa pars conſcribit Sanctos Patres adverſus ſplendentia Catholicorum templa: præcipui ſunt, Sancti Hierony-

Epiſt. 2.

Digitized by Google

Hieronymus, cujus verba ad Nepotianum ſupra objecit Witcleff hæreſiarcha; Chryſoſtomus, Ambroſius, & Bernardus. Quoniam verò adverſarii verba eorum paſſim exſcribunt ac evulgant, ſupervacaneum duxi, ea hic referre, & equidem Sanctorum mentem percipiemus. Videatur S. Hieronymus epiſt. ad Nepotian. S. Chryſoſt. hom. 51. in Matt. Ambroſ. lib. 2. de officiis, cap. 28. Bernardus apolog. ad Guilielmum Abb.

RESPONSIO.

Qui recto ac pio oculo illos, alióſque legerit Patres, conſpiciet clarè, illos nequaquam abſolutè improbare pretioſum templorum ornatum, ſed in certis dumtaxat circumſtantiis, in quibus nemo eum laudat, aut pauperum curæ præfert. Primò, dum templa ornantur more Judaico, typicè, ac cæremonialiter: ut ſe explicat Sanctus Hieronymus. Secundò, dum Rector Eccleſiæ propoſuit, aut ſtatuit nullas divites admittere hæreditates, vel moderatas illicitas, ut Sanctus fecit Auguſtinus, ſecundùm ſupra dicta. Tertiò, cum pauperes extrema vel gravi premuntur neceſſitate, & non eſt undè ſubleventur, niſi iis quæ Eccleſiis ſubtrahuntur: quo pacto ſe diſertè exponit Sanctus Chryſoſtomus: *Reſponde, quæſo*, inquit, *quænam utilitas eſt, ſi cùm menſa ejus multis calicibus aureis ornatur, ipſe inedia pereat?* eodem ſenſu ſe locutum oſtendit Sanctus Ambroſius: *Nonne*, ait, *melius conſtat* (aurum) *ſacerdos pro alimonia pauperum, ſi aliqua ſubſidia deſint, quàm ſi ſacrilegus contaminat & aſportat hoſtis? nonne dicturus eſt Dominus cur paſſus es tot inopes fame mori?* Demum Sanctus Bernardus carpit tantum vanitatem Monachorum ſplendore ſupellectilis Antiſtites Eccleſiæ, aut etiam principes æquare volentium; & ſuperflua quædam planéque indecora in Dei templum inferentium, figuras nimirum ſimiarum, leonum, tigridum, militum pugnantium, tibicinantium, ac alia monſtroſa magnis ſumptibus comparata, de quibus meritò dixit vir Sanctus: *dum inter orandum in ſe retorquent aſpectum, impediunt affectum.* Reprehendit prætereà dictos Monachos, quod ſplendido ſuo apparatu, ornatúque ſectarentur avaritiam: quod improbant omnes devoti templorum exornatores. Hæc vidiſſent qui omnes tendunt nervos adverſus laudabiliſſimam pietatem, ſi loca, quibus dicti Patres videntur improbare laudatum ac probatum pretioſum templorum ornatum, perlegiſſent, ac animadvertiſſent circumſtantias in quibus illa ſcripſerunt, quibus, quo tempore, quâ occaſione, quo animo ac fine. Hoc tamen adjicio, & conſtanter aſſevero, ſi revera Patres aliqui piæ noſtræ ſententiæ forent contrarii, ipſorum authoritati ſupereminere ſenſum & exempla ſummorum Romanorum Pontificum Vicariorum Chriſti, totiúſque Eccleſiæ (cui ſplen-

Loc. cit.

Loc. cit.

Loc. cit.

ſplendor in hac parte ſemper placuit) univerſalem ac perpetuam praxim, perquam paucis demptis, in reliquorum comparatione pro nihilo meritò habendis: Patres enim ſuam mutuant authoritatem à Chriſti Vicariis, non ècontra.

Cavillum Sextum.

Novum meditantes Chriſtianiſmum, quo novitatis notam aſtutè declinent, ut alibi, ita & hìc appellant ad praxim Eccleſiæ primitivæ, in qua, dicunt, ex pretioſâ Eccleſiæ ſupellectile pauperes veſtiebantur & paſcebantur, & vaſa etiam ſacrata confringebantur ad hoſtes Eccleſiæ debellandos, & captivos redimendos.

RESPONSIO.

Novi Catones, inquit Caniſius, leges etiam ſumptuarias hìc ferre velle videntur, ut de ſolis videlicet egenis benè mereantur, nulloſque ſumptus alios in ſacra templa conferamus. O fide puſilli, & ſenſu carnis inflati, qui ubi ſperandum erat, timent, & ubi non eſt timor, trepidant. Sed enim benè ac in tuto collocatur impenſa, quæ non ſolùm pauperes ſublevat, ſed etiam ad Dei, & ſanctorum honorem piè confertur, taliſque pro pietate ſumptus Deum habet remuneratorem, undè & pauperibus copioſius poſſit ſubveniri. At ad rem proximius. Quod ſi igitur primitivæ Eccleſiæ praxim conſulamus, inveniemus eam longè modernam ſuperare in hâc erga templa Chriſti pietate: ſanè Canone 72. Apoſtolorum fit mentio ſacrorum vaſorum aureorum & argenteorum, quæ nefas eſſet verti in uſus prophanos. De ſancto Urbano prodidit litteris, Anaſtaſius Bibliothecarius, eum omne ſacrum miniſterium feciſſe argenteum, nominatim argenteas patenas 25. Quam pietatem ſupra quoque laudavimus in Papâ Damaſo, qui floruit ſæculo 4. Tempore item ſancti Cypriani, ſacra vaſa ex auro & argento fuiſſe in uſu, teſtis eſt ſanctus Ambroſius. Viguit quoque pretioſiſſimus ac ſplendidiſſimus ornatus ex auro, gemmis, unionibus, ſerico, aliaque pretioſiſſima materia tempore ſeptimi Univerſalis Concilii, de quo etiam ſupra dictum. Temporibus Conſtantini, aliorumque Chriſtianorum Principum nutritiorum Eccleſiæ, pretioſiſſimam eam habuiſſe ſupellectilem, liquet ex iis, quæ ſcriptores de illis temporibus poſteritati conſecrarunt. Noſter ſanctus Cyrillus Hieroſolymitanus de iſtis agens temporibus, Eccleſiam auro & argento indutam, & argenteis monumentis ſplendidam effectam, teſtatur. De diſtincto gemmis altari ſub hæc tempora, meminit divus Hieronymus. Verùm rem ſupervacaneam aggrederer, ſi quàm pretioſis omnis generis donariis, & quoad vaſa ſacra, & quoad veſtes, altaria, aliaque ornamenta, abundarint omnibus ſæculis Eccleſiæ, confirmare diligentius velim, cum ubivis extent, religioſæ hujus magnificentiæ & privatorum & Principum, ſplendidiſſima monumenta. Quod nec

Lib. 2 Officior. cap. 18.

Catechesi 14.

Epiſt. 2 & 8.

Digitized by Google

nec ipſos potuit latere adverſarios, cum varia adducant Sanctorum Epiſcoporum, ut Ambroſii & Auguſtini exempla, qui ad debellandos hoſtes Eccleſiæ, & captivos redimendos, ſacra vaſa aurea argenteaque conflarunt. At modò (ô deploranda cataſtrophe!) prohibentur à novantibus tam pretioſa munera, tam optati theſauri Eccleſiis offerri, ne tempore conſimilis neceſſitatis poſſint in rerum publicarum conſervationem impendi. Conſtet igitur, vilem ſacrorum vaſorum aliorumque ornatuum apparatum nec in Eccleſia fuiſſe univerſalem, nec diuturnum. Hic recolendum eſt *caput ſeptimum*, ubi hoc cavillum ſemel à fundamentis eſt dirutum, oſtendimuſque, mirum non fore, ſi in ipſis planè Eccleſiæ incunabulis curta adhuc fuerit ſacra ſupellex, ut cuilibet initianti ſtatui ſolet evenire: fatemur enim tenuitatem qua tunc laborabat Eccleſia, ob exiguum Chriſtianorum numerum, ac ſævientem tyrannorum perſecutionem; hinc ſiquidem impediebantur ædificare templa magnifica, eaque tantis opibus, tantaque magnificentiâ exornare, ut factum eſt poſtmodum, multiplicatis fidelibus, Imperatoribus converſis, ſubactiſque tyrannis. Nihil igitur novis Chriſtianis præſidii, ab Eccleſiâ antiquâ.

Cavillum Septimum.

Objiciunt ſeptimò rationem, quam quidam credit manifeſtiſſimam; eſt autem hæc; *Deus*, cum purus ſit ſpiritus, *non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur; indigens aliquo.* Nec auro plus, quam plumbo delectatur, ut loquitur ille.

RESPONSIO.

Facilis ad hoc cavillum diſpellendum ex dictis hactenus patet via: nam non ſemel tantùm demonſtravi evidentiſſimè, Deum, quantumvis purus ſit ſpiritus, nulliuſque egeat, corporalia tamen à nobis exigere obſequia, officia, honores, quorum non eget. Opto etiam hic rogatos monitoſque adverſarios, ne eo ferantur zelo exorbitante in diligentes decorem domus Domini, quo & ſeipſos lædant, & planè intolerandas inferant ſequelas: ſequitur nempè ex hac diſtortâ ſpirituali argumentandi methodo, primò: Deo non eſſe extruenda templa materialia, ex lignis, ferris ac lapidibus. Secundò, ipſum non eſſe colendum ullo cultu materiali ſeu corporeo. Tertiò, ei non placere jejunia, eleemoſynas, aut ullas corporales pœnitentias ac mortificationes. Quartò, non magis eum delectare opus virtutis corporale heroicum, quàm flaccidum ac remiſſum; non magis eleemoſynam magnam, quàm parvam, non magis orationem protractam, quàm momentaneam, non magis templum magnificum ac Salamonicum in ſplendore, quàm caſa aut horreum; ſicut, ut habet cavillum, *non plus auro, quam plumbo delectatur.* Imò, ut verbô omnia, ſequitur, nihil fore

fore

fore Deo gratum & acceptum, niſi purum putum ſpirituale: ſequelæ patent, ſponteque ſequuntur; nulla enim penitus eſt ratio, cur Deo, qui ſemper purus exiſtit ſpiritus, potius placeant aliqua materialia opera & obſequia, quàm alia, cur magis larga eleemoſyna, quàm magnificum, ornatiſſimumque templum, &c. *Hoc quidem tu non ſentis, ſed hoc ſequitur ea quæ ſentis: muta ergo antecedentia, ſi vis cavere ſequentia*: moneris ab Auguſtino.

De adulterin conjug. lib. 2. cap. 4.

Quod ſpectat ad citatam ſcripturam ex actis Apoſtolorum, mirum, ſtupendumque foret, eam ſeriò objici Catholicis, ſplendida Deo templa ædificantibus, ac pretioſè exornantibus: ſunt enim verba illa Spiritus ſancti ad idololatras exiſtimantes Deum corporeis templis indigere, iis delectari, alligari, concludi, ac circumſcribi, prout ſuo eget, gaudetque palatio, ejuſque ambitu continetur Rex terrenus, quod in nullius ſani Chriſtiani poteſt cadere mentem.

Ad hæc, verba illa ſacri textus haud magis impugnant magnifica ornataque templa, quam templa quantumvis vilia: unde ex illa ſcriptura taliter interpretata, conſequens foret, Deo nulla templa eſſe ædificanda, quæ eſt antiqua & abſurdiſſima hæreſis. Denique, ſi non Deo offerenda aurum ac argentum, non magnifica materialia extruenda templa, non externo ſolemni honorandus cultu, quia bonorum noſtrorum non eget; neque interno ac ſpirituali affectu erit colendus, cum & hujus minimè egeat. *Hoc quidem tu non ſentis, ſed hoc ſequitur ea quæ ſentis: muta ergò antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.*

S. Aug. ib.

Cavillum Octavum.

Opponunt tandem, Chriſtum ſanguinem ſuum pro pauperibus fudiſſe, non pro templis: adeoque magis pauperes curandos, quàm templa. Adduntque, Chriſtum & ſanctos omnia terrena arbitrari ut ſtercora.

RESPONSIO.

O pernicioſa aſtutia! Sophiſma fallaciſſimum, ſiccine pallio pietatis ſimulatæ ſimplices circumveniuntur, à templis Chriſti, à veneratione ipſius retrahuntur? Quis vobis inſpiravit genius, nos curare templa, ligna, lapides, & non per templa, & in templis Chriſtum? Illum curamus, illum honoramus, illi in templis referimus gratias, quia ſuum ſanguinem fudit non pro templis, at pro pauperibus ac divitibus. Quod verò Chriſtus ac ſancti terrena omnia arbitrati ſint ut ſtercora, qua ſpecie veritatis inde concluditis, eis non eſſe magnifica templa exornanda, non Cæremoniis, non ſymbolis, non ſignis colendos? deſpexerunt enim mundana omnia ut fomenta ſunt amoris, honoriſque proprii, carnalis, inordinati, ob quem finem nequaquam ipſis ædificamus, adornamuſve templa: at non terrena iſta contempsêre, quà teſtimonia ſunt amoris, honoriſq; Conditoris, Servatoris: atqui hunc in finem magnifi-

cis

cis ornatiſſimiſque eos honoramus templis procul hinc hujuſmodi fallentiſſima cavilla, Et quod deformius hâc larvâ tegitur monſtrum? detegam: videlicet ſacras non fore venerandas imagines, in promptu cauſa eſt: Chriſtus pro pauperibus, non pro imaginibus Divorum ſanguinem fudit. Altius foveam foſſam pedibus Catholicæ plebis inſpiciamus, alii hic abſconduntur laquei: videlicet nec Chriſtum, nec ſanctos honorandos laudibus, invocationibus, aut alio honoris genere, omnem nempè terrenum honorem arbitrati ſunt ut ſtercora, haud minus quam aurum & argentum. *Hoc tu non ſentis, ſed hoc ſequitur ea quæ ſentis: muta ergo antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.* At ſanius, ac Catholicè ego concludo ex hoc medio: *Chriſtus & ſancti terrena omnia arbitrati ſunt ut ſtercora*: videlicet ideò Chriſtus, ipſiuſque ſancti per terrena ſunt à nobis honorandi, quia Chriſtus ea pro noſtra contempſit ſalute, ſancti pro Chriſti amore; uti Pater glorificavit Chriſtum in humanitate, quia ſe abjecit uſque ad ignominioſam mortem crucis? juxta documentum Apoſtoli: *Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum: Et donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine Jeſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Nec ſanè Chriſtus

Philipp. 2.

cenſuit ſanctos honore gloriaque deſpoliandos, quia ipſi amore ipſius terrena omnia arbitrati ſunt ut ſtercora, at contra, propterea eos glorificat, honorat, magnificat in cœlo & in terra: Audiamus colloquium Petri & Jeſu: *Petrus dixit ei: ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* Quid ſubintulit Jeſus? fortè, quia vos omnia terrena arbitrati eſtis ut ſtercora, non judico vos honore afficiendos, ut Novatores paralogiſant? Nequaquam: quid igitur? *Amen dico vobis, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael.* Certis? Quia contempſerunt mundum, honorantur ut Judices mundi: quidni igitur eos honoremus auro & argento, quia hæc arbitrati ſunt ut ſtercora? Ea profectò eſt voluntas Chriſti, & omnium Catholicorum rectè ſentientium, ac ſanctis devotorum, mens & ſententia.

Matth. 19.

Concludo verbis Joannis Molani magni Hagiophili, Doctoris præclariſſimi Univerſitatis Lovanienſis: *Non eſt igitur hic perditio, ut aſſumebat fur ille Judas Iſcharioth, ſed magnum ſalutis adjumentum. Ad pauperes reſpondeo, quod Paſtores & qui Eccleſiis præſunt, ſi id exigat neceſſitas, memores erunt ejus, quod Ambroſius fecit, & ejus quod fecit Auguſtinus .... Memores poſtremo erunt admonitionis quam ex Bernardo citavimus: Propter materiale templum non permittent interire viva templa.*

Lib. de pict. cap. 31.

C A-

CAPUT XII.

Licitum fore Ritus Ethnicorum ac Judæorum transferre ad cultum veri Numinis: necnon res pravis adhibitas uſibus, ad uſus ſacros: ac inſignia gentilitia ſacris affigere donariis.

VOciferatur Calvinus, ſuffimenta & thura inventa eſſe Ethnicorum, conſuetudines pravas, plenas idololatriâ: Ceremonias Eccleſiæ olere Paganiſmum aut Judaiſmum, noſque eas ab idololatris aut Judæis didiciſſe: Catholicorum templa non ſecùs ac iſtorum ſacras ædes, reſplendere auro, fumigata eſſe thure, & lampadibus atque candelis collucere, ut olim Jovis, Martis & Veneris templa. Obmurmurant quoque novi Momi res quaſdam ab uſibus malis aut Prophanis inferri ad Eccleſias ad earum ornatum, ut tapetes aularum ſæcularium, veſtes, & præſertim feminarum, converti in ornatus altarium aut ſacrarum imaginum. Ad hos clamores ac murmura, quæ ex præmiſſis oporteret planè eſſe ſedata, præſeus iterum repono caput. Exordior à thure ac ſuffimento: fatemur igitur Ethnicos iis fuiſſe uſos: Probat id Orpheus in hymnis, quos falſis ſuis diis decantavit, cum fumigationibus thuris aliorumque ſuavium odorum. Similiter idololatræ Neptuno myrrham, Jovi ſtoracem, & Æſculapio mannam adolebant. Judæi quoque habuêre in uſu incenſum, quod compoſitum ex duodecim ſpeciebus aromatum, gratum, fragantemque odorem ſpirans, & admirabili quadam ratione, prunis altaris injectum, rectà cœlum verſus magno impetu fumum ejaculabatur, minimè hac illac, ut alii fumi ſolent, aberrantem. Verùm hoc minimè obſtitit, quo minus etiam Chriſtiani eo uterentur, Paganiſmum vindicantes, & res ſecundùm ſe bonas iniquis poſſeſſoribus auferentes: docet autem Floremundus Ræmundus moralem hanc Cæremoniam Paganos à Judæis deſumpſiſſe. Quàm tamen traditionem ab Apoſtolis fuiſſe derivatam, conſtat ex tertio Canone, qui ſic habet: ***Licitum non eſto, aliud quidpiam admovere ad altare, quam oleum in candelabrum, & incenſum oblationis tempore:*** Unde manifeſtus eſt error eorum, qui Leoni Tertio eam adſcripſerunt. Meminit ejuſdem traditionis, teſte eodem Floremundo, in ſuâ Liturgiâ Jacobus Apoſtolus; ut etiam videre eſt in antiquis Miſſis ſancti Baſilii, & ſancti Chry-

Lib. 8. cap. 3.

Ibidem.

C c ſoſtomi-

ſoſtomi, quas celebrabant Chriſtiani Orientales. Videatur etiam ſanctus Dionyſius in ſuâ Hierarchiâ, Divus Ambroſius in Lucam, & alii antiqui Patres. Conſtantinus Magnus thuribulum aureum miſit ſancto Nicolao. Angelus noſtro ſancto Cyrillo Confeſſori & Doctori tradidit argenteas tabellas conflandas in calicem & thuribulum ad ſacrificandum Domino. Divus Ambroſius Angelos precatur, ut incenſo altarium & ſacrificiorum aſſiſtant. Contra Calvinus incenſum rejicit, & thure non aliter abigitur, ac Aſmodæus apud Tobiam odoramentis Angeli Raphaelis: ut ſimilitudo ſit hac in re inter Calvinum & Dæmonem.

Tob. 3.

Ibidem.

Non thura tantum, ſed & aliæ res bonæ & ſanctæ fuerunt Ethnicis nobiſcum communes, nam (ut laudatus declarat Floremundus) cum Paganorum quidam præclara fuiſſent ſortita ingenia menteſque naturaliter ſublimes, excellentes quoſdam habuere conceptus, quales paucos cognoſcimus, tum in falſæ ſuæ Religionis, tum in Reipublicæ adminiſtratione: quo ſpectat illud Tertulliani: *animam*, inquit, *multas res bonas ex ſeipſa producere, quamvis non ſit Chriſtiana.* Quas eam ſolam ob cauſam repudiare ac contemnere non licet, quia ab iſtis auctoribus inventæ; nam & ſancti Patres non recuſarunt Ethnicorum allegare doctrinas, eiſque mores humanos dirigere: & quandoquidem ſecundùm ſe malæ non ſint, nihil vetat, eas ad cultum unius veri Dei aſſumi. Cum igitur antiqui Patres, qui Eccleſiam Dei fundaverunt, ædificaverunt ac illuſtrarunt, intelligerent conſuetudinem ſive bonam, ſive malam, difficillimè, quidquid tandem præſtiteris, abrogari, optimum rati ſunt atque utiliſſimum, antiquas nonnullas Cæremonias, quas Pagani ab Eccleſia Dei veteri rapuerant, raptoribus auferre, retinere, ac vindicare, deſtruentes interim quidquid in illis erat ethnicæ ſuperſtitionis. Itaque cum vellent erigere Crucem Chriſti, non ſemper demoliti ſunt magnifica fana ac templa, diis gentium dedicata, ſed unius viventis Dei honori eadem conſecrarunt; cujus rei innumera ſuperſunt exempla apud ſacros Hiſtoricos. Sanctus Martialis, qui vixit tempore Apoſtolorum, tranſiens per civitatem Burdegalenſem, altare quoddam, quod Deo cuidam ignoto ibi reperiebat dedicatum, verò Deo conſecravit. Sanctus Benedictus, ut teſtatur ſanctus Gregorius, fanum Apollinis commutavit in ſacellum ſancti Martini. Et ſuo tempore ſuperfuiſſe baſim Porphyreticam cui idolum impoſitum fuerat, ejuſque loco ſanctam Crucem collocatam ab eodem ſancto Benedicto, ſcribit in ſuo Martyrologio Arnoldus Wion. Idem fecerunt Apoſtoli, & eorum ſucceſſores, peragrantes orbem terrarum, ad convertendos populos. Imò adhuc quotidiè apud nos ædes hæreticorum conventiculis pollutas, præviâ reconciliatione in ſacra templa convertuntur. Obmuteſcat igitur os impium Balæi vociferantis: *Horribilis mutatio, & doctrina Pauli repugnans! efficere,*

Digitized by Google

cere, ut quod conſecratum fuerat idolis, in ſacroſanctum uſum à Chriſtianis convertatur. Sic calumniantur novi Chriſtiani majorum noſtrorum ſanctas actiones, qui ductu Spiritus ſancti, ad gloriam Dei, & honorem Eccleſiæ ipſius omnes greſſus ſuos, omnia conſilia ſua inſtituerunt. Interim non poteſt eos latere, Deum ipſum in lege Moſaica præcepiſſe, ut ex ſpoliis Ægyptiacis altare ſibi extrueretur: uti nec quod *fecit*, Moyſes, *labrum æneum cum baſi ſuâ de ſpeculis mulierum*, quæ erant res vanæ & prophanæ. Non etiam, ut iſtis placet, Paganiſmum ab inferis revocarunt Apoſtoli, eò quod Judæi Cæremonias quaſdam ex eodem retinuerunt; id rurſum vindicantes, quod Pagani rapuerant ex lege Moyſis, & Synagoga, quam primi illi Eccleſiæ Fundatores voluerunt ſepelire cum honore, multas res bonas, quæ Synagogæ fuerant, ad ſuos uſus transferentes: quo pacto paulatim progredientes, pulcherrimum illum ſacrarum Cæremoniarum ordinem, qui in Eccleſia conſpicitur, ſtabilierunt priſci Patres. *Exod. 28.*

Ex his conſectarium eſt, & quidem evidentia majori, res alias non adeò Paganiſmo aut Judaiſmo appropriatas, licere ad ſacra miniſteria, templorumque ornatum transferre; cujuſmodi ſunt Chriſtianorum aulæa, veſtes prophanæ, etiam uſibus illicitis aliàs adhibitæ; loquor de per ſe, ac debitâ ſervatâ proportione; nam per accidens & opera præcepta ob puſillorum offenſionem oportet intermittere. Docemur hanc pietatem imprimis à Judæorum legislatore Moyſe, qui ad divini cultus ſplendorem, ut hic ante dixi, *fecit labrum æneum cum baſi ex ſpeculis mulierum.* Sed & de Evangelica peccatrice Magdalena, ſacrum meminit Evangelium, quod *pedes Jeſu capillis capitis ſui tergebat*: atque, ut Euthimius exponit, *inſtrumenta peccati facit inſtrumenta virtutis.* Non deerant Magdalenæ diviti opes, lintea ad tergendum pedes Salvatoris, at ſtudio pœnitentiæ, capillos, quos prius dedicarat vanitati, iiſdem comptis ac fucatis amaſios alliciendo, modò conſecrat pietati ac Chriſti obſequio, eum ad miſericordiam excitando. Neque capillis ſolùm, verùm & reliquis peccatorum irritamentis Chriſto fuit obſecuta: ut præclarè exponit ſanctus Gregorius: *Quod*, inquit, *ſibi turpiter exhibuerat, hoc jam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat: ſed hos jam per pœnitentiam conterens flebat. Capillos ad compoſitionem vultus exhibuerat, ſed jam capillis lachrymas tergebat. Ore ſuperba dixerat: ſed pedes Domini oſculans, hoc in Redemptoris ſui veſtigia figebat. Quot ergo in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe invenit holocauſta.* Utinam hujus peccatricis exempla imitentur hodierna Veneris mancipia, & ſuperfluis ſuis turpiſque amoris illicibus, ornatibus, corporiſque membris, quibus ſtudent placere mundo, obſequantur Chriſto in ſuo templo! Porrò, non fore inſolitam pietatem, veſtes prophanas ad templorum transferre ornatum, plurima illuſtrium perſonarum utriuſ- *Exod. 38.* *Luc. 7.* *Hom. 33.*

Digitized by Google

que ſexus exempla reddunt indubitatum. Sanè Otho Tertius Chlamydem ſuam pretioſiſſimam ad altare ſancti Alexii exornandum adhibuit, ut refert Aſterius.

Lipſius togam optimam pellibus ſuffultam, profeſſorii ſui muneris adminiſtram Virgini Matri Lovanii in Baſilica Divi Petri, morti proximus, ut offerret mandavit uxori.

In Epitaph. Paula. Item ſancta Anthuſa impii Imperatoris Capronymi filia, pretioſiſſimas ſuas veſtes altaribus addixit. De ſanctâ Paulâ Romanâ ſcribit ſanctus Hieronymus, eam ubi ſe primùm Deo dedicaſſet, ornamenta ſua omnia, in ſacram ſupellectilem convertiſſe. Imitantur (teſte præclaro antiquitatum ſcrutatore Raynaudo) paſſim hæc exempla feminæ Principes Romæ, Pariſiis, Madriti, Taurini, Nanceij, quarum Religioni obſtrepere, anomalia eſt pietatis, ait, ne dicam anilis moroſitas. Exopto vehementer, ut & in noſtro Belgio Bruxellis, Antverpiæ, Gandavi, & alibi dicta ſequantur exempla Dominæ Domicellæque, heu nimium ad vanitatem compoſitæ. Brevis hæc poteſt dari piæ praxis ratio: quia res illæ ſecundùm ſe malæ non ſunt, imò laudabiles; cum verò ſupponantur prophano, aut etiam perverſo uſui ſubtractæ, nihil eas vetat divino cultui dedicari. Hic reperient, credo, optimæ praxeos Momi, non fore palam coram plebe minimè traducendos Eccleſiarum præfectos, qui ex feminarum veſtimentis confi iunt altarium antipendia, aut ſacrarum imaginum ornamenta.

At dubitabit hic forſan quiſpiam, num eorum ſit laudabilis mos, qui donariis à ſe Eccleſiæ oblatis inſignia affigunt aut ſuas effigies? Sanè hujuſmodi donaria ingens pendunt Momo tributum, Eraſmus cenſor ille maximus totius Eccleſiæ, plurima hic invenit digna ſuâ virgâ: *Hæc*, ait, *mihi videtur ambitio, non eleëmoſyna. Divites ambiunt ſibi monumentum in templis, in quibus olim nec divis locus erat. Curant ſe ſculpendos ac pingendos, additis etiam nominibus ac beneficii titulo: atque hiſce rebus bonam templi partem occupant, olim opinor poſtulaturi ut ipſorum cadavera in ipſis reponantur altaribus. Dicet aliquis; An horum munificentiam exiſtimas rejiciendam? Nequaquam, ſi templo Dei dignum ſit quod offerunt. Sed ego ſi ſacerdos, aut Epiſcopus eſſem, hortarer craſſos illos aulicos, aut negociatores, ut, ſi vellent ſua peccata redimere apud Deum, iſta clanculum effunderent in ſubſidium eorum, qui verè pauperes ſunt. Iſti putant perire pecuniam quæ ſic frustulatim, & clanculum in præſentem egeſtatem tenuium ſublevandam diſſipatur, cujus nullum extet apud poſteros monumentum.* Sat eſt balatro. *Colloq. convivii religioſum.*

Oblationem pretioſorum donariorum ad ornatum templorum Chriſti, ac ſacrum miniſterium, ſanctam

eſſe,

eſſe, ac Chriſtiano digniſſimam, fuſè demonſtratum monet tribus præcedentibus capitibus. Erectionem quoque monumentorum ſepulchralium, piarúmque fundationum, univerſalis ab antiquo probavit Eccleſia, unde horum temerarii cenſores nullatenus ſunt audiendi. Poſſunt tamen hæc, ut cætera laude digna externa opera, vitiari pravâ offerentium intentione, qua in parte præſentius ſolet eſſe periculum à captatione inanis gloriæ, quæ ſubtiliter ſe conatur ingerere ubicúmque quidpiam virtuoſum ac laudabile exercetur in oculis hominum. Nihilominus non ſemper inficitur oblatio ſacri donarii vani honoris, gloriæque labe: quia appetitus laudis ac honoris ex opere honeſto ac laudabili, honeſtus poteſt eſſe ac laudabilis: Non enim quælibet proprii honoris ac laudis captatio, vitioſa eſt, quandoquidem honor ſit præmium virtutis: proſecutio autem præmii debiti virtuti, per ſe & ſecundùm ſe, bona eſt & honeſta, uti docet cum Sancto Auguſtino Sanctus & Angelicus Doctor. Qui autem inſignia ſua ſacris apponit oblatis, poteſt aliud non intendere, quàm honorem debitum actui virtuoſo, cujuſmodi eſt, rem ſuam offerre ad Dei honorem, is enim pertinet ad Religionem virtutem omnium moralium primam: ſi igitur aliud non intendat offerens, honeſtum habet finem, nec proindè culpandus ut humanæ auræ venator. Non exiguam quoque praxis hæc proximis præſtat utilitatem, ſuppeditat enim eis, & præſertim poſteris, incentivum ad ſimilia pietatis opera frequentanda, ac continuandam curam piorum Majorum operum, cognito ex affixis gentilitiis inſigniis eorum in Dei honorem zelo ac pietate: hæc enim ad opera Religionis proprio exemplo provocatio, haud dubium quin pia ſit, ſancta, ac animabus ſalutaris: verum hæc excitatio aliorum per ſacra donaria intenta, licet commendabilis, neceſſaria tamen non eſt, ut à religioſâ oblatione abſit vituperium, modo offerens ac inſignia affigens aliam non captet gloriam, quam de congruo debitam honeſto ſuo quod exercuit operi. Hæc, ſervatâ proportione extendi poſſunt ad effigies quas nonnulli ſtatuunt in Eccleceſiis, quæ inſuper cum referant perſonam offerentis, ſunt indicia ac teſtimonia ſpecialia religioſi ipſius animi erga Deum, in cujus domo etiam perſonaliter abſens, animo ſe oſtendit adeſſe. Undè laudanda ac imitanda ſunt Majorum noſtrorum exempla, qui ex ſingulari ſuâ erga Venerabile Sacramentum, Amabilem noſtram Dominam, aut alias Sanctos devotione, curarunt altarium eorum ſtructuræ affigi effigies ſuas ſculptas aut pictas, vel juxta ea collocari: Quod religioſiſſimorum quoque Epiſcoporum ſervat devotio, qui in Mauſoleis, juxta altaria plerúmque erectis, ad modum orantium, aut aliter Deum colentium, ſe faciunt deſculpi; Neque hîc deficit piiſſimorum Imperatorum, Regum, aliorúmque Principum Religio, qui paſſim ſua inſignia, ſtatuas aut picturas dedicant Eccleſiis,

2. 2. q. 131. art. 2.

Digitized by Google

quæ ſanè aliud non ſunt, niſi temerè velimus judicare, quàm eximiæ ipſorum in domum Dei pietatis monumenta. Hinc pia quoque eſt eorum Prælatorum praxis, qui Feſtis ſolemnioribus curant adornari Eccleſias ac altaria in quibus Sanctiſſimum aſſervatur Sacramentum, appenſis, aut aliter expoſitis imaginibus Principum Eccleſiæ vel ſæculi; per hoc enim & domus Domini reſplendet, & in aſpicientium memoria renovatur piorum Principum devotio, quâ velut retrotractâ Deus dennò colitur, in affectu exponentium ac aſpicientium eorum imagines. Laudanda denique eſt illorum fideliũ devotio, qui impetrato à munificâ manu Dei aliquo beneficio, per interceſſionem amabilis noſtræ Dominæ, alteriúſve ſancti, effigies ſuas juxta eorum appendunt altaria vel imagines miraculoſas, in grati devotique animi teſſeram ac monumentum. Quo animo obtulit David Domino gladium, quo decollaverat Goliath. 1.Reg.21. Si his omnibus ſe immiſceat pruritus proprii ac vani honoris, nec huic debent cedere fideles, nec ideo deſinunt de ſe eſſe bona.

Matth. 6. Hic rurſum reſumunt arma viréſque oſores externi ſplendoris templorum Chriſti: & opponunt Chriſtum Dominum omnia illa externa reprehendiſſe, cum de Judæis quibuſdam *Matth. 5.* aſſeruit: *Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam*, eò quod omnia opera ſua facerent ut viderentur ab hominibus. At meminerint hi alterius documenti Salvatoris: *Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus: ut videant opera veſtra bona & glorificent patrem veſtrum qui in Cœlis eſt.* Poteratne Chriſtus clarius commendare manifeſtationem bonorum operum? *Lucernas quippe ardentes*, ait Sanctus Gregorius, *in manibus tenemus, cum per bona opera proximis noſtris lucis exempla monſtramus.* *In Homil.* Monet enim ibi Chriſtus diſcipulos, omnéſque Chriſtianos, ut ſatagant verbo ac exemplo virtuoſo aliis prælucere, non propriam vanam, ſed honeſtam Déique gloriam; ac animarum ſalutem intendendo: atque ita hic locus conciliatur cum alio ubi Chriſtus videtur ſuadere oppoſitum: *Attendite*, inquit, *ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis?* *Matth. 6.* poſtremæ námque particulæ duo illa loca ſpecietenus contraria concordant; nam prohibet hoc loco Chriſtus, ne juſta opera faciamus coram hominibus, eo fine, ut ab hominibus viſi, vanam ab eis captemus laudem: at alio loco vult ea fieri coram hominibus, ut per bona facta noſtra ipſi excitentur ad imitandum, ac Deum glorificandum. Inſigniter hoc explanat Sanctus Gregorius. *Quid eſt ergo, quod opus noſtrum & ita faciendum eſt ne videatur; & tamen ut debeat videri, præcipitur? niſi quod ea, quæ agimus, & occultanda ſunt, ne ipſi laudemur, & tamen oſtendenda ſunt, ut laudem cœle-* *3. Part. Paſtoral. admonit. 36.*

cœleſtis Patris augeamus. Nam, cum nos juſtitiam noſtram coram hominibus facere Dominus prohiberet, illicò adjunxit, ut videamini ab eis. Et cum rurſus videnda ab hominibus bona opera noſtra præciperet, protinus ſubdidit, ut glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Qualiter igitur videnda eſſent, vel qualiter non videnda ex ſententiarum fine monſtravit, quatenus operantis mens opus ſuum & propter ſe videri non quæreret, & tamen hoc propter cœleſtis Patris gloriam non celaret. Ad hanc normam docemus fideles donaria ſua, inſignia gentilitia, effigies, aliáque donaria Eccleſiis offerre. Quid igitur (ut directè reſpondeam objecto cavillo) in Phariſæis reprehendit Chriſtus? ſtolidam, impudentémque eorum vanitatem ac hypocriſim, quâ captabant publicas plateas & trivia, ubi major erat populi concurſus, ut coram illis venditarent evanidam ſuam orationem ac devotionem: *Amant*, inquit, Chriſtus, *in Synagogis & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus. Tu autem cùm oraveris intra cubiculum tuum*; non quod oraturi debeamus ſubterfugere hominum oculos; quid igitur? Sanctum audi Ambroſium: *Salvator ait, intra in cubiculum tuum, non incluſum parietibus, quò tua membra claudantur, ſed cubiculum, quod intra te eſt, in quo includuntur cogitationes tuæ, in quo verſantur ſenſus tui. Hoc orationis cubiculum ubique tecum eſt, & ubique ſecretum eſt, cujus arbiter nullus eſt, niſi ſolus Deus, qui*, ut Sanctus Cyprianus docet, *Non vocis, ſed cordis auditor, eſt.* Non ſunt igitur ob hujuſmodi hominum moroſorum argutias fideles in ſuis inquietandi devotionibus, niſi unà velimus abrogatum quidquid boni honeſtíque fit coram hominibus, ubique námque ſe molitur inſinuare vanæ gloriæ captatio. Abi jam Eraſme cum tua calumnioſa ambitione, fidelium ſacris donariis afficta, abi cum clancularüs eleemoſynis, cæteríſque malè occultatis bonis operibus: At in lucem prodeant homines devoti, ut proximos ædificent, & Patrem cœleſtem glorificent.

Matth. 6.

Lib. de Cain & Abel. c. 9.

Tract. de orat.

CA-

CAPUT XIII.

Invitat fideles ad externum Religionis cultum, quo honoratur Agnus Euchariſticus frequenti Sacra Communione.

EXſtructis hactenus magnificis templis Agno Euchariſtico in militante Jeruſalem, eiſque ſplendidiſſima ſupellectile exornatis, ordinatis quoque Ritibus Cæremoniiſque ſolemniſſimis ad divina celebranda myſteria; tempus adeſt Agnum in illa inducendi, ſacram menſam inſtruendi: Agnúmque fidelium venerationi exponendi. Docuimus namque cum Sancto Thoma, *cap. primo*, Deum duplici modo à nobis poſſe coli: Primò, ipſi aliquid exhibendo, ut fit precibus, pſalmodiis, Sacris Ritibus ac Cæremoniis. Secundò, ad noſtrum uſum aliquid divinum aſſumendo, quo in genere primum eſt, divinus Agnus Euchariſticus, ad cujus proindè frequentem ſumptionem fideles venio invitaturus, ac exhortaturus: *beati* enim *qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt.*

2. 2. p. 81. art. 3.

Initio duo ſunt prænotanda: unum, multiplices communicantium poſſe eſſe conditiones: aliqui enim gravibus irretiti criminibus, rarò communicant: alii nec virtuti, nec pietati dediti, ac non minoribus peccatis impediti, tamen communicant, & quidem etiam ſæpiùs: deindè aliqui ſunt, qui cum ſint ritè ad ſacram menſam diſpoſiti, rarò tamen accedunt, alii deníque, qui cum eâdem requiſitâ præparatione frequentius communicant. Alterum, enim indignè communicare, qui cum mortalis peccati conſcientiâ communicando horrendum incurrit ſacrilegium. Is autem communicat dignè, qui juxta Apoſtoli præceptum ſeipſum probat, id eſt, diligenter omnes conſcientiæ ſuæ ſinus explorat, peccata omnia, quæ graviora ſunt, & memoriæ occurrunt, ritè confitetur, prævio dolore, emendæque propoſito; ſcrupulis tamen diſploſis, & fiduciam concipit de infinitâ Dei miſericordiâ, quod per merita Chriſti peccata deteſtata ſit clementer condonaturus; ac tandem ardens in ſe excitat deſiderium intimè ſe Chriſto per Sacram Communionem uniendi. Carentia ergo peccati mortalis, eſſentialis eſt diſpoſitio: major

1. Corin. 11

jor animæ puritas, accidentalis.

Loquendo autem de iis, qui malè communicant, fidei eſt, pejus forè ſæpè, quàm tarò communicare, nam, docente Apoſtolo, *qui manducat; & bibit indignè, judicium ſibi manducat, & bibit:* ſi enim gehennæ reus ſit, qui ſemel indignè præſumit ad cœleſtem menſam accedere, amplius ille, qui iterat ſacrilegium; vulnus addens vulneri. Eorum porrò, qui ob malam animi affectionem, ſeu ob propenſionem ad mundi carniſque illecebras, prætermittunt Communionem Agni Euchariſtici, triplex ſit differentia: alii qui enim nauſeant cœleſte manna, quia ineſcati ſunt fœdis carnis voluptatibus, aliorúmque peccatorum compedibus impediti, ut fornicarii, concubinarii, uſurarii, & hujuſmodi, qui malunt ſedere ad ollas carnium Ægypti, quam veſci pane Cœli: His intono iſtud Apocalypſis: *foris canes & venefici, &, Sancta Sanctis.* Alii deindè prætermittunt ſæpiùs communicare, ob negligentiam, ac ſpiritus teporem, horrent nempè requiſitam diſpoſitionem comparare, conſcientiam frequenter diſcutere, cum verecundia confiteri, occaſiones peccandi abſcindere, ludos, jocos, prava conſortia deſerere, vanos ornatus quibus placent mundo ac diabolo, abjicere, ac quidquid demum Deum offendit, repudiare: hæc ipſis videntur ſupra modum dura, ac etiam, ut dicunt, impoſſibilia, velut inhumanam triſtémque inducentia vitam. At miſerè iſti falluntur, neſcientes juge convivium quod bona inſtruit cōſcientia paſta cœleſti Manna, majorémque eſſe refectionem mentis à ſpiritualibus deliciis, quarum Agnus Euchariſticus fons eſt, quam ventris à carnalibus fœditatibus. Ignorant quoque monitum Salomonis: *melior eſt finis orationis, quam principium:* ſenſim námque jugum Chriſti fit ſuave, aſperitates complanantur, ſpiritus vegetatur ac roboratur per copioſiorem internam unctionem Spiritus Sancti, cujus Sacri olei Sacramenta exiſtunt vaſa: unde optimè docuit Sanctus Auguſtinus: *ut diſpliceat quod placeat, & ſuave fiat, quod non delectabat, hoc facit gratia Dei, quæ hominis præparat voluntatem:* qui proindè ſatagunt frequenter ſe ad ſacram menſam diſponere, facilè tandem, imò perquam delitioſum experientur, quod prius apparebat impoſſibile, imò tædioſum fiet carere pane Cœleſti, omne delectamentum in ſe habente, ut experiuntur qui diviniſſimi Sacramenti ſuavitatem quandóque perceperunt. Alii denique puſilli trepidantes timore ubi non eſt timor, ſacram relinquunt Communionem, ne videlicet fabula fiant in ore hominum mundanorum, ac ab eis derideantur ut devotarii, aut devotariæ, hoc enim titulo rident impii pios, indevoti devotos. At hi terrentur larvis fictiſque terroribus, puerorum more; non enim fama Chriſtianorum pendet ex ore aut cerebro libertinorum, at à judicio ac æſtimatione Chriſti. Sciant quo-

Ibidem. *Cap 21.* *Eccleſ. 7.* *Lib. de nat. & gra.*

Digitized by Google

que hi puſillanimes, quòd, ſi ob ſuam pietatem diſpliceant malis, eò amplius placeant bonis, ac ipſi Chriſto, quorum æſtimationem præferet judicio illorum, quiſquis eſt æquus rerum arbiter. Ad hæc, nónne miſera diſtortáque ſunt mortalium judicia? timent infamiam ab operibus Sanctis, non à ſceleribus perverſis: erubeſcunt ſe eſſe ſervos Chriſti, non mancipia carnis, mundi, diaboli. Gloriantur ſe Miniſtros Principum terræ, pudet eſſe famulos Regis Cœli & terræ.

Nunc videndum, quid, ſuppoſitâ in communicaturo requiſitâ ad ſacras epulas diſpoſitione, in hac re ſit ſtatuendum: ego ambabus ulnis amplector piam, communem inter devotiores, antiquámque ſententiam, quam expreſſe tenuit à 332. annis noſter Scholarcha Bachonius dictus Doctor Reſolutus; videlicet laudabilius ac fructuoſius eſſe, frequenter ſumere Agnum Euchariſticum, quàm rarius: quod probabo argumentis deductis ex Sacro textu, Sanctis Patribus, Conciliis, ac rationibus. *In 4 diſt. 9 art. 1.*

Argumenta Sacris Scripturis ſuffulta, pro frequenti communione.

Argumentor primùm pro pia ſententia ex Sacris Litteris, quæ Sacram Euchariſtiam efferunt phraſibus, haud obſcurè ejuſdem frequentem ſumptionem commendantibus: appellatur enim *cibus*, à Christo: *caro mea verè eſt cibus*: nec non, *potus*: *& Sanguis meus verè eſt potus.* *Ioan 6.* *Cibus*, inquam, ac *potus* animarum: ac præterea etiam primò à cœna fuit diſcipulis per Chriſtum diſtributus, ut advertit Goffridus Vindoc. Rurſum Chriſtus præcipiens ſpiritualis animarum alimenti ſumptionem, *niſi manducaveritis*, inquit, *carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* *Serm. 8.* *Ioan. 6.* Quemadmodum ergo vita animalis non conſervatur abſque frequenti ſumptione cibi potúſque materialis; ſic nec vita ſpiritualis animæ, qua vivat in Chriſto, & Chriſtus in ea, ſuſtentatur, ſi non frequenter ſuum ſumat cibum ac potum. Quocirca diligenter obſervetur, Agnum Euchariſticum dici *cibum*, non fructum infrequentem ſtatis anni temporibus edendum; non medicinam raro ſumendam, quo ſane innuitur, cœleſtem cibum nobis oportere eſſe uſitatum ac familiarem: hacque de caua divina Sapientia diviniſſimum Sacramentum potius inſtituit ſub ſpeciebus *panis & vini*, quàm ſub aliorum alimentorum rariorum accidentibus. Unde ſecundò argumentum ſumo ab appellatione *panis*, quâ à Sanctis Patribus Euchariſtia commendatur: ſed & in Dominica oratione jubemur: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*: quam peti-

Serm. 6. de orat. Domin. petitionem [1] interpretantur Patres plurimi de *pane Euchariſtico*, luculentiſſimè vero Sanctus Cyprianus in expoſitione ipſiuſmet Dominicæ Orationis: *Panem noſtrum*, inquit, *vocamus, quia Chriſtus noſter (qui corpus ejus contingimus) panis eſt. Hunc autem panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutarem accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abſtenti, & non communicantes, à cœleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur, ipſo prædicante: Ego ſum panis vivus, qui de Cœlo deſcendi. Si quis ederit, de meo pane, vivet in æternum.* Ioan. 6. Clarè quoque Sanctus Ambroſius: *Si panis eſt quotidianus, cur poſt annum tantum eum ſumis? Sic vive, ut quotidie merearis accipere.* Lib. 5. de Sacram. cap. 4. Adſtipulatur Chromatius: *Hoc autem*, inquit, *ſpiritualiter nobis præceptum eſſe, debemus advertere: ut panem quotidianum petamus, id eſt, panem illum cœleſtem, & ſpiritualem, quem quotidie ad medelam animæ, & ſpem æternæ ſalutis accipimus: de quo ait Dominus in Evangelio: panis cœleſtis, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita.* Cap. 6. in Matth. Si igitur Agnus Euchariſticus ſit *panis noſter quotidianus*, Si quotidie eum petere nos docuerit Chriſtus, frequenter à nobis ſumendum judicavit apertè; ſine pane nequit diu ſubſiſtere vita: neceſſe proindè eſt [1], ut extabeſcant eorum animæ, qui longo tempore obliviſcuntur hunc cœleſtem panem manducare; poſſetque quilibet eorum meritò plangere cum Regio Vate: *Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.* Pſalm. 101 Inde eſt, quod Patres ac Theologi comparent Baptiſmum regenerationi, Euchariſtiam nutritioni: *Qui per Baptiſma regeneratus eſt*, ait Baſilius Magnus, *participatione deinceps divinorum Myſteriorum nutriri debet.* Lib. 1. de Baptiſ. Similiter Carthuſianus ait: *ſicut corpus ſine corporeo cibo non ſuſtentatur, nec permanet in vita naturali: ita anima ſine hoc Cibo vivifico non perſiſtit in vita gratiæ ſpirituali.* Opuſc. de freq. Commun. Conſentit Lyranus: *ſicut*, ait, *in vita corporali cibus eſt neceſſarius ad vitam conſervandam, ita in vita ſpirituali hoc Sacramentum eſt neceſſarium, quia eſt vitæ ſpiritualis conſervativum: quia ſicut baptiſmus eſt quædam ſpiritualis generatio, ita Euchariſtia eſt quædam ſpiritualis nutritio.* Ut ergo corporalem nutritionem oportet frequenter fovere novi alimenti ſubminiſtratione; ita & ſpiritualem, Agni Euchariſtici frequenti manducatione, ad quid enim aliàs diceretur *cibus, panis, nutritio?*

Argumentari quoque licet à figuris, quibus Sacra Euchariſtia fuit præſignata: inſtituto noſtro præ-

præcipuè congruit *Manna*, quod typum extitiſſe Euchariſtiæ, univerſalis tenet Eccleſia, & conſtat ex Proſa Sancti Thomæ, quam Eccleſia ſolemniter Agno Euchariſtico decantat, quæ inter cæteras figuras recenſet *Manna*, cum dicit: *datur Manna Patribus*, & expresè quoque docet Chriſtus: *Hic eſt*, inquit, *panis qui de cœlo deſcendit, non ſicut manducaverunt Patres veſtri Manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* Multiplex quoque inter *Manna* & Chriſtum in Euchariſtia exiſtit Analogia. Primò, idem eſt color ſpecierum Euchariſtiæ & *Manna*. Secundò, dulcis & abſconditus eſt utriúſque Sapor. Tertiò, non niſi relictis ollis carnium Ægypti ſapit utrúmque. Quartò, incredulis, murmuratoribus, avaris, utrúmque vertitur in vermes conſcientiæ, ac judicium. Quintò, *Manna* non pluit niſi poſt tranſitum maris, Euchariſtia non datur, niſi poſt baptiſmum. Sextò, antea pugnabat Deus ſolus pro Iſraële contra Ægyptios, poſt datum *Manna* ipſimet vicerunt Amalec: ita virtute Euchariſtiæ ſuperant fideles tentationes mundi, carnis, dæmonis. Septimò, *Manna* abſque humano opere, miniſterio Angelorum fuit formatum: & Chriſti corpus Angelo nuntiante Spiritúque Sancto irrorante fuit natum. Octavò, *Manna* dabat edentibus omnis ſaporis varietatem: in Euchariſtia panis eſt, omne delectamentum in ſe habens; eſtque, teſte Nyſſeno, *parvulis lac, infantibus olus, perfectis ſolidus cibus.* Nonò, *Manna* erat minutum; & Chriſtus exigua hoſtia continetur. Decimò, *Manna* pilo tuſum fuit, & Chriſtus pilo crucis mortalitate exutus. Undecimò, fideles cum Hebræis admirabundi *man hu*! quid hoc, ut nobiſcum ſit Deus? exclamant. Duodecimò, omnes de *Manna* æqualem ſibi menſuram colligebant, dicta in Scriptura, *Gomor*, & qui plus colligebant, non plus quam qui minus, edebant: ſic totum Chriſtum ſumunt æqualiter fideles, etſi hoſtia major ſit aut minor. Decimotertiò, ſole liqueſcebat *Manna*, & calore reſolutis ſpeciebus, diſſolvitur Sacramentum Euchariſtiæ. Ita Rupertus, demptâ ultimâ convenientiâ. Quemadmodum igitur *Manna* cibus erat quotidianus Hebræorum peregrinantium ad terram promiſſionis, ita panis Euchariſticus quotidianum deberet eſſe alimentum Chriſtianis laborioſo itinere feſtinantibus ad ſupernam patriam à Chriſto promiſſam: *hæc menſa* enim, inquit Chryſoſtomus: *animæ noſtræ vis eſt, nervi mentis, fiduciæ vinculum, ſpes, ſalus, lux, vita noſtra.*

Joan.

Hom. 24. in 1. ad Corin.

Aliud

Digitized by Google

Aliud divinæ litteræ ſuppeditant argumentum, in actis enim habetur

Act. 2.

Apoſtolorum: *erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis & orationibus.* Ex his verbis colligit Catechiſmus Romanus editus juſſu Concilii Tridentini, & Beati Pii Quinti, quotidianam olim in Eccleſia fuiſſe

Part. 2. cap. 4. n. 46.

communionem; produco verba Catechiſmi: *Ac tempus quidem olim fuiſſe, cum fideles quotidiè Euchariſtiam acciperent, ex Apoſtolorum actis intelligemus, omnes enim qui tunc fidem Chriſtianam profitebantur, vera & ſincera charitate ardebant, ut, cum ſine intermiſſione orationibus & aliis pietatis officiis vacarent; quotidiè ad ſacra Dominici corporis myſteria ſumenda parati invenirentur.* Conſtat autem primitivos Chriſtianos ſpiritu ferventiores, martyriis perferendis conſtantiores, fidei quoque ſigna eximia edentis virtute excellentiores extitiſſe: noſque pene ab illis tantùm diſtare, quantùm homines vivi diſcernuntur à pictis. Quam ſanè eminentiam cui rei alteri potiſſimum adſcribemus, quàm quotidiano eſui Agni Euchariſtici? Uſque adeò, ut qui tunc communicare nollent, Eccleſiaſticis liminibus privarentur, ut per Anacletum Papam Quartum à Beato Petro, fuit ſancitum.

Sacra Concilia frequentem commendant communionem.

Hoc genus argumenti exordior à Canonibus Apoſtolorum, quorum hic eſt nonus: *Quicumque fideles Eccleſiam ingrediuntur, & ſcripturas audiunt, neque apud preces, & ſanctam communionem permanent; eos tamquam qui ordinis in Eccleſia perturbationem inducant, à communione arceri oportet.* Qui canon redditur explicatior *tertia parte Decreti de conſecratione*: ubi legitur: *Omnes fideles, qui conveniunt in ſolemnitatibus ſacris ad Eccleſiam, & ſcripturas Apoſtolorum & Evangelium audiant. Qui autem non perſeveraverint in oratione, uſque dum miſſa peragatur, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Eccleſiæ commoventes, convenit communione privari.*

Diſt. 1. cap. omnes fideles.

Caput 28. Concilii Illiberitani: *Epiſcopum, placuit, ab eo qui non communicat munera accipere non debere.* At neceſſarium non eſt, plura antiqua Concilia conquirere ad frequentem Euchariſtiæ communionem adſtruendam; ex praxi enim & diſciplinâ priorũ ſæculorum compertum eſt, quod fideles omnes, non ſecluſi à communione, præſentes ſacrificio Miſſæ, Corpus Chriſti accipiebant: teſtantur hoc conſtitutiones Apoſtolicæ, Juſtinus, Divus Gregorius, qui ait, *eos qui non communicarent, foras ejici.* Unde Lyranus ad illa verba Lucæ: *Cæperunt epulari*, ait: *in primitivâ Eccleſiâ non ſolùm miniſtri ſumebant hoc ſacrum, ſed etiam totus populus.* Adeò ſemper ſollicita fuit antiqua pia Mater Eccleſia, ut agnum Euchariſticum filiis ſuis efficeret cibum quotidianum, quod pluribus Sanctorum Patrum teſtimoniis infrà confirmabitur. Eadem mens, & vo-

Lib. 8. cap. 20.
Apol. 2.
Lib. 2. dial. cap. 3.
cap. 15.

Seſſ. 22. cap. 6. tum eſt Eccleſiæ modernæ: ait namque noviſſimum œcumenicum Concilium Tridentinum: *Optaret quidem ſacroſancta Synodus, ut in ſingulis miſſis fideles adſtantes non ſolùm ſpirituali affectu, ſed Sacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione communicarent, quo ad eos ſanctiſſimi hujus ſacrificii fructus uberior perveniret.* Iterum alio loco *Seſſ. 13. cap. 8.* exhortatur fideles, *ut ſacra myſteria Corpus & Sanguinis*, Chriſti, *fidei conſtantia, & firmitate, eâ animi devotione, ac pietate, & cultu credant, & venerentur, ut panem illum ſuperſubſtantialem frequenter ſuſcipere poſſint, & is verè eis ſit animæ vita.* Audiamus modò Pium Quintum in Catechiſmo Romano, optimum Concilii in- *Part. 2. cap. 4. n. 46.* terpretem. „ Fideles non ſatis habeant, ſe, hujus decreti (*de unica* „ *Paſchali communione*) auctoritati „ obtemperantes, ſemel tantummo„ do Corpus Domini quotannis acci„ pere; verùm ſæpius iterandam Eu„ chariſtiæ cõmunionem exiſtiment. „ Utrum autem ſingulis menſibus, „ vel hebdomadis, vel diebus id ma„ gis expediat, certa omnibus regula *De verb. Dom. Ser. 28.* „ præſcribi non poteſt. Verumtamen „ illa eſt ſancti Auguſtini norma cer„ tiſſima: ſic vive, ut quotidiè poſſis „ ſumere. Quare Parochi partes e„ runt, fideles crebrò adhortari, ut, „ quemadmodum corpori in ſingu„ los dies alimentum ſubminiſtrare „ neceſſarium putant: ita etiam quo„ tidiè hoc Sacramento alendæ, & „ nutriendæ animæ curam non abji„ ciant. Neque enim minus ſpiritua„ li cibo animam, quam naturali corpus, indigere perſpicuum eſt. Ve- „ hementer autem proderit hoc loco „ repetere maxima illa & divina be- „ neficia, quæ, ut anteà demonſtra- „ tum eſt, ex Euchariſtiæ Sacramen- „ tali communione cõſequuntur. Illa „ etiam figura erit addenda, cum ſin- „ gulis diebus corporis vires manna „ reficere oportebat. Itemque ſan- „ *Exod. 16.* ctorum Patrum auctoritates, quæ „ frequentem hujus Sacramenti per- „ ceptionem commendant magno- „ pere: neque enim unius ſancti Pa- „ tris Auguſtini ea fuit ſententia: „ quotidie peccas, quotidie ſume: „ ſed, ſi quis diligenter attenderit, „ *Ser. 28. de Verb. Dom.* eumdem omnium Patrum, qui de „ hac re ſcripſerunt, ſenſum fuiſſe faci- „ lè comperiet. Ac tempus quidem „ *Act. 2.* olim fuiſſe, cùm fideles quotidie „ Euchariſtiam acciperent, ex Apoſto- „ lorum actis intelligemus: omnes „ enim, qui tunc fidem Chriſtianam „ profitebantur, verâ & ſincerâ cha- „ ritate ita ardebant, ut cùm ſine in- „ termiſſione orationibus & aliis pie- „ tatis officiis vacarent; quotidie ad „ ſacra Dominici Corporis myſteria „ ſumenda, parati invenirentur. Eam „ poſteà conſuetudinem quæ inter- „ mitti videbatur, Anacletus, ſanctiſ- „ ſimus Martyr & Pontifex, aliqua ex „ parte renovavit, præcepit enim, ut „ miniſtri, qui Miſſæ ſacrificio inter- „ eſſent, communicarent; quod ab „ Apoſtolis inſtitutum eſſe affirmaret. „ Diu etiam in Eccleſia ille mos fuit, „ ut ſacerdos peracto ſacrificio cùm „ Euchariſtiam ſumpſiſſet, ad popu- „ lum, qui aderat, converſus, his ver- „

„ bis

Digitized by Google

„ bis ad ſacram menſam fideles in-
„ vitaret : venite fratres ad commu-
„ nionem : tunc qui parati erant,
„ ſumma cum Religione ſacroſancta
„ myſteria ſumebant. „ Ecce, nihil relinquit ſanctiſſimus Pontifex intentatum, quò fideles ad frequentẽ agni Euchariſtici eſum exſtimulet ac permoveat. Uti verò Eccleſia filios ſuos ad cœleſtem Euchariſtiæ menſam, ejuſque cultum, votis ac factis enixè invitat & attrahit, ita Eccleſiæ hoſtes, ac infideles filii, ab eâdem dolis ac fraudibus perversè avocant, & abalienant. Adverſus hos denuò inſtruam fortiſſimam ſanctorum Patrum aciem, quorum, teſte Romano Catechiſmo, omnium fuit ſenſus (qui de hac re ſcripſerunt) ſanctiſſima Euchariſtiæ myſteria frequenter eſſe accipienda.

Sancti Patres ad frequentem eſum agni Euchariſtici invitant.

Serm. 28. de Verb. Domini Tom. 10.

Anteſignanus eſt ſanctus Auguſtinus, qui exponens hanc orationis Dominicæ petitionem : *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, ſic exhortatur : *Cum dicimus in oratione Dominica, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, non iſte eſt panis, qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. Quotidianus eſt iſte panis. Accipe ergo quotidie, quod quotidie tibi proſit, ſic vive, ut quotidie merearis accipere; qui non meretur quotidie accipere, non meretur poſt annum accipere. Quomodo Job ſanctus pro filiis offerebat quotidie ſacrificium, ne fortè aliquid vel in corde vel ſermone peccaſſent. Ergo cum audis quod quotieſcumque offertur ſacrificium, mors Domini, reſurrectio Domini ſignificetur, & remiſſio peccatorum, & panem iſtum vitæ noſtræ quotidianum non aſſumis? qui vulnus habet, medicum requirit. Vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus, medicina eſt cœleſte & venerabile Sacramentũ; quotidie ſi accipis, quotidie eſt tibi hodie. Tibi hodie Chriſtus paſſus eſt, tibi quotidie reſurgit.* Hæc Auguſtinus, hæc piæ ſententiæ ænea baſis.

Fideles poſteros Apoſtolico exemplo quotidiè etiam ſacram Euchariſtiam ſumpſiſſe, teſtatur ſanctus Cyprianus, cujus verba dedi ſuprà, cum ex ſcripturis argumentarer. *Lib. de Orat. Dom.*

Inclytus Martyr Ignatius hæc ſcribit Epheſiis : *Feſtinate ergo frequenter accedere ad Euchariſtiam, & gloriam Dei. Quando enim aſſiduè hoc ipſum agitur, expelluntur poteſtates Satanæ, qui actus ſuos convertit in ſagittas ignitas ad peccatum.* Hortatur ſanctus Martyr ad frequentandam Euchariſtiam, quia hæc eſt *gloria Dei*, juxta Prophetiam Malachiæ, qui prædixit futurum magnum nomen Dei in gentibus, prænuntiatione hujus incruenti ſacrificii. Valdè quoque glorioſum eſt divinæ Majeſtati, quod tot ac tanta potentiæ, ſapientiæ, ac charitatis ſuæ ſigna, quæ in admirabili latent Sacramento, firmâ fide creduntur ac ſuſcipiuntur. *Epiſt. 14.* *Malach. 1.*

Accedit Juſtinus item Martyr. *Solis*, inquit, *qui dicitur die omnium qui vel in oppidis vel ruri degunt, in eumdem locum conventus fit; & commentaria Apoſtolorum, aut ſcripta Prophetarum* *Apol. 2 Aom. 1.*

tarum

tarum, quod tempus fert leguntur. Deinde lectore quieſcente, præſidens oratione quâ populum inſtruit, & imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Sub hæc conſurgimus communiter omnes, & precationes profundimus: Et, ſicut retulimus, precibus peractis panis offertur, & vinum, & aqua: Et præpoſitus itidem, quantùm pro virili ſuo poteſt, preces, & gratiarum actiones fundit, & populus fauſtè acclamat, dicens, Amen. Et diſtributio, communicatioque fit eorum, in quibus gratiæ ſunt actæ, cuique præſenti; abſentibus autem per Diaconos mittitur.

Orat. de B. Philogonio tom. 1. Suffragatur ſanctus Chryſoſtomus, qui redarguens Chriſtianorum in communicando ſegnitiem, ita effatur; *Nunc autem multi Chriſtianorum in tantam vecordiam, tantumque venêre contemptum, ut cum innumeris ſcateant malis; nullam tamen vitæ ſuæ curam habeant ſed in diebus feſtis negligenter ac temerè ad menſam hanc accedant, haud intelligentes, quod communionis tempus non eſt feſtum, neque celebritas, ſed conſcientia pura, vitaque à peccatis repurgata. Quemadmodum enim qui ſibi nullius mali conſcius eſt, hunc oportet ſingulis diebus accedere: ſic qui peccatis occupatus eſt, nec pœnitet, eum ne in feſtis quidem accedere tutum eſt. Neque enim ſemel in anno accedere, liberat nos à peccatis, ſi indignè acceſſerimus; quin hoc ipſum potius auget damnationem, quod cum ſemel tantum accedamus, ne tum quidem dignè accedimus.* Quam perſpicuè hîc docet aureum illud os, quovis feſtivo tempore, imò indies eſſe communicandum eis qui à peccatis, nempe mortalibus, repurgatâ gaudent conſcientiâ. Doctrinam traditam idem deducit Doctor alio loco: *Plurimi ex eis hoc ſacrificium ſemel accipiunt in toto anno, alii ſæpius. Ad omnes ergo nobis ſermo eſt, non ad eos, qui hîc ſunt tantùm, ſed etiam ad eos, qui in eremo ſedent. Illi enim ſemel in anno participant, fortaſſis enim & poſt duos annos. Quid ergo eſt? Quos magis acceptabimus? Eos, ne qui ſemel, an eos, qui ſæpius, an illos, qui rarò accipiunt? Neque illos qui ſemel, neque qui ſæpius, neque qui rarò; ſed eos qui cum munda conſcientia, qui cum mundo corde, cum vita irreprehenſibili, iſti ſemper accedant.* Et infrà. *Hæc dicens, non ab una in anno perceptione vos veto, ſed volo ſemper vos accedere.* Iterat fere eandem increpationem alibi. *Multùm video rerum inæqualitatem: in aliis quidem temporibus cum puri frequenter ſitis, non acceditis; in Paſcha verò, licet ſit aliquid à vobis patratum, acceditis. O conſuetudinem! ô præſumptionem, ſacrificium fruſtrà quotidianum. Incaſſum aſſiſtitis altari, nullus qui communicetur. Hæc, non ut temerè communicemini, dico; ſed ut vos dignos reddatis.* *Hom 17. in Epiſt. ad Hebr. tom. 4.* *Hom. 61. de ſacror. Rit. participatione. tom. 3.*

Addit calculum ſanctus Ambroſius, increpans ſimiliter tarditatem fidelium ſui ſæculi, qui more Græcorum ſemel tantùm in anno communicabant. Si, inquit, *quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis, quemadmodũ Græci in Oriente facere conſueverunt? Accipe quotidiè quod quotidiè tibi proſit.* Rurſùm. *Si quotieſcumq; effunditur* *Lib. 5. de Sacram. cap. 4. Lib 4. de Sacram. cap. 6.*

Digitized by Google

ditur ſanguis; in remiſſionem peccatorum effunditur; debeo illum ſemper accipere, ut mihi ſemper peccata dimittantur.

Ad Lucinum. Subſequitur Divus Hieronymus: *De Sabbato quod quaris, utrum jejunandum ſit, & de Euchariſtia, an accipienda quotidie, quod Romana Eccleſia, & Hiſpania obſervare perhibentur, ſcripſit quidem & Hippolytus vir diſertiſſimus, & carptim diverſi ſcriptores è diverſis auctoribus edidere. Sed ego illud te breviter admonendum puto, traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiant, ita obſervandas, ut à majoribus tradita ſunt: nec aliorum conſuetudinem, aliorum contrario more ſubverti.* Apertius favet in Epiſtolam ad *Cap. 4.* Galatas: *Sicut nobis licet, vel jejunare ſemper, vel ſemper orare, & diem Dominicam accepto Domini corpore indeſinenter celebrare gaudentibus: non ita & Judæis fas eſt omni tempore immolare agnum, Pentecoſten agere, tabernacula figere, jejunare quotidie.* Ubi clarè docet ex oppoſitione diſciplinæ Chriſtianorum cum Ritibus Judæorum, quotidie licere Chriſtianis communicare.

Gregorius VII. prudentiſſimus ac ſanctiſſimus Pontifex ſcribens ad Mathildem, hoc ei ſuggerit conſilium: *Inter cætera quæ tibi in Principem mundi arma, Deo favente contuli, quod potiſſimum eſt, ut frequenter corpus Dominicum acciperes judicavi, & certa fiducia matris Domini te Deo committeres, præcepi.* Hæc adverſus Principem mundi tutiſſima ſunt munimenta, fortiſſima arma, frequens corporis Dominici ſumptio, & certa in Matrem Domini fiducia, quæ propterea Princeps mundi per ſuos ſatellites numquam deſinit oppugnare.

Seraphicus Bonaventura commendat quoque, ut ſemper communicent, qui ſemper ſunt parati: *Dicendum,* inquit, *quod ſi quis ſemper eſſet paratus, ſemper utile eſſet hoc Sacramentum accipere.* *In 4 diſt. 12 q. 2.* Sanctus Thomas docet, melius fore accipere, quam abſtinere cæteris paribus; in eaque ſententia Scholaſtici ſunt communiter, qui verum promovent Chriſtianiſmum. Unum adduco. *3. p. q. 80. art. 10.*

Doctor noſter Reſolutus Bachonius præclarè hanc tuetur devotionem, pauciſque omnes expedit difficultates, ſaluberrimumque ſuggerit documentum imparatos ad ſacram menſam diſponendi, cujus proinde ſolidiſſimam doctrinam fuſius cenſui fidelibus communicandam, neſcio enim quo fato præclariſſimi Doctoris ſcripta, ſuper Sententias præſertim, non plurium terantur manibus, verſenturque ingeniis. Sic igitur loquitur ad- *In 4. diſt. 9 q 1. art.* intentum. „ De conſecrat. d. 2. c. quotidie, dicitur: quotidie com-„ munionem accipere Euchariſtiæ „ nec laudo, nec vitupero. Si tamen „ conſideretur Decreti intentio non „ movet: Hoc enim dixit Auguſti-„ nus, quia neſcivit utrum mens eſſet „ in affectu peccandi, vel non; etiam „ quia unus ad hoc poſſet eſſe devo-„ tus, & alter non; nam ſicut Zachæus „ gaudens ſuſcepit Dominum in do-„ mum ſuam: Centurio dixit; Do-„ mine non ſum dignus ut intres ſub „

 tectum

,, tectum meum, ut habetur §. Dixe-
,, tit. cap. quotidie. Et ideò conſulit
,, Auguſtinus; & ſi mens non ſit in af-
,, fectu peccandi, quamvis peccato
,, veniali moderatur cum lachrymis, &
,, orationibus accedat ad Euchariſti-
,, am, intrepidus, & ſecurus. Immò
,, continuè communicare ſimpliciter
,, eſt laudandum in bene diſpoſito.
,, Quod patet per effectus Sacramen-
,, ti. Eſt enim primus effectus hu-
,, jus Sacramenti unio charitatis cum
,, Deo, ut habetur tit. de cel. miſ. cap.
,, Cum Marthæ. Et accipitur ab
,, Evangelio Joannis 6. ubi dicitur;
,, *qui manducat meam carnem, & bibit*
,, *meum ſanguinem, in me manet, & ego*
,, *in eo.*

,, Alius eſt remiſſio peccatorum,
,, ut habetur de conſec. d. 2. cap. ſi
,, quotieſcumque. Et ideò dicitur ibi-
,, dem; qui ſemper pecco, debeo ſem-
,, per accipere medicinam.

,, Sed ſi quis indevotus ſit, qualiter
,, debet ſe diſponere? Habes docu-
,, mentum de conſec. diſt. 2. cap. Ti-
,, morem: Debet enim talis in corde
,, ſuo advertere, quod Dominus di-
,, cit: hoc facite in meam commemo-
,, rationem. Et ſimiliter commemo-
,, rari debet quod Apoſtolus dicit ad
,, Philippenſes 2. de Dei filio. Humi-
,, liavit ſemetipſum Deus uſque ad
,, mortem. Et ſic puto, quod poſſit
,, provocari uſque ad affectum, & di-
,, lectionem ipſius Dei Patris, qui pro-
,, prio filio ſuo non pepercit, ſed pro
,, nobis omnibus tradidit illum; &
,, ad altare Domini accedere devo-
,, tus. Et per eaſdem rationes idem
eſt dicendum de celebratione quoti- ,,
diana ſacerdotis benè diſpoſiti; ex- ,,
hibent enim majorem reverentiam ,,
Deo. Probatur aſſumptum: hor- ,,
tatur enim jus illum, quem peccata ,,
mortalia non gravant ad Euchari- ,,
ſtiam accedere, & quotidie; igitur ,,
hoc eſt magis reverentiam exhibe- ,,
re Deo, quam abſtinere; quia jus ,,
non hortatur, niſi quod eſt magis ,,
ad reverentiam Dei. Aſſumptum ,,
patet per cap. quicumque. Et cap. ,,
quotidie. De conſec. d. 2.

,, Item. Licet celebrans, & ab- ,,
ſtinens ambo Deo reverentiam ex- ,,
hibeant, tamen magis celebrans: igi- ,,
tur magis laudandus. Probatur ,,
aſſumptum; quia abſtinens ex reve- ,,
rentia unit ſe Deo per gratiam, cele- ,,
brans quotidie ſe unit non ſolùm ,,
per gratiam, ſed per Sacramentum, ,,
& per rem Sacramenti, quæ eſt Cor- ,,
pus Chriſti, & per virtutem Sacra- ,,
menti, quæ eſt unio charitatis. Ut ,,
habetur de celeb. miſſ. cap. cum ,,
Marthæ §. diſtinguendum. ,,

,, Item. Qui abſtinet reveretur Deũ ,,
per humilitatẽ; qui quotidie celebrat, ,,
reveretur, & per humilitatẽ & per ſui ,,
ordinis miniſteriũ; quod eſt ultra of- ,,
ficium Angelorum. d. 95. cap. ecce. ,,
Igitur magis Deum reveretur. Aſ- ,,
ſumptum patet; quia in principio ,,
Miſſæ proteſtatur ſe indignum per ,,
generalem confeſſionem, & ſub hac ,,
proteſtatione totam miſſam conti- ,,
nuat, officium ſui ordinis exequen- ,,
do. ,, Hæc Doctor Reſolutus, æque
piè ac doctè, quæ cum proportione
applicari poſſunt non ſacerdotibus
frequen-

Digitized by Google

frequenter communicantibus, excluſâ eminentiâ ſacerdotalis ordinis.

Doctoribus hic venit meritò accenſendus noſter venerabilis frater Joannes à ſancto Samſone, laicus, corpore cæcus, mente illuminatiſſimus, cujus adeò erga ſacram communionem æſtuabat anima, ut etiam millies, ſi licuiſſet, uno die ad ſacram menſam optarit acceſſum: Audiamus ejus divina theoremata: *Sumentes ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, debemus tradere nos perſonaliter animam & corpus ei quem accipimus ad reciprocandum ejus amorem, quod eſt creaturam addere paradiſo paradiſum. Et à vero amante adeò exoptatur, ut eum millies in die reciperet, ſi ipſi licitum foret, indeque affligitur, quod alio alimento uti cogatur. Qui ſe communis Corporis Chriſti Jeſu proprietarios efficiunt, maius ipſi fortaſſe damnum inferunt, quàm qui omnimoda ingratitudine & infidelitate ſuſceptum, abſque colloquio ſolùm relinquunt, ut faciunt permulti ſacerdotes mali*: Qui, ac ſi ipſi Corporis Chriſti eſſent proprietarii, alios ad ejuſdem ſuſceptionem diſponere negligunt, aut diſpoſitis diſtribuere recuſant. *Pluris faciebat*, vir piiſſimus (verba ſunt vitæ) *vel unum accubitum huic ſacratiſſimæ menſæ, omnibus gratiis & Dei donis quæ extra eam acceperat; dicens in ea perfici & feliciter conſummari ſacratiſſimum matrimonium, & myſticas animæ ſuæ cum ſponſo ſuo nuptias.* Ardenter proindè ac frequenter ſacræ menſæ procurandus accubitus cuivis animæ divinas nuptias concupiſcenti.

De ſacra ſynaxi.

Cap. 9.

Doctoribus ſanctas aſſocio Doctrices: conſtat de Seraphicâ magiſtrâ Thereſiâ ſorore noſtrâ, eam quotidie ſacram communicaſſe ſynaxim, niſi obedientia eam prohiberet quandoque: eamque ſacræ menſæ frequentiam ſuis indixit diſcipulis. Extaticæ etiam ſorori noſtræ Mariæ Magdalenæ de Pazzi communio erat quotidiana; unumque è motivis, cur amplecteretur inſtitutum Carmeliticum, erat, quia in monaſterio Florentino, quod fuit ingreſſa, ſorores indies ſacris epulis reficiebantur. Scitum fuit, & acutum Beatæ Catharinæ Senenſis, præclariſſimi Ordinis Prædicatorum, ad quemdam Epiſcopum reſponſum: cum is enim ſanctam reprehenderet, eò quod quotidie communicaret, & allegaret hæc ſancti Auguſtini verba: *Quotidie communicare, nec laudo, nec vitupero*: illa confeſtim ſubjunxit: *Ex quo reverende Pater, Auguſtinus me non reprehendit, quid eſt quod tu me reprehendendam exiſtimes?* Quid eſt etiam, quod etiam nunc devotæ perſonæ à quibuſdam nauſeabundis cœleſtis cibi ob frequentem reprehenduntur communionem? Eorum tepor ac faſtidium: Preclarè hoc explanat, meritoque cum ſancta Catharina Senenſi reprehendit celebris myſticæ Theologiæ illuſtrator, noſter R. Adm. Pater Michaël à ſancto Auguſtino, in ſuis inſtitutionibus myſticis. *Infirmi, ait, non rectè judicant de ſaporibus, quæ enim dulcia ſunt, videntur illis fellea & amara, ita etiam animæ, quæ adhuc infirmæ ſunt in virtutibus, quæ exiguum profectum fecerunt in ſincera ad Deum con-*

Lib. 4. vitæ cap. 12.

Lib. 1. trac. 6. cap. 4.

converſione, vix inveniunt guſtum, imò concipere nequeunt, quomodo aliqui tantum percipiant in frequenti communione; contra illos murmurant, & dicunt, quod tam frequentem uſum ſacræ Euchariſtiæ oporteret impedire, & ipſi, quantum in ſe eſt, impedire non verentur: quare? Iſti ſunt adhuc ſenſuales & animales homines, qui non percipiunt, quæ ſunt ſpiritus Dei: *& quia cœleſtis ille panis ipſis parum ſapit, & prodeſt, ideò metiuntur alios eàdem menſurâ, & opinantur eos etiam exiguum (prout ipſi) cum illo facere fructum; ſed hic eorum error nimis palpabilis eſt.* Hæc digniſſimus noſter Provincialis, quæ cupio attentâ mente perpendi à faſtidientibus ac diſſuadentibus frequentiam ſacræ menſæ, quique huc illuc ad ſacratarum Monialium aſceteria, aliarumque devotarum domos accurſantes, pias animas à cœleſti menſa, noxiâ planè machinatione attentant revocare; non enim Thereſiæ ſolùm, non Magdalenæ de Pazzi, non Catharinæ Senenſi non aliis antiquis Deo dicatis perſonis fructus ſanctiſſimi Sacramenti fuit neceſſarius, ut dignè ambularent vocatione ſuâ, ſed & cæteris univerſis; etiamnum caro eſt infirma, etiamnum adverſarius diabolus circuit quærens quem devoret; opus igitur eſt & nunc adverſus infirmitatem cœleſtis cibi confortatione, adverſus animæ hoſtes pane cor hominis confirmante.

1. Cor. 2.

Peccatores à ſanctis Patribus ad frequentem eſum agni Euchariſtici invitantur.

Murmurabant olim Phariſæi contra Salvatoris clementiam ac familiaritatem cum peccatoribus ac publicanis, ægrè ferebant medicum animarum viſitare, viſitarique ab infirmis, *& dicebant diſcipulis ejus: quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter?* Hodie novi murmuratores indignantur, quod peccatores ſæpius manducent, viſitent, imò adſpiciant magiſtrum, medicum, ſalvatorem ſuum, ſed & his à Chriſto parata eſt reſponſio: *non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus.* Ne igitur peccatorum pondere gravati, infirmi, imperfectique fideles, à cœleſti cibo, ac peccatorum antidoto, retrahente forſitan conſcientiâ diutius abſtinentes, irreparabili pateant ruinæ, ſed malè habentes frequentius ſecuriuſque ad animarum ſuarum medicũ accedant, *qualiter hoc idoneè faciant videamus,* ait divus Algerus; qui ſalutare hoc ſubjungit conſilium: *ut ergo de criminaliter peccantibus ſua* (videlicet ſanctorum Patrum) *decreta ſerventur, quia etiam in Ægypto datus eſt agnus Iſraëlitis, ſed inde ſtatim exituris: dandus eſt item Agnus Dei peccatoribus, ut à vaſtante Angelo protegantur, ſed deinceps peccatis renuntiaturis. Neceſſario enim agnus ſumendus eſt, ut à vaſtante Angelo protegamur. Sed ſi tantam medicinam ſumere vel non ſumere periculum eſt, quo evademus? Sed*

Matth. 9.

Ibidem.

Biblior. SS. PP. tom. 4.

ne

ne his anguſtiis circumventa humana deſperet infirmitas, Auguſtinus unicuique ſumendi & non ſumendi propria diſcretionis relinquit arbitrio. Audiamus ipſum Sanctum Auguſtinum perplexitatem expedientem. *Dixerit aliquis, non quotidie eſſe ſumendam Euchariſtiam. Quæris quare? Quoniam, inquit, eligendi ſunt dies, quibus purius homo, continentiúſque vivat, quò ad tantum Sacramentum dignius accedat. Qui enim manducaverit indignè, judicium ſibi manducat & bibit. Alius contra: imò, inquit, ſi tanta eſt plaga peccati atque impetus morbi, ut medicamenta talia differenda ſint, authoritate Antiſtitis debet quiſque ab altari removeri ad agendam pœnitentiam, & eâdem authoritate reconciliari. Hoc eſt enim indignè accipere, ſi eo tempore accipiat, quo debet agere pœnitentiam, non ut arbitrio ſuo cum libet, vel auferat ſe communioni, vel reddat. Cæterum ſi peccata tanta non ſint, ut excommunicandus quiſquam homo judicetur, non ſe debere à quotidiana medicina Dominici corporis ſeparare. Rectius inter eos quiſque fortaſſe dirimit litem, qui monet, ut in Chriſti pace permaneant:* (notent Novatores) *faciat autem unuſquiſque, quod ſecundùm fidem ſuam piè credit eſſe faciendum. Neuter enim eorum exhonorat Corpus & Sanguinem Domini; ſi ſaluberrimum Sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigaverunt inter ſe, aut quiſquam eorum alteri ſe præpoſuit Zachæus & ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domum ſuam ſuſceperit Dominum, alter dixerit, non ſum dignus ut ſub tectum meum intres, ambo Salvatorem honorificantes, diverſo, & quaſi contrario modo, ambo peccatis miſeri, ambo miſericordiam conſecuti. Valet etiam ad hanc ſimilitudinem, quod in primo populo unicuique Manna ſecundùm propriam voluntatem in ore ſapiebat, ſic in ore uniuſcujuſque Chriſtiani, Sacramentum illud quo modo ſumatur æſtimandum. Nam & ille honorando non audet quotidie ſumere, & ille honorãdo non audet ullo die prætermittere. Contemptum ſolum non vult iſte cibus, ſicut neque manna faſtidium.*

Epiſt. 118. ad Ianuar. tom. 2.

Conſentiunt Sancto Auguſtino Patres alii apud relatum divum Algerum. *Si tanta non ſint peccata, ut excommunicetur quis, non ſe debet à medicina corporis Domini ſubtrahere*, inquit Beatus Hilarius; *Unde timendum eſt, ne diu abſtractus à Corpore Chriſti, alienus remaneat à ſalute, qui peccare quievit, communicare non deſinat*, conſulit Algerus. Item Ambroſius. *Si quotieſcúmque effunditur Sanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur, qui ſemper pecco, debeo ſemper accipere, debeo ſemper habere medicinam.* Hinc rurſus admonet Auguſtinus, aut quiſquis auctor eſt libri de Eccleſiaſticis dogmatibus: *Quamvis peccatò quis mordeatur, peccandi de cætero non habeat voluntatem, & communicaturus ſatisfaciat lachrymis & orationibus, & confidens de Domini miſeratione: accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus. Sed de illo hoc dico, quem mortalia peccata non gravant.* Cap. 53.

Exhortatur etiam inſtanter noſter S. Cyrillus Alexandrinus, ut peccatores communicandi ſumant fiduciam: *Nos verò, ſi vitam æternam conſequi volumus, ſi largitorem immortalitatis habere in nobis*

Lib. 4. in Ioan. c. 17. tom. 1.

Digitized by Google

bis deſideramus, ad recipiendam benedictionem libenter concurramus, caveamúſque ne loco laquei damnoſam religionem diabolus nobis prætendat. 1.Cor.11. *Rectè, inquis, dicis, ſcriptum tamen eſſe non ignoramus, judicium ſibi comedere atque bibere, illum, qui de pane comedit, & de calice bibit indignè. Ego igitur probo meipſum, & indignum invento: quando igitur quicumque tu es qui iſta dicis, dignus eris? quando Chriſto te ipſum offeres? Nam ſi peccando indignus es, & peccare non deſinis: quis enim delicta intelligit? (ſecundùm Pſalmiſtam) expers omnino eris vivifica hujus ſanctificationis. Quare pias quaſo cogitationes ſuſcipias, ſtudioſè, ſanctéque vivas, & benedictione participes, quæ, mihi crede, non mortem ſolùm, verùm etiam morbos omnes depellit.* Ex mente igitur iſtorum magnorum, Sanctorúmq; Doctorum, cuilibet, actuali mortali culpâ non inquinato, frequens, imò quotidiana ſuadetur communio.

Ex dictis hactenus liquidò conſtare arbitror, quantus fuerit primitivæ atque antiquæ Eccleſiæ fervor erga frequentem Sacræ Euchariſtiæ ſumptionem, quæque de ea Sanctorum mens ſit ac ſententia: nihilominus iſtud eximiæ devotionis ſpecimen erga diviniſſimum Sacramentum non hic prætermittam, nimirum circa uſum ejuſdem antiquitus fuiſſe introductum, ut, cùm ob perſecutiones tyrannorum fidelibus non eſſet liberum ad Eccleſiam convenire, à Sacerdotibus ſacratiſſimas ejus particulas (quas Tertullianus alicubi *buccellas* appellat; ſed Auguſtinus, & alii, particulas, ut apud nos frequentiori uſu retentum eſt) fideles acciperent, *eaſdémque domum deferrent*, & reverenter aſſervatas vel quotidie ſumerent, vel cum alio qui de vita periclitarentur. Cujus conſuetudinis complura ſunt antiquorum Patrum teſtimonia, ut videre licet apud Spondanum. Ad ann. Chriſt. 57 Sed & *in itinere* aliquando conceſſum fuiſſe ſecum Euchariſtiam ferre, eámque ad pectus geſtare non ſolum Epiſcopis, ſed etiam fidelibus laicis, imò & catechumenis (id eſt, fidelibus nondum baptizatis, ſed ad baptiſmum ſe diſponentibus) docent, quæ Sanctus Ambroſius de fratris ſui Satyri catechumeni ſcribit encomio funebri: & quæ Gregorius Papa de Maximiano Epiſcopo Syracuſano, apud eumdem Spondanum. Ibidem.

Hæc autem, præmiſſis adjunctis, clarè evincunt, quàm immane Novi reformatores diſtent ab antiquæ ac modernæ Eccleſiæ praxi, in uſu ac cultu Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti: illis enim nimium eſt, ſi Venerabile ſeptimanatim ter, quaterve honorificè in Eccleſiis ſuper altaria fidelibus exponatur adorandum: Eccleſiæ ſatis non eſt, niſi quotidie porrigatur manducandum. Autumant iſti derogari honori ac debito reſpectui, timéntque ex familiaritate contemptum, ſi Sanctiſſimum vicibus aliquot (cape denis, vicenis, &, ſi lubet, pluribus) ſolemniter per Epiſcopum, aut alium ſacerdotem annuatim circumferatur, cinctum facibus, aliiſque luminaribus, concinentibus Eccleſiæ miniſtris, præcedentibus ſacris triumphalibus vexillis, comitantibus Sanctis in ſuis imaginibus,

nibus, ac Reliquiis, plurimâque fidelium turba idem adorantibus atque laudantibus: cùm Eccleſia antiqua pluribus ſæculis ex honore & reverentia illud tradiderit nedum Epiſcopis & Sacerdotibus, ſed & laicis ac catechumenis ad ædes privatas aſportandum, quotidie adorandum atque manducandum: *Ex honore*, dico, *& reverentia*; nam ut devotiſſimè, ita & veriſſimè Agno Euchariſtico loquitur contemplabundus frater noſter Joannes à Sancto Samſone, nuper laudatus: *Ad quid (amor meus) hic tibi de hujuſmodi infelicibus loqui, quorum omne gaudium in carne eſt? nobis autem quid convenit niſi appetitum noſtrum irritare, ut jugiter te manducare & bibere concupiſcamus, cum hac ſit* MAIOR VOLUPTAS ET MAIOR GLORIA, *quam tibi in hac vita exhibere poſſimus.* Eccleſia antiqua permiſit laicis fidelibus privatim Venerabile Sacramentum *in itinere* ad pectus deferre. Novatores vix patiuntur illud per Sacerdotes honorificentiſſimè per plateas exornatas deportari. Concluditur præterea, Eccleſiã modernam in uſu Euchariſtiæ, ejuſdémque cultu adeò non excedere, quin & multis paraſangis diſtet ab ejuſdem uſu ac cultu Eccleſiæ antiquæ, ut mirum non ſit, multos in hodierna Eccleſia fore *infirmos, & imbecilles, multóſque dormire* in Chriſtiana pietate; quandoquidem contra venenum tartarei ſerpentis non ſumant frequentius Sacramenti cœleſtis antidotum, nec contra ſpiritualem ſoporem, *vinum cor hominis lætificans*, ſalubritérque *ab ubertate domus Domini inebrians.* An non hæc edoceat Concilium Tridentinum? *ſumit autem voluit* (hæc ejus ſunt verba de Chriſto) *Sacramentum hoc tamquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viventes vita illius, qui dixit: qui manducat me, & ipſe vivet propter me: & tamquam antidotum quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſervemur.* Quibus verbis haud parum præmiſſa omnia roborantur.

Cap. 9. vitæ.

1. Cor. 11.

Pſalm 35.

Seſſ. 13. c. 2.

Rationibus perſuadetur frequens ad Cœnam Agni acceſſus.

Plurimas, eáſque efficaciſſimas in allegatis ſcripturæ, Conciliorum, Sanctorúmque Patrum teſtimoniis inſinuavimus rationes; ſuperſunt nonnullæ præſenti pietati ſtabiliendæ. Primùm ratiocinor à loco in quo degimus, id eſt, à ſtadio in quo currimus ad æternæ felicitatis bravium, ab arena, à paleſtra in quâ nobis adverſus Principes tenebrarum cruentum ac implacabile bellum: eſt autem Agnus Euchariſticus viaticum noſtræ peregrinationis, præſidium ſingulare adverſus omnes hoſtium inſultus, lorica munitiſſima adverſus univerſa eorum ignita tela; qui igitur in continuo verſamur prælio, à cujus exitu æterni pendet palma triumphi, numquam deſtituamur ſecuriſſimo munimento, numquam fortiſſima armatura, ſi in certamine periculoſiſſimo minori cum anxietate velimus ſperare victoriam. *Ad hoc ſit Euchariſtia,* ait S. Cyprianus, *ut poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra adverſarium volumus munimento Dominicæ ſaturitatis armemus.* Iterum,

Epiſt. 54.

Digitized by Google

rum. *Mens deficit, quam non recepta Euchariſtia erigit & accendit.*

Secundò argumentari licet ab effectu Euchariſtici Sacramenti; cum verò indubitatum ſit, ipſum dignè ſuſceptum in nobis cauſare augmentum divinæ gratiæ ac charitatis, idque ex opere operato; perſpicuum eſt, eò in nobis forè gratiam charitatémq; copioſorem, quò frequentius Sacra Communio, gratiæ fons, fuerit iterata. Quis non indies, imo quis non ſæpiùs uno die feſtinaret ad menſam amici, ſi qualibet vicè novas inde reportaret divitias, altioréſque amicitia inter ſe ac munificentiſſimum amicum ageret radices? hoc fit homini intuitu Dei, quoties ad menſam Dominicam ritè diſpoſitus accedit: & adhuc invitati nolumus venire? ô cæcitas, ô ſocordia!

Argumentor tertiò; qui enim frequenter communicat, etiam occaſionem nanciſcitur adaugendi in ſe gratiam divinam ex opere operantis: præbet námq; admirabile Sacramentum anſam magnam conſiderandi Chriſti Paſſionem (eſt enim memoria Paſſionis ejus) Omnipotentiam, Sapientiam, munificentiam, charitatem ejus erga nos incomprehenſibilem, quorum omnium attributorum Sacramentum Euchariſticum luculentiſſimum exiſtit argumentum: ex repetitis autem meditationibus præſertim tam divini objecti, támq; ineffabilis Dei erga miſellas creaturas charitatis, augetur reciproca charitas, nam magnes amoris amor, amplioréſque anima in virtute facit progreſſus, quàm ſi rarius ſumeret Euchariſticum Sacramentum. Ad hæc, frequenter communicans, occaſionem habet conſcientiam ſæpiùs diſcutiendi, peccata ſua deflendi, humiliter confitendi, ſatisfaciendi, crebrò orandi, ſéque Deo offerendi amore reciproco: hæc autem ſunt religioſa Deóque gratiſſima exercitia, quo igitur ſæpiùs iterantur, eò ampliùs promeremur.

Quarta ratio deſumi poteſt à diverſitate virtutis, qua movetur communicans & abſtinens; qui enim ad cœleſte convivium accedit, cum deſiderio ſe arctius Chriſto uniendi, movetur charitate, abſtinens verò timore; at charitas virtus eſt præſtantior timore; ergo & ex hoc capite perfectius laudabiliúſq; eſt, cæteris paribus, ſæpiùs, quam rarius accipere Sacram Communionem. Accedit, quod communicans plurium ac nobiliorum virtutum eliciat actus, quam abſtinens: exercet enim amorem reciprocum erga liberaliſſimum benefactorem, confidentiam in divina bonitate, reverentiam erga Chriſtum ſub ſpeciebus Euchariſticis latentem, humilitatem, qua ſe cœleſti medico indigere ipſo facto profitetur: nullâ autem re nos poſſumus Deo reddere gratiores, ac magis ipſum honorificare, quam crebro hoc præſtando, ac cum Pſalmiſta dicendo: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam: & nomen Domini invocabo.* *Pſalm. 115* Propterea námque loquitur Chriſto noſter Venerabilis frater Joannes à Sancto Samſone: *nobis autem quid convenit, niſi appetitum noſtrum irritare, ut jugiter te manducare & bibere concupiſcamus: cum hæc*

hac ſit MAIOR VOLUPTAS, ET MAIOR GLORIA *quam tibi in hac vita exhibere poſſim.* Qui verò abſtinet à ſacra menſa, ducitur timore reverentiali, propriæq; indignitatis conſideratione, qui ſunt actus inferioris longè ordinis, quibus ſe exercet communicans. Pluribus aliis rationibus ſuperſedeo.

CAPUT XIV.

Qualiter frequens Agni Euchariſtici ſuſceptio ſit intelligenda.

In Epiſt. ad Epiſc. Italiæ.

PRobato generaliter, frequentem Euchariſtiæ ſumptionem præſtare, cæteris paribus, rariori, ſupereſt inveſtigandum, qualiter ea frequentia ſit intelligenda: licet enim Eccleſiæ primitivæ fuerit indicta communio quotidiana per Pontificem Anacletum; & Patrum aliqui ſæculis poſterioribus quotidianam conſulant communionem cuilibet non habenti actualem affectum ad mortale peccatum; nihilominus hiſce temporibus quibus primitivus fervor in plurimis defecit, & fides ac diſpoſitio non eſt tanta, alia eſt ineunda ratio in præſcribenda ſacri convivii frequentia, aptior verò non occurrit illa, quam tradit divus Bonaventura, quam proinde exiſtimamus hic congruentiſſimè ſubjiciendam.

De profect. Religioſ. lib. 2. cap. 77.

„ Si verò aliquis deſiderat experiri, utrum ſit melius, ſæpius, an rarius Corporis Chriſti ſuſcipere Sacramentum, videtur mihi quod non poſſit ſuper hoc omnibus dari regula uniformis. Varia ſunt hominum merita, & diverſa operum ſtudia, & differentia deſideria, & multiplices Spiritus ſancti operationes in ſingulis, & diverſi etiam ſtatus in Religione. Et ideò ſicut ægrotantibus non poteſt una forma ſervari in dandis medicinis corporis, propter diverſitates complexionum, aut loci, aut temporis, aut diætæ, vel aliarum conſiderationum, pro quibus, aut rarius, aut ſæpius, aut majori, aut minori quantitate eadem medicina datur, ita & de medicina ſpirituali, quæ eſt Corpus Chriſti, intelligendum. Mundanis enim curis occupati rarius poſſunt ſe ad illud recipiendum expedire, quàm illi qui tantùm ſpiritualibus ſtudiis ſunt intenti: & alii minus ſunt circumſpecti in cuſtodia vitæ ſuæ & morum, & conſcientiæ ſuæ puritate. Alii etiam ardentori deſiderio trahuntur ad illius ſalutaris cibi perceptionem. Alii verò quodammodo terrentur, cum deberent accedere: & niſi conſcientia urgeret, & conſuetudo Religionis induceret, vel timor majoris elongationis à Deo impelleret, valde raro accederent ad illud mirificum Sacramentum. Vix tamen aliquis ita religioſus eſſe videtur, & ſanctus, exceptis ſacerdotibus, quin ſemel in ſeptimana ſufficiat ei ex conſuetudine

 com-

„ communicare, niſi ſpecialis cauſa „ quandoque, vel ratio plus ſuadeat, „ infirmitas ſuperveniens, vel ſingulatiter feſtivitas ſolemnis, vel inuſitatæ „ devotionis fervor, & intemperati „ deſiderii ſitis ſit pro illius ſuſceptione, qui ſolus ſufficit amantis animæ ardorem refrigerare. Et quia „ talis ardoris impetus non niſi ab „ Spiritu ſancto, ut creditur, infunditur, idcò legibus humanæ conſuetudinis, & ſtatutis mortalium non „ arctatur. Sicut aliquos quandoque „ vidimus, licet paucos, quibus vivere „ Chriſtus erat: ita ut ſi non frequentius pane vitæ reficerentur ſacramentaliter, quaſi videbantur vita „ corporis jam velle deficere, patentibus indiciis hunc defectum prodentibus. Et qui ante tam debiles „ erant, quod nec inceſſum debitum „ habere poterant, poſt ſuſceptionem „ illius Sacramenti in tantum confortabantur, quaſi nullam ante ſenſiſſent „ debilitatem manifeſtè apparentem. „ Juxta illud: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. „ Quia nullus cibus materialis, vel potus poſſet ſic celeriter, & efficaciter, „ non ſolùm corpus, ſed etiam animam recreare. Salubre tamen eſt, „ & utile, quod homo ſæpè ſe ad illius medicamenti ſuſceptionem præparet, & quantò devotius valeat, illud percipere ſtudeat, & poſt perceptionem in ſtudio pietatis ſe conſervet: attentius tamen Religioſi, „ & qui obtulerunt ſe Deo, ſic enim „ erunt in majori cuſtodia vitæ ſuæ, „ & conſcientiæ, dum & ante, & poſt

Ioan. 6.

Euchariſtiæ perceptionem ob reverentiam ipſius ſtudent magis innocenter vivere, & ſtudio devotionis „ frequentius intendere. Et licet quandoque tepidè, tamen confidens de „ miſericordia Dei, fiducialiter accedat: quia ſi ſe indignum reputat, cogitet quod tanto magis æger neceſſe habet requirere medicum, quanto „ magis ſenſerit ſe ægrotum. Non enim eſt opus valentibus medicus, ſed „ male habentibus. Nec ideò quæris „ te jungere Chriſto, ut tu eum ſanctifices, ſed ut tu ſanctificeris ab illo. Nec propterea prætermittenda „ eſt ſacra communio, ſi quandoque „ non ſentit homo ſpecialem devotionis gratiam, cum ſe ad illam præparare ſtudet, vel cum in ipſa perceptione, vel poſt fortè minus devotum ſe ſentit, quam vellet, quia „ ex aliqua ſupradictarum cauſarum „ ratione ſolet illud evenire. „ Hæc ſanctus Bonaventura.

Matt. 9.

Ad pleniorem hujuſce quotidianæ quæſtionis expeditionem, ſubnectam conſilia atque documenta trium Carmelitarum, tum ſcientiâ, tum experientiâ, in ſubjecti argumenti genere, præclarè inſtructorum. Primus eſt R. Adm. P. Franciſcus Bonæ Spei Magiſter meus: ſic loquitur. „ Quamquam conſuetudine, aut lege ſcripta, „ prohibitum laicis ſingulis diebus, „ communicare non reperiatur, ſed „ per ſe loquendo, permiſſum ſit & „ laudabile, eò quod minus periculi „ ſit in exceſſu, quam in defectu ſacræ „ communionis, ut vel in ipſis ſacerdotibus quotidie celebrantibus pa- „

Tom. 6. diſp. 6. dub. 2. reſ. 3.

tet.

Digitized by Google

,, ret. Ex Chryſoſtomo *Homil. 3. in*
,, *Epiſt. ad Epheſ.* ubi ſic : *tempus*
,, *non efficit dignos tanti aditu Sacra-*
,, *menti; ſed ſola animi ſinceritas, atque*
,, *expurgatio : cum tali puritate accede*
,, *ſemper, ſine hac ne præſumas unquam.*
,, Attendendum tamen ad cujuſque
,, ſtatum & diſpoſitionem, ſic nem-
,, pè ut Religioſis, quàm laicis devo-
,, tariis, his, quam matrimonio jun-
,, ctis, per ſe loquendo frequentiùs à
,, prudenti confeſſario permittatur,
,, attentis verbis Gennadii *de dogmat.*
,, *Eccleſ. cap. 53. & de conſecrat. cap. 33.*
,, Ex Auguſtino : *Quotidie Euchari-*
,, *ſtiæ communionem recipere, nec lando,*
,, *nec vitupero; omnibus tamen diebus*
,, *Dominicis communicandum ſuadeo*
,, *& hortor; ſi tamen mens ſine affectu*
,, *peccandi ſit.* Ex D. Thoma 3. *p. q.*
,, 80. *art. 1. Circa uſum hujus Sacramen-*
,, *ti, duo poſſunt conſiderari : unum*
,, *quidem ex parte ipſius Sacramenti,*
,, *cujus virtus eſt hominibus ſalutaris;*
,, *& ideò utile eſt, quotidie ipſum ſume-*
,, *re, ut homo quotidie ejus fructum per-*
,, *cipiat, &c. Alio modo poteſt conſide-*
,, *rari ex parte ſumentis, in quo requi-*
,, *ritur, ut cum magna devotione & re-*
,, *verentia ad hoc Sacramentum acce-*
,, *dat; & ideò, ſi aliquis ſe quotidie ad*
,, *hoc paratum inveniat, laudabile eſt,*
,, *quod quotidie ſumat, &c. Sed quia*
,, *multoties in pluribus hominum plura*
,, *impedimenta hujus devotionis occur-*
,, *runt, propter corporis indiſpoſitionem*
,, *vel animæ, non eſt utile omnibus ho-*
,, *minibus quotidie ad hoc Sacramentum*
,, *accedere, ſed quotieſcumque homo ſe*
,, *ad illud invenerit præparatum.* Ex
quo colligitur, non ita eſſe bonum ,,
& utile pleriſque mulierculis fre- ,,
quenter tempus & rei domeſticæ ,,
curandæ deſtinatum, inſumere tem- ,,
plo frequentando, confeſſario ex ,,
pectando, ante & poſt communio- ,,
nem in ſpiritualibus exercitiis ſe con- ,,
tinendo, ut decet; quàm quærere ,,
lanam & linum, operari conſilio ,,
manuum ſuarum, mittere manum ,,
ſuam ad fortia, & apprehendere ,,
fuſum, &c. Ut dent prædam do- ,,
meſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis, ,,
ut rectè notat Soto *in 4. diſt* 12 *q.* 1. ,,
art. 10. Unde ſimilibus ſemel in octi ,,
duo, ſive ipſo quolibet die Domi- ,,
nico, & ſolemnioribus feſtis com- ,,
municare ſufficit. ,, Subdit autem,
inſignioris recollectionis devotarias,
iterum ſemel intra hebdomadam poſ-
ſe ad ſacram menſam accedere.

His affinia docet noſter R. Adm. *The mor. tract. 2. reg. 6.*
P. Urbanus ab Aſcenſione. ,, Cæ-
terum de uſu ordinario extra ne- ,,
ceſſitatem, primò quidem eſt invita- ,,
re ſuaviter fideles ad frequentem ,,
communionem, ſed etiam caveri ,,
debet abuſus in uſu nimio : unde ,,
ſufficeret, ut ego quidem exiſtimo, ,,
ſæcularibus communionem ad ſum- ,,
mum permittere octavo quoque ,,
die, juxta id quod habent communi- ,,
ter Doctores, & colligunt ex ſancto ,,
Auguſtino : quantamcumque enim ,,
prætexant illi devotionem, certum ,,
eſt vix in ſæculari reperiri poſſe diſ- ,,
poſitionem ſufficientem ad ſæpius ,,
communicandum, prout me ſem- ,,
per praxis diuturna docuit. ,,

R. P. Stephanus à S. Paulo ex

Digitized by Google

Theo. mor. tract. 5. diſp. 4. dub. 8.

relatis ab Urbano verbis ita concludit: Ex quo patet, meritò improbari ſententiam aliquorum docentium abſolutè: *Dum quis mortali culpa non tenetur, præſtare enim diebus ſingulis communicare quam abſtinere, quacumq; ipſius ſit diſpoſitio, velit nolit Confeſſarius.* Ipſe autem P. Stephanus ita ſuā declarat mentem: „ Petes quartò, an ex„ pediat frequentius communicare? „ Reſpondeo, quoad hoc non poſſe „ commodè tradi regulam genera„ lem: poteris tamen obſervare ſe„ quentia. Primò, ut illis qui à pec„ catis mortalibus abhorrent, & ve„ nialia evitare contendunt, conce„ das communionem bis in hebdo„ mada: qui verò venialia evitare „ negligunt, ſemel in quindena & fe„ ſtis ſolemnioribus. Secundò, qui „ ſubinde labuntur in mortalia, & ſta„ tim reſurgunt, ſemel in menſe. „ Tertiò, qui mortalia evitare non „ curant, ſolùm in Paſchate cogendi „ ſunt. Hæc noſter P. Stephanus „ prudenter & diſcrete, cujus doctri„ nam, additis præmiſſis, abundè „ reor ſufficere pro confeſſariorum, „ communicantiumque directione.

Cum igitur nihil hic certi queat ſtatui, ſed frequentia communionis metienda ſit ex diſpoſitione ſubjecti, ita ut quibuſdam conveniat quotidiana, aliis octiduana, aliis menſtrua, aliis rarior; aut frequentior, pro cujuſque majori vel minori præparatione, hæ ſerventur regulæ: prima, ut indocti hic ſe ſubjiciāt arbitrio prudentis, probique confeſſarii. Secunda, ut dum adeſt puritas, probatioque conſcientiæ, ſemper judicetur laudabilius, ac fructuoſius communicare, quam abſtinere. Tertia, patrem ſpiritualem, neminem debere arcere à ſacra menſa, niſi ob peccatum, vel ſcandalum, vel aliud quidpiam, quod pœnitenti magis expediat ad ſpiritualem animæ profectum; ſemper tamen ſit memor, per ſe loquendo, melius eſſe ſæpè, quam rarò communicare, nec quidquam magis conducere ad ſpiritus robur ac profectum, quàm devota Agni Euchariſtici manducatio, ex unanimi ſanctorum Patrum, ac vitæ ſpiritualis Directorum ſententia. Meminerint quoque pii Catholici, non poſſe frequenter communicantes eos, qui rarius communicant, contemnere; ut nec illos, qui parcius ſumunt de ſacra menſa, judicare eos, qui frequentius accedunt: ſed omnes obſervent præceptum Apoſtoli, quod quamvis ipſe in alium pronuntiarit finem, aptiſſimè tamen congruit propoſito: *qui manducat*, inquit, *non manducantem non ſpernat: & qui non manducat, manducantem non judicet.* Hoc ſi fecerimus, ſervabimus pacem & unitatem, excluſa omni amarulentia ac turbulentia, quæ ex nimia judicandi temeritate trahit originem, dæmoniſque, omnis diſcordiæ Patris, inſidias, ac fraudes ad ſeditiones factioneſque inſtigantes declinabimus. *Rom. 14.*

C A-

Digitized by Google

CAPUT XV.

Excuſationes tardantium venire ad nuptias Agni Euchariſtici præcluduntur.

QUamvis frivolæ excuſationes, quas nauſeabundi ſolent frequenti ſacræ Euchariſtiæ communioni prætexere, ſufficienter per hactenus dicta poſſint videri expeditæ, tamen ob heteroclitam quorundam criſim expreſſius latiuſque ſunt diſſolvendæ: ſunt enim quidam hujuſmodi genii, ut nil, quod ipſi non experiantur, probent, at reprehendant ea, quorum nec guſtum habuerunt, nec fructum: tales ſunt, nedum carnales laici, ſed, quod pejus, quidam etiam ſacerdotes, non abſimiles canibus in præſepio, aut hortorum cuſtodiæ deputatis, qui cum fœno, aut fructibus hortenſibus non veſcantur, nec alios eis veſci ſinunt: talis eſt iſtorum genius, cum enim ipſi nauſeent cœleſte manna, & alios ab eo moliuntur avocare: varias prætexentes ratiunculas, quibus miſeros homines, & ſe nimium propenſos ad rerum ſpiritualium contemptum, quique ſe ſatis norunt excuſare, haud aliter, ac illi, qui in Evangelio ad nuptias fuerant invitati, à nuptiis Agni Euchariſtici, arcere præſumunt. Horum frigidorum excuſationes præſens caput oſtendet infundatas.

Prima excuſatio.

Prætexunt primò ſuæ tarditati accedendi ad cœnam Agni Euchariſtici exemplum Chriſti, qui non niſi ſemel communicavit Apoſtolos in noviſſima cœna; cujus proindè exemplo communicandi raritatem fidelibus autumant commendatam. *Matth.* 26

RESPONSIO.

Impertinens ſanè eſt ille negligentiæ prætextus; cum enim Chriſtus morti vicinus inſtituerit Sacramentum Euchariſticum, nec poſt inſtitutionem multo tempore cum Apoſtolis fuerit commoratus, nam celebrata cœna ſtatim à Juda eſt venditus ac traditus, & à Judæis comprehenſus, & interfectus, mirum non eſt, ipſum Apoſtolos non ſæpius communione ſacratiſſimi ſui corporis ac ſanguinis refeciſſe. Apertè tamen oſtendit Chriſtus, quam deſideret ſe frequenter ſumi in Sacramento Euchariſtico, nec dum ſumptionem fore procraſtinandam, dum ipſo die ſuæ reſurrectionis rurſus ſeipſum diſtribuit diſcipulis eun-

euntibus in Emmaus. Docuit idipſum per Spiritum ſanctum, quem promiſit, miſitque Apoſtolis, de quo ſequitur apud Joannem: *Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*: Et, *quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Hujus ſpiritus magiſterio edocti Apoſtoli, quamprimum quotidianam inſtituerunt communionem, ut ſcribit ſacratiſſimus Evangeliſta Lucas in Actis; cum igitur Apoſtoli agerentur ſpiritu Chriſti, non eſt Chriſtus trahendus ac allegandus adverſus frequentem uſum Eucharistiæ, at unicè pro eo commendandus ac laudandus. Deinde, ſi à Chriſti facto in cœna juberet trahere exemplum rarioris communionis, ſequeretur hæreſis, ſemel tantùm in vita communicantium, uti Chriſtus ſemel tantum Apoſtolos in cœna communicavit. Denique, cum Chriſtus præditus fuerit poteſtate excellentiæ, quia effectum Sacramenti Euchariſtiæ conferebat ſine Sacramento, non habebat neceſſitatem Apoſtolis dandi ſui corporis & Sanguinis Sacramenta, ut in eis charitas ac gratia ad augeretur: ſed quemadmodum Magdalenæ, & adulteræ contulit effectum Sacramenti pœnitentiæ independenter à Sacramentali confeſſione & abſolutione, ita poterat Apoſtolis concedere effectum Euchariſtiæ abſque ejuſdem participatione: cum verò Sacramenta jam ſint à Chriſto inſtituta, nec miniſtri illa poteſtate excellentiæ præditi, in vanum quis præſtolaretur Euchariſtiæ, ut & aliorum Sacramentorum, effectum, abſque actuali perceptione.

Cap. 16. ibidem. *Cap. 2 & 4.* *Luc. 7. Ioan 8.*

Excuſatio ſecunda.

Obtenditur deinde frequenti communioni præceptum Eccleſiæ, quæ ſemel tantum in anno jubet fideles ad ſacram menſam accedere, juſſura id ſæpius, ſi frequentiorem communionem præponeret rariori.

RESPONSIO.

Quænam in hoc negotio ſit mens Eccleſiæ, luculenter deduxi ex Concilio Tridentino & Romano Catechiſmo, dum ſuprà frequentem communionem aſſerui ex ſacris conciliis, ubi viſum eſt, quamvis prudentiſſima ac pientiſſima mater, conſiderans univerſim fidelis populi teporem, volenſque eorum condeſcendere fragilitati, unicam anno præceperit communionem, optaret tamen, multiſque motivis inducit, ut fideles ſæpius ad dignam Euchariſtiæ ſuſceptionem ſe diſponant: unde monet Pius Quintus in Catechiſmo Romano: *Fideles non ſatis habeant ſe, hujus Decreti auctoritati obtemperantes ſemel tantummodo corpus Domini quotannis accipere; verùm ſæpius iterandam Euchariſtiæ communionem exiſtiment.* Gerit ſe pia mater Eccleſia inſtar prudentis medici, qui ægro ob alimenti defectum de vita periclitanti præſcribit, ſi non velit ſæpius comedere in die, ſemel ſaltem id faciat, niſi de vita actum velit. Præcipit quoque Eccleſia ſemel ſaltem in anno peccata Sacramentaliter confiteri, vellet tamen id fieri fre-

Part. 2. cap 4.

Digitized by Google

ſrequentius; quis enim habens viſcera charitatis erga filios, ſciretque in eos mortis æternæ latam ſententiam, niſi offenſo Domino reconcilientur, in annum eos vellet differre reconciliationem? Et ſanè ſi in nobis eſſet vel tantillum curæ ſalutis animæ, frequentius ante ſacrum tribunal nos ſupplices ſiſteremus, &, ne inedia periremus, ſæpius cœleſtem cibum manducaremus.

Excuſatio tertia.

Hom. 17. in Epiſt. ad Hebr. Opponunt tertiò exempla Sanctorum Anachoretarum, qui rariſſimè leguntur ſacram communicaſſe Eucharistiam, & tamen eximiam adepti ſunt ſanctitatem: teſtatur Chryſoſtomus ſui temporis Eremitas ſemel tantùm communicaſſe in anno, ſæpè etiam poſt duos annos. Sancta illa pœnitens Maria Ægyptiaca tempore 18. annorum non ſuccepit corpus Domini. Quid igitur toties communicandum?

RESPONSIO.

Lib. 5. libello 7. n. 24. Fallaci hoc argumento uſus quondam Satan, abduxit Eremitam quemdam è cellà, poſtquam ſexennio eam incoluerat, ut refertur in vitis Patrum. Igitur ad Patrum antiquorum exempla *Collat. 23. cap. 21.* reſpondeo primo: quoſdam fatua humilitate, ut Caſſianus ait, à participatione frequenti myſteriorum abhorruiſſe; adeoque eorum morem, hac in parte, non eſſe ſapientibus proponendum in exemplum. Secundò, aliquos divino ſpiritu actos, ac in remotiſſimis ab hominum conſortio eremi latebris degentes, ſpeciale privilegium à frequenti, ac præcepta communione excuſabat, aut etiam defectus ſacerdotis conſecrantis à culpa reddebat immunes, qui tamen data occaſione, avidiſſimè ſumebant panem cœleſtem: ut legitur de ſancta Maria Ægyptiaca, & ſancto Benedicto, qui per plures annos deliteſcens in ſpecu quadam ſublaci, ignorabat adeſſe diem Paſchæ: hos autem Deus per ſeipſum nutriebat, ſpiritualiterque ſupplebat fructum communionis ſacramentalis, ideò cõmunibus legibus minimè tenebantur: invalidum autem eſt argumentum ab his particularibus ductum ad univerſitatem fidelium. Tertiò reſpondeo, antiquos Monachos, & Anachoretas copiam ſacerdotis habentes, haud infrequentes fuiſſe in ſacræ Euchariſtiæ ſumptione: teſtatur Barlaam Monachus apud Damaſcenum, ſui temporis Anachoretas, ad myſteria ſingulis Dominicis & feſtis ſumenda conveniſſe ad Eccleſiam. *In Hiſtoria Ioſaphat & Barlaam.* Idem refert de Monachis Sinaitis Narratio de Martyribus ibi interfectis 4. Januarii. Abbas Apollo apud Palladium monebat, ut creberrimè, & quotidiè ſi fieri poſſet, Monachus reficeretur pane cœleſti, ne ſi quis longo tempore ſe ſubtraxiſſet à Sacramento, ſubtraheretur à Deo: ubi etiam traditur, viſum Angelum notare accedentes ad gratiam, id eſt, Euchariſtiam, quæ interpretatur, *bona gratia*, & abſentium nomina delere, qui poſt triduum fuere defuncti, in ſignum, quod ex ſocordia ſacram neglexerant menſam. Nullatenus igitur quorun-

Sect. 48. *Sect. 66.*

Digitized by Google

rundam Anachoretarum in communicando parcitas, noſtram poteſt cohoneſtare in hac parte infrequentiam. Addi poteſt, ſanctos illos, qui ducti reverentiali timore à ſacra menſa abſtinebant, poſitos eſſe in exemplum illis, qui temerario auſu imparati Sacramentum Euchariſticum accipiunt.

Excuſatio quarta.

1. Cor. 11. Rapiunt quoque nonnulli in ſuam partem præceptum Apoſtolicum: *Probet autem ſeipſum homo; & ſic de pane illo edat, & de calice bibat:* melius enim ſe probare videntur, qui rarius communicant, hi namque tempus habent ſe per jejunia, orationes, eleëmoſynas, aliaque pietatis opera ad Dominicam menſam diſponendi; qua opportunitate deſtituuntur frequentius communicantes.

RESPONSIO.

De rebus Eccleſiaſt cap. 20. Damnoſa hac Religione ducti quidam, quorum meminerunt collationes Patrum, cenſebant ſemel tantum annuatim communicandum, de qua heteroclisi hæc ſcribit Walafridus: *Aliqui, ut ex Patrum collationibus diſcimus, ſemel in anno communicandum cenſebant, ut videlicet diuturna præparatione corpus & animam purificantes, tandem ad communionem menſæ cæleſtis dignè pertingerent. Et quidem horum alii ipſam celebrationem annuam in die cœnæ Dominicæ faciebant, ut ibi ſolum Sacramentorũ gratia iteraretur eorum, ubi primitus eſt oſtenſa. Unde & ipſa die ſolvebant jejunium, ſicut in feſtis actitare ſolemus, & ante meridiem collectas explebant: quod in canonibus paſſim oſtenditur, & penitus prohibetur. Sed aliis cautioribus viſum eſt, iſtos eò indigniores ad annuam ſuæ obſervationis celebritatem pervenire, quò ſe putabant longâ dilatione defæcatos, quandoque ad ſacrorum perceptionem ſatis dignos accedere: meliuſque videbant, quamvis animus indignus ſit, crebrius iterari quæ ſancta ſunt: quia talis eſt illa ſpiritalis medicina, ut & ſanos adjuvet ad perſeverentiam ſanitatis, & vulneratis ſubveniat ad redintegrationem virtutis. Et eò dignus percipitur, quò percipientes per humilitatis cuſtodiam ſubſtrati, numquam ſe ad ejus perceptionẽ ſatis dignos arbitrantur.* Hæc Walafridus: ubi ſingulariter obſervo iſtorum Patrum conſilium, qui cenſebant aliquos tantò ad ſacram menſam accedere indigniores, quò ſe putabant longa dilatione amplius purificandos: hoc enim & ratio docet, & comprobat experientia: optima namque ad ſacram menſam diſpoſitio eſt mundities conſcientiæ, hæc verò nullo opportuniori medio comparatur, quam frequenti Sacramenti pœnitentiæ ſuſceptione; in hoc enim exercetur divina fides quæ juſtificat impium, & apprehenſa Dei bonitate ſpes concipitur miſericordiæ, deteſtantur ex Dei amore peccata præterita, & emendationis elicitur propoſitum: uti igitur frequens communio occaſio eſt frequentis confeſſionis, ita & majoris animæ puritatis; una enim confeſſio diſponit ad aliam, & una com-

Digitized by Google

communio ad communionem aliam, ſicque tandem anima ſæpius mundata ſcopis doloroſæ confeſſionis, ſæpiuſque paſta Sacramento amoris, fit munda tota, ac ardens divini amoris flammâ; quemadmodum lignum viride igni admotum initio calefit tantum, at ſi iteratis vicibus apponatur, tandem inceditur. At contrà, qui rarò communicant, aut rarò, aut numquam divini amoris flammam concipiunt, uti non inceditur viride lignum, leviter vicibus longè interruptis igni admotum: & hoc comprobat experientia, videmus enim fideles qui hebdomadatim cõſcientiam ſuam diſcutiunt, ejuſque confeſſario rationem reddunt, ac ſacram communionem frequentant, melioris eſſe vitæ, quam illi, qui ſemel tantum in anno confitentur, ac communicant, velut ſordidæ oves, quæ ſemel in anno lavantur ac tundentur. Denique, ſi quis ſeipſum ſedulò exploret, experietur, quod eo tempore, quo devotè ſine fictione frequentius ad menſam Dominicam accumbebat, magis averſaretur vitia, magiſque ad virtutem excitaretur: ubi verò cœpit ſe ſubtrahere cœleſti convivio, etiam in virtutibus intepuerit, ac ad peccandum acriores ſenſerit ſtimulos: quæ omnia luculentum reddunt teſtimonium, optimè ſe hominem probare atque ad Chriſti menſam diſponere, qui frequenter ex illa paſcitur ac potatur.

Excuſatio quinta.

Timent ad hæc ex frequentia cõmunionis ac familiaritate cum Agno Euchariſtico, auguſtiſſimi Sacramenti irreverentiam ac vilipendium, nimia enim familiaritas, ut proverbium habet, parit contemptum: idque exemplo ſuo oſtendunt quidam ſacerdotes, qui cum indies conſecrent, ac ſumant corpus & ſanguinem Chriſti, minori cum devotione ac reverentiâ tractant tremenda myſteria, quam laici, qui ea quandoque tantum adſpiciunt, ac rarò accipiunt.

RESPONSIO.

Hi vano trepidant timore: non enim eum affectum habet converſatio ac familiaritas cum Deo, aut Chriſto Redemptore, quem familiaritas cum hominibus, qui cum ſubjecti ſint multis miſeriis & imperfectionibus, eas produnt aliis per familiaritatem, ac propterea vileſcunt, & familiaritas parit contemptum. Longè verò aliter res ſe habet, ſi quis Chriſtum frequentet, diu contèmpletur, intimamque cum eò contrahat familiaritatem; cum enim ſit infinitæ perfectionis in quovis genere, quo eum intimius conſiderat, eò ſanctiorem, ac majori reverentiâ & amore dignum agnoſcit. Liquidò id conſtat in ſanctis Angelis, qui cum ſint Deo familiariſſimi, nihilominus divinam Majeſtatem inceſſanter laûdant ac honorant, tremuntque coram ea poteſtates, Cherubin quoque ac Seraphin, quos ſcribit Iſaias alis velaſſe oculos ſuos, ad teſtandum reverentiam quam Deo exhibebant, ut divinus docet Dionyſius. Frequens ergo communio non inducit divini Sacramenti cõtemptum, at cauſam præbet ſummæ reverentiæ ac amoris erga Chriſtum, ac *Cap. 6. De cœleſt. Hier. cap. 7.*

 pro-

Digitized by Google

propriæ indigentiæ, ac confuſionis agnoſcendæ, cùm conſideramus nos nihil poſſe ſine divina gratia, & Chriſtum, qui eſt cauſa omnis gratiæ, tam misericorditer ſeipſum nobis communicare. Quod autem quidam ſacerdotes quotidiè celebrantes, aut alii frequentius communicantes, id præſtent abſque debito reſpectu & reverentia, hoc eorum vitio, non Sacramento diviniſſimo eſt adſcribendum, ſciantque tales ſe habere unde ſibi timeant, ne in judicium veniant propter contemptum Regis tremendæ majeſtatis. Hiſce adjicio aurea pro re noſtra Chryſoſtomi verba: *Hoc nempè eſt*, inquit, *quod univerſa perturbat, quia non munditia animi, verùm intervallo temporis longiore, conſtare meritum putas; ſummamque arbitraris reverentiam, ac religionem eſſe, ſi non ſæpius cœleſtem illam adeas menſam: ignoras quoniam indignè accedere etiamſi ſemel tantum fiat, te ſupplicio tradit: dignè verò, etiamſi ſæpè accedas, ſalutem inde conquiris? Non eſt audacia ſæpius accedere ad Dominicam menſam, ſed indignè accedere etiamſi ſemel tantum quiſpiam toto vitæ tempore accedat. At nos adeò ſtolidi, adeò inſenſati ſumus, ut cum innumera per totum annum ſcelera perpetremus, nihil ea curemus exuere. Cæterum ſatis eſſe arbitramur, ſi non aſſiduè præſumamus atque contumelioſè Chriſti Corpus attingere, neque intelligimus miſeri, quod hi qui cruci Chriſtum affixerunt, ſemel tantum id fecerunt. Non igitur quia ſemel crucifixerunt, minus idcircò delictum eſt: & qui Chriſtum prodidit, ſemel tantùm prodidit: numquid ergò hoc illum ſupplicio eripuit? Quid igitur hanc rem temporis lege metimur?*

Hom. 5. in 1. ad Tim. in moral.

Excuſatio ſexta.

Hæc tergiverſatio ſolemnis contexitur ex indignitate, ſolent enim plerique ſuam communicandi pigritiam palliare, eò quod ſe agnoſcant indignos tanto Sacramento, nec ornentur veſte nuptiali neceſſariâ invitatis ad nuptias Agni Euchariſtici: ſpecioſè quoque obtendentes, ſe non percipere ex cœleſti manna ſolitam devotionem, ſpiritualemque guſtum, ob ſuas infirmitates multiplicesque veniales culpas, adeoque ſe jure excuſandos, etſi rariſſimè communicent.

RESPONSIO.

Hæc remora etiam ſanctos aliquos diſtinuit à ſacra communione; alii enim ſuam indignitatem opponunt ex ſincera humilitate, alii ad excuſandas excuſationes in peccatis: undè hoc ſubterfugium admodum eſſe periculoſum, ac nonnunquam dæmonis fraudibus obnoxium, ex Patribus, rationeque oſtenſum eo. Exordior à noſtro ſancto Cyrillo Alexandrino, qui præclariſſimè hanc excuſationem præludit. *Sciant*, inquit, *Baptizati homines, & divinæ gratiæ participes facti, ſi rarius in Eccleſiam proficiſcantur, & longo temporum ſpatio propter ſimulatam religionem myſticè communicare Chriſto recuſent, ab æterna ſe vita procul depellere: quippe recuſatio huiuſmodi, quamvis ex religione proficiſci videatur, & ſcandalum facit, & laqueos inſtruit: quare oportet*

Lib. 3. Ioan. cap 37

tet omnibus viribus à peccato mundari, & rectè jactis vivendi fundamentis, magnâ cum fiduciâ ad ſumendam vitam concurrere. Sed variæ ſunt diaboli, multipliceſque ad decipiendum inſidiæ. Nam primùm ad vivendum turpiter inducit; deindè, cum malis onerati fuerint, tunc abhorrere à Chriſti gloria perſuadet, quâ poſſent à turpitudine voluptatis, quaſi ab ebrietate revocari. Quare demus operam, oro, ut vinculis ejus abruptis, & jugo ſervitutis peccatorum excuſſo, in timore Domino ſerviamus. Et ut carnis voluptate per continentiam ſuperatâ, ad cœleſtem gratiam accedamus, corporiſque Chriſti participes efficiamur. Sic enim, ſic inquam, diabolum fugabimus; & divinæ naturæ participes, ad vitam, & incorruptibilitatem aſcendemus.

De profectu Religioſ. lib. 2. cap. 77.

Haud diſſimiliter loquitur Doctor Seraphicus de ſacerdotibus rarius celebrantibus. *Circa ſacerdotes autem*, inquit, *poteſt hæc forma teneri, ut nec nimis continuè celebrare, vel impratermiſſe ſacram hoſtiam ſtudeant immolare. Nimis enim continuè celebrare aliquam videtur notare irreverentiam, cum vix aliquis tam devotus ſit, qui ſemper eâdem devotione ferveat, quod ſemper cum debita reverentia illud faciat, & cordis ardore, quin aliquando reperiat quantulumcumque quod eum impediat. Nimis etiam raro celebrare, quamvis ex reverentia aliquando ſolet fieri, & humilitate, tamen quandoque torporem nutrit, quia minus circumſpectus eſt homo in omnibus, quaſi non indigere videatur ſui cuſtodiâ, cum non proponit accedere ad menſam Chriſti. Humilitas etiam non eſt uſquequaque ſecura, quâ aliis ſe ſubtrahat: quia ſicut non eſt dignus ſæpe Corpus Chriſti percipere, ſic nec ſemel. Ideò enim non recipimus quaſi qui digni ſumus: ſed ut illo nos ſæpè viſitante, & habitaculum cordis & corporis noſtri ſubintrante magis digni efficiamur. Quo enim introierit, Dominus benedicet.* Vides, nec Seraphicus Bonaventura humilitatem, propriæque indignitatis agnitionem, ſecuram exiſtimat à menſa Agni Euchariſtici tergiverſationem.

Accinit per omnia Caſſianus: *Nec tamen*, ait, *ex eo debemus nos à Dominica communione ſuſpendere, quia agnoſcimus nos peccatores; ſed ad eam magis ac magis eſt, & propter animæ medicinam & purificationem ſpiritus, avidè feſtinandum: verumtamen ex humilitate mentis ac fide, ut indignos nos perceptione tantæ gratiæ indicantes, remedia potius noſtris vulneribus expetamus. Alioquin nec anniverſaria quidem dignè eſt præſumenda communio, ut quidam faciunt, qui in monaſteriis conſiſtentes, ita Sacramentorum cœleſtium dignitatem, & ſanctificationem ac meritum metiuntur, ut æſtiment ea non niſi ſanctos atque immaculatos debere præſumere; & non potius ut ſanctos mundoſque nos ſuâ participatione perficiant. Qui profectò majorem arrogantiæ præſumptionem, quam declinare ſibi videntur, incurrunt: quia vel tunc cum ea percipiunt, dignos ſe ejus perceptione dijudicant. Multò enim juſtius eſt, ut cum hac cordis humilitate, qua credimus & fatemur illa ſacroſancta myſteria numquam pro merito nos poſſe contingere, ſingulis ea Dominicis diebus ob remedium noſtrarum ægritudinum præſumamus, quam ut vanâ* Collat. 23. cap. 21.

per-

perſuaſione cordis elati, vel poſt annum, dignos eorum participio nos eſſe credamus. Hæc Caſſianus, quibus allegata excuſatio abit in aëra.

Part. 3. operum. Subſcribit, lumenque conſolatorium ſcrupuloſis animabus affundit Gerſon. *Si nonnumquam qui ſacrum altaris ſuſcipere conſtituit Sacramentum, occurrit ſua indignitatis cogitatio: quia videlicet; nequaquam ad hoc dignus eſſe poteſt: & præſertim ſibi videtur, quod non benè ſua ſit delicta confeſſus. Fieri autem hoc poteſt ſuggeſtione Dæmonis, ut tantum bonum impediatur. Quare igitur is cogitare debet, ad hoc numquam ſe dignum propriis viribus fieri poſſe, quanquam etiam centum annis ad id laborans incumberet, niſi ex ſpeciali Dei munere id fiat: quod ſanè munus poteſt æquè nunc ſicut poſt centum annos Dominus elargiri. Debet rurſus conſiderare, quoniam hac in vita nemo per infallibilem abſolutamque certitudinem ſcire poteſt, utrum in gratia ſit, an non, niſi ad hoc ſingularis accederet revelatio. Itaque qui ſine hac certitudine ſuſcipere nollet Euchariſtiam, is profectò ſeipſum deciperet, & quandam ſuperbiæ ſpeciem habere videretur. Eſt alia humana, vel moralis certitudo, quæ in noſtro propoſito & requiritur, & ſufficit: cum videlicet quis in propria recollectione & conſcientiæ diſcuſſione, id egit, quod tum ſua diſcretio, tum bonum aliorum conſilium, eum debere facere judicat: atque hoc per ſufficiens tempus ad id communiter obſervatum conſuetumque. Quod ſi tunc in peccato mortali ſecundùm proprium judicium is ſe eſſe non videat, tuto, & ſine novi periculo peccati ad communionem accedere poteſt; & quamquam, ut frequenter accidit, ſibi fortaſſe levia quædam dubia ſuperveniant, ea tamen contemnere, imò vincere debet: & ad contrarium agendum ſeipſum cogere.* Continuat propoſitum alibi, ubi loquens de amabili noſtra Domina, annectit: *Contemplabatur* (ex effectibus Euchariſtiæ, quos ibi recenſet) *laudabilius eſſe ex amore Sacramenti & confidentia miſericordiæ Dei ſæpius accedere, quam ex timore vel ſcrupulo diu ſe ab eodem Sacramento quodammodo excommunicatum facere. Nec ſe exponit periculo qui non habet certitudinẽ de legitimo impedimento & accedit, quemadmodum ſupra notatum eſt. Sed & ſtultus illius timor eſt, vel reverentia minus prudens, qui ad Dominum ſe vocantem & invitantem non accedit, ſed procraſtinat, ſicut dicitur voce corvina, cras cras. Sæpè demum fit illud, qui non eſt hodiè, cras minus aptus erit. Contemplabatur; tales qui nolunt accedere niſi ſint actualiter & devoti & fervidi ſimiliter agere, quam ſi frigidus nolit ad ignem proximare niſi prius calidus ſit, nec ſordidus mundari niſi prius niteat.* *Tract. 9. ſuper magnific. part. 2.*

Quoniam hic ſermo incidit de contemplatione qua amabilis Domina Agnum ſuum Euchariſticum intimè conſiderabat, paucis devotum oculis objiciam, quæ de frequenti illius communione graves tradunt auctores. Igitur, quotidiè & in Dei guſtum, & gloriam, in ſui profectum, cæterorumque exemplũ ad Chriſti myſteria acceſſiſſe amabilẽ noſtrã Dominam,

Domina

Lib. 5 Agni Euchar. excurſ. 38. Dominæ pietas, ſanctitáſque cuique facilè perſuaſerit, ait Novatinus. De ea ita habetur apud Metaphraſtem: *Ad divina myſteria quotidie accedebat, & filii corpus, quod prius in utero geſtaverat, viſceribus inferebat.* De quo ſanè nemo pius addubitet, ſi enim in primativa Eccleſia erat fidelibus Agnus Euchariſticus cibus quotidianus, ut *Cap. 2.* colligimus ex Apoſtolorum Actis, quantò certius hoc de piiſſima filiique ſui amantiſſima Virgine licet contem- *Lib. de laud. Virg* plari. Unde Albertus Magnus ut certiſſimum ſcribit, ex hujus Sacramenti quotidiano uſu Deiparam præter cæteras gratias non ſolum habuiſſe Dominicæ paſſionis recordationem, ſed etiam conſolationem contra corporalem abſentiam filii. Et hanc piam ſententiam eſt amplexus *Lib 2. c. 10 dub. 8.* Rutilius Benzonius in Canticum *Magnificat*: nec non Juſtinus ſuper Litanias.

Regredior ad prætexentes ſuam indignitatem: tripliciter igitur dignitas ad Sacram Communionem poteſt intelligi: primò, ut eſt naturalis valor, ac pretium ſumentis, quo adæquet excellentiam Euchariſtiæ; & hoc ſenſu nulla penitus creatura, vel ipſa ſanctiſſima Deipara, poteſt exiſtere digna ad communicandum, nam finiti ad infinitum nulla eſt proportio. Secundò accipitur dignitas pro perfectione virtutum, & donorum, præſertim devotionis & reverentiæ, ut ille hoc ſenſu ſit dignus, qui cum quadam excellentia, magna reverentia, ferventíque devotione accumbit ad ſacram menſam: at hæc dignitas etſi unicè expetenda, non tamen eſt neceſſaria, ut quis ſimpliciter dignè queat communicare, ad hanc enim comparandam hoc Sacramentum eſt medium, & frequenter in uſu ipſius confertur, effectus autem non prærequiritur ſuæ cauſæ, ſedècontra: & cum taliter digni ſint pauciſſimi, quis fidelium communiter vel in Paſchate auderet communicare, ſi tanta dignitas exigeretur? Tertiò igitur ſumitur dignitas pro diſpoſitione eſſentiali, quâ homo præmiſsâ conſcientiæ accurata diſcuſſione, contritione, & Sacramentali confeſſione, eſt in ſtatu gratiæ, ſeu abſque mortali peccato, & hæc eſt ſufficiens, quique cum ea communicat, dignè hoc præſtat: Apoſtolus enim ſolum requirit, ut *probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.* Hinc ſequitur, neque peccata venialia, neque mentis diſtractionem, modò non ſit extraordinaria, & ex culpa procedens, tum enim conſultius abſtinetur, neque teporem virtutis, neque devotionis exiguitatem, reddere hominem indignum Euchariſtiæ communione, imò quia his infirmitatibus laboramus, cœleſtem debemus accipere medicinam, quæ ad earum curationem à cœleſti medico eſt præſcripta, deridendus foret qui non niſi bene ſanus accedere vellet ad medicum. Ad hæc, ſi laudabiliter frequententur cætera bona opera, preces, jejunia, eleëmoſynæ, vigiliæ, abſque ſenſibili devotione, ac fervore charitatis, præcisè ut impleamus divinum beneplacitum, quid non etiam ad Dominicam accedimus

dimus menſam ſive calidi ſive frigidi: dummodò ſimus in gratia, præcisè ut Chriſto gratum offeramus obſequium, alioquin ſimiles erimus mercenariis, qui nolunt ſervire, niſi mercede ante operam ſolutâ. Deſinant ergò quidam ignavi fideles hujuſmodi ſcrupulis ac terroribus à nuptiis Agni Euchariſtici revocare.

Excuſatio ſeptima.

Non pauci etiam ſe volunt haberi excuſatos, eò quòd per frequentem communionem nullam ſe exiſtiment facere in virtutibus progreſſum, nullam vitiorum extirpationem: adeóque in vanum ſe toties ad ſacram menſam accedere.

RESPONSIO.

Communicantes hujuſcè conditionis aut revera nullum fructum ex frequenti Euchariſtiæ uſu referunt, aut ſuum in virtute profectum metiuntur ex guſtu ac ſenſibili devotione: qui verè in vitæ ſuæ emendatione non proficiunt, conſuluntur abſtinere, donec melius ſe præparaverint; cum enim in illis Sacramentum Euchariſtiæ ſuos non prodat effectus, ſignum eſt, non ſatis paratos illud ſumpſiſſe, ille enim defectus, aut abuſus non eſt adſcribendus Sacramento, ſed culpæ ac negligentiæ ſumentium: Unde argumentum deſumptum ab infructuosè communicantibus, defenſæ hactenus piæ ſententiæ minimè refragatur, aſſerimus enim de ritè diſpoſitis laudabilius forè communicare, quàm abſtinere. Quibus ſenſibilis devotio menſura fructuoſæ communionis exiſtit, ſeipſos fallunt, non enim in ea conſiſtit fructus divinæ menſæ, aut Chriſtiana perfectio, at in charitate Dei ac proximi, in amore virtutum, & odio peccatorum, in his conſiſtit fructus Euchariſtiæ, qui obtineri poteſt abſque ſenſibili guſtu devotionis, veluti cibus corporum non deſinit nutrire, licet non ſit ad placitum ſapidus.

Excuſatio octava.

Non hic ſilent auctores diſtortæ adorationis Dei in ſpiritu & veritate, conanturque ſimplicibus perſuadere, ſatius eſſe, ac tutius tantummodò ſpiritualiter communicare; communio enim hæc exiſtit abſque periculo indignæ Sacramenti ſumptionis, minus quoque patet inani gloriæ, hominúmque calumniæ, nec interim fructu Sacramentalis communionis, ut quidam voluêre, fruſtratur.

RESPONSIO.

Huic ſatisfacturus cavillo, obſervo, bifariam poſſe cõſiderari communionem merè ſpiritualem: Primò accipi poteſt pro nudo ac inefficaci deſiderio communicandi ſacramentaliter. Secundò, pro deſiderio ardenti & efficaci communionis actualis, quale reperitur in illis, quibus deeſt facultas communicandi Sacramentaliter. Loquendo igitur de ſpirituali communione in priori acceptione, imprimis hujuſ-

Digitized by Google

hujuſmodi pigrorum deſideria nequaquam venire permitto nomine communionis ſpiritualis, uti non poteſt cenſeri baptizatus baptiſmo flaminis, ſeu ſpirituali, qui, dum opportunitatem habet, recuſat reipſa ſuſcipere baptiſmum fluminis: neque recipere Sacramentum pœnitentiæ in voto, qui illud oblatum negligit. Deindè hoc genus deſiderii communicandi poteſt & in peccatoribus actuali affectu peccatis inhærentibus inveniri, quale abſque controverſia, non conferret gratiam. Hinc autem multorum ludificatio detegitur, qui cum ſibi imaginantur ſe communicare ſpiritualiter, nihil præſtant minus, quandoquidem ad manum habeant paratas nuptias Agni Euchariſtici. At ſumatur communio ſpiritualis ut libuerit novis ſpiritibus, nequaquam enim ſpiritualis tantum cum Sacramentali eſt æquiparanda, de lege ordinaria: Sacramentalis namque confert gratiam virtute Sacramentis à Chriſto alligata, ſeu ex opere operato, ſpiritualis non niſi ex opere operantis: undè egregiè Sanctus Bonaventura: *Dicendum*, inquit, *quòd quamvis iſtud ſit ſecurius* (communicare ſolum ſpiritualiter) *tamem iſtud eſt utilius* (communicare Sacramentaliter ac unà ſpiritualiter) *quia ſicut plus prodeſt baptiſmus ſanguinis, & fluminis, quam ſanguinis tantum: ſic plus manducatio ſpiritualis quando conjuncta eſt Sacramentali, quam quando eſt per ſe ſolum.* Et quis eat inficias, magis nos excitari, illuminari ac inflammari, actuali reali præſentia Chriſti intrantis animam

Lib. 4. diſt. 12. q. 2.

noſtram, quam mero ipſum recipiendi deſiderio? undè etiam conſtat, uberiorem gratiam nobis provenire à Sacramentali communione ex merito, & diſpoſitione operantis, quàm ex nuda ſpirituali. Nec refert, quòd dixerit Chriſtus: *Spiritus eſt qui vivificat: caro non prodeſt quidquam*: Et: *verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt*: His enim verbis Sacramentalem communionem non excludit; ſed ad ſpiritualem conjungendam in ſpiritu fidei, & charitatis, invitat. Numquid enim propterea Verbum ipſum quod ſpiritus eſt, caro factum eſt, ac ſub Sacramentalibus ſpeciebus ſe nobis tradidit manducandum, ut dum viſibiliter Deum cognoſcimus, ac corporaliter manducamus, per hunc in inviſibilium ac ſpiritualium amorem rapiamur. Hæc omnia illuſtrant exempla à ſacris Litteris ſubminiſtrata: tangentes enim Chriſtum corporaliter, aut veſtimenta ejus attrectantes, ut eſt apud Marcum impetrabant gratiam curationis: uti etiam attingentes ſemicinctia, ac ſudaria Pauli accipiebant dona gratiarum, quæ minimè aſſequebantur devoti fideles, illa non tangentes: in hunc modum evenit fidelibus Chriſtum Sacramentaliter accipientibus, qui fiunt participes munerum gratiarum, quæ ſpiritualiter tantum ipſum communicantibus non obtingunt.

Ioan. 6. Ibidem. Cap. 5. Act. 19.

Simus igitur prompti ac aſſidui ad nuptias Agni Euchariſtici, ad has velut ad tutiſſimum aſylum in omnibus noſtris neceſſitatibus confugiamus: de

his

Pſalm. 22. his enim prophetavit Pſalmiſta: *paraſti in conſpectu meo menſam, adverſus eos qui tribulant me.* Ne moveamur impoſturis ſervorum avarorum, cum liberalem habeamus Dominum, ac Patrem, *cujus deliciæ ſunt, eſſe cum Filiis hominum*, nec deſint ſufficientes liberaléſque diſpenſatores panis ipſius quotidiani. Neque auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſolum adoremus, quoties publicæ veneratio- ni exponitur, aut circumfertur, verùm & taliter vitam inſtituamus, ut quotidie, imò & *millies uno die, ſi liceret*, cum Venerabili noſtro fratre Joanne, miraculis claro, illud corporaliter percipere mereamur: ne nobis paratas divinas Agni nuptias faſtidientibus aut diſſuadentibus eveniat, *Thren. 4.* quod lamentatur Jeremias: *Adhæſit lingua lactentis ad palatum ejus in ſiti: parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Qui veſcebantur voluptuosè* (pane cœleſti in nuptiis Agni Euchariſtici) *interierunt in viis:* (præſentis exilii ac peregrinationis ad ſupernam patriam, defectu divini viatici) *qui nutriebantur in croceis* (ſacri convivii) *amplexati ſunt ſtercora*: (cujuſvis peccati ſordibus ſe conſpurcarunt) *Et major effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum.* Sanè prolabuntur nonnumquam Chriſtiani diutius carentes fractione ac diſtributione cœleſtis panis in horrenda crimina, à quibus præſervantur, qui ſe adverſus tartarei ſerpentis venena cœleſti muniunt antidoto corporis Agni Euchariſtici benedicti in ſæcula. Amen.

CAPUT XVI.

Præludit triumpho Agni Euchariſtici cum divina ſua Agnipara, cæteriſque Sanctis: ſive externo Religionis cultui, quem exhibet Eccleſia Chriſto Sacris Proceſſionibus, in quibus auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum unà cum Sanctorum Reliquiis, aut imaginibus circumfertur.

PRÆLUDIUM PRIMUM.

Famoſiores quoſdam Sacrarum proceſſionum Ritus exponit.

RE peracta pro primo Sacratiſſimæ Euchariſtiæ cultu ac honore, quo afficitur in magnificis ornatiſſimíſque templis, frequenti puta communione; deinceps pro Cæremoniis ac Ritibus quibus extra Eccleſias per vicos ac plateas magnificatur, cura nobis erit ac labor: conſiſtunt potiſſimum

ſimum hæ Cæremoniæ in Sacris proceſſionibus, in quibus Chriſtus devicto mortis aculeo magnificentiſſimè triumphat: quem triumphum declarat ac explanat Sacra Tridentina Synodus, hiſcè verbis: *Declarat præterea Sancta Synodus, ut præcelſum hoc, & Venerabile Sacramentum ſingulari veneratione, ac ſolemnitate celebrarent, utque in proceſſionibus reverenter, & honorifice illud per vias, & loca publica circumferretur. Æquiſſimum eſt enim ſacros aliquos ſtatutos eſſe dies, cum Chriſtiani omnes ſingulari, ac rara quadam ſignificatione gratos, & memores teſtentur animos erga communem Dominum, & Redemptorem pro tam ineffabili, & planè divino beneficio, quo mortis ejus victoria, & triumphus repræſentatur. Atque ſic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio & hæreſi triumphum agere; ut ejus adverſarii in conſpectu tanti ſplendoris, & in tanta univerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati, & fracti tabeſcant, vel pudore affecti, & confuſi aliquando reſipiſcant.* Verùm nec diviniſſimo huic triumpho momi deſunt; ut enim olim in Romanorum triumphis momus aderat, qui ad temperandum triumphantis faſtum, ejuſdem mores geſtáque canino mordebat dente: ita moderni Eccleſiæ momi ad deprimendum Chriſti gloriam, ſacrum hunc, ac religioſiſſimum Catholicarum proceſſionum Ritum, Chriſti triumphum carpunt, ſubſannant, ac mordent, imò ad Paganiſmum ac Judaiſmum eum ablegare non reverentur. Adverſus hos in arenam deſcendo, fretus nobiliſſimi triumphatoris favore, ac amabilis noſtræ Dominæ triumphatoris parentis, cæterorúmque amicorum, ac aulicorum contriumphantium patrociniis.

Seſſ. 3. c. 5.

Proceſſio igitur, ut hinc exordiar, eſt *religioſa precabundi ac venerabundi Catholici agminis, certis cum Ritibus ac Ceremoniis obambulatio.* Porrò antiquitatem ac laudes Catholicarum proceſſionum, complures Eccleſiaſtici ſcriptores præclare celebrarunt: quorum exempla ſecutus, laudatiſſimam Eccleſiæ praxim pro virili aſſumpſi defenſandam: pro nunc ad adſtruendam earum antiquitatem, ac ad obſtruendum ora loquentium iniqua, ſufficiat Eccleſiaſtica traditio: de qua hæc eſt Magni Auguſtini fixa regula: *quod univerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſimè creditur:* uſus autem Sacrarum proceſſionum ab univerſa tenetur Eccleſia, Concilia quoque eum præceſſiſſe ſupponunt: earum igitur origo ad Apoſtolos erit referenda, licet illi ob ſævitiem tyrannorum, & ob defectum templorum, nequierint prodire in publicum, ad celebrandas proceſſiones; multa enim docuerunt, ac tempore opportuno exequenda mandarunt, quæ ipſi impediti fuere practicare: hinc ſtatim reddita Eccleſiæ pace, tempore Conſtantini & Sylveſtri, cœpit frequens uſus publicarum proceſſionum, ut latè deducit Baronius, & alii. Hæc de proceſſionum antiquitate generatim ex univerſalis Eccleſiæ traditione. Sunt præterea proprii quidam Ritus in nonnullis Provinciis, ac

Durandus Bellarminus. Gretſerus. Durandus Michovienſis. Paulus Maria. Stalenus. Lib. 4. de baptiſ. contra Donatiſt.

Tom. 5. annal in notis martyrol. ad 25. April.

Digitized by Google

Diœceſibus celebrandi proceſſiones, quos Sanctus Hieronymus monet quoque propter traditiones venerandas ac obſervandas: *Ego*, inquit, *te breviter admonendum puto, traditiones Eccleſiaſticas (præſertim quæ fidei non officiant) eſſe obſervandas, ut à majoribus traditæ ſunt. Nec aliorum conſuetudinem, aliorum contrario more ſubverti.* Unde ait alibi Chryſoſtomus: *traditio eſt, nihil quæras amplius.* Quæ poſtmodum tradam latiſſimè: Igitur ad expoſitionem Rituum proceſſionalium progredior, qui ab Eccleſia adhibentur ad augmentum triumphi Chriſti Euchariſtici, noſtræque devotionis excitationem.

Epiſt. ad Lucinum.

Vexillum ſanctæ Crucis.

Hac Cæremonia fideles proteſtantur ſe eſſe Chriſtianos, eſt enim ſignum Sanctæ Crucis nota hominis Chriſtiani; ſe militare ſub ſignis Chriſti, quem ſolemni proceſſione venerantur, omnes noſtras preces, pſalmodias, melodias, vim & efficaciam ſortiri à Chriſti Cruce & Paſſione: prætereà, aſpectu crucis excitamur ad ardentius orandum, ad gratias agendum, ac amandum Chriſtum, qui in cruce noſtram operatus eſt ſalutem. Tertiò, cruce fugatur diabolus, qui cruce victus, & calce Virginis eſt protritus. Quartò, crucifixus in aera ſublevatus denotat Chriſtum in Cœlum aſcendentem. Populus autem Chriſtianus crucem ſequitur, ad manifeſtandum ſe eſſe imitatores Chriſti.

Cruci affigitur vexillum inſtar labari illius, quod copiis ſuis præferri mandavit primus ille Chriſtianorum Imperator Conſtantinus, de quo Euſebius. Hæc autem vexilla ſunt ſigna victoriæ ac triumphi Paſſionis Chriſti, Reſurrectionis, & Aſcenſionis in Cœlum: item victoriæ ac triumphi noſtri, quem virtute crucis agimus de diabolo; eſt enim vexillum ſignum triumphale Regum, ac Imperatorum, quod hoſtibus devictis ſolent erigere.

Lib. 9. hiſt. cap. 9.

Depinguntur in his vexillis imagines amabilis noſtræ Dominæ, aliorúmque amicorum Chriſti ac ſtrenuorum ſub ſignis ipſius militum, quatenus eorum provocemur exemplis, ad alacriter pro Chriſto certandum, ut victoriam quam ipſi merito paſſionis ſunt conſecuti, & nos aſſequamur. Noſtra Archiconfraternitas Sacratiſſimi Scapularis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, curat in ſuis vexillis depingi imaginem divæ Agniparæ uno brachio geſtantis agnellum ſuum Jeſum, altero tradentis Sacrum Scapulare dilectiſſimo ſuo filio Sancto Simoni Stochio, ut palàm faciat, ſe totam cultui amabilis Dominæ dedicatam, Chriſtum Filium ejus unicè venerari, ac in Filii meritis, Matríſque patrociniis totam ſpem ſuam collocare, exemplo Sancti Simonis filium cum Matre venerantis, ac intimè amantis, cujus genuflexi coram Filio & Matre in vexillis defertur imago.

Cur per plateas procedatur?

Conducit hoc ad eximium Dei cultum:

tum: ubique enim locorum Deus eſt præſens, ubique nos conſervat, ubique nobis ſua confert beneficia: plateæ ad neceſſaria commodáque omnia noſtros ferunt greſſus, domus præbent habitacula, fora alimenta ac veſtimenta ſubminiſtrant: Horti fructus & olera; aere vivimus ac reſpiramus: meritò itaque Deum in his omnibus locis laudamus, invocamus, ac gratias agimus. Hinc Apoſtolus ſcribit: *volo vos in omni loco orare.* Et Sanctus Chryſoſtomus: *Nos*, inquit, *in omni loco, domo, agro, foro, navi, diverſario, ubicúmque oramus.* Præterea: in omnibus locis interdum Deus offenditur. In foris multiplices committuntur fraudes, furta, uſuræ in emendo & vendendo: in plateis perſonant ebriorum inconditi clamores, laſcivi cantus, ubi incautis aſpectibus inquinatur animus, ac corpus, ac plurima alia committuntur ſcelera: æquum proindè eſt, ut hæc loca gemebundi obambulemus, ac cum Sanctiſſimo Sacramento, Sanctorum Reliquiis, ac imaginibus luſtremus, ut ea hoc modo quaſi expiemus, & honorem ibidem Deo ademptum, voce, cantu, precibus reſtituamus.

1. Tim. 3.

In Pſal. 133

Valet præterea hic Ritus ad multiplicem fidelium ædificationem: illa enim obambulandi cæremoniâ devotio noſtra excitatur, torpor ſomnúſque diſpellitur: piæ Cæremoniæ in proceſſionibus oculis objectæ, novos in animis pietatis igniculos accendunt. Cum crucem ſequimur, cogitandum eſt nobis, totam noſtram eſſe proceſſionem ad cœleſtem Patriam, ad quam non niſi crucis portatione nobis patet aditus. Deindè, per hoc menti ingeritur recordatio proceſſionum, ac itinerum, quæ cum ſummis laboribus ac doloribus Chriſtus pro nobis obambulavit, ubique quærens oves quæ perierant. Hic etiam ſi quis cernens innumeram hominum multitudinem, mente revolvat, poſt octoginta aut centum annos, ne unus ex omnibus erit ſuperſtes, ſalutarem concipiet timorem, majorémque ſalutis curam, & fortè in lachrymas reſolvetur, ut olim ille Xerxes, viſo numeroſo exercitu, cogitans poſt paucos annos eum morte delendum. Rurſus, proceſſio oſtendit, quòd in tuo fortaſſis funere brevi futurum eſt, præibit enim crux, at in luctus ſignum vexillo ſpoliatum, aderunt Clerus & amici, & tu efferreris in Eccleſiam tumulandus: unde mentem ſubibit, te, cum tuis, debere procedere in virtutibus, taliterque te oportere vitam inſtituere, qualiter optabis feciſſe moriens: juxta illud:

Fac ea, quæ moriens facta fuiſſe voles.

FACES.

Deferunt pii Catholici in proceſſio-

 nibus

nibus faces, ac cereos non cauſa neceſſitatis, ut latrant hæretici, at honoris ac venerationis Chriſti, ac Sanctorum: denotat verò hæc Cæremonia primò, Chriſtum eſſe lumen mundi, qui de ſe loquitur apud Joannem: *Ego ſum lux mundi:* nec non Sanctos ſuis exemplis atque doctrinis mundum errorum tenebris involutum illuſtraſſe, de quibus proindè etiam pronuntiavit Chriſtus: *vos eſtis lux mundi*, quia Chriſtum increatum lumen mundo annuntiarunt. Secundò, quod fideles Chriſtum ut verum lumen, mente debeant fideliter apprehendere, corde amplecti, manibúſque, id eſt, bonis operibus coram hominibus deportare. Tertiò, Chriſtum à nobis eſſe colendum tribus virtutibus Theologicis fidei, ſpei, ac charitatis, quæ per cereos ſignificantur: fides in lumine, ſpes in cerei recta altitudine: ut enim cerei figura recta ſurſum aſcendit, ita ſpe in Cœlum erigimur; charitas denique in calore flammæ. Quartò, cum cereis accenſis procedimus, quia nemo veraciter his virtutibus eſt inſtructus, qui ſtat in via Dei, qui otiatur, nec ad ulteriorem perfectionem progreditur, qui enim verè credunt, ſperant, ac amant, *ibunt de virtute in virtutem.* Quintò, nè permittamus extingui in nobis lumen fidei, nobis in baptiſmo infuſum, & tum per accenſum cereum, manibus noſtris impoſitum, præſignatum. Sextò, ut recordemur cerei illius, quem ſub vitæ noſtræ terminum manibus tenebimus, in teſtimonium, quod in lumine fidei Chriſtianæ de hac vita velimus exire, Chriſtóque verò lumini in æternum adhærere. Deníque, ut memores ſimus, omnes vitiorum flammas in Chriſtiano pectore debere eſſe extinctas, præſertim libidinis æſtum, hoc enim deſignat cera alba ac munda, caſtarum apum induſtria confecta.

Cap. 8.

Matth 5.

Pſalm. 83.

Proceſſionis Ordo.

Præcipit Apoſtolus Corinthiis: *omnia ſecundùm ordinem fiant in vobis:* hic ordo in proceſſionibus potiſſimum in eo conſiſtit, quod procedamus bini & bini, quod fit in memoriam Chriſti, qui *miſit* (diſcipulos ſuos) *binos ante faciem ſuam in omnem civitatem & locum, quo erat ipſe venturus,* ad commendandam vitam ſocialem, animorum unionem, & charitatem: ut hac congrua ſimilitudine declarat Sanctus Chryſoſtomus: *Sicut enim,* ait, *ferrum ferro acuitur, & lapis lapidi alliſus ignem elicit. ſic anima animæ aſſociata igne charitatis ardet..* Hanc rationem hujus Ritus tradit quoque Sanctus Bernardus: *Meritò ſanè,* inquit, *bini, & bini procedimus; ſic enim ob commendationem fraternæ charitatis & ſocialis vitæ miſſos à Salvatore diſcipulos Evangelia Sacra teſtantur. Turbat proceſſionem ſi quis ſolitarius incedere curat, nec ſibi ſoli nocet, ſed etiam cæteris eſt moleſtus. Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes, nec ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis.*

1. Cor 14.

Luc. 10.

In epiſt. ad Hebr. c. 10.

Serm. 2. in Puriſic.

Harmonia muſica.

Hac imitamur Sanctos Angelos, qui nato Salvatori decantarunt: *Gloria in excel-*

Digitized by Google

excelſis Deo. Habemus quoque in hoc Ritu illuſtria exempla à veteri lege, præcipuè Regis ac Prophetæ David, qui plurimis compoſitis Pſalmis,chorisque canentium inſtitutis,exhortatur ut Dominum laudemus, *in tympano, & choro, in chordis & organo. Laudate eum in ſono tubæ, laudate in pſalterio & cithara. Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus, laudate enim in cymbalis jubilationis.* Adhibuit idem devotiſſimus Rex translationi arcæ de domo Obededon varios cantorum ordines, variaque muſicorum inſtrumentorum genera, cymbalorum, tubarum, aliaque. Præceſſerunt nos quoque exemplo Hieroſolymitani à Chriſto probati, qui ei in triumphali in civitatem ingreſſu lætiſſimè acclamarunt: *O Sanna Filio David; Benedictus qui venit in nomine Domini.* Habemus inſuper exemplum ipſiuſmet Chriſti, qui peracta cœna cecinit Patri cum Apoſtolis hymnum: *Et hymno dicto*: Græcè. *hymno cantato, exierunt in montem Olivarum.* Habemus exemplum Pauli, & Syllæ, qui media nocte decantabant hymnos, ut in actis legimus. Denique Apoſtolus Epheſiis ſcribit, ut in Pſalmis,hymnis, & canticis ſpiritualibus ſe exerceãt.De hoc Ritu ſanctus Bernardus hæc tradit: *Quoniam hilarem datorem diligit Deus, & fructus charitatis eſt gaudium in Spiritu ſancto,cantemus ut dictum eſt in viis Domini, quoniam magna eſt gloria Domini: Cantemus Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.*

Pſal. 150. *1. Paralip. 15 & 28. Matth. 21. Matth. 26 Act. 16. Epheſ. 5. Ser. 2. Purific.*

Flores ſparſi. Rami appenſi.

Tempore proceſſionis inſtante, conſpergunt pii Catholici plateas,quas eſt tranſitura, floribus ac frondibus, domorũ frontiſpicia ſplendent tapetibus ac picturis, aut virent exhilarantibus ramis: quo pio Ritu, ſigniſque lætitiæ, Chriſto cũ ſuis ſanctis in Proceſſionibus triumphanti applaudunt, ac magnam illi exhibent obſervantiam ac reverentiam. Imitantur fideles piam illam turbam Hieroſolymitanam, quæ Chriſtro in die Palmarum ingrediente in ſanctam civitatem, *ſtraverunt veſtimenta ſua in via: alii autem cedebant ramos de arboribus, & ſternebant in via*: ſolent enim Regi inaugurando plateæ ſterni tapetibus, ramis ac frondibus, ad eum honorandum; ſic honorantur Reges ſæculi, potiori ergo jure Catholici honorant hoc qualicumque ſplendore Regem ſæculorum Chriſtum. Antiquiſſimum autem eſſe in Eccleſia hunc Ritum, conſtat ex eo, quod ſcribit ſanctus Auguſtinus de quadam muliere cæca, quæ ducta ad Epiſcopum deportantem Reliquias protomartyris Stephani, *flores, quos ferebat, recepit: oculis admovit: protinus vidit,* inquit ſanctus Doctor. Myſticè *autem*, ait ſanctus Thomas, *ramos arborum præſcindunt, qui & dicta & exempla Sanctorum Patrum quærunt ad ſuam vel filiorum ſalutem.* Innuitur etiam hac cæremonia, animas noſtras coram Chriſto debere florere, ac virere virtutibus.

Matt. 21. *De civit. Dei l. b 22 cap. 8. in catin.*

Digitized by Google

Thura, aromata incenſa.

Hunc Ritum tum oblationi ſacrificii Miſſæ, tum in proceſſionibus, aliiſque divinis officiis adhiberi conſuetum, egregiè commendat noſter venerabilis Waldenſis: *Quod autem thurificat ſacerdos, ſignum hortatorium eſt, ut preces, & laudum vota ſuaviter effundatur. Quod in officium Miſſæ non propter conſequentiam tantum legis antiquæ traxerunt Apoſtoli, ſed quia plus convenit Chriſtianis ſacrificiis. Unde & ſpecialiter attribuitur Angelis novi ſacerdotii in Eccleſia, quod habeant ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum, in Apocalipſi Joannis, ſicut ſermone 4. ſuper Apocalipſim docens* AUGUSTINUS. *Habentes* (inquit) *ſinguli phialas aureas, & citharas, id eſt, chordas laudum. Hæc ſunt vaſa in domo Domini, in quibus thimiana offerri conſuevit, ideò orationes Sanctorum in eis intelligimus. Hæc ille.* AUCTOR. *Et ortum habet hoc incenſum Eccleſiæ ad altaris ingreſſum, quò ad ſuum ſignum expreſſum, ab aromatibus mulierum ad ſepulchrum Dominicum. Unde lib. 6. ſuper Luc. cap. 2.* BEDA. *Aromata autem, quæ mulieres deferunt, odorem virtutum, & orationum, quibus altari appropinquare debemus, ſuavitatem ſignant. Unde Joannes in Apocalipſi ſua, cum Phialas in manu Angelorum aureas, id eſt, mundas, in electorum corde conſcientias plenas odoramentorum deſcripſiſſet, ſubjungit exponens, atque ait, quæ ſunt orationes ſanctorum. Hæc ille.* AUCTOR. *Idcircò imminente tempore orationis Eccleſiæ, thus offertur in phialis.* Denotant igitur thura in proceſſionibus incenſa fidelium preces, ac ſuſpiria ad Deum aſcendentia: unde ſacerdos thurificando, orat: *dirigatur, Domine, oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Et ut ſuper Cantica ſcribit ſanctus Gregorius, *ſancta anima quaſi thuribulum cor ſuum Deo facit.* Suaveolentia autem aromatum deſignat bonum odorem virtutis, quem fideles procedendo ſpirant Chriſto, & proximis, juxta illud ſancti Ambroſii: *Thimiamaterium eſt, quod bonum odorem fragare conſuevit. Ita & vos jam bonus odor Chriſti eſtis, jam nulla in vobis ſordes delictorum, nullus odor gravioris erroris.* Tales namque plerique ſunt, qui devotè peragunt ſacras proceſſiones.

De Sacramental. tit. 3. cap. 31. — *Tom. 3.* — *In cap. 3.* — *Lib. 4. de ſacris.*

Altaria honoraria in plateis.

Hæc exſtruit fidelium pietas, ut in eis collocetur Remonſtrantia Venerabilis Sacramenti, Sanctorum Reliquiæ, vel imagines, ut Salvator manibus ſacerdotis delatus, ad eos in paratum quaſi hoſpitium tantillum declinare dignetur, benedictionem ſuam cunctis adſtantibus impertiturus, uti divertit ad caſtellum Emmaus, ac diſcipulos corpore ſuo refecit: ac benedixit: uti etiam benedixit Deus domui Obededom, propter Arcam in eam de via receptam. Ponuntur quoque in his altaribus accenſa thimiamateria, ſignificantia vota, ac arden-

Luc. 24. — *2. Reg. 6.*

tia

Digitized by Google

tia deſideria fidelium ad Chriſtum, quibus eum quaſi invitant, alliciunt, ne velit paratum ſibi thronum tranſire. Sunt igitur & hæc eximæ pietatis ac reverentiæ erga Chriſtum argumenta, ſimulque devotionis cernentium incitamenta, ac adminicula. Aliam hujuſce cæremoniæ figuram exhibuit Rex David, qui reducens Arcam Domini in civitatem ſuam, & Levitæ qui portabant Arcam, proceſſiſſent ſeptem paſſus, ſubſtitit in via, & Domino obtulit ſacrificium. Potiori proindè jure hic honor debetur ſacroſanctæ divinitatis arcæ, Corpori Chriſti.

Campanarum ſonitus, fragor tormentorum.

Pulſantur feſtivè in proceſſionibus campanæ, perſonantq; variorum tormentorum bellicorum fragores, non ſolùm ad fidelem populum ad celebritatem convocandum, ſed etiam ad pietatis excitationem, Dei venerationem, Chriſtique triumphi augmentum, ut in hos fines adhibentur tympana, tubæ, cymbala: ſuntque quodammodo in noſtris proceſſionibus campanæ, ac bombardæ, quod in Jerichontinis tubæ ſacerdotales. Meritò quoque hi fragores conducunt ad terrorem momorum Catholicarum Proceſſionum, veniet enim tempus, cum non terrebuntur fragore, at voce Filii Dei, quolibet tonitruo horribiliore, *ite maledicti in ignem æternum*. Hujus tonitrui meminerint & irriſores ſanctiſſimorum Rituum, & quotquot in proceſſionibus adſunt peccatores, dum aures eorum tubarum clangor, tormentorumque fragor percellit, ut ſalutari confixi timore, vitam emendent, atque à ventura ſupremi Judicis ira declinent.

Hæ ſunt communiores Catholicarum proceſſionum cæremoniæ, quas ſanctè ab Eccleſia eſſe inſtitutas, ipſæ expoſitæ clamāt, ac proinde planè malevolè à novatoribus irridentur, ut reliquiæ Paganiſmi aut Judaiſmi, aut repagula adorationis Dei in Spiritu & veritate, cum, ut per ſingulas patuit, ſingularia ſint ſpiritus adjumenta, ſi piè devoteque peragantur.

PRÆLUDIUM II.

Eccleſia ſanctos colendo, errori nequit eſſe obnoxia. Honor imaginis, eſt honor prototypi: honor ſanctorum, honor Chriſti.

Primam hanc veritatem manifeſtè docuit Apoſtolus Timotheum: *Eccleſia*, inquit, *Dei vivi, quæ eſt columna & firmamentum veritatis.* Juxta promiſſum Chriſti factum ſuo Vicario, Capiti, ſupremoque Paſtori gregis ſui, ſancto Apoſtolo Petro: *tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Hoc fusè confirmat *caput 20. partis primæ.* Cap. 3. Matth. 16.

Nec minus certa eſt altera veritas, quam

quam latè expoſui *parte hac cap.1.quæſito* 3. Eſt nimirum unanimis totius Eccleſiæ ſenſus, & ſententia, honorem, quo Sanctorum afficimus icones non exhiberi auro, argento, ligno, lapidi, coloribus, aliive materiæ, ex qua efformantur; at honorem illum ex integro referri, ac dirigi in Chriſtum, Chriſtiparam, alioſve ſanctos, quos eorum nobis referunt imagines, juxta hoc ſolemne dictum ſeptimæ univerſalis ſynodi: *Honor imaginis tranſit ad prototypum.* Quemadmodum honos, quem filii deferunt imaginibus ſuorum parentum, amicus imagini amici, fideles ſubditi picturis, ac ſtatus ſuorum Principum, patriæque defenſorum, non exhibetur ligno, aut lapidi (quis enim adeò diminuti ſit cerebelli) ſed parentibus, amicis, patriæque defenſoribus. *Ob duos* igitur, ait noſter Beatus Joannes à Cruce, *primarios fines, ſacrarum imaginum uſum inſtituit ſancta Eccleſia; Primò ob debitum in illis honorem, reverentiamque ſanctis exhibendam. Secundò, ad permovendam voluntatem, atque devotionem erga eos per illas excitandam. Et quatenus ad hac conferunt ac deſerviunt, ſummam adferunt utilitatem, uſuſque earum neceſſarius eſt,* (notent novi adoratores in ſpiritu & veritate) *ad quem finem conſequendum imagines illæ, quæ magis propriè & ad vivum repræſentant, magiſque voluntatem ad devotionem excitan, eligi debent.* Hinc concludit: *unde etiam ſemper illis ad excitandum teporem noſtrum uti expedit.* Vide etiam noſtrum Beauxamis. *Homil.* 14. *in Habacuc. Et lib. de cultu Sanctorum, Reliquiis, &c.*

Act. 4.

Aſcen. Mont. Carm. cap. 34.

Tertia demum veritas haud minus fixis innixa eſt fundamentis, cum enim ſancti ſint fidiſſimi Chriſti ſervi, intimi amici, dilectiſſimi filii adoptati, cum gratiâ Chriſti triumphaverint de ſuis inimicis, mundo, carne, dæmone, cæleſtemque adepti gloriam, qui ſanctos colit, veneratur Chriſtum, qui eos magnificat, exaltat in eis gratiam Chriſti: licet enim ſanctorum cultus phyſicè referatur, termineturque ad ipſos ſanctos, interpretativè tamen, ac morali æſtimatione in Chriſtum reſultat, ea ratione, ut magis Chriſtus, quam ſancti cenſeantur honorati: juxta illud ſancti Athanaſii: *Si homo juſtus ædes tuas ingreditur, cum timore occurres ei, & adorabis humi ad pedes illius; ſiquidem illum non adorabis, ſed Deum, qui illum mittit.* Conformiter ſtatuit ſeptima univerſalis Synodus: *Sanctos veneramur ut Dei amicos; & honor, qui ſanctis impenditur, in Deum recurrit: qui martyrem colit, Deum ipſum colit;* (principaliter) *qui matrem ejus adorat, ipſi honorem aſſignat.* Ratio autem eſt, quia tota ratio colendi ſanctos, Deus eſt, divinaque excellentia extrinſecus ipſis applicata, uti amatur medium propter bonitatem finis medio extrinſecam: eſt autem receptiſſimum axioma: *Propter quod unumquodque tale, & illud magis.* Qui enim, exemp. gr. amat medicinam propter ſanitatem, magis ſanitatem amat, quam medicinam. Hinc, ſicuti eadem virtus inclinat ad finem, eò quod bonitas medii non ſit abſoluta, at in ordine ad finem; in hunc modum

Lib. de Virginit. ſub fin.

Act. 4.

Digitized by Google

modum eadem virtus Religionis inclinans ad cultum Dei, ad ſanctos colendos etiam inclinat; quandoquidem eorum perfectio ac excellentia in quodam ad Deum reſpectu conſiſtat. Undè etiam cultus ſanctorum, qui formalis eſt *dulia*, implicita & virtualis eſt *latria*. Accedit ad hæc omnia, unanimis Eccleſiæ conſenſus.

Hæc celebrandi triumphi fundamenta ſunt ac præludia, quæ etſi aliàs fuſius partim tractaverim, partimque ſim pertractaturus, erant tamen hic, memoriæ juvandæ causâ, compendiosè, triumpho interfuturis ob oculos ponenda, quò abſque ulla caligine ac offenſione, prævio hoc lumine, ſpectent triumphum Agni Euchariſtici, cum ſuis ſanctis, in eorum imaginibus, in Catholicorum Proceſſionibus circumlati, evitentque multiplices momorum laqueos.

CAPUT XVII.

ARGUMENTUM PRIMUM.

Pro Agno Euchariſtico in Catholicorum Proceſſionibus cum ſuis ſanctis, in eorum imaginibus, triumphante, deſumptum à Ritibus triumphandi.

Seſſ. 13. cap. 5. CHriſtus Dominus glorioſiſſimus Redemptor damnati terrarum orbis, in Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, *quo mortis ejus victoria, & Triumphus repræſentatur*, ut loquitur ſacra Tridentina Synodus, in Catholicorum Proceſſionibus; ut Rex Triumphator ſummâ feſtivitate, ac magnificâ pompâ circumfertur, & honoratur: quæ verò ea foret forma, ritu ſque Triumphi, ut triumphet Rex abſque nobilibus, ac proceribus? Dux ſine capitaneis ac militibus? Victor non comitantibus ſpoliis? Redemptor non collætantibus ac exultantibus liberatis? Chriſtus, inquam, abſque ſanctis? Aliter mundi hujus Imperatores devictis triumphant hoſtibus: hi curru auro inſigni, laureâ decorati per urbem totam circumvehuntur: hoſtium ſpolia exhibentur, ſpectanda trophæa eriguntur, belli ac victoriæ arma, in Triumphi verſa inſtrumenta, ſolemni pompâ oſtentantur, legati ac Tribuni cernuntur in phaleratis equis, militum ac vulgi perſonant

ſonant acclamationes. Hæc gloria, hic faſtus vermiculorum terræ, homuncionum miſellorum. Et nos Chriſtiani, Chriſti pio cruore redempti, Redemptoris noſtri, cœli terræque Imperatoribus agemus Triumphum, ipſum, primis illis Triumphi cauſis ac ſignis prætermiſſis, circumferendo? Profectò non hoc fert benevolus erga tantum Triumphatorem animus.

Omnia verò illa victoriæ ac Triumphi ſigna in ſuis imaginibus patenter præferunt ſancti. Sunt ſpolia Chriſti, quæ per crucem & mortem ſuam de Principis tenebrarum tyrannide eripuit, ac in libertatem filiorum Coloſſ. 2. Dei aſſeruit: docente Apoſtolo: *Expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo.* Hoc eſt, ſecundùm Apoc. 5. ſanctum Anſelmum, *Chriſtus animas ſanctorum ex inferis traduxit ad cœlum.* Unde lætabundi, ac gratulabundi apud Joannem *cantabant canticum novum, dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula ejus: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram.* Regnant ſancti ſuper terram, beneficio ſanguinis Chriſti, æquum igitur eſt, ut Redemptorem ſuum in terra triumphantem grati honorent præſentiâ ſuâ *ſuper terram*, ipſius condecorent Triumphum, ac ſolemni pompâ in ſuis imaginibus cum eo circumferantur: 2. Cor. 2. ſancti nempè ſunt, in quibus Deus Filii ſui agit Triumphum, ſecundùm illud Apoſtoli: *Deo gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto*: id eſt, juxta ſanctum Ambroſium, & Anſelmum, *Deus in Chriſto facit nos triumphare, & per nos Triumphum agit. Triumphus enim Dei eſt*, addit ſanctus Hieronymus, *paſſio Martyrum pro Chriſti nomine, cruoris effuſio, & inter tormenta lætitia.* Et verò cum Tri- Seſſ. 13. dentinum aſſeveret Concilium: *Oportuit* cap. 5. (per Triumphales ſanctiſſimi Sacramenti Proceſſiones) *victricem veritatem de mendacio & hæreſi Triumphum agere*: quidnam veritatis Triumphum queat reddere illuſtriorem, quam ſancti præcones veritatis, in quibus fides Chriſti vincit infidelitatem, veritas mendacium, Charitas Epiſt. 190. Chriſti, inimicorum Chriſti odia, patientia, tyrannorum tormenta, perſecutiones & mortes? Hæc igitur ſunt opima Chriſti Triumphantis ſpolia. *Utinam* (cum ſancto adſpiro Bernardo) *Ego inveniar in his ſpoliis quibus ſpoliatæ ſunt contrariæ poteſtates traductus & ipſe in poſſeſſionem Domini.*

Clariſſimis quoque ſancti in ſuis imaginibus Triumphum Chriſti adornant trophæis, debellatos enim per ſe propter Chriſtum oſtentant inimicos, mundum contemptum, carnem ſpiritui ſubjugatam, diabolum ſuperatum, tyrannos devictos, gentes fidei jugo ſubjectas; quæ, & alia per ipſos fortiter in Chriſti militia geſta magnificis ſtatuis, pretioſis picturis, martiis vexillis expreſſa, triumphali pompâ ſpectanda, per ſacras proceſſiones exhibentur, in ſigna victoriæ Chriſti, qui ſuâ gratiâ tan-

tanta prodigia per ipſos eſt operatus.

Similiter belli ac victoriæ armis, quibus ſancti hoſtes Chriſti ſuperarunt, jam factis læti inſtrumentis Triumphi, Chriſto exhibent reverentiam, ejuſque adaugent Triumphum. An non honorant Chriſtum, dum cunctis fidelibus paſſionum ſuarum oſtendunt inſtrumenta imaginibus affixa, quibus amore Chriſti, ac ob ejus defendendum honorem crudeliſſimas gaudenter ſubiêre mortes? An non honorent Chriſtum crux Petri, claves ſui Vicarii? Nullum ei confert honorem gladius Pauli? Nullum crux Andreæ? Nullum craticula Laurentii? Non eum honorant Leones Ignatii? Non cæterorum martyrum paſſionum inſtrumenta, & palmæ victoriæ, per eos, de inimicis Chriſti reportatæ? Numquid honorant Chriſtum ac reverentur, dum heroicarum ſuarum virtutum, pœnitentiæ, caſtitatis, obedientiæ, paupertatis, zeli pro ejus honore, aliarumque, quas amore ac honore Chriſti fuere amplexati, exhibent ſymbola, palmas, laureolas? An non Chriſtum honoret, ac gratiſſima ſit imago divinæ Agniparæ Agnellum ſuum, qui tollit peccata mundi, ſummo amore ac reverentiâ in ulnis geſtantis, dulciſſimaque oſcula imprimentis? Quis inficias eat Chriſtum honorare Sanctorum Doctorum calamos? Quis id neget de flammeo gladio ſanctiſſimi noſtri Patriarchæ Eliæ ferventiſſimi honoris Dei zelotis? Quis de flammigero, Chriſtique amore transfixo corde magni Auguſtini? Quis de cane tedifero Dominici, mundum Evangelii Luce illuminantis, ac Chriſti amore humana corda inflammantis? Quis de ſtigmatibus Chriſti, in carne Seraphici Franciſci renovatis? Hiſce ſanctiſſimorum Patriarcharum ſuorum ſymbolis, eorumque ſignificatis, hodiedum clariſſimi quatuor Mendicantium Religioſorum Ordines Chriſtum ubivis gentium honorant, laudant, prædicant, magnificant. Iſtis ſignis ſancti honorant Chriſtum Triumphantem, incomparabiliter ſanè amplius, quam nobiles aut vaſalli Regum mundi hujus eos honorent levis capitis detectione, diſſoluta corporis geſticulatione, aut alio quovis reverentiæ teſtimonio. Iſtis armis præcincti, iſtis ſpoliis victorioſi, iſtis palmis ac laureis glorioſi, Triumphum Chriſti adaugent, cohoneſtant, magnificant ſancti.

Sunt præterea ſancti Legati Chriſti, teſtatur hoc ipſe: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Et Apoſtolus: *pro Chriſto ergo legatione fungimur.* Hi fuêre Legati miſſi à Chriſto: ſunt & alii ſancti Legati miſſi ad Chriſtum, & Eccleſiam à Regionibus & urbibus, Chriſtianæ fidei amplectendæ gratia: de his Prophetavit David: *Venient Legati ex Ægypto: præveniet manus ejus Deo.* Cum his igitur triumphet & Chriſtus, haud minus quam Imperatores mundi hujus cum ad ſe miſſis, aut ob pacis fœdera ineunda, aut ſuper reportata victoria congratulandi ergò.

Ioan. 20.

2. Corin. 5

Pſal. 67.

Exiſtunt etiam ſancti *cæleſtis aulæ milites*: dicti à ſancto Baſilio Magno: *Hym. Apoſt.*

Digitized by Google

Hebr. 11. *Phalanx militaris, cuneus inſuperabilis æquè & in bellis impugnabilis. Hi*, inquit Paulus, *fortes facti ſunt in bello* Chriſti, *caſtra verterunt exterorum... Alii autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, ut meliorem invenirent reſurrectionem. Alii autem ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occaſione gladii mortui ſunt.* Iſti ſunt ſtrenui milites Chriſti, per quos, & in quibus tam glorioſè de iſtis triumphat inimicis, qui eligentes moriendo pro Chriſto vincere, quam hoſti cedendo ſibi ſupervivere, ut profeſſus eſt unus eorum invictiſſimus athleta: *in nullo confundar, ſed in omni fiducia ſicut ſemper, & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo. ſive per vitam, ſive per mortem. Mihi enim vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Ut igitur ſancti glorioſi milites Chriſti, per Chriſtum pro Chriſto extiterunt victores, ita & cum Chriſto, & in Chriſto debent exiſtere Triumphatores, cum ipſo, & in ipſo, & Chriſtus in ipſis lætari ac jubilare, Regi Triumphanti acclamantes, Iô Triumpha!

Philipp. 1.

Verùm ſancti nedum illuſtrant cœleſtis Regi Triumphum ut opima ſpolia, clara trophæa, fideles Legati, ac ſtrenui milites, at inſuper triumphalis ipſius ſunt currus, quo in triumpho circumvehitur: juxta hunc jubilantis Prophetæ cantum: *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sinai in ſancto.* Cujus ſcripturæ duplicem interpretes litteralem tradunt ſenſum, unum typi & allegoriæ ſeu parabolæ; alterum antitypi, ſeu rei per typum ſignificatæ: ſenſus typi eſt ſignificatio Triumphi Iſraelis tum de Pharaone per Moyſen, tum de Philiſtæis, aliiſque hoſtibus per Davidem: quaſi Propheta dicat; currus, quibus Deus in Triumphum devehitur abſque numero ſunt multiplicati, cum currus illi ſint innumera lætantium ſanctorum millia, per quos exportavit victoriam Triumphi cauſam: *currus enim Dei* (inquit in hunc Pſalmum Michael à Bonona Carmelita, dictus Incognitus) *dicuntur ſancti Angeli, in quibus Deus ut in ſede, vel in curru ſedet, & per quos ſua operatur*: uti etiam per alios ſanctos. Cujus rei ſymbolo in templo *ſancto* Salomonico Cherubini efformati fuere inſtar currus Dei: ſicut olim in Sina tradens legem, hunc currum imperialem ac triumphalem primò fieri juſſit, eique de devicto triumphans Pharaone quaſi inequitavit. Senſus antitypi eſt deſcriptio Triumphi Chriſti, per Triumphum Iſraelis, Moyſis, ac Davidis adumbrati: de Chriſto namque de totius humani generis hoſtibus æternum victorioſiſſimè triumphante, incomparabiliter verius & excellentius canitur, quam de Iſraele temporaliter redempto: *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis, in Sinai, in ſancto.* Agant igitur currum triumphalem Chriſti

Pſal. 67. Incognit. in Carmelita. Cornelius.

Chriſti glorioſiſſimi hominum Redemptoris innumeræ Sanctorum lætantium ac jubilantium turmæ, ac ſtipent eum inſtar victorioſarum Phalangum ac curruum myriadum, ut inter eos, ac in eis ſedens glorioſiſſimè triumphet in Cœlo *Sancto* ſuo, & in universa *Sancta* ſua Eccleſia. Cùm igitur Sancti ſint triumphalis currus Chriſti, ac Triumphi ipſius magnificus apparatus, apertè convincuntur ſupinæ ignorantiæ id negantes, cum Scriptura, Sanctique Patres tam diſertis hoc adſtruant verbis, aut fraudulenti veritatis ſilentii, qui plebi imperitæ perſuadent, Sanctos in ſuis imaginibus circumferri in Catholicorum proceſſionibus, *ut ipſimet in Chriſti præſentia honorem recipiant.* Honorantur quidem ac triumphant Sancti cum Chriſto, ſed omnem ſuum honorem ac Triumphum gratulabundo animo Chriſto referunt acceptum, dicentes: *Pſalm.* 13. *non nobis Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.*

At dicet quiſpiam, ubi Triumphatoris corona? anne primum ipſius prætermittendum ornamentum? non prætermittendum, ſed, cætero Triumphi apparatu præparato, capiti triumphum ingreſſuri laurea, diademata, corona imponenda: Ecquæ porrò ea erit? Sancti, hi totus ſunt Chriſti Triumphantis ſplendor & decor. Intuetur Joannes Chriſtum Dominum, *Apocal.* 19. *tom.* 2. *verſ.* 12. & 13 q. 38. *Cap.* 6. videtque *in capite ejus diademata multa:* quam viſionem exponens alter Joannes noſter Silveira ſcribens in Apocalipſim, Sanctos Chriſto contexit in coronam. „ Hic, *inquit*, in capite Chriſti Domini apparent „ diademata multa, quòd jam prædictum fuerat per Zachariam: *faties coronas, & pones in capite JESU filii Joſedec Sacerdotis magni.* Ubi „ ſermo eſt de Chriſto Domino, ut „ communiter habent Interpretes, & „ ſtatim explicat Propheta ſeq. verſ. 12. „ *ecce vir oriens nomen ejus.* Eccur „ non unâ coronâ, ſed multiplici co- „ ronatur Chriſti caput? Plurimæ „ ſunt Sanctorum virtutes, opera „ charitatis, juſtitiæ, patientiæ, &c. „ Et Dominus ſervorum operibus „ coronatur; ab ipſo enim procedit, „ quòd tam illuſtria facta fiant. Di- „ vus Hieronymus ad citatum Zachariæ locum ait: *Imponuntur coronæ JESU filio Joſedec, quia nobis proficientibus & reverſis ad meliora, per ſingulas virtutes noſtras Dominus coronatur: imò nobis per virtutem pœnitentiæ coronatis, Salvator in ſingulis coronam accipit.* Ultima verba „ maximè notanda, pro quibus etiam audiendus eſt Rupertus: *Scimus,* „ *Epheſ.* 1. ait, *per ſingulas virtutes noſtras, Dominum coronari, & multa in capite ejus diademata eſſe, quia ſicut Apoſtolus ait, ipſe omnia in omnibus adimplet.* „

„ Confirmatur ex Iſaia loquente ad Eccleſiam, ac ad ejus filios juſtos, „ & Sanctos. *Eris corona gloriæ in* „ *Cap.* 62. *manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui:* Non ait, eris corona, vel diadema in capite Dei tui, „ ſed in manu, quia Deus manu ſua „ auxilio ſuo te provexit ad gloriam „ coronæ, ac ad regnum coronatum. „

Digitized by Google

„ Vide quanta ſit hominum gloria, „ ut ex eorum gloria, ſibi Deus, con- „ ficiat coronam; CORONA E- „ NIM MARTYRUM CORONA EST „ DEI: Corona Apoſtolorum, „ Doctorum, ac Virginum, &c. „ Eſt corona Dei, quia ex ejus vir- „ tute ac gratia omnia Sancta opera

Pſalm. 102 „ fiunt: undè dicitur: *Qui co-* „ *ronat te in miſericordia, & miſe-* „ *rationibus.* Ab ejus miſericordia, „ & gratia corona noſtra naſcitur, „ ac provenit. In quo ſenſu dice- „ bat Paulus ad ſuos diſcipulos:

Philipp. 4 „ *Gaudium meum, & corona mea.* „ Multo magis Deus de Sanctis „ ſuis dicet: vos eſtis gaudium „ meum, corona mea quâ ipſe

Lib. 1. epiſt. 6 „ Deus coronatur. Præclarè di- „ vus Cyprianus exhortans marty- „ res ad martyrii palmam, & co- „ ronam ait: *Militate fratres, di-* „ *micate conſtanter, ſcientes vos ſub* „ *oculis præſentis Domini dimicare,* „ *qui non ſic eſt, ut ſervos tantum* „ *ſpectet, ſed & ipſe luctatur in no-* „ *bis, ipſe congreditur, ipſe in cer-* „ *tamine agonis noſtri & coronat pariter* „ *& coronatur.* Perpende ultima ver- ba: *coronat pariter & coronatur.* „

„ Cùm dicuntur, *in capite ejus* „ *diademata multa.* Et eorum nu- merus non aſſignatur, innumera „ intelliguntur, & cur tot coronas „ geſtat in capite, cum una ſuffi- „ ciens eſſet, ut ab omnibus ut ſu- „ premus Rex haberetur? ut tam „ multiplici coronarum numero, „ ampliſſimus ejus dominatus de- „ notaretur, & quòd ipſe non ſo- „ lùm eſſet Dominus orbis terra- „ rum, ſed etiam cœlorum, & non „ ſolum hominum, ſed etiam An- „ gelorum. Andreas Cæſar. ait: „ *multa illa diademata Chriſti Serva-* „ *toris in omnes, ſive in Cœlo, ſive* „ *in terra dominium, & regnum in-* „ *ſinuant; tot enim ille ſortitur coronas,* „ *quot Angelorum ſunt ordines, quot* „ *rurſum in Cœlum ſunt ſceptra, San-* „ *ctorúmque hominum agmina.* „ Ha- „ ctenus noſter Joannes Silveira, A- „ pocalipſeos Joannis interpres cele- „ bratiſſimus.

Si igitur Sancti corona ſint, ſi diademata Chriſti; & ſi crimen ſit impudentiſſimæ perduellionis Regi detrahere diadema, ſi immane ſacrilegium Pontificem deſpoliare tiarâ, Epiſcopum mithrâ, quantum nefas ſit, Chriſto rapere ac ſubducere Sanctos, æſtimet Catholico-chriſtianus, in Chriſtum pius, in ſanctos devotus.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

Primum cavillum adverſus primum argumentum.

QUis non videat, quàm ſit manca illa comparatio Regis terreni cum cœleſti Jeſu Chriſto? quid enim in ſe eſt Rex terrenus, niſi homo ſimilis aliis? qui proindè omnem ſuam gloriam ſolummodò ſibi adſciſcit ex ſuorum exercituum robore, regionum, urbiúmque divitiis, Conſiliariorum ſuorum ſapientia: cum ècontra cœleſtis Rex nullus viris fortibus redditur fortior, nullis theſauris ditior, nullis ſapientibus ſapientior; nullâ externâ gloriâ honoratior aut felicior, ſed in ſeipſo plenâ gaudet gloriâ ac majeſtate, nullius egens ut magnus ſit ac glorioſus.

RESPONSIO.

Fateor liberrimè, comparationem illam Regis terreni cum cœleſti claudicare, hoc eſt, differentiam inter Regem terrenum & cœleſtem eſſe infinitam, utriúſque ſpectatâ naturâ, ſeu intrinſecis perfectionibus, cum unus creatura ſit, Deus alter: at *omnis comparatio claudicat*, ut vel trium litterarum norunt homines, una plus, alia minus pro extremorum conditione, imò niſi claudicaret, non comparatio foret, ſed identitas: firmiſſima tamen eſt, ut in tentum, ad quod eam adhibui, aſſequatur, videlicet ad declarandum fideli populo, præſentiam Sanctorum in ſuis relucentium imaginibus, adeò non derogare reſpectui ac honori Regis Chriſti, quin potiùs indè accreſcat ipſius & honor, & reſpectus, & gloria: quemadmodum Regum ac Principum terræ honor & gloria, ex ſervorum, aulicorúmque aſſiſtentia non obſcuratur, ſed illuſtratur. Quæ comparatio adeo eſt appoſita, ac erudiendæ plebi fideli accommoda, ut neſciam, utrum in hanc rem queat convenientior adinveniri: ac propterea etiam in hac de Sanctorum cultu materia, à pluribus Sanctis Patribus adverſus Iconomachos adducta: comparant nimirum imaginem Regis cum imagine Chriſti; & quemadmodum imago Regis dicitur Rex, & honor qui exhibetur imagini, cenſetur exhiberi Regi; ita imaginem Chriſti repræſentativè fore Chriſtum, atque qui ejus honorat imaginem, ipſum honorare Chriſtum, Ipſorum Patrum doceamur ſermone: *Rex*, inquit Sanctus Baſilius Magnus, *etiam dicitur imago Regis, neque tamen ob id duo Reges, non enim ſcinditur potentia neque honor diſtribuitur.* *Lib. de Spir. S. cap 27.*

Lib 4 contra Arian. tur. Et Sanctus Athanaſius de re eadem: *Nam in imagine Regis forma & ſpecies eſt, in Rege verò, ea quæ eſt in imagine, forma exiſtit. Impermutabilis autem eſt in imagine Regis ſimilitudo, ita ut qui imaginem inſpexerit, ipſum quoque Regem ſimul inſpiciat.* Unde quoque injuria illata imagini Regis, in ipſum redundare Sanctus aſſerit Chryſoſtomus:

Orat. in Pelvim. *Non noviſti quod is qui injuria afficit imperatoriam imaginem, in Imperatorem ipſum, veluti exemplar imaginis, ejuſque dignitatem injurius eſt? neſcis, quòd quicumque ex ligno & coloribus imagini convitia dicit, illum non damnari veluti in rem inanimatam, ſed contra Regem ipſum dixerit? judicatur enim occultè Regi injuriam intuliſſe.* Hinc autem deducunt impugnatores Iconomachorum, imaginem Chriſti Regis cœleſtis repræſentativè fore Chriſtum, adeóque injuriam, quæ ipſius imagini infertur, committi in Chriſtum ipſum; & ècontra, honorem, quo ejus afficitur imago, exhiberi Chriſto. Huic comparationi Chriſti Regis cœlorum cum Imperatore terreno inſiſtens ſecũda Nicena Synodus, ſeptima OEcumenica ac omnium celeberrima à 350. Patribus confirmata, ex honore qui exhibetur imaginibus Imperatorum terrenorum, imagines Chriſti, amabilis noſtræ Dominæ, aliorúmque Sanctorum, à fortiori concludit venerandas:

Act. 1. *Nam*, ait Concilium, *ſi Imperatorum vexillis ſanctioribus, & imaginibus in civitates & Provincias miſſis, omnis populus cum cereis & ſuffimentis odoratis occurrunt; quantò juſtius eſt in Chriſti Dei noſtri Eccleſiis imaginem Servatoris noſtri Dei, & intemeratæ Matris ejus, Sanctorum etiam omnium Patrum & Piorum erigere?* Si cavillator noſter interfuiſſet Concilio, illationem illam veluti enormiter mancam exploſiſſet, *nullâ enim*, ut imponit ſimplici plebi, *Chriſtus externâ gloriâ* (quâ in ſuis honoratur imaginibus) *redditur honoratior: in ſeipſo plenâ gaudet glóriâ, ac majeſtate, nullius egens ut magnus ſit ac glorioſus:* adeóque in vanum decerni à Concilio, ut ipſe in ſuis honoretur imaginibus, veluti terreni Imperatores, qui omnem ſuam gloriam aucupantur, ſibique comparant ex ſtatuarum ſuarum erectionibus, imaginum venerationibus, ac hujuſmodi aliis extrinſecis honorum fomentis. Videſis Cavillator, quo te abduxerit negata illa Regis cœleſtis cum terreno comparatio, ipſo tamen naturali lumine cuivis ſinceræ mentis notiſſima, Catholicâ admiſſâ fide, quod Deus à ſuis velit honorari, laudari, ac magnificari creaturis. Vide quoque comparationem hanc proprii mei ingenii non fore fœtum: ut enim omittam viros alios clariſſimos pietate ac doctrinâ, qui terminis formalibus hanc ſimilitudinem in eumdem adhibuerunt finem: numquid ſatis perſpicuè Patres prææallegati Regem cœleſtem comparant terreno, dum utriúſq; imaginem mutuò aſſimilant, & honorem imagini exhibitum aſſerunt exhiberi exemplari, ſeu Prototypo, eò quòd imago Regis Rex ipſe dicatur? id ſanè nemini, veritatem obviam factam volenti amplecti,

plecti, ullatenus videri poteſt ambiguum. Quoniam verò cavillum hoc omnis prorſus divini cultus arrodit radicem, dum Catholico vulgo perſuadetur, nullam in Chriſtum à Sanctis ſuis gloriam aut honorem derivari, eò quòd *nullâ externâ gloriâ reddatur honoratior*, ideóque honoris augendi gratia Sanctos non eſſe Chriſto aſſociandos in ſuo proceſſionali Triumpho, aut alia quavis occaſione; tam deteſtabilis erroris principium, veritatis detectis fundamentis, funditus eſt eruendum ac evertendum.

Sciendum igitur, tametſi Deus nullius egeat bonis, laude, gloria, aut honore: juxta hanc propheticam confeſ- *Pſalm. 15.* ſionem: *Dixi Domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.* Nihilominus vult à nobis laudari, honorari, ac glorificari, ſuámque gloriam ac magnitudinem prædicari & exaltari; ut ſit ordo in rebus, & ſupremam Dei Majeſtatem, poteſtatem, ac independentiam, noſtrum verò nihilum, ab ipſo dependentiam ac ſubjectionem, ipſum colendo recognoſcamus ac profiteamur: Unde ad iram provocatur in eos, qui non præſtant ipſi prædicta ſummo jure debita, etſi ipſe non eget eorum quæ debentur. Non tamen ut Deus honorat, exaltat, ac magnificat hominem, ipſe magnificatur, aut exaltatur ab homine; Deus enim hominem re ipſa gratiis ac honoribus magnum reddit & excelſum: at verò homo nil parvi aut magni Deo adjicit, ſed dicitur eum honorare, laudare, magnificare, dum ejus magnitudinem, Majeſtatem, ſanctitatem, ſapientiam, beneficentiam, cæteráque attributa extollit, prædicat, agnoſcit: Deum autem hoc modo à nobis velle honorari, innumera Sacrarum Litterarum teſtimonia reddunt indubitatum. *Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me*: ait Rex & *Pſalm. 29.* Propheta David: ac ut alii id præſtent ſecum, invitat: *Magnificate Dominum* *Pſalm. 33.* *mecum: & exaltemus nomen ejus in idipſum. Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum ejus.* *Pſalm. 98.* *Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.* *Pſalm. 116* Sanè ipſa Mater Domini, quantumvis probè ſciret, ipſum *plena in ſe gaudere gloria ac Majeſtate, nulliúſque egere ut magnus ſit ac glorioſus*, exultans tamen ſpiritu in Deo ſalutari ſuo, ipſum laudavit ac magnificavit, cecinítq; *Magnificat anima mea* *Luc. 1.* *Dominum.* Eſt igitur hæc Catholicæ fidei veritas adeo manifeſta, ut foret Soli illuminando accendere facem, eam pluribus demonſtrare: ſi quis tamen plura deſuper deſideret, conſulat Carmelitas, Michaëlem à Bononia, dici ſolitum Incognitum, adductos Pſalmos exponentem; & Illuſtriſſimum Guidonem in explanatione Cantici, *Magnificat*,

Porrò non voce ſolùm Deus à nobis eſt honorandus, ac exaltandus, verùm etiam omnibus potentiis internis ac externis: honorandus eſt mente infinitas ejus perfectiones contemplando, *gloriam Domini ſpeculantes*, admirando, *2. Cor. 3.* ac ſuper omnia æſtimando. Corde, eum fervidè amando, ac ſuper infinita ejus felicitate ac beatitudine congratulando, ac congaudendo: *lætabor & e-* *Pſal. 9.*

Kk

xultabo in te, ait Propheta. Et amabilis noſtra Domina canit: *& exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*. (Luc. 1.) Undè Iſaias monet: *Tu exultabis in Domino, in Sancto Iſrael lataberis*. (Iſa. 41.) Ore, precando, pſallendo, ejus magnitudinem univerſis annuntiando: *ſacrificium laudis honorificabit me*. (Pſalm. 48.) *Annuntiate inter gentes ſtudia ejus*. (Pſalm. 9.) Denique & externo opere eſt honorandus Deus, fideli voluntatis ipſius executione, incruenti Sacrificii oblatione, frequenti confeſſione, ac Communione, Scapularis Matris ſuæ, aliorúmque devotionis ſymbolorum geſtatione; honoris ipſius, Matris ejus, aliorúmque Sanctorum propugnatione, linguâ, calamo, ſanguine, aliíſque bonis externis operibus. Spectat quoque ad hoc genus honoris Dei, feſtiva celebratio Sanctorum, ac eorum imaginum cultus ſimultaneus cum Agno Euchariſtico; honoramus námq; Sanctos cum Chriſto, eorum imagines cum ipſo in Venerabili Sacramento circumferendo. Primò, in recognitionem ſupremi ipſius dominii ac Majeſtatis, cujus Sancti præſentes velut fideliſſimi ſervi ac amici, & nobiliſſimi Aulici luculentum reddunt teſtimonium; uti Miniſtri ac Aulici Regis terreni ipſi adſtantes cum honore ac reverentia, (notet Cavillator comparationem) ipſius indicant à ſe independentiam, ſuam verò ab ipſo dependentiam ac ſubjectionem. Secundò, ut fidelis Sanctorum in Chriſtum ſervitus, ac obſequia hominibus innoteſcant, atque ita & ipſi ad fidelium ſervorum partes obeundas exſtimulentur. Tertiò, ut gratiæ fiant Chriſto pro beneficiis & Sanctis, &, ipſis intercedentibus, nobis elargitis. Quartò, colimus Sanctos cum Chriſto, imagines ipſorum magnâ feſtivitate ac ſolemnitate cum eo circumferendo, in ſignum, ac Triumphum reportatæ per Sanctos, mediante Chriſti gratiâ, ob Chriſti amorem, de dæmone, carne, ac mundo victoriæ: more Iſraelitarum circumferentium Arcam, ac Propitiatorium, quòd extitit figura Chriſti, cùm imaginibus Cherubinorum in Triumphum, ſuper partâ, Deo pro ipſis pugnante, contra Amalecitas, alióſq; hoſtes, victoriâ. Qui ritus divini cultus, quidquid dicat Cavillator, ingentem Chriſto conciliat ſplendorem, honorem, gloriam, ac magnificentiam.

Ob quatuor igitur rationes, jam partim ſubindicatas, honoramus ac magnificamus Deum, licet noſtrâ non egeat laude, ac honore, quas manifeſtius declarat noſter Illuſtriſſimus Guido, & hîc, ut fideles amplius excitentur, ac roborentur, ad Dominum in Sanctis ejus laudandum, ſubnecto. (Super magnificat. cap. 2.) *Primò, ut admirantes tam magnum, cujus magnificentia ſuper Cœlos*: *Pſalmo* 8. 2. *Laudemus & glorificemus. Pſalmo* 144. 3. *Magnus Dominus & laudabilis nimis: magnitudinis ejus non eſt finis: ſic enim magnificare, eſt magnificentiam ejus laudare. Pſalmo* 68. 31. *Magnificabo eum in laude. Secundò, ut de ſuſceptis beneficiis ſuis gratias referamus. Sic leproſus mundatus pro ſanitatis ſuſcepto beneficio, dans gloriam Deo regreſſus eſt cum magna voce magnificans Deum, Luca* 17. 15. *Tertiò, ut per confeſſiones divinæ magnitudinis, amplioris gratiæ dona*

dona mereamur recipere: ſic cœcus curatus, non ſolùm meruit viſum recipere, ſed etiam gradum perfectionis & diſcipulatus Chriſti; quia cùm vidit ſequebatur illum magnificans Deum. Lucæ 18. 43. *Quartò, ut per hoc alii provocentur ad magnificandum. Pſalmo* 33. 4. *Magnificate Dominum mecum. Unde omnis plebs ut vidit curatum cœcum magnificantem, dedit gloriam Dei. Lucæ* 18. 43. Hactenus noſter Epiſcopus. Quæ, & cætera præmiſſa, perſpicuè oſtendunt, quantâ neceſſitudine obſtringemur ad magnificandum, ac honorandum Deum tùm in Sanctis ſuis, tùm aliis modis poſſibilibus, ut Angelicus quoque Doctor exhortatur, loquẽs de Agno Euchariſtico *Hym. lauda Sion.*

Quantum potes, tantùm aude:
Quia maior omni laude:
Nec laudare ſufficis.

Cavillator autem negans Chriſtum honorari per Sanctos, eò quòd *in ſeipſo plena gaudeat gloria & maieſtate, nullius egens, ut magnus ſit, ac glorioſus*, omnem tollit Religionem, ac prorſus enormiſſimas infert ſequelas, quarum nonnullas, plebis contra abſconſos laqueos informandæ gratia, clarè ac ſponte ex impugnato cavillo deductas, ſubjicio.

Sequelæ enormes ex diſcuſſo cavillo.

Sequitur primò, abrogandas omnes divinas laudes, pſalmodias, hymnodias, aliáſque, & choros omnes ſubvertendos; ratio ſequelæ ex Cavillatore evidens eſt: quia Deus, ait, *nulla externa gloria redditur honoratior*: quæ ſi probet non honorandum Agnũm Euchariſticum per Sanctos, nec laudibus eum glorificandum, evincit, contra omnem orthodoxam doctrinam, ac ipſum rationis lumen ſuper nos ſignatum à Patre luminis.

Sequitur ſecundò, nulla Deo offerenda ſacrificia: quia nec illis eget, nec *redditur honoratior*: hoc autem non ſolum tota ſacra damnat ſcriptura, ſed & ipſi naturali lumini evidenter adverſatur.

Sequitur tertiò, Deum fruſtrà, niſi fortè & illicitè, condidiſſe mundum; cùm nec *externa gloria* Creatoris *reddatur honeratior*: & indè colligi poſſit, juxtà craſſam Cavillatoris diſcurrendi methodum, Deum creaturarum ſuarum gloriâ indigere: hæc autem ſequela planè impia eſt, ac blaſphema.

Sequitur quartò, nec in Deum credendum, nec ſperandum, nec amandum, cùm neque his internis actibus *indigeat, nec reddatur honoratior aut felicior*.

Sequitur quintò, bellum ſacrum pro fide ac Religione fore inutile: patet ſequela, quia, ut ſunt formalia Cavillatoris verba, *Rex cœleſtis nullis viris fortibus redditur fortior*: ac per conſequens, ex ipſius mente, in vanum exercituum robur pro defenſione ipſius honoris conflaretur, ac decertaret: uti ex eo, quòd Chriſtus *nulla gloria redditur honoratior aut felicior*, concludit, Sanctos Chriſto honoris ergò non forè aſſociandos: ſequela autem utroque damnatur Teſtamento, ubi bellum Dei causâ ſuſceptum, non modò laudatur, ſed & imperatur. *Num. 21. 1 Reg 15. Luc. 3.*

Sequitur ſextò, in fide ac Religione neminem inſtruendum, Schola ob-

Digitized by Google

ſerandas, docentium cathedras evertendas, Univerſitates annullandas, nullas pro fide divina conſultationes inſtituendas, nullas Synodos convocandas, Evangelium Gentibus non prædicandum. Ratio ſequelæ eſt, quia Deus nullius eget, atque, ut loquitur Cavillator, *nullis viris ſapientibus redditur ſapientior:* undè, ſecundùm ipſius Logicam, fruſtrà pro Dei cauſa doceretur, fruſtrà diſceretur, ac conſultaretur, uti juxta ipſum fruſtrà in Sanctis honoratur, *quia in ſeipſo plena gaudet gloria ac Majeſtate.*

Adverſus adeò horrendas abſurditates meritò inſurgit Angelicus Magiſter rutilantiſſimum illud Eccleſiæ jubar. *Omnipotens Deus*, inquit, *amator hominum ſuo amore nobis utitur ad ejus bonitatem & noſtram utilitatem, ut Auguſtinus docet in primo libro de doctrina Chriſtiana. Ad ſuam quidem bonitatem, ut homines Deo dent gloriam. Iſaiæ 43. Omnis qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum. Sed ad noſtram utilitatem, ut ipſe omnibus det ſalutem. 1. Timot. 2. Qui omnes homines vult ſalvos fieri. Et hanc concordiam inter Deum & homines naſcente Domino nuntiavit Angelus. Luca 2. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quamvis autem ipſe, cùm ſit Omnipotens, per ſeipſum poſſet gloriam ſuam ab hominibus, & ſalutem hominum procurare, diſpoſuit tamen, ut ordo ſervaretur in rebus, Miniſtros eligere, quorum miniſterio perficeretur utrúmque: & rectè tales Dei adjutores dicuntur. 1. Corint. 3. Sed diabolus invidus divinæ gloriæ, & humanæ ſalutis, per Miniſtros ſuos, quos ad perſuaſionem prædictorum Miniſtrorum Dei incitat, utrúmque nititur impedire. Unde tales miniſtri diaboli, & inimici Dei in hoc oſtenduntur, cujus gloriam impediunt, & totius humani generis, cujus ſalutem adverſantur, & ſpecialiter Miniſtrorum Dei, quos perſequuntur. 1. Theſſ. 2. Nos perſecuti ſunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus adverſantur.*

Contr. impug. r. lig. in proœm.

Hæc attenta mente perpendat, hæc in populum ſpargat Cavillator, qui falſa quadam ſpecie Religionis perſuadet plebi, Chriſto à Sanctis nullam accreſcere gloriam, aut honorem, imitatus eos, quos arguit Apoſtolus, dicens: *Teſtimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam:* ſi enim Cavillator zelatus fuiſſet honorem Chriſti *ſecundùm ſcientiam*, ac pietatem, cognoviſſet utique ea, quæ ex Angelico Magiſtro allegavi, Chriſtum videlicet Sanctis ſuis uti ad ſuam bonitatem, ac conſequenter honorem, noſtrámque utilitatem: intellexiſſet quoque Sanctos, juxta Apoſtolicum documentum, fore *adjutores Dei*: quantumvis *bonorum noſtrorum non egeat*, ad ſuam promovendam gloriam ſeu verbo, ſeu exemplo, ſeu perſona; una ſiquidem horum omnium eſt ratio, quantum ſpectat ad augmentum honoris Dei: declinaſſet quoque paradoxas illas, ac planè Heterodoxas conſequentias, quibus omnis qui Deo à creaturis Rom. 10.

præſta-

Digitized by Google

Præſtatur cultus, officia, obſequia, funditus dejiciuntur. Verùm, loquatur ipſi, monitumque det ſalutare ſanctus Auguſtinus, *hoc qui ſentis* (honorem Chriſti, per, in, aut à ſanctis non adaugeri) *nonne cernis quam contra Apoſtolum* (citatum) *ſentiat? Quod quidem non ipſe ſentis* (confido) *ſed hoc ſequitur illa, quæ ſentis* (uti manet probatum) *muta ergo antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.* Revoca, Chriſtum non honorari per Sanctorum ſuorum præſentiam: revoca etiam, qua hoc probas, rationem, male intellectam, *ſi vis cavere ſequentia*, indè peſſima ſponte ſua profluentia.

CAPUT XIX.

Cavillum ſecundum adverſus primum Argumentum.

MAximi intereſt, ut fideles diſcrimen hoc inter Regem terrenum & Dominum Jeſum Chriſtum ſincerè cognoſcant. Imò etiamſi imagines aut Reliquiæ Sanctorum non permitterentur in proceſſionibus cum ſanctiſſimo Sacramento, vel ſolùm ad dictum diſcrimen altius fidelium memoriis imprimendum, neſcio quis talem bonam intentionem poſſet calumniari.

RESPONSIO.

Manum do, permagni intereſt, ut fidelibus, quin & cunctis mortalibus innoteſcat dictum diſcrimen, ut ſciant, inquam, Dominum Jeſum Chriſtum Deum eſſe ac hominem, infinitum ſecundùm divinitatem, omnipotentem, immenſum, independentem, in ſe ſummè beatum ac glorioſum, adeque nullius extrà ſe indigere: at verò Reges terrenos natura cæteris mortalibus fore pares, vaſa iræ ac miſeriarum, ſuorum ſubditorum auxilio, conſilio, magnificentia, ut magni ſint ac ſublimes indigentes: verùm enimvero non minoris refert, fideles probè credere, Dominum Jeſum Chriſtum Regem Regum, Dominum Dominantium, à rationalibus ſuis creaturis, à ſuis ſervis, quos fecit, redemit cruore, morte, quos incomprehenſibilibus ſibi obſtrinxit beneficiis, quibus *ſe naſcens dedit ſocium conveſcens in edulium, ſe moriens in pretium, ſe regnans dat in præmium* (*Hym. feſt. Corp. Chriſti.*) ab his, inquam, Dominum Jeſum Chriſtum exigere grati animi teſtimonia, cultum, honorem, laudem, magnificationem, quamvis minimè eis indigeat, ut ſit ordo in rebus, & creaturæ Creatorem ſuum, Redemptorem ſuum debito proſequantur honore,

Digitized by Google

nore, laude, reverentia, atque ipſius recognoſcant infinitam majeſtatem ac independentiam, ſuam verò omnimodam indigentiam, ac ab eo dependentiam, hoc credere negotium eſt negotiorum ſummique momenti, nec credere tantum, ſed & opere ipſo tum interno, tum externo profiteri. Maximi quoque intereſt, ut dictum diſcrimen inter Reges terrenos & Dominum Jeſum Chriſtum talibus populo proponatur ac exponatur argumentis, ne quis unâ Catholicâ veritate abutatur ad impugnandam aliam; & dum prædicatur Chriſtus in ſe infinitè felix ac glorioſus, in diſcrimen adducatur omnis Religionis cultus, aut dum diſtorto zelo videtur ſervari honos Chriſti, lædantur in honore Chriſtus, Chriſtipara, cæterique ſancti: & verificetur illud ſancti Hilarii: *Hoc nunc ſub opinione falſæ pietatis efficitur, hoc ſub ſpecie prædicationis Evangelicæ laborant, ut Dominus Jeſus Chriſtus, dum prædicari videtur, denegetur.* Taliter enim Chriſtus in ſe eſt infinite beatus, ac nullius egens (res ſummi momenti iterato inculcanda) ut tamen id, cujus non indiget, ſibi poſtulet exhiberi: nec Angelorum indiget miniſterio, nec hominum, nihilominus, *Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.* Daniel quoque Propheta inquit: *millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei.* Et ſecundùm eumdem Prophetam Pater æternus *dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum, & poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus, quod non corrumpetur:* attamen *omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſervient.* Sed & Apoſtolus apertè teſtatur: *Dei enim ſumus adjutores.* Non indiget etiam laude Angelorum, aut miſellorum hominum; mandat tamen Spiritus ſanctus: *Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.* Et apud Danielem: *Benedicite filii hominum Domino.* Undè pleni ſunt cœli & terra majeſtatis gloriæ & laudis ipſius: ipſi cœli, & univerſæ poteſtates: ipſi Cherubim & Seraphim inceſſabili voce proclamã Sanctus, ſanct. ſanct. Dominus Deus Sabaoth. Ipſum glorioſus Apoſtolorum chorus, ipſum Prophetarum laudabilis numerus: ipſum Martyrum candidatus laudat exercitus: ipſum omnes electi voce confitentur, laudant, exaltant unanimes, Chriſtique glorificatio, ſumma ipſorum eſt gloria. Hæc, & hujuſmodi diſcrimina inter Regem cœleſtem & terrenum erant addenda, ac populo exponenda, ne ſub prætextu laudis ac honoris, quo non indiget, Rex cœleſtis privetur eo, quem omnis creatura ipſi ſtrictiſſimo jure debet. Nihilominus Cavillator omnes librat actus & artes, ut præfatum diſcrimen altiſſimè fidelium mentibus imprimat, quò eos doloſè à ſanctorum cultu abalienet; cum enim cuivis, non planè rudi in Catholicâ fide, ſit notiſſimum, ſanctos unicè honorari cum Chriſto, non propter ſe, at intuitu Chriſti, ac propter Chriſtum, nullo negotio fideles à ſanctorum cultu ſeducentur, ſi modo perſuaſum ipſis fuerit, nullum hinc Chriſto honorem accedere.

Lib. contra Auxen.

Matt. 4.

Cap. 7.

Ibid.

1. Cor. 3.

Pſal. 148.

Dan. 3.

Non

Non igitur ſolùm allaborandum, ut fideli populo inculcetur differentia inter Regem cœleſtem & terrenum, quam quilibet ſciens Regem cœleſtem Deum, & terrenum creaturam, facillimo percipit negotio; ſed & convenientia, comparatioque, quæ inter eos eſt aliqualis, ſedulò exponenda, ut præſtiti, nec deſinam, docendo univerſos, honorem, qui exhibetur Chriſti, Chriſtiparæ, aliorumque ſanctorum imaginibus, referri in ſua exemplaria ſeu prototypos, uti honor imaginum Principum Regumque terrenorum dirigitur in ipſos: & quemadmodum Reges terreni honorantur, maximè dum celebrant Triumphum, per ſuos miniſtros ac aulicos, atque in ipſis; ita quoque Chriſtum Regem Cœlorum honorari ac magnificari in ſanctis, & per ſanctos: Chriſtus ex ſua bonitate ac beneplacito, terreni Reges ex neceſſitate ac indigentia. Addo: non obſtante ſummâ Chriſti in ſe felicitate ac gloriâ, adeò ſtricto jure ei debetur cultus Religionis, ut ſecundùm graviſſimorum Theologorum doctrinam, quamvis phyſicè, ſeu attentâ nudâ & abſolutâ ipſius omnipotentiâ, non appareat implicantia, ut nullum umquam ſibi velit exhiberi honorem, conſiderando tamen divinam omnipotentiam ut conjunctâ ſuæ bonitatis & ſapientiæ, atque adeò moraliter, veroſimilius non poſſit in eo cedere omni ſuo juri in omnem æternitatem, cum ea videatur irrationabilis quædam honoris prodigalitas. Adverſus Cavillator, qualiter Chriſto cultus, quo minimè indiget, maximè debeatur? Quid igitur tanto molimine populo ſimplici perſuades, imagines, ac Reliquias Sanctorum ſeparandas à Chriſto in proceſſionibus triumphante, ad dictum diſcrimen altius fidelium memoriis imprimendum; quandoquidem Chriſto potius ſint aſſociandæ, ut Chriſto ſuus ſtrictiſſimè debitus perſolvatur honos, & fideles Sanctorum exemplis, quorum imagines eorum refricant memoriam, provocentur, ac de ſua obligatione, Chriſtum omni poſſibili honore proſequendi, admoneantur: maximè cum per hoc non tollatur notitia dicti diſcriminis, eſt enim iſtud credentibus Chriſtum Deum, naturali lumine altiſſimè impreſſum, ut perpetuæ eorum ad Chriſtum preces (etiam in ſanctorum præſentia) vota, ſupplicationeſque, manifeſtè demonſtrant: non enim in ſuis indigentiis ac neceſſitatibus ei, ut omnipotenti Deo ſupplicarent, ſi ipſum creaturarum ſuarum indigum exiſtimarent.

Suarez. Wiggers.

Ad hæc, ſi tibi videantur ſanctorum imagines ac Reliquiæ ob eum finem à Chriſti Triumpho ſemovendæ, ſeparentur & in Eccleſiis ab altaribus, in ædibus privatis, omnique demum in loco: abrogentur Chriſti laudes, ſacra contra Iconomachos, aliaſque ſimiles peſtes, bella: univerſus denique Religionis cultus, externus æquè ac internus proſcribatur ne Chriſtus appareat alicujus indigere. *Hoc quidem non ipſe ſentis, ſed hoc ſequitur illa quæ ſentis: muta ergò antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.* Nunc, credo, vides.

S. Aug. de adul. conjug. lib. [illegible] cap. 4.

vides, quis talem poſſit, non calumniari, at juſtiſſimè damnare intentionem, Regem cœleſtem ſuis deſtituendi miniſtris, amicis, filiis, aulicis, verbo, honore ſuo, ut ſciatur, Deum non eſſe creaturam. Accipe igitur ſalutare monitum à ſancto Hilario: *Paleis aquas tegis, foveas ceſpitibus occultas: & eſcis laqueos ſupponis, callida eſt religionis tua profeſſio*: Suo ſpecioſo titulo defenſionis independentiæ Chriſti, & Chriſto, & ſanctis ejus honorem detrahis.

Contra Conſtan.

CAPUT XX.

Tertium cavillum adverſus primum Argumentum.

VNde clarè patet, quomodo hæc comparatio non poſſit ſervire niſi in favorem Prælatorum Eccleſiæ, qui in proceſſionibus ſeparant imagines ac Reliquias à venerabili Sacramento: præſertim cùm conſideratur, quod nullus nobilium aut vaſſallorum Regis ſe auderet ſiſtere in præſentia ſuæ Majeſtatis, niſi capitis detectione, aut alio reverentiæ ſigno, honorem & ſubjectionem quam Regi debet manifeſtando: cùm tamen imagines Sanctorum, quæ ordinariò in proceſſionibus circumferuntur, eo modo non ſint efformatæ, ut videantur aliquam ſanctiſſimo Sacramento exhibere reverentiam: ſed abſque ſigno reſpectus poſitæ ſint in Triumphum, ut ipſæmet in Chriſti præſentia honorem recipiant: quod ſi benè adverteretur, rationabilius forſitan judicaretur, imagines in proceſſionibus non circumferri, in tali habitu ac figura, in qua Sancti ipſi, ſi perſonaliter adeſſent, coram ſanctiſſimo Sacramento non auderent comparere.

RESPONSIO.

Permitto, ſerviat comparatio hæc Prælatis Eccleſiæ; non enim Catholicos impugno Prælatos, at hagiomachorum confuto peſtifera dogmata. Ecquid porrò tibi in ſanctorum diſplicet imaginibus? Quod nullo externo ſigno reverentiam exhibeant, aut ſubjectionem manifeſtent Agno triumphanti; Quod Catholici abſque ullo reſpectu evehant ſanctos ut triumphent in ſuis imaginibus præſente Chriſto in proceſſionibus? ô craſſam hallucinationem! viſne forſitan ſacras imagines coram venerabili Sacramento provolvi in genua, inclinari, incurvari, capita ſua detegere, aut aliter more aulicorum coram Rege cœleſti geſticulari? Quod hoc eſt

eſt paradoxum? non vides ſancto-rum imagines modo ſibi convenienter Chriſtum honorare, reſpicere, ac revereri, dum enim in ſuis imaginibus ſancti comitantur ut ſervi Dominum, ut diſcipuli magiſtrum, ut nobiles ac aulici cœleſtis curiæ Regem, ut milites Ducem, ut filij Patrem, ut liberati ac redempti Triumphantem Redemptorem? An non Chriſtum honorant ſymbolis ſuorum tormentorum, amore, honoreque Chriſti gaudenter perpeſſorum? An non heroicarum ſuarum virtutum ſignis, de quibus *capite* 18. Triumphant quidem ſancti cum Chriſto in cœlo & in terra, at Chriſto, non ſibi, non *ut ipſimet in Chriſti præſentia honorem recipiant*, ut tibi perſuades, ſed ut ipſimet, & fideles in ipſis honorent, magnificentque Chriſtum, canentes cum Davide: *Non nobis Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.* Et ſanè ſi ſancti ſuffurentur, rapiant, ſibique arrogent honorem ac Triumphum Chriſti in proceſſionibus Triumphalibus ſanctiſſimi Sacramenti, obindeque eorum imagines inde ſint amovendæ, idem facient in Eccleſiis, in altaribus, aliiſque in locis, nec ipſo cœlo empyreo excepto; quam autem hinc horrenda conſectaria! Ex Eccleſiis tota ſacrarum imaginum ſuppellex erit efferenda: ſanctorum Lipſana in ventum ſpargenda: altaria iconibus denudanda; malè quoque Chriſtus ſuo conſuluerit honori, ſanctos in Triumphali ſua ad cœlum Aſcenſione ſibi curruum inſtar aſſociando: malè permiſerit eos in ſuo conſpectu gaudere, exultare, triumphare, canente Regio vate: *Et juſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei: & delectentur in lætitia.* Et Sapiens acclamat: *ô quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate... In perpetuum coronata triumphat.* Malè Agnus qui tollit peccata mundi, caſtiſſimos virgines individuos ſibi in triumphante Eccleſia adſciverit comites, nam *hi ſequuntur Agnum quocumq; ierit*, tamquam fideliſſimi miniſtri, Principes ac Duces curiæ cœleſtis: & divina Agnipata ait Agnello ſuo: *Sequar te, ô Agne! quocumque ieris*, ut contemplatur Guilhelmus. Imò Richardus à ſancto Laurentio aſſerit, Agnum ipſum ſequi ſuam Agnam dulciſſimam: *dicitur in laude aliarum virginum quod ſequuntur Agnum quocunque ierit, de illa autem ſecurè poteſt dici, quod Agnus ſequebatur eam quocumque ivit.* Denique ut verbô omnia, malè permiſerit Deus quemquam aut hominum, aut Angelorum, uſquam, aut umquam in ſua honorari præſentia, ſi ſancti in ipſius honorati Eucharistico Triumpho debitum ipſi tollant honorem; divina enim majeſtas, cui omnis *honor & imperium ſempiternum*, nuſquam aliquando non eſt præſens: *quod quidem non ipſe ſentis ſed hoc ſequitur ea quæ ſentis: muta ergo antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.*

Pſal. 13. — Pſal. 67. — Sap. 4. — Apocal. 14 — Lib. 1 cap. 5. de lau. virg. — Tim 6. — S. Aug. lib. 2 de adul. conjug. cap. 4.

CAPUT XXI.

Labem, quam ſacris imaginibus præmiſſum affricuit cavillum, copioſiori diluit fonte: Catholicamque erga eas vindicat pietatem.

TRiumpho Agni Euchariſtici comitibus ſanctis vindicato, Catholicorum erga ſacras imagines devotio modò à Cavillatoris calumniis amplius eſt expedienda: traducit enim populum Catholicum, quaſi indecentes effingant Sanctorum imagines, ac nullo habito ad Chriſtum reſpectu, ſic eas cum ipſo honorent, collocent, faciantque triumphare, ut imagines potius, quam Chriſtus honorentur, ac Triumphum agant; imò ac ſi tali habitu ac formâ ipſas in proceſſionibus circumferant, cujus ſanctos ipſos pudeat: habes formalia ejus verba præfixa *cavilli præcedentis Reſponſioni.* Videtur igitur hic cavillator evanidis ac dudum putridis Eraſmi ovis incubare, ac ex eis damnatos velle reſuſcitare Iconoclaſtas, ſimili enim cum eis ſanctorum imagines conſpurcat labe: *videmus* (calumniabatur Eraſmus, nimio ac planè erroneo impetu, inquit Molanus) *nunc in templis tot fabulas, ac nanias depictas: ut ſeptem lapſus Domini Jeſu, ſeptem gladios virginis, aut ejuſdem tria vota, aliaque id genus inania commenta.* Sed pudeat eum tam impudentis calumniæ: pudeat quoque noſtrum Cavillatorem, tam audacter coram imperita plebe effutire; Sanctorum imagines in ea diſpoſitione, habitu ac figura hodiè ordinariò, non rarò, pleraſque omnes, non admodum paucas, in proceſſionibus circumferri, ut Triumphi Chriſti tollant ſplendorem, ac ſanctis cauſarent pudorem. At verò videamus, quam ſit ea ſplendida, prorſuſque commentitia calumnia; attentiuſque inſpiciamus, anne quidquam in ſacris imaginibus, *quæ ordinario in proceſſionibus circumferuntur,* meritò poſſit quemquam offendere, aut cujuſquam ſanctos pudere. Præmitto doctrinam ſanctæ Thereſiæ, quæ ægrè ferebat, dum quis diceret *imagines deformiter pictas tollere devotionem, cum non imago, ſed quod per eam repræſentatur, foret conſiderandum.*

Lib. de modo orandi.

Lib. de imag. cap. 24.

Quid igitur præ ſe ferunt imagines, *quæ ordinario in proceſſionibus circumferuntur*, ut adeò propter illas in Catholicos inveharis? Forſitan quod quædam in illis exprimantur, quæ in Sanctorum Hiſtoriis deſiderantur? At enim hoc non tantum plauſibiliter,

ſed

ſed & quandoque neceſſariò faciunt & imaginum pictores, & ſtatuarum ſculptores, cum enim aliquando ſanctorum Hiſtoria, plurima exhibeat utrimque veroſimilia, nec utrumque commodè poſſit depingi aut deſculpi, alterutrum ſolum ſubindè exprimitur, idque communi totius Eccleſiæ ſenſu atque conſenſu approbatur. Exempli gratia: in Hiſtoria Incarnationis Dominicæ Evangelia non exprimunt, quid egerit Virgo Deipara cum ad eam cœleſtis intraret Paranymphus, ſteteritne an ſederit, an verò cœleſtibus fuerit intenta contemplationibus: quia verò unum omnium, dum Hiſtoria repræſentatur, eſt exprimendum, id quod ſimilius eſt vero, expediebat exhiberi: ſuper omnia autem eſt probabile, Virginem unigenitum Patris concepturam in tanti myſterii altiſſima conſideratione fuiſſe ſuſpenſam, ac à ſæculis deſideratum genibus flexis, aut hujuſmodi reverentiæ ſignis forè præſtolatam. Nihil tamen hac in parte incertum prætendunt imagines, aut pictæ ſint aut ſculptæ; certum ſiquidem eſt, expreſſa per eas ſua gaudere veroſimili veritate, quæ ſola illis attribuntur.

Anne proptereà in imagines, *quæ ordinario in proceſſionibus circumferuntur*, ſtomacheris, quia credis rudioribus eas periculoſi erroris præbere occaſionem: præcipit autem ſacra Tridentina Synodus, *ut nulla falſi dogmatis imagines, & rudibus periculoſi erroris occaſionem præbentes ſtatuantur?* Seſſ. 25. *Sed quæritur* (ait Joannes Molanus Academiæ Lovanienſis decus præclarum, ac in hac materia ſolertiſſimus & veracisſimus) *an hujuſmodi picturæ in Eccleſia habeantur? Et puto omninò ne unam haberi, quamvis quædam tales eſſe videantur, aut ſaltem videri poſſent.* Illa eſt tanti viri conſtans ſententia hanc concernens quæſtionem, poſtquam accuratiſſimè hujuſmodi picturas fuiſſet perſcrutatus, in univerſa Eccleſia ne unam quidem omnino talem inveniri, multò proindè minus ſunt tales quæ ordinatio in quorundam Diœceſium proceſſionibus circumferuntur. Refert deinceps plurimas picturas, quæ alicujus periculoſi dogmatis rudibus poſſent videri præbere occaſionem, & inter eas hanc, qua repræſentatur Annuntiationis & Incarnationis Dominicæ Hiſtoria, per corpuſculum quoddam humanum inter radios à Spiritu ſancto diffuſos, deſcendens ad uterum Beatiſſimæ Virginis: quæ pictura videtur præbere occaſionem erroris periculoſiſſimi: Valentinus enim ab antiquo damnatus eſt ab Eccleſia ut hæreticus, quia docuit Chriſtum Corpus de cœlo attuliſſe, & per Virginem Mariam tanquam per canalem tranſiiſſe. Ac demum ſubdit: *Arbitror nullam prædictarum imaginum rudibus periculoſi erroris occaſionem præbere.* Cap. 18. *Imò arbitror etiam, ne unum quidem* (nota, qui miraris nullos reperiri indiſcretos cultores imaginum amabilis noſtræ Dominæ) *ex rudi populo ex prædictis imaginibus, occaſionem erroris in fide aut moribus accepiſſe. Quod ſi accepiſſet, nondum conſequeretur, imaginem eam præbuiſſe; ſed*

 ſeque-

ſequeretur errorem eum ſalutari doctrina caſtigandum eſſe. Per corpuſculum illud in Hiſtoria Incarnationis Domini, non plus ſignificatur quam anima Chriſti, quæ non poteſt commodè aliter figurari, unde ſic figurari ſolent animæ latronum, qui cum Chriſto ſunt crucifixi: & anima Lazari in ſinu Abrahæ. Atque ita conſequenter demonſtrat de cæteris, nullius periculoſi erroris eas rudibus præbere occaſionem.

Cap. 17. Commonet deinde, ne quis privata authoritate hujuſmodi imaginum reformationi ſeſe ingerat. „ Si „ quis autem, *ait*, Parochus hæc attendendo, picturas & imagines „ prædictas in ſua Eccleſia abolere „ vellet, inſequendo zelum Ezechiæ „ Regis, qui ſerpentem æneum, quem „ Moyſes fecerat, confregit: is zelum „ quidem haberet, ſed non ſecundùm „ ſcientiam. Hæc enim privata au„thoritate, & illegitimè, & periculo„ſè fierent... Præſertim cum tam „ clarè ſcriptum reliquerit Synodus „ Tridentina: *Quod ſi aliquis dubius „ aut difficilis abuſus extirpandus ſit, „ vel omnino aliqua de iis rebus gravis „ quæſtio incidat, Epiſcopus antequam „ controverſiam dirimat, Metropolitani „ & Comprovincialium Epiſcoporum in „ Concilio Provinciali ſententiam expe„ctet: ita tamen, ut nihil inconſulto „ ſanctiſſimo Romano Pontifice novum, „ aut in Eccleſia hactenus inuſitatum, „ decernatur.* Diligenter etiam ani„madvertenda eſt Gregorii admoni„tio, quam ſcripſit Sereno Epiſcopo „ Maſſilienſi. Perlatum ad nos fue„rat, quod incōſiderato zelo ſuccenſus ſanctorum imagines ſub hac „ quaſi excuſatione, ne adorari de„buiſſent, confregeris. Et quidem „ quod eas adorari (*latriâ*) vetuiſſes, „ omninò laudavimus; fregiſſe verò „ reprehendimus. Dic frater, à quo „ factum ſacerdote aliquando audi„tum eſt, quod feciſti? Si non aliud, „ vel illud te debuit revocare, ne de„ſpectis aliis fratribus, ſolùm te ſan„ctum & eſſe crederes ſapientem. „ Magnopere à te, qui inter gentes „ habitas, attendi debuerat, ne recto „ zelo incautè ſuccenſus, ferocibus „ animis ſcandalum generares: ſi ze„lum diſcretione condiiſſes, ſine du„bio & ea quæ intendebas ſalubriter „ obtinere, & collectum gregem non „ diſpergere, ſed potius diſperſum „ poteras congregare, ut Paſtoris in te „ meritum excelleret, nō culpa diſper„ſoris incumberet. Hinc autem „ dum in hoc animi tui motus incau„te nimis exequeris, ita tuos ſcanda„lizaſſe filios perhibeiis, ut maxima „ eorum pars à tua ſe communione „ ſuſpenderit. „

4. Reg. 18. Rom. 10. Seſſ. 25.

Quod ſi igitur prædictæ picturæ „ in Provinciali Synodo examinarentur, „ puto quod nulla earum quantumvis „ ſint raræ, & incelebres, jam poſita, „ abolenda judicaretur: tametſi in „ ponendis fortaſſis aliquid caſtigare„tur. Omnibus enim modis caven„dum eſt ſcandalum puſillorum „ & infirmorum, quorum infirmitas „ facilè hac abolitione turbaretur & „ læderetur, præſertim ſi accederet „ maledicentia hæreticorum, qui cum „ Juda vigilant. Hi enim ut Judas „ habet,

Digitized by Google

„ habet non ille ſcarioth, dominatio-
„ nem ſpernunt, majeſtatem & quæ-
„ cumque ignorant, blaſphemant. Hi
„ ſunt murmuratores, querulosi, ac
„ noviſſimi temporis illuſores. „ Hæc Molanus.

Cap. 21. Errores porrò nonnullos eſſe in imaginibus, qui tamen periculoſi non ſunt, nec negare poſſum, ait laudatus Molanus, nec etiam miror. Cum enim diabolus intelligat, quantum ipſe perdat per ſacrarum imaginum utiliſſimam inſpectionem, & venerationem, non mirum eſt, eum omnibus modis iiſdem inſidiari. Unde per negligentiam, quæ eſt mater, ſeu potius noverca imperitiæ & ignorantiæ, facilè quidam irrepſerunt. At non proptereà hujuſmodi imagines ſunt abolendæ privata authoritate, præſertim cum Concilium Tridentinum tantum dixerit, nullas *falſi dogmatis & periculoſi erroris* imagines ſtatuendas eſſe. Propter infirmos quædam toleremus, monet Molanus, & permittamus, ſicut mater noſtra Eccleſia quædam tolerat & permittit. In libris editis quam multas tolerat opiniones. Tolerat vitas Patrum quas olim Gelaſius reprobavit, & alia. Interim diligenter cavendum, ne zelo indiſcreto ex proprio ſenſu & judicio quidpiam arguatur ut erroneum, quod manifeſtè tale non exiſtit.

Quod ſi Cavillatorem offendat vilis ornatus ſacrarum imaginum, *quæ ordinario in proceſſionibus circumferuntur*; reſpondet ipſi idem Molanus.
Cap. 32. „ Neque verò ea tantum pretioſa di-
„ cenda ſunt, quæ aurea ſunt vel ar-
gentea, aut pretii alicujus apud qual- „
cumque gentes. Pulcherrimè enim „ *Serm.* 6. *de* 40.
dictum eſt à Divo Leone: quæ per „
ſe ſunt vilia, fides efficit pretioſa. „
Quare & luminarium uſus (ut de „
eò aliquid ſubjungam) ante imagi- „
nes ſanctorum pretioſus eſt in con- „
ſpectu Domini, cujus oculi, ut Je- „ *Cap.* 5.
remias ait, fidem reſpiciunt: fit enim „
iſtud ex fide humili & devota, qua „
credimus & proteſtamur ſanctos il- „
los ante quorum imagines cereos ac- „
cendimus, luxiſſe dum viverent in „
medio nationis perverſæ velut lu- „
minaria in hoc mundo: Nunc ve- „
rò ex iſto loco caliginoſo eoſdem „
perveniſſe ad locum claritatis æter- „ *Philipp.* 2.
næ, ubi Agnus qui in medio throni „
eſt eos illuminat. Unde Germanus „ *Apoc.* 21.
Patriarcha Conſtantinopolitanus in „
eruditiſſima Epiſtola illa, quæ cita- „
tur quarta actione ſecundi Concilii „
Niceni: Neminem, inquit, offen- „
dat quod antè ſanctorum imagines „
lumina & ſuaveolentia thymiama- „
ta accenduntur: Symbolicè e- „
nim iſta fieri in honorem illorum „
opinandum eſt, quorum cum Chri- „
ſto requies, quorum honor ad ip- „
ſum recurrat, hoc ipſum teſtante ſa- „
piente Baſilio, quod erga conſer- „
vos bonos, honor erga ipſum Do- „
minum commune benevolentiæ „
ſignum exhibet. Senſibilia enim „
lumina, ſymbolum ſunt immate- „
rialis illius, & à Deo dati, luminis. „
Aromatum autem incenſio ſynce- „
rum, & devotum ſancti Spiritus in- „
flatum, & repletionem ſignificat. „
Sic antè Germanum, cum Vigilan- „

Digitized by Google

„ tius, ridendo objiceret Catholicis, „ quod plena lucè cereos accende- „ rent ad Martyrum memorias: piè „ admodũ reſpondit divus Hierony- „ mus, in libro adverſus eumdem „ ſcripto, quod, ſicut Chriſtus non „ indigebat unguento, quo perfuſus „ eſt à Maria Magdalena, ita nec „ Martyres indigent lumine cereo- „ rum; & tamen Apoſtoli cauſantes „ ne periret unguentum, voce Domi- „ ni correpti ſunt, & mulieris devo- „ tio recipitur: ita, inquit, quicum- „ que cereos accendunt, ſecundùm „ fidem ſuam habebunt mercedem. „ Quia divi Hieronymi doctrinâ ſatis „ redarguitur hæreticorum noſtri „ temporis ſuperba præſumptio, qui „ cum ſint viri illuſores, quos in „ noviſſimis iſtis temporibus, ventu- „ ros prædixit Paulus, ita ſenſu car- „ nis inflati ſunt, ut ſimplicitatem „ quæ eſt in Chriſto Jeſu; hoc eſt, „ ea quæ ſecundùm majorum tradi- „ tionem ex humili fide fiunt in „ Chriſti Eccleſia irrideant & con- „ temnant: cumque ſint filii tenebra- „ rum, pro viribus obſcurare nitun- „ tur lucem Sanctorum, eorum vi- „ delicet fidem, & converſationem „ Sanctam: quibus adhuc hodie, „ omnibus qui in domo Eccleſiæ „ ſunt, lucent; ſciunt enim eorum „ opera ab hac luce argui: undè e- „ tiam luminaria omnia quæ in atriis „ Domini accenduntur in illius lucis „ memoriam, quam ipſi oderunt, cu- „ piunt extincta. „ Hæc Molanus vir præclarus, cui libenter ſubſcribo.

Luminaria igitur, incenſa thura ac thymiamata: Cæremoniæ, cantus, aliique Eccleſiæ Ritus, cultus, ac veneratio, haud exiguum Sacris imaginibus addunt ſplendorem, majorem eo, quem à materia ex qua efformantur, ſibi poſſent conciliare; quodque in ornatu forſitan poſſet deeſſe ſupplent abundè, ut debita in fidelium animis, erga eas excitetur æſtimatio ac reverentia, ut proindè nullus ob viliorem ornatum poſſit ſibi arrogare facultatem ac anſam, imagines Sanctorum ab Agno Euchariſtico, vilibus quoque tecto ſpeciebus panis ac vini, ſeparandi.

Verum non video Cavillatorem tantopere Sanctorum gloriæ æmulum, ut imaginum ipſorum ipſum tangat aut angat vilior apparatus: quin imò pretioſi earum ornatus fulgorem ægris nequiens intueri oculis, eum ad Judaiſmum ablegat. Non invidebat Judas Chriſto pauperem exigui valoris tunicam, at adverſus magnificam Magdalenæ unctionem queruloſus proditor obmurmurabat, honorificam Chriſti unctionem, ut prodigam condemnans perditionem. At verò iniquis hiſcè murmuratoribus peroptimè reſpondet eruditiſſimus Dominus Nicolaus Sanderus Anglus: *Lib. 1. de honor. imag. adorat. cap. 8.* „ Non ſine graviſſima cauſa Eccleſiam adductam eſſe, ut nonnullas „ imagines Sanctorum auro & argumento tegeret, coronis & pre- „ tioſis veſtibus ornaret. Partim e- „ nim imagines Sanctorum repræ- „ ſentant id quod olim à Sanctis in „ hac vita geſtum eſt; atque illa qui- „ dem

Digitized by Google

„ dem ratione ſufficeret, rem ipſam „ nude & velut omni veſte detracta „ proponi. Partim verò, non ſolùm „ habetur ratio eorum, quæ in hac vi- „ ta olim geſta ſunt, ſed prætereà eo- „ rum, quæ jam in Cœlis geruntur. „ Cùm enim nemo ignoret Sanctos „ jam in Cœlo agentes immenſa „ quadam gloria frui : quid- „ quid auri, argenti, gemmarum, ve- „ ſtium, cereorum, coronarum adhi- „ bueris, nec minimam partem ejus „ gloriæ deſcripſeris, quàm Deus eiſ- „ dem Sanctis jam in vita æterna lar- „ gitur. Cogitet ergo Chriſtianus „ quando in templum ingreditur, ſe „ in Cœlum quoddam terreſtre ingre- „ di, ubi Deus impleat totam domum,
2. Par. vii. 9. „ ut appareat gloria Domini omni „ multitudini ; & ubi Sancti aſſiſtant „ participes gloriæ divinæ per gratiam „ effecti, & nihil ſanè reprehendet e- „ orum, quæ in Sacris imaginibus de- „ ferri videt. Non eſt hic igitur perdi-
Cap. 3. „ tio, ait *Molanus*, ut aſſumebat fur ille „ Judas Iſcarioth, ſed magnum ſalutis adjumentum. „

Hæc autem luculenter oſtendunt imagines Sanctorum, quàm ſplendidiſſimè ac magnificentiſſimè ornatas cùm Agno Euchariſtico in Catholicorum proceſſionibus triumphante, meritiſſimo jure circumferendas, quò & veritas de mendacio, fides de hæreſi, triumphet glorioſius, & gloria Chriſti cùm ſuis Sanctis in Eccleſia triumphante, militanti ſorori ſuæ exhibeatur manifeſtius, ut & ipſa hiſcè illiciis allecta pro æterno gloriæ pondere,
2. Cor. 4. momentaneum & leve alacrius certet bonum certamen fidei adverſus multiplices hoſtium phalangas, aliquando per Chriſtum victrix, gloriæ quoque ſtola veſtienda, ſecundùm promiſſum Chriſti : *Qui vicerit, ſic veſtiatur veſtimentis albis:* ſplendidis, gemmeis, fulgidis. 1. Tim. 6. Apoc. 3.

Quòd ſi adverſarius cauſetur indecentem ornatus modum, *in imaginibus quæ ordinario in proceſſionibus circumferuntur*, inanis fabulæ obtrudit figmentum : licet enim rara aliqua, ac levis in imaginum ornatu quandoque appareat forſitan deordinatio, etiam in rebus Sacratioribus pro præſentis humanæ conditionis cæcitate ac infirmitate vix evitabilis ; nulla profectò tanta toleratur ac cernitur *in imaginibus quæ ordinario in proceſſionibus circumferuntur*, ut propterea omnis generaliter uſus imaginum Sanctorum à proceſſionibus ſit ablegandus : velut honori Chriſti cum eiſdem delati injurius: niſi & uſum divinarum laudum, Sacramentorum frequentationẽ, & quævis approbata Religionis exercitia, quis temerario planè auſu judicet abrogonda, ob defectus ac abuſus in illis commiſſos, haud leviores iis, qui forſan rarius in Sacrarum imaginum ornatu deprehenduntur. Nequaquam igitur laudabilis Sacrarum imaginum uſus ob quoſcumque particulares abuſus, coram ſimplicis fidei populo, ut Chriſto ac Sanctis injurioſus eſt traducendus, præſertim à quo neſcio privato. Si quis vir prudens, diſcretóque zelo ſuccenſus deprehendat in Eccleſiis hac in re leviores quoſdam abuſus, & ſincere diligat decorem domus Domini, is

Digitized by Google

Pſalm. 35. is adeat Eccleſiarum Rectores, aut proceſſionum Directores, facilè ipſi errores leviuſculos corrigent: Si cuilibet enim verbo, aut ſparſis libellulis permittatur reprehendere Catholicos, novámque moliri reformationem, brevi ſcioli ac Momi, quibus nihil non diſplicet, pro ſcriptitandi libidine, ac reformandi arrogata authoritate, univerſa ac optima quæque ſubvertent. Si, exe. gr. ob prætenſam quamdam ornatus indecentiam imagines velint efferri è proceſſionibus, eadem licentia volent detrahendas ex Altaribus, Eccleſiis, portis, ædibus privatis, imò nuſquam eas patientur collocari aut honorari, ubíque enim poteſt irrepere indecentia in ornatu earumdem, faciléque Momis videbitur in cultu committi exceſſum: ſed & in aliis conſimilibus Religionis exercitiis ac Ritibus latiſſimus Novatoribus panderetur aditus, eoſdem ſub ementito abuſuum pallio temerè erroris arguendi, ut Sanctus Auguſtinus de ſuæ ætatis deploravit prurientibus ingeniis: Epiſt. 118. cap. 2. *Senſi enim*, ait, *ſæpè dolens & gemens multas infirmorum perturbationes fieri per quorumdam fratrum contentioſam obſtinationem, vel ſuperſtitioſam timiditatem (nihil non habentium ſuſpectum) qui in rebus huiuſmodi, quæ nec Scripturæ Sanctæ authoritate, neque univerſalis Eccleſiæ traditione, neque vitæ corrigendæ utilitate ad certum poſſunt terminum pervenire, tantùm quia ſubeſt qualiſcumque ratiocinatio cogitantis . . . Tam litigioſas excitant quæſtiones, ut niſi quod ipſi faciunt, nihil rectum exiſtiment. Quamvis*, ut idem Sanctus Doctor aſſerit alibi, *talia diſputare, qualia iſti diſputant, non ſit militare, ſed rebellare: non ſit plantare vineam, ſed eradicare: non ſit paſcendos congregare, ſed perdendos ſeparare.* Epiſt. 89.

Quoniam verò mens mihi nequaquam ſit nec animus, per hæc cuiquam favere abuſui præſenti, aut futuro, Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi adverſus abuſus ſubnecto cautelam. *Omnis*, ait, *laſcivia vitetur, ita ut procaci venuſtate imagines non pingantur, nec ornentur: & Sanctorum celebratione, ac Reliquiarum viſitatione homines ad comeſſationes, atque ebrietates non abutantur: quaſi feſti dies in honorem Sanctorum per luxum, ac laſciviam agantur. Poſtremo tanta circa hæc diligentia & cura ab Epiſcopis adhibeatur, ut nihil inordinatum aut præpoſterè & tumultuariè accommodatum, nihil prophanum, nihilque inhoneſtum appareat: cum domum Dei deceat ſanctitudo. Hæc ut fidelius obſerventur ſtatuit Sancta Synodus, nemini licere ullo in loco, vel Eccleſia, etiam quomodolibet exempta, ullam inſolitam ponere vel ponendam curare imaginem, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit.* Seſſ. 25. ſumma ergo curandum diligentia, nè quid indecens ac inhoneſtū in Sacris imaginibus ſive pictis ſive ſculptis, appareat: unde

Digitized by Google

unde eâ ſunt ſervandâ cuſtodiâ,ne ſordibus,carie,aut aliis noxiis diſformentur: quòd ſi per negligentiam, aut temporis longitudinem, vel injuriam irrepſerit ſqualor, fiat quod monet ſeptima univerſalis Eccleſiæ Synodus: *Quandoquidem ea quæ in tabulis picta ſunt, cùm figura per ſordes & ſitum deleta fuerit, neceſſarium eſt, ut denuò pingatur, & reficiatur, modò talis ſit ut adhuc renovari in eadem materia & tabulis poſſit.* Act.2.

Quòd ſi deníque objiciatur ordo, quo imagines cùm Venerabili Sacramento collocantur, ac circumferuntur: nemo ambigit, quin locus honoratior detur in proceſſionibus Agno Euchariſtico Triumphatori: cùm etiam omnis honor ac reverentia exhibita Sanctis in ipſorum imaginibus, redundet in Chriſtum in proceſſionibus triumphantem, vanè nemo hic angatur ſcrupulis, ut in imaginibus Sanctorum cùm Venerabili Sacramento circumferendis ac collocandis obſervetur ordo, quem ipſe ſecundùm ſuam phantaſiam judicat convenientiorem honori Chriſti, qui cùm ſuis Sanctis de prælationis ordine non contendit, neque eâ fidelibus offenditur, licet forſitan ex ſimplicitate ac recta fide videantur aliquem majorem honorem, ſecundùm mundi menſuram, exhibere Sanctis quàm Chriſto; quandoquidem omnis Sanctorum laus ac honor refertur, ut dixi, in Chriſtum: uti non derogatur honori Chriſti ab Eccleſia per hoc, quòd quibuſdam diebus ſolemnius agat memorias Sanctorum: quàm Chriſti, templa exornando, laudes eorum deprædicando, aliáque lætitiæ ſolemnitatíſque ſigna mõſtrando, quidquid & hic inveniant quod mordeant Eccleſiæ Momi: undè nobis credamus dictum à Chriſto & Sanctis ejus, quod refert Sanctorum aurea legenda: *Benè concordes ſumus in Cœlis: de nobis non diſputetis in terris*; Cap.80 nimis anxiè contendendo, diſquirendo, ordinando de ritu ac ordine quo collocemur aut circumferamur.

Nihil igitur offenditur *in imaginibus quæ ordinario in proceſſionibus circumferuntur*, ob quòd Catholici merito traducantur, nihil quoque, cujus Sanctos oporteret pudere, ſi Triumpho Chriſti perſonaliter adeſſent. Non puderet humiles Sanctos vilioris ſimpliciorîſque ornatus, nam *circuierunt in melotis, in pellibus caprinis*; Heb.11. contenti veſtimentis quibus vix tegebantur, non ornabantur; imitati Chriſtum, qui ad vilem ac corruptibilem carnis noſtræ ſaccum ſe dimiſit. At non propterea pretioſum in ſuis imaginibus erubeſcunt ornatum; aliter námque convenit veſtiri peregrinos & exules, aliter in cœleſti Patriæ glorioſos; aliter milites cum hoſte dimicantes, aliter obtenta victoria, æternum Triumphantes; aliter currentes in ſtadio, aliter quieſcentes in Bravio: omnis verò pretioſus ornatus Sacrarum Sanctorum imaginum, ad Pſalm.8. eorum gloriam, qua in Cœlo potiuntur, Dan.12. exprimendam, adhibetur. Cùm Pſalm.103 igitur Chriſtus eos ibi *coronat gloria & honore*: cùm ibi *fulgeant quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates: Amicti lumine*

ne ſicut veſtimento: utique nos decet, noſtris commilitonibus victorioſis gratificari; & qui ſe amore ac honore Chriſti humiliarunt, exemplo ac amore Chriſti exaltare, eorum gloriam laudibus, encomiis, ſplendido ornatu celebrando, ac deprædicando, quamque vivis nequimus exhibere coloribus, rudibus ſaltem adumbrando lineamentis, non reveriti querulosos illuſores, at exhortantem Eccleſiam: in ſeptima generali Synodo: *Venerentur alii aliter Sanctos, diverſimodè eorum dona magnificantes, benefactáque multifariam prædicantes: hi quidem excelſorum templorum erectionibus, illi verò variorum unionum ornatibus, alii gemmarum & auri contemptibus, alii præclaro pictorum artificio, alii aureis argenteíſque donariis, alii ſericis bombycinſque texturis, & (ut uno dicam verbo) omnes in Martyrum honorem pro cujuslibet opinione & voluntate invicem vincere contendant, quò affectionem erga Sanctos clarè oſtendant, referantque pro corruptibilibus immarceſcentia, pro temporariis, ea quæ finem non habent, præmia. Talibus enim donis admirandi iſti ſuos amatores rurſum afficere ſolent.* Hanc præterea notandam, idem celeberrimum Concilium, habet ſententiam: *hoc ſanè mandatum* (datum à Deo Moyſi de ædificando Tabernaculo) *docet nos, ut in iis, quæ Deo dicantur non parcamus ſumptibus, etiam magnis.* Hæc adnotent, hæc imitentur poſthac parci erga Sacrarum imaginum ac templorum ornatum. His autem omnibus irrefragabiliter arbitror comprobatum, immeritò cavillum præſens Ritui noſtrarum Proceſſionum fuiſſe oppoſitum; confidoque adverſarium hâc lectâ informatione, animo pacato, mentéque à præjudiciis liberâ praxim avitam atque piiſſimam commendaturum velut augmento honoris Agni Euchariſtici, cui unicè eſt intentus, convenientiſſimam, atque ad fidelium ædificationem aptiſſimam: ſcrupulos alios quibus premitur, deinceps eidem eximam.

Act 4. *Act 6.* *Exod. 25. & 26.*

CAPUT XXII.

Quartum cavillum adverſus primum Argumentum.

VLterius in eadam comparatione advertere etiam poſſumus, quòd dum Rex inter nobiles ſive aulicos ſuos ſtat in ſuo throno, præſertim ſi ad audientiam, nullatenus liceat aliquem honorare, vel etiam reverentiali ſolùm oculo eoſdem aſpicere, ſed omnis honor & reſpectus ſuæ regiæ defertur Majeſtati, ita ut principes aliique domini adſiſtant ibidem, ut Regem

gem honorent, non verò ut juxta eum honorentur; unde denuo videmus dictam comparationem Regis cœleſtis cùm terreno magis ſervire ad confirmandas Ordinationes Prælatorum Eccleſiæ, quibus decernunt Sanctorum imagines à Rege cœleſti in Venerabili Sacramento proceſſionaliter triumphante, ſeparari.

RESPONSIO.

Rurſum permitto, ut mea comparatio ſerviat Ordinationibus Prælatorum Eccleſiæ: tu verò, dum optimam comparationem non deſinis arietare, quò longius progrederis, longius aberras, ut iis, qui rectum ſemel deſeruere tramitem, ſolet evenire. Hic igitur linum lino nectis, errorem errori, dum illam ipſam comparationem, quò aſſerui, ac expoſui Catholicam veritatem de Sanctis unà cum Chriſto honorandis, obtorto collo contra Sanctos detorques! ô callidum gladiatorem, Antagoniſtæ tuo enſem è manu moliris eripere, eúmque propriis configere armis: at verò quàm tuum hoc ſit inane molimen, quamque pingui prognatum Minervâ, evidens eſt cuique nedum aulico, ſed & vel tantillum civili: quis enim neſciat, in Regis præſentia honorari ac ſalutari Regis Matrem, ac Reginam? quis ignorat aulicos competentem mutuò, cùm debito honore, in Regiæ Majeſtatis præſentia, cedere locum? an non etiam ſupplicantes in Regis præſentia aulicis reverentialiter offerunt ſuos ſupplices libellos. Regi tradendos? Numquid in terreni Regis, aut Imperatoris conſpectu, belli Duces victorioſi è prælio reduces, magnificè triumphant, ac à Rege ipſo honore remuneratorio afficiuntur? commentitius igitur eſt tuus ille aulicismus, in aula ordinata aulicos mutuò non deferre honorem in præſentia Regis, nec à quoquam honorari. Unde denuò comparationẽ meã propugnas, cùm, omnibus nervis tenſis, in vanum eam impugnas: quamque firma ſit ac recta, non nimium manca, ut coram fœmellis ac puellis jactitas, oſtendis, dum univerſis tuis objectis, & veris & falſis, perſiſtit ſuperior, inconcuſſa, fortior.

Ulterius quoque, quanta falſam, inverſamque tuam comparationem ſequantur Heterodoxa, ſi mens tibi ſerena eſt, poteris perſpicere: ſi námque, ut falsò aſſumis, in terreni Regis præſentia nefas ſit ipſius aulicos vel leviſſimo reverentialis oculi nictu exhibere reſpectum ac honorem, indéque exiſtimes concludi, neque Sanctos, *cœleſtis aulæ milites*, in cœleſtis Regis triumphali circumlatione licere honorare; eâdem prorſus vi conſequentiæ ſequitur evidenter, nec in Eccleſiis, nec in Altaribus, aliiſvè in locis, Sanctos in Chriſti præſentia permiſſum fore revereri, ac honorare: ſequitur quoque, Sanctorum memoriam in Canone Miſſæ abrogandam; in Litaniis Sanctorum radenda nomina: & cum immenſa Majeſtas Cœlum impleat & terram, neque in Cœlo, neque in terra licebit Sanctos proſequi honore: *hoc tu ipſe non ſentis, ſed*

Eccle. de com. Apoſt.

S. Aug. lib. 2. de adul.

conjug.c.4 *ſed hoc ſequitur illa quæ ſentis: muta ergo antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.*

Eſto interim quòd terreni Reges nobiles ſuos ſeu aulicos magnifico aliquo honore nolint affici in ſua præſentia; quæ enim hinc ad Regem cœleſtem Chriſtum ſequela, aut comparatio? Nónne Chriſtus amore infinities majore, incomparabilitérque majore honore ſuos afficit Sanctos, quàm terreni Reges ſuos nobiles ac aulicos, quos æſtimant ut ſervos ac mancipia?

Ioan.15. at Chriſtus ſuis ait Sanctis: *Non dicam vos ſervos: quia ſervus neſcit quid faciat dominus ejus: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Nec vocis ſolùm eos exaltat appellatione, verùm & officii exhibitione: ſacer námque

Cap.12. Evangeliſta Lucas teſtatur: *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.*

Ioan.1. Imò, *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri:* Undè pſallit vates Regius:

Pſalm.81. *Ego dixi Dii eſtis, & filii excelſi omnes.* Tantopere porrò elevatis, & nominis appellatione, & officii exhibitione, & in amicos & filios adoptione; convenientem quoque tantæ dignitati tribuit ſedendi locum: & qualem exiſtimatis? in angulo, in ſubſelliis? à latere retro ſe? altius cogitatione evehere, Joannes ſublimis illa aquila, Sanctorum oſtendit

Apocal. thronum: *Qui vicerit*, inquit Chriſtus, *dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici & ſedi cum Patre meo in throno ejus. Qui habet aures, audiat quid ſpiritus dicat Eccleſiis.* Quam ſcripturam præclarè interpretatur noſter Sylveira:

Tom.1. in Apoc.cap.3 v.21.q.57 *Sicut*, inquit, *illud*, ſicut ego ſedi cùm Patre meo in throno ejus, *refertur ad ſummam gloriam, ac beatitudinem, quàm Pater communicavit Filio ſuo Jeſu ſecundùm humanitatem, ad quam explicandam, dicitur ſedere ad dexteram Patris; & ideò hic fit alluſio ad illud Pſalmi:* Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos &c. *Ita etiam id, quod primò ait Chriſtus*, qui vicerit, dabo ei

Pſal.109. ſedere in throno meo, *refertur ad gloriam, & ſenſus eſt; faciam illum participem regni mei cœleſtis cum ſempiterna gloria, ac æterna luce, & inenarrabili gaudio, ac perfectiſſima requie.* Nec throno ſuo tantum Chriſtus honorat vincentes amore ipſius mundum, carnem, dæmonem, & nomine ſuo eos inſignit Deus: confidenter námque ait divus Baſilius Magnus:

Hom.27. *Deus eſt quiſque Sanctorum. Dictum enim illis à Deo eſt: ego dixi Dii eſtis, & filii excelſi omnes. Et: Deus Deorum (utique Sanctorum) loquutus eſt. Et, videbitur Deus Deorum videlicet Sanctorum in Sion.*

In Pſal.49 Sunt igitur ſancti Dii *ſpiritualiter & adoptivè*, ut exponit Incognitus, ſive noſter Michael à Bononia; id eſt, hæredes & filii adoptivi; *ipſe enim ſpiritus*, ait Paulus, *teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes. Hæredes quidem Dei: cohæredes autem Chriſti.* Audiamus modò noſtrum laudatum à Bononia: *Quæ autem*, inquit, *major dignitas eſſe poteſt, quàm quòd quis Dei nomine fungatur, & filius appelletur?* & ut Joannes teſtatur: *cùm apparuerit ſimiles ei erimus.* 1.Ioan.3.

Ubi

Ubi jam Reges terreni cùm ſuis nobilibus ac aulicis? quis Rex aulicos dignatur ſuo nomine? quis throno? quis cohæreditate? quis participes facit regni? quis omnes adoptat in filios? quis omnes dicit amicos? quis eos facit diſcumbere, & præcinctus tranſiens eis miniſtrat? Undè comparatio illa, etiam falsò permiſſo ſuppoſito, quòd in præſentia Regum terrenorum, non permittantur aulici debito invicem proſequi honore, non mirè claudicat, at planè enervis in fumum abit. Obſervat autem præclarè Sanctus Baſilius ſuper iſtud Iſaiæ: *Venite & aſcendamus ad domum Dei Jacob*, quòd Deus, quoties nomen ipſius honoratur, toties Sanctos ſecum velit honorari: *Adjicitur*, inquit, *nomen hoc Jacob qui gratioſus fuit Deo, & apprimè familiaris. Ait enim: Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac & Deus Jacob: hoc mihi nomen eſt æternum. Ut enim hocce Sanctos honore afficeret perpetuo memoriali, eorumdem ſervorum nomina ſuo ipſius nomini attexuit.* Viden, Cavillator, quàm non fugiat, at quantopere ambiat, procurétque Deus, ut Sancti ſui, ſervi, amici ſecum honorentur *memoriali perpetuo*: hoc faceret, ſi honor Sanctis in ipſius præſentia exhibitus, vel minimum cederet in diminutionem honoris ipſius? numquid ipſe ait: *gloriam meam alteri non dabo*? Sanè nec Regum terrenorum ſapientiſſimus putavit ſuo præjudicari reſpectui, ſi ſurgens è ſolio Matri ſuæ obviaret, ac profundè ſalutaret, eíque thronum à dextris ſuis poni curaret, etiam ſedens ad audientiam: *Venit ergò*, ut Regum narrat hiſtoria, *Bethſabee ad Regem Salamonem, ut loqueretur ei pro Adonia: & ſurrexit Rex in occurſum ejus adoravítque eam, & ſedit ſuper thronum ſuum: poſitúſque eſt thronus Matri Regis, quæ ſedit ad dexteram ejus.* Sic & Chriſtus aſſumptam honoravit Matrem: *Credimus*, ait, Epiphanius, *quòd Salvator omnium, ipſe, quantùm videtur intelligi, per ſe totus feſtinus occurrit, & cùm gaudio eam ſecum in throno collocavit.*

Cap. 2. · Iſa. 42. · 3. Reg. 2. · In Aſſump. Mariæ.

Si igitur Chriſtus Rex cœleſtis tam eximio Sanctos ſuos, aulicos ſuos, proſequatur amore, ut amicos, ut filios; ſi eis tam ſit beneficus, ut ſuos faciat cohæredes, ſi ipſos ut Deos adoptivos exaltet, ſibique in ſuo faciat conſedere throno; & tam immenſus honos ne vel in minimo deroget reſpectui Chriſti; qui honori ejus detrahet tantilla à creaturis, Sanctis exhibita, reverentia? præſertim in falſo Cavillatoris ſuppoſito, qui ex eo, quòd Chriſtus non egeat Sanctorum ſuorum honore, concludit, Chriſtum per Sanctos non fore honorandum: ſi enim Chriſto non ſit exhibendus honos ab hominibus adhuc Chriſto militantibus in conſervis ſuis cùm Chriſto triumphantibus; ſequitur hinc evidenter, poſſe nos in Chriſti præſentia honorare Sanctos ejus, quandoquidem juxtà erroneam adverſarii deductionem, nec in ſe, nec in Sanctis à nobis ſit honorandus, adeóque abſque omni honoris Chriſti præjudicio honorem noſtrum, ex quo nihil ipſi accreſcit, ſive fiat in ipſius præſentia, ſive in abſentia, dirigi poſſe in Sanctos; non enim ægrè feret Chriſtus, ſi honos, quo non eget, quemque

ſibi non vult deferri, ut adverſarius autumat, exhibeatur in præſentia ſua Sanctis ſuis. Unde Cavillator & ſibi, & veritati contradicere comprobatur.

Conſentit his omnibus, firmúmq; ſupponit fulcrum S. Joannes Damaſcenus, ſtrenuiſſimus Sacrarum imaginum defenſor, dexterâ, quâ ſuos pro Sacris imaginibus exaraverat libros, ab Iconomachis truncatus, qui præter allegatos titulos, Sanctos ut Reges cū Chriſto Rege Regum venerandos demonſtrat: apud noſtrum Venerabilem Waldenſem ſuppeditat ſequentia: *Honorandum Sanctos,* inquit, *ut amicos Chriſti, & filios & hæredes Dei, ut ait Theologus Evangeliſta Joannes: quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: quare non adhuc ſervi ſed filii: ſi autem filii & hæredes, hæredes autem Dei, cohæredes autem Chriſti Sed Dominus in Sacris Evangeliis ait: vos amici mei eſtis, non adhuc voco vos ſervos: ſervus autem non novit quid faciat Dominus eius Si autem Rex Regnantium & Dominus Dominantium, & Deus Deorū conditor eſt & Dominus omnium dicitur. Sequitur. Deos autem dico & Reges & Dominos non natura, ſed ſicut paſſionum dominantes, & de his regnantes, & divinæ imaginis ſimilitudinem & unitos Deo ſecundùm electionem, & hunc ſuſcipientes inhabitatorem, hujus participationis effectos gratiâ, quòd ipſe eſt natura.* (Quid igitur turbantur Momi, ſi Dominam noſtram amabilem, Sanctiſſimam Deiparam, Deam hoc ſenſu appellemus, Reginam, ac Corredemptricem.) *Qualiter igitur non honorandi ſunt qui Miniſtri & amici & Filii Dei exiſtunt. Hæc ille:* inquit Waldenſis, qui ſubdit: *Ille Sanctus Doctor non tam viles exiſtimat Sanctos Dei ſicut VVicleff. ſcurris eos adæquans, ſed hoc cogitat in eis, quod eos Dei gratia iam effecit, qualeſcúmque fuerint ex natura, iam amici Dei ſunt, Reges Regum ſunt, Domini Dominantium, convivæ magni ſponſi, commenſales Agni, Filii Dei & membra, & in ipſum ex gratia tranſmutati.* (Quanto magis Deipara, gratia plena, *Mater divinæ gratiæ,* in Deum ex gratia eſt tranſmutata) *Si tales & tantos cogitaveris, nónne tibi honorabiles & exorabiles eſſe poſſint:* Nonne raptores honoris Triumphatoris Chriſti reputabis? ſi igitur nolit Cavillator Sanctos cùm Chriſto honorari ut ipſius aulicos, ſaltem permittat ut cùm ipſo veneremur eos ut commenſales, ut Reges, ut filios, ut Deos adoptivos.

De Sacramental. tit 12. cap.114

Pateat igitur evidenter præſens adverſarii Cavillum putam putam eſſe ludificationem, plebis mulcendæ causâ confictam. Verùm quoniam non tam ſtudendum convincendo Cavillatori, qui forte ad tantùm lumen cæcutiet; quàm inſtruendæ plebi, hujuſmodi paralogiſmis ac ſophiſmatibus deceptæ; abſolutè, ut ſoleo, ex Patribus demonſtratum eo, Sanctos in Chriſti præſentia, abſque minimo honoris ejus præjudicio, imò cum ingenti incremento, fore colendos. Agmen ducat, imò agat, ſæpiùs allegata ſeptima œcumenica Eccleſiæ Synodus, causâ defenſionis Sacrarum imaginum coacta, omnigeniſque Sanctorum Patrum Sententiis illuſtrata ac confirmata. *Eos autem,* ait Concilium, *ut Miniſtros, amicos,*

micos, & filios Dei exiſtentes, honoramus, honor enim, qui à conſervis idem ſentientibus invicem exhibetur indicium eſt benevolentiæ erga Dominum. Sunt enim promptuaria Dei, & pura Chriſti habitacula, Spirituſque ſancti immaculata ſpecula. Subdit noſter numquam ſatis laudatus Waldenſis: *Honorandos ecce ſanctos Dei probat tamquam Dei filios, cives cœli & promptuarii ejus pura cœnacula. Non igitur qualitercumque ſalutandi* (ſolo cultu ſocietatis, aut imitationis) *ut* Novatores hodierni & *Witcleffiſtæ volunt, ſed honorandi, imò congruentius adorandi, quia honor, ait Damaſcenus, qui ad devotos ſervos refertur demonſtrationem facit bonæ voluntatis in Dominum. Et Dominus in Evangelio: qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Qui recipit amicum Dei ut amicum, filium Dei ut filium, conſiliarium ejus, non ſimpliciter ut aliquem, ſed ut conſiliarium Dei, hic à Deo peculiarem mercedem accipiet.*

Ex Damaſc.

De Sacramental. tit. 13. cap. 118.

Qui igitur in Chriſti præſentia honorat Sanctos ejus, non tam Sanctos honorat quàm Chriſtum, cùm non honoret Sanctos propter ipſos (aliud enim non docentur fideles) ſed propter Chriſtum: ut autem notum eſt Philoſophis, (ſerviat ancilla Philoſophia Dominæ Theologiæ) ubi unum tale eſt propter aliud, non tam duo ſunt, quam unum: &, *propter quod unumquodque tale, & illud magis tale.* Utrumque facilè intelligibili demonſtro exemplo, ut & plebs Catholica, cui potiſſimum labor aſſumptus deſudat, in tenebris lumen habeat. Aqua eſt calida, non ex ſe, ſed propter calorem; ideoque aqua & calor non ſunt duo, ſed unum calidum: ſimiliter æger amarum & ingratum palato appetens pharmacum propter recuperandam ſanitatem, non tam amat pharmacum, quam ſanitatem. Sic etiam in morali docetur Theologia, eamdem fore charitatem, qua Deus proximuſque diligitur, Deus propter ſe ut finis ultimus, proximus autem propter Deum. Idem, ſervatâ proportione, contingit in propoſito; cum honoramus ſanctos propter Chriſtum, unus eſt honos utriumque, quo non tam magnificantur Sancti, quam Chriſtus. Ad cujus intelligentiam ſpectat quod docet ſanctus Auguſtinus, videlicet ut à capite Chriſto ad corpus ejus myſticum, & rurſus à corpore ad caput tranſeatur, atque adeò ut veluti utriuſque perſona una fiat. Chriſtus igitur fons eſt & origo, unde omnis honor derivatur in ſanctos à quibus omnis in eum refluit, nec, dum Chriſtum honoramus in ſanctis, & ſanctos veluti præſtantiora hujus corporis membra colimus, à Chriſto recedimus, ſed accedimus: *Et per honorationem illorum,* inquit ſeptima œcumenica Synodus, *in eum qui per illos glorificatus eſt, quique illos glorificavit in confeſſionem potentiæ ſuæ, Chriſtum, glorificationem & cultum referimus, ita ut & nos imitatores fortitudinis eorum, & dilectionis erga Deum, per bonorum operum contrà paſſiones reſiſtentiam, fiamus.* Unde perquam appoſitè loquitur Odo Archiepiſcopus Cameracenſis vir antiquitate, religione, ac eruditione venerabilis,

Lib. 3. de doct. Chriſt. cap. 27.

Act. 4.

In Can. Miſſæ.

rabilis: *Aliter*, ait, *Deo gratum non offerimus ſacrificium, aliter Deo utiliter vota non ſolvimus, niſi memoriam ſanctorum veneremur. Qui enim membra Chriſti non honorat, nec Chriſtum, qui caput eſt, honorare poteſt. Et qui non honorat filium, non honorat eum qui miſit illum.* (Suprà probavi ſanctos filios Dei adoptivos.) *Honoremus ergò caput in membris, Deum in ſanctis ſuis, ut eorum meritis precibuſque in omnibus protectionis divinæ muniamur auxilio.* Adeò non diſplicet Chriſto, quod ſanctos ſuos cum eo in incruento Miſſæ ſacrificio veneremur, ut nec abſque ſanctorum memoria ſacrificium noſtrum ei gratum exiſtat, tanto teſtante Archiepiſcopo: *Quiſquis* enim *honorat Martyres*, inquit ſanctus Ambroſius, *honorat & Chriſtum, & qui ſpernit ſanctos, ſpernit & Dominum.* Hinc breviter duo concludo: unum, ſanctos Catholicè laudabiliterque in ſuis imaginibus cum Chriſto honorari in proceſſionibus, uti cum ipſo honorantur in ſacrificio Miſſæ. Alterum contrà calumniam Eraſmi, qui meditatus abolitionem cultus ſanctorum, carpebat Catholicos, quod Virgini Matri ſub Miſſæ ſacrificio decantarent hymnos, aut alias cantiones, cum tempore illo oporteret eos totos forè intentos Chriſti præſentis venerationi; quaſi neſcierit Eccleſia, quæ Chriſto, quæ Matri ejus conveniat veneratio, & eadem ratio non ſit, honorare Virginem Matrem in ſacro Canone, quem tum nondum apertè improbabat, & ei ſub Miſſa decantare hymnum. Ad hæc, Eccleſia inſtituit Miſſas decantandas in honorem amabilis noſtræ Dominæ, decantat etiam in præſentia venerabilis Sacramenti Litanias, & alias Laudes Virgini Matri dicatas, quidni igitur ſub ſacrificio Miſſæ liceat ei decantare hymnum: & ſi ſub ſacrificio Miſſæ, & ſi in Eccleſiis in præſentia venerabilis Sacramenti, quidni in proceſſionibus in ejuſdem præſentia?

Ad ea, quæ ſanctorum dictis probavimus, exequenda, ſanctorum exemplis devotos Catholicos deinceps animemus ac provocemus; nam & cœleſtis curiæ aulici honorant invicem in cœleſtis Regis præſentia tam in cœlo, quam in terra, quidquid ſit de terrenorum Regum nobilibus. Audiamus imprimis ſanctum Hieronymum, non ſemel hoc docentem apud noſtrum venerabilem Thomam Waldenſem: *De Sacramental. loc. cit.* *Legimus*, inquit, *ſæpè ad funera & ad ſepulturas quorumlibet ſanctorum Angelos adveniſſe, & ad exequias eorum obſequia præſtitiſſe: necnon animas electorum uſque ad cœlos cum hymnis & laudibus detuliſſe. Ubi & utriuſque ſexus chori commemorantur frequenter auditi, & laudes cecinisse intereà.* *Cap. 16.* Sic apud Lucam: *Factum eſt ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ.* Sic & vita ſancti noſtri Alberti teſtatur, quam magnificè cœleſtes aulici ejuſdem cohoneſtarint exequias, quamque honorabile ei præſtiterint obſequium in præſentia Chriſti ſub ſpeciebus Euchariſticis latitantis: Cum enim corpus ſancti nondum inhumatum divinum ſpiraret odorem, ac in muneris coruſca-

coruſcaret miraculis, & propterea populus miſſam de *ſancto Confeſſore*, Clerus verò *de Requiem* celebrari vellet: à Domino divinum reſponſum expectandum Epiſcopus juſſit: quibus orantibus, duo Angeli in Albis aſtantes, Miſſam: Os JUSTI MEDITABITUR SAPIENTIAM, de ſancto Confeſſore celebrandam inchoarunt ac indicarunt. Ita in officio ejuſdem ſancti legit Eccleſia. Hinc jam colligamus cum ſancto Hieronymo apud laudatum Waldenſem, quanto honore proſequantur Angeli Chriſti Matrem, quamque feſtivè ejus agant feſtum in cœleſti curia, in Chriſti, totiuſque ſuperbenedictæ Trinitatis præſentia, Regina enim ſanctorum omnium ſuper omnes Sanctos eſt veneranda: *Quod ſi,* inquit Hieronymus, *ad recreandam ſpem, & corroborandam fidem interdum aſtantium, Salvator noſter Chriſtus, ob merita ſuorum amplius comprobanda, talia ac tanta dignatus eſt exhibere per ſuos cœli miniſtros circa defunctos, quantò magis credendum eſt, hodierna die militiam cœlorum cum ſuis agminibus feſtivè obviam adveniſſe Genitrici Dei: eamque ingenti lumine circumfulſiſſe, & uſque ad thronum olim ſibi ante mundi conſtitutionem paratum, cum laudibus & canticis ſpiritualibus perduxiſſe.* Hæc cœleſtium civium feſtivitas, hâc gloriâ affecerunt Reginam ſuam ipſo die glorioſæ ipſius aſſumptionis: non ſtitit, nec ſiſtet lætiſſimus iſte Triumphus, quem jugiter in cœlis agi victorioſiſſimæ Triumphatrici, præfatus docet ſanctus Hieronymus: *Si gaudium,* ait, *ſit in cœlo de quolibet peccatore converſo, multò magis putandum pro tanta Virginis exaltatione & gloria, qua exaltatio ſit in supernis, cujus nimirum feſtivitas omnium ſupernorum civium eſt gratulatio, quia ejus celebritas laus & favor eſt Salvatoris.* (Adſis qui plebi perſuades, amabilem noſtram Dominam in ſua imagine cum Salvatore circumlatam, detrahere laudi ac favori ipſius, uti prophana pupa cum Rege terreno in rheda circumvecta, eum reddit deridiculum!) *Undè credimus, quod non hunc tantum diem ſolemnem ducunt pro ejus honore annuum, verùm continuum, etiam & æternum jucunditatis & lætitiæ ac venerationis obſequio cum omni colunt tripudio amoris & gaudii. Nec immeritò igitur omnis illa cœleſtis civitas congratulatur & veneratur matrem cujus ſuper ſe, adorat filium Regem: ante quem tremunt poteſtates & curvatur omne genu.* Ex his ſancti Doctoris diſcurſibus præclarè ad intentum concludit Mariophilus ille Ordinis Fratrum glorioſiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo Thomas Waldenſis, amabilem noſtram Dominam fore cum Filio ſuo honorandam (eadem de aliis Sanctis eſt ratio) quia per hoc honor celebrior impenditur Chriſto, tantum abeſt ut quidpiam ideò ei detrahatur gloriæ. *Audiſne,* inquit, *quod celebritas Aſſumptionis Virginis laus & favor eſt Salvatoris? Qui ergò has laudes & favores feſtinando non colligit, ille indubiè memoriam Chriſti diſpergit.* (Omni ſenſu hic advertite, qui Catholicos traducitis, quaſi amabilem noſtram Dominam cum Agno Eu-

Ibidem.

Ser. de Aſſumpt.

cogis me ô Paula.

Digitized by Google

chariſtico honorando, ſuam dividant diſpergantque à Chriſto devotionem) *Hoc eſt enim argumentum Hieronymi, quod non immeritò omnis illa civitas tantum diem ſolemnem ducit continuum venerando Dei Matrem, cujus ſuper ſe adorat Filium:quaſi diceret: quid mirum ſi tam feſtivè Matrem adorent cum hoc ipſo honorem celebriorem impendant filio quem ſupra ſe regnantem aſpiciunt. Et dicat modò Wiclef, cur hæc civitas beatorum non mittit hanc feſtivitatem celebrare Beatæ Virginis, ut in recentiori memoria habeatur Chriſtus. An cum hæc feſtivitas ſecundum Hieronymum ſit eis continua, numquid ideò memoria eorum de Chriſto non erit recens ſed arida. Fateor occaſiones quærit qui vult recedere ab amico. Si hæ feſtivitates ergo ſint in Eccleſia triumphanti continua, magis exiſtimo conſulendum ut eorum conformemur, quantum facultas noſtra dabit, exemplis.* Hæc Waldenſis adverſus Hagiomachum Witclef calumniantem Catholicos, quod Sanctorum celebrando feſta honorem ac memoriam ſuam in Sanctos diſpergerent, Chriſtique gloriam obliterarent.

Si igitur continua feſtivitas Reginæ cœli, terræque, tanto jubilo, triumpho, ac ſolemnitate celebrata ab univerſa cœleſti curia in præſentia Chriſti, ſit *Salvatoris gratulatio, laus & favor,* ut ſanctus loquitur Hieronymus, cur honos, eidem Auguſtiſſimæ Reginæ à militante Eccleſia in Chriſti cœleſtis Regis præſentia ſolemniter exhibitus, minus foret *gratulatio, laus & favor Salvatoris? Qui ergo has laudes* (concludo cum Waldenſi) *& favores feſtivando non colligit, ille indubiè memoriam Chriſti diſpergit.*

Nec Reginam tantum Sanctorum coram Chriſto honorant cives cœleſtes, ſed & ſanctos cæteros, quorum orationes Angeli, ac 24. Seniores aureis phialis ac thuribulis honorificentiſſimè offerunt ante thronum Dei: hæc enim de 24. Senioribus ſcribit in ſua Apocalypſi dilectus Domini diſcipulus: *Quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno, habentes ſinguli citharas & phialas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum.* De Angelis autem ait: *Et alius Angelus venit, & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data ſunt ei incenſa multa, ut daret de adorationibus Sanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei, & aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu Angeli coram Deo.* Honorifica autem illa oblatio orationum ſanctorum coram throno Dei & Agni, aureis thuribulis ac phialis, ſuper altare aureum, ingens indubiè eſt ſanctorum in præſentia Agni honoratio, à 24. Senioribus ac Angelis eis exhibita.

Cap. 5.

Cap. 8.

Decet autem ut Eccleſia militans ſororem ſuam triumphantem ſequatur, *& eorum,* ut monet noſter venerabilis Thomas Waldenſis, *conformemur quantum facultas noſtra dabit, exemplis*: Amabilē noſtrā Dominam, aliosque ſanctos, unà cum Agno Euchariſtico in terris triumphante, honorando. Fecit hoc ab exordio ſuo Eccleſia, & ſæpius verbo & exemplo præcipit ſeptima œcumenica Synodus. Impri-

Act. 4.

Imprimis multis in ſacrarum imaginum defenſionem ordinatis ac ſtatutis, *Patres omnes cum gaudio & lachrymis ſurrexerunt, pœnitentiamque egerunt, factaque precatione unuſquiſque ſancta Evangelia, venerandamque crucem, & imaginem Dei Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, necnon Dominæ noſtræ Deiparæ ſalutarunt, ponentes manus ſuas ſuper ea, in confirmationem eorum quæ locuti ſunt.* Refert quoque ſæpius ac approbat imagines repræſentantes Chriſtum à Matre ſua geſtatum, miracula & ſanctorum preces ad eas factas, non alium profectò in finem, quàm ut filius honoretur cum Matre, Chriſtus cum Maria, non enim commendaret ſimul effigiatos, ſi ſimul nollet honoratos.

Sanctus quoque Anſelmus, magnus ille amabilis noſtræ Dominæ ſervus, nequaquam dubitavit cum ſuaviſſima laudis alternatione Chriſtum & Chriſtiparam ſimul venerari ac invocare, uti devotiſſima ipſius teſtis eſt *Oratio ad glorioſam Virginem Mariam, & unicum Filium ejus*: in qua, inter cætera, in hunc precatur modum. „ Ecce „ coram bono Filio tuo & coram te „ bona Mater ejus pœnitet & confitetur, gemit & orat peccator homo. „ Obſecro vos bone Domine & bona Domina, obſecro vos piè Fili & „ pia Mater, obſecro vos per hanc „ ipſam veritatem & per hanc ſingularem ſpem peccatorum: & ut ſicut „ verè tu es filius ejus, & tu Mater ejus, ut ſalvetur peccator, ſic abſolvatur & curetur hic peccator. Probet in ſe, probet hic veſter peccator: quia verè eſtis. Sentiat in ſe, quia „ propter ſalutem peccatorum eſtis, „ tu Filius & tu Mater. Videtur certè amborum peccator. Cum enim „ peccavi in Filium, irritavi Matrem, „ nec offendi Matrem ſine injuria Filii. „ Quid ergo facies peccator? Quis „ enim me reconciliabit Filio inimicâ Matre? Quis mihi placabit „ Matrem irato Filio? Sed & ſi ambo „ pariter offenſi eſtis: nonne & ambo clementes eſtis? Fugiat reus juſti „ Dei ad piam Matrem miſericordis „ Dei: refugiat reus offenſæ Matris ad „ Filium benignæ Matris. Ingerat ſe „ reus utriuſq; inter utrumq; injiciat ſe, „ inter pium Filium, & Matrem piam. „ Pie Domine parce ſervo Matris tuæ: „ Pia Domina parce ſervo filii tui. Bone Fili placa Matrem tuam ſervo „ tuo: bona Mater reconcilia Filium „ tuum ſervo tuo. Qui me injicio „ inter duas tam immenſas pietates: „ non incidam tam potentes ſeveritates. Bone Fili: bona Mater non mihi ſit fruſtra quod confiteor de vobis hanc veritatem, nec erubeſcam „ quod ſpero in vobis hanc pietatem: „ amo enim veritatem, quam confiteor de vobis: deprecor pietatem „ quam ſpero in vobis. Dic mundi Judex, cum preces fundam, dic mundi reconciliatrix quem tu conciliabis, ſi tu Domine damnes: & tu Domina averteris homunculum bona „ veſtra cum amore, mala ſua cum „ mœrore confitentem. Salvator ſingularis dic quem ſalvabis, ſalutis „ Mater dic pro quo orabis, ſi te Domine præcipiente, & te Domina con- „

„ conſentiente tormenta vexant peccatorem ſe execrantem, vos deprecantem: ſi tartara devorant paupe„ rem in ſe deſperantem, in vobis „ ſperantem? Deus qui factus es filius fœminæ propter miſericordiam, „ fœmina quæ facta es Mater Dei per „ miſericordiam, aut miſeremini mi„ ſero, tu parcendo, tu interveniendo, aut oſtendite ad quos tutius fu„ giam miſericordiores, aut monſtrate in quibus certius confidam, potentiores. Si enim eſt, imò quia eſt „ tam magna mea iniquitas, & tã modica fides mea, tam tepida charitas „ mea, tam fatua oratio mea, tam imperfecta ſatisfactio mea, ut nec mereatur delictorum veniam, nec ſalutis gratiam, hoc eſt ipſum quod „ ſupplico, ut in quo merita mihi non „ videtis ſufficere, in eo miſericordiæ „ veſtræ dignentur non deficere. Precor itaque, precor exaudite me, ſed „ propter vos non propter me per „ pietatem qua exundatis: per poteſtatem qua abundatis, ut evadam „ meritos dolores damnatorum & intrem in gaudia beatorum, te Deum „ laudaturus, qui es benedictus & ſuper laudabilis in ſæcula ſæculorum.„ Ecce ſanctiſſimus ac ſapientiſſimus ille Archiepiſcopus, honoris Chriſti ſtudioſiſſimus, in præſentia Filii invocat Matrem, laudat, extollit ejus miſericordiam, pietatem & merita, invocat, honoratque eam ut *MUNDI RECONCILIATRICEM*, ad utrumque confidenter alternat orationem, nec honoris Filii veritus violationem, nec humilis Matris offenſionem, at per utriuſq; invocationem, à Filio per Matris interventionem ſperans ſalutem. Quid igitur nos trepidamus timore ubi non eſt timor? Quid veremur offendere Chriſtum, ſi in ejus præſentia cum ipſo honoremus ac invocemus Matrem, aut Divos alios, ipſum in eis laudando, ac dona ipſius in illis magnificando.

„ Verùm invidet ſanctis hanc gloriam diabolus. „ (Uti meritò deplorat noſter Illuſtriſſimus Everhardus Bilichius Suffraganeus Colonienſis, defendens ſanctos contra Bucerum, Melanthonem, Oldendorpium, alioſque ſui temporis Hagiomachos) „ odit hanc noſtram erga ipſos pietatem, dolet ſe profligatum olim à „ Sanctis, ideoque miniſtros ſuos ſubornat, qui ſe de illis ulciſcantur, id „ que ſub eodem pietatis pallio, quo „ ipſe expulſus eſt ac profligatus. Videte enim hic conſilium Principis tenebrarum ad prodigium fraudulentum. Decipiebat ipſe olim vanis illuſionibus miſeros homines, quoſque opprimebat, eis patrocinari videbatur, quos necabat, ſanare, quos damnabat, ſalvare. Quas nequiſſimas ipſius fraudes viri ſancti detexerunt, & dono divinæ gratiæ hominibus ſuccurrerunt, patrocinati ſunt, opemque adverſus dæmonum præſtigias tulerunt præſentiſſimam, idola deſtruxerunt, populum velut oves palabundas ad verum reduxerunt paſtorem ac Servatorem Chriſtum. „ Quod igitur falsò olim dæmones „ dicebantur hominum patroni ac „ auxi-

Lib. pro Clero & Univerſitate Colonienſi contra exurgentes hæreſes.

Digitized by Google

„ auxiliares, hoc verè ac meritò appel- „ lantur *S*ancti, qui meritis ſuis ac „ interceſſionibus nos non deſinunt „ adjuvare, ut fideliſſimi advocati, „ patroni, ac opitulatores, obindeque „ meritò à clientibus ſuis colendi ſat- „ que amandi. Invidioſum hoc atque „ odioſum diabolo, & quamvis non „ poſſit lædere, non ceſſat tamen eos „ laceſſere ac impugnare. Meminit „ ſe cum Patronus ac opitulator habe- „ retur, atque ut Deus coleretur, tur- „ batum ſolio & regno, eò quod ho- „ nos ille ad unicum ac verùm Deum „ pertineret. Meminit *S*anctos ſtudio „ pietatis in Chriſtum contra ſe præ- „ valuiſſe, ac impiè arrogato honore, „ falſiſque illis appellationibus per „ eos exutum. Undè & ipſe pietatis „ ſtudium in Chriſtum, ac honoris „ ipſius zelum nequiter confingit, ut „ iiſdem quibus ipſe expugnatus eſt „ machinis, *S*anctos impugnet. Et „ primùm quibuſdam Mo- „ mis ſuggerit honoris *S*anctorum in- „ videntiam, perſuadetque fraudu- „ lenter Deum ſolum adorandum, ei- „ que ſoli ſerviendum, Chriſtum ſo- „ lum fore advocatum, mediatorem, „ & patronum hominum: ut videan- „ tur pro Deo, pro Chriſto, pro veri- „ tate & pietate decertare, tamque ap- „ parent zeloſi, tam ſolliciti impii „ pro Deo, ut videantur credere Dei „ poteſtatem collapſuram, niſi ipſi „ ſuccurrant, ac omni ſuo honore „ ſpoliandum, niſi ipſi defendant, vi- „ delicet Dei cuſtodes ſunt, nihil non „ quod ſanctis tribuitur honoris ac „ laudis, habentes ſuſpectum: cùm interim Chriſtum in ſuis membris „ impugnent, atque hoc falſo pietatis „ zelo dæmon eos concitet in ſanctos. „ An non eſt hic ſpecioſus pietatis præ- „ textus, undique *S*anctorum ſecurè „ cultui inſidiandi? Sic novit inferna- „ lis præſtigiator ſuos in Angelos lu- „ cis transformare, falſoque pietatis „ zelo perſonatos in *S*anctos armare. „

At patent ex dictis ſatis eorum technæ detectæ, ſatis confractæ machinæ. Subjicio adverſus iconomachos ſeptimi œcumenici Concilii definitionem & anathemata relata à noſtro laudato Suffraganeo.

„ Sancta Synodus exclamavit: „ Omnes ſic credimus, omnes idem „ ſapimus, omnes approbantes ſub- „ ſcripſimus. Hæc eſt fides Apoſtolo- „ rum, hæc eſt fides Patrum, hæc eſt fi- „ des Orthodoxorum, hæc fides or- „ bem terrarum confirmavit. Cre- „ dentes in unum Deum, in Trinitate „ laudatum, venerandas imagines „ (*non ergò pupæ ſunt*) amplexamur. „ Qui ſecùs agunt, anathemate per- „ celluntor, qui ſic non ſentiunt, ab „ Eccleſia depelluntor. Nos antiquæ „ Eccleſiæ legislationi inſiſtimus, nos „ decreta Patrum cuſtodimus, nos ad- „ jicientes aliquid, aut auferentes Ec- „ cleſiæ, anathematizamus. Nos ve- „ nerandas imagines (*non pupulas*) ſuſ- „ cipimus, nos, qui ſecùs ſapiunt, ana- „ themate percellimus.

1. „ Quicumque ſententias ſa- „ cræ Scripturæ de idolis contra ve- „ nerandas imagines adducunt, ana- „ thema.

2. „ Qui venerandas imagines

Digitized by Google

„ idola appellant, Anathema.

3. „ Qui dicunt quod imagines „ Chriſtiani faciunt, ut eas adorent, „ Anathema.

4. „ Qui ſcientes communicant „ cum illis, qui contra venerandas „ imagines ſentiunt, Anathema.

5. „ Qui audent dicere Eccleſiam „ Catholicam idola aliquando ſuſce-„ piſſe, Anathema.

Juvabit, fuſius hactenus deducta, epilogi vice recolligere, ac uno velut intuitu fideli populo conſpicienda objicere, quo & dictorum ſpecies renoventur, ac altius legentium animis imprimantur, imitatus exempla, uſus verbis, zelo Catholico, inſignique doctrinâ gravidis Suffraganei noſtri numquam ſatis laudati. „ Porrò quos „ hucuſque recenſui Sanctorum ho-„ nores, eos ceu debitum quoddam „ vel penſum exolvimus, non tam ip-„ ſis Sanctis, quam ſancto Sanctorum, „ neque tam creaturæ, quam creatori, „ & artifici potius quam operi, cujus „ bonitatem, virtutem, potentiam at-„ que majeſtatem, cum oporteat in „ omnibus operibus ejus laudare & „ prædicare, illic tamen ubi hæc ma-„ gis elucent, ubi bonitas, virtus, & „ potentia major apparet, laus & ve-„ neratio æquum eſt ut major redda-„ tur. Apparet enim ille in magnis ad-„ mirandus & magnus, in majoribus „ major, in maximis verò ter maxi-„ mus, & incomprehenſibiliter glo-„ rioſus. Igitur honores iſti non conquieſcunt in Sanctis, ſed pertranſe-„ unt ipſos quodammodo, & in De-„ um referuntur, cui debemus gratia-„ rum actionem pro ſuis benefi-„ ciis, quæ grâtuito Sanctis ſuis, quos „ voluit donorum ſuorum eſſe ve-„ lut ſacraria quædam, impendit, at-„ que in hoc fine quieſcit tandem om-„ nis iſte honor, qui Sanctis videtur „ exhiberi. Si rectè dijudicamus, qua-„ tenus honor contingit *Sanctos* qui-„ bus impenditur, veneratio eſt ejus, „ quem Deus amat: quatenus verò re-„ fertur in Deum, cultus eſt Dei, & „ quædam latria, ſoli Deo conveniens, „ cui cupimus gratificari, obſequium-„ que noſtrum & ſervitutem abſque „ ulla cogitatione ulteriori dedicare, „ ut impleatur illud: *Dominum De-„ um tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* „ Itaque laudare & prædicare San-„ ctorum virtutes prodeſt ad ea etiam, „ quæ memorant adverſarii, ad con-„ firmationem ſcilicet fidei, cui perhi-„ bent teſtimonium, & ad imitationis „ exemplum quo provocemur reliqui „ ad eorum fidem & ſanctimoniam „ imitandam. Valet quoq; ad alia non „ poſtremo loco habenda, nimirum „ ut meritis eorum conſociemur, & „ orationibus adjuvemur, ſed præci-„ puè ad magnificandum & prædican-„ dum, ſicut jam dictum eſt, ſan-„ ctum Sanctorum, cui eſt laus, ho-„ nor & gloria ab omni creatura, per „ infinita ſæcula. Amen.

In defenſ. Iudicii univerſ. & Cleri. Colonien.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXIII.

Argumentum ſecundum pro Agno Euchariſtico, in Catholicorum Proceſſionibus cùm Sanctis, in eorum imaginibus, triumphante: deſumptum à Proceſſione Agni cùm Virginibus, de qua in Apocalipſi capite 14. Et ſolutio primi Cavilli.

Cap. 14. IN libro Apocalipſeos Joannes in triumphante Eccleſia miram, ac ſuaviſſimam cernit proceſſionem: & quid exiſtimatis? fortaſſe Agnum ſolum cœleſtis Hieruſalem obambulare plateas? toto erratis ſidere: videt Propheta circumquaque Agnum numeroſiſſimum triumphantium Virginum exercitum: *hi ſequuntur Agnum quocúmque ierit.* Hic ordo triumphantis Eccleſiæ proceſſionis, & quandoquidem militans noſtra cum ea communionem habeat, eámque, quantum & ſuus patitur ſtatus, conditióque, & quærit, & cupit imitari, ideóque regni cœlorum gaudeat nomine; non decet noſtris, à nobis, in proceſſionibus ſolùm deferri Agnum amore noſtri ſpeciebus Euchariſticis velatum, ſed comites oportet jungamus Sanctos, in divinæ Agniparæ, aliorúmque imaginibus; vel quòd Sororem noſtram triumphantem cupiamus imitari Eccleſiam, nequaquam oſtendimus.

Cavillum primum adverſus hoc Argumentum.

Non magis favet triumpho Agni Euchariſtici cùm Sanctis proceſſio Apocalipſis, quàm comparatio terreni Regis cùm ſuis nobilibus triumphantis: ſi enim proceſſionem illam benè vidiſſet taliter argumentans, animadvertiſſet quomodo Sancti in ea darent gloriam & honorem, & benedictionem ſedenti in throno, viventi in ſæcula ſæculorum, & quomodo 24. Seniores in ea procidebant ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & coronas ſuas ponebant ante thronum, dicentes: *Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam & honorem & virtutem: quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt.*

RESPON-

Digitized by Google

RESPONSIO.

Favet profectò ſatis triumphanti Agno Euchariſtico in terra, ſolemniſſima illa proceſſio Virginum cum ipſo in Cœlo, ſi faveat tantum, quantum præcedens, & incaſſum impugnata comparatio Regis terreni cum cœleſti: favet verò tantum, & amplius favet; nam omnis illa innumerabilium Virginum glorioſa caterva, cum Agno ſponſo Virginum, velut caſtrorum valida ordinatáque acies, cultum, quem eis in terris exhibemus propugnat, impugnantéſque profligat: loquitur enim Joannes in Apocalipſi de hoſtibus Agni, Sanctorúmque ejus: *Hi unum conſilium habent & virtutem: & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus Dominorum eſt, & Rex Regum. Et qui cum illo ſunt: vocati, electi, & fideles.* Exponit textum Sacrum noſter Sylveira, ſubdi que „ *cum Agno pugnabunt*: juſtos perſequendo, „ & adjuvando diaboli regnum, intendentes auferre cultum veri Dei, „ illiúſq; honorem, qui magnus ipſi in „ Sanctis impenditur. De quo bello dicitur in eâdem Apocalipſi: *datum eſt illi* (draconi) *bellum facere* „ *cum Sanctis*. Sed *Agnus vincet illos:* „ & quamvis ſolus Agnus victoriam „ conſequatur, partem tamen victoriæ, ſuis electis adſcribere dignatur: „ *& qui cum illo ſunt vocati, electi, & fideles.* „ Neque glorioſiſſima illa proceſſio, nuda proceſſionum noſtrarum, in quibus Agnus Euchariſticus cum ſuis triumphat Sanctis, figura eſt & comparatio, uti Triumphus Regis terreni cùm ſuis aulicis; ſed Agnus, qui in Eccleſia triumphante cùm Sanctis perſonaliter revelata facie procedit, ille ipſe Euchariſticis velatus ſpeciebus in militante cum Sanctis, in eorum imaginibus, circumfertur. Tantus hujus proceſſionis eſt gloriæ ſplendor, tantæ ab ea efficaciæ ſumitur argumentum pro cultu ſimultaneo Agni cum Sanctis, ut adverſarii ad micantes indè radios caliget obtutus, mens ipſius hebetetur, ac velut attonitus ac conſternatus neſciat quid loquatur, quid objiciat: imprimis námque non vidit, nos proceſſionem illam attentiſſimè fuiſſe contemplatos, cùm eam ex Sancti Joannis Apocalypſi, libro, ac capite allegatis, clariſſimè fidelibus ſpectandam exhibuerimus. Non vidit etiam, quomodo malè citet Sacrum textum: proceſſio enim habetur deſcripta Apocalipſeos 14. capite, ubi non dicitur, *quòd Sancti in ea darent gloriam & honorem, & benedictionem ſedenti in throno, viventi in ſæcula ſæculorum; & quomodo 24. Seniores procideb nt ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum; & coronas ſuas ponebant ante thronum, dicentes, dignus es Domine Deus noſter &c.* Hæc enim enarrat Joannes capite 4. Apocalipſis: capite autem 14. ubi proceſſio videtur, dicitur: quòd Sanctæ Virgines, *quæ ſequuntur Agnum quocúmque ierit, cantabant quaſi canticum novum ante ſedem & ante quatuor animalia*

Cap. 17.

Tom. 4. ad loc. cit.

Cap. 13.

Digitized by Google

malia & ſeniores. Hæc vidiſſet Cavillator ſi nobiſcum proceſſionem illam & Apocalypſim benè animadvertiſſet, ſed vidit forſitan, maluit tamen confuſis relatis ſcripturis videri contradicere optimo argumento, quam nullo modo contradicere, & victrici ſe ſubdere veritati: dico, videri contradicere, nam in rei veritate, dum fortiſſimum impugnat argumentum, propugnat: ſi enim Sancti in glorioſa illa proceſſione cum Agno glorificabant, & benedicebant viventem in ſæculorum ſæcula in Cœlis, non furabuntur, aut rapient ejus gloriam aut honorem cum ipſo procedentes in terris.

Quoniam verò Venerabilis noſter Thomas Waldenſis jam olim reſpondit Witcleffiſtis, eumdem Apocalypſeos locum detorquentibus adverſus Sanctorum cultum ac invocationem, operæ erit pretium ſi ejus doctiſſima verba hic proferantur, forſan enim inde Cavillatori; novum reſplendebit lumen, quo videre queat Scripturam allegatam ſuo nequaquam deſtruere inſtituto. Igitur *capiti 113. tit. 12. de Sacramental.* Hunc præfigit titulum.

Ad objectum hæreticorum novellorum ne orentur Sancti: quia in Apocalypſi Ioannis omnis oratio & adoratio fiebat ſedenti in throno, & non aliis: non etiam homini Ieſu Chriſto.

In Apocalip. ſerm. 4. Reſpondet autem ex S. Auguſtino Hieronymo, loco citato ex Apocalypſi etiam Sanctos una cum ſedente in throno & Agno fuiſſe *planè* ac *palam* honoratos, ſic loquitur „ AUGUSTINUS: Dignus eſt Agnus qui „ occiſus eſt accipere &c. Non de „ Deo dixit, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ ut ipſe accipiat, ſed „ de homine aſſumpto & ejus corpore quod eſt Eccleſia, vel de martyribus ejus qui pro nomine ejus occiſi „ ſunt: quia in Capite ſuo (*Chriſto*) „ totum accepit Eccleſia. Sicut ſcriptum eſt: & cum illo omnia nobis „ donavit. Ipſe enim Agnus accipit, „ qui in Evangelio dixit: data eſt mihi „ omnis poteſtas in Cœlo & in terra: „ ſecundùm humanitatem enim non „ ſecundùm divinitatem accepit. Hæc „ ille. AUTHOR. Ergo non ſola „ Chriſti divinitas, ſed & aſſumptus „ ille homo adoratur in Agno, Chriſtus dico ſecundùm humanitatem „ aſſumptam. Imò quod eſt in corpore ſuo myſtico, in Eccleſia ſua, „ in Martyribus ſuis: in quibus ſapientiam & divinitatem accepit. Sola „ divinitas adoratur Primo ſedens in „ throno: Agnus poſteà, Chriſti ſcilicet humanitas, & Martyres corporis ejus membra, & demum una „ adoratione in throno & Agnus. „ Undè ſubdit ibi textus: omnes audivi dicentes ſedenti in throno & „ Agno, benedictio, honor & gloria in ſæcula ſæculorum: & quatuor „ animalia dicebant, Amen. Et 24. „ ſeniores ceciderunt in facies ſuas, & „ adoraverunt: Apocalypſis 5. quem „ putat Guillelmus adoraverunt, non „

Digitized by Google

„ quem benedixerunt ? non ſolùm „ ergo Deum ſedentem, ſed Agnum „ Chriſti humanitatem, & Martyres „ adorabant. Quod utique ſignificans „ ex Littera textus palam dixit in prologo Galeato Beatus HIERONYMUS. Hos libros in ſuo putant „ membro ſupputandos, ac per hoc „ priſcæ legis eſſe libros 24. quos ſub „ numero 24. Seniorum Apocalypſi „ Joannes adducit adorantes Agnum, „ & coronas ſuas proſtratis vultibus „ offerentes ſtantibus coram quatuor „ animalibus oculatis ante & retro, „ id eſt, in futurum & præteritum reſpicientibus, indefeſsâ voce clamantes : Sanctus, Sanctus, Sanctus „ Dominus Deus Omnipotens, qui „ erat & qui eſt, & qui venturus eſt. „ Hæc ille. AUTHOR. Ecce quam „ plane 24. Seniores adorabant Agnum, id eſt, humanitatem in „ Chriſto ET SANCTOS EIUS. Valde ergò incautè miſit Guillelmus „ nos ad hunc locum ſcripturæ, ut „ probaret ſolùm Deum adorandum „ & orandum: quia ſedentem in throno 24. adorabant. Nec videre potuit ſtatim ſequi Agnum ibi adoratum eâdem adoratione ſecundùm „ humanitatem, & per Sanctos ſuos „ quà Deus eſt. Procidebant in facies „ ſuas coram Deo, benedicebant, glorificabant, & hæc eadem coram „ Agno, coram Chriſto homine, „ ſecundùm hominem dico, ET CORAM SANCTIS: ita ut palam vincatur Chriſtum hominem ex hâc „ ſcriptura quam protulit, adorandum „ & orandum eſſe: ET SANCTOS EIUS SIMILITER ADORANDOS „ ET ORANDOS UT MEMBRA: „ Nam pro orationibus noſtris Chriſto homini offerendis ſignanter in „ eodem loco notatur, cùm dicitur: „ cùm aperuiſſet Agnus librum, quatuor Animalia, & 24. Seniores ceciderunt coram Agno, habentes ſinguli citharas & phialas aureas adoramentorum, quæ ſunt orationes „ Sanctorum. Qui ergò adorabant „ Agnum Chriſtum ſecundùm hominem aſſumptum, projicientes ſub „ pedibus ejus coronas, an videntur adorare eumdem, offerendo ipſi „ phialas orationibus Sanctorum refertas. *Superinfert poſt pauca Waldenſis* Undè bene orationes Sanctorum prius diriguntur ad hunc „ hominem, ut odore bono currant „ in Deum: prius item ad Sanctos, „ qui ſunt de corpore Agni membra. „

Concedo igitur 24. Seniores in proceſſione Apocalypſeos adoraſſe ac honoraſſe ſedentem in throno viventem in ſæcula ſæculorum, at penitùs nego, non honoraſſe in ejus conſpectu etiam Sanctos, quin imò, licet nec Scriptura, nec Sancti Patres, nec Venerabilis magnúſque Waldenſis hoc aſſererent, equidem concludi non poſſet: 24. Seniores honorarunt ac adorarunt ſedentem in throno: ergò Sancti à nobis non ſunt honorandi, aut adorandi in præſentia Chriſti, aut cum Chriſto: uti nequaquam ſequitur: *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, &*

ex omnibus viribus tuis : ergo non eſt diligendus proximus, nec ullus alicujus facultatis uſus ipſius impendendus obſequio : & ut divinè adverſus Hæreſiarcham Witclef ratiocinatur Waldenſis noſter : *nec enim orandus non eſt Deus, quia Stephanus & primitivi fideles orabant Filium hominis Jeſum : ſicut nec dimittendus eſt baptiſmus in nomine Trinitatis, quia ipſi baptizabant in nomine Jeſu : nec prædicatio Deitatis Chriſti, quia ipſi humanitatem ejus prædicabant. Ita è contrario nec dimittemus orare Sanctos, quamvis ipſi non leguntur oraſſe, ſed magis eos orabimus, qui Sanctum Sanctorum orabant, à quò pervenerunt in Sanctos.*

Magis igitur favet Triumpho Agni Euchariſtici cum ſuis Sanctis in eorum imaginibus, allata ex Apocalypſi proceſſio; magis quoque 24. Seniorum ibidem adoratio ac honoratio, quàm præmiſſa Regis terreni cum cœleſti Chriſto Jeſu comparatio: cùm aſſerat tantæ authoritatis Doctor, ac eſt Waldenſis noſter, *planè ac palam* fore 24. Seniores, Sanctos cum Agno honoraſſe, quorum ſimultaneum honorem exponimus, propugnamus, vindicamus; Convincitur autem per hæc evidenter, Cavillatorem nondum magis favere Sanctis ac Agno Triumphatori, quàm in præcedentis comparationis impugnatione: quid miri? *quæ non intellexit, diſputat*, inquit de ſuo calumniatore Sanctus Cyprianus. Non relinquimus ergo ſedentem in throno, aut Agnum, dum convertimur ad Sanctos, ſedenti aſſiſtentes, aut Agnum procedentem comitantes. *Ex quibus patenter colligitur* (verba ſunt Sancti Bonaventuræ) *quòd hujuſmodi pernicioſa doctrina non tantum ſedi Apoſtolicæ, ſed etiam ſedi Dei & Agni adverſatur apertè.*

Epiſt. 55.

Apol. pau. reſp. 1. c. 1.

CAPUT XXIV.

Cavillum ſecundum adverſus ſecundum Argumentum.

NOn dubitamus, quin Sancti Angeli comitentur, etiam magno numero Sacramentum in proceſſionibus circumlatum, Angelicâ ſuâ voce inceſſanter clamantes, qui à nobis non audiuntur, prout à nobis non videntur: Sanctus, Sanctus, Sanctus: uti faciunt ante thronum Agni in Apocalipſi. Hi Angeli per quàm bellè exprimuntur figuris illis Angelorum, Remonſtrantiis Sanctiſſimi Sacramenti apponi ſolitis, quibuſdam quaſi thus offerentibus, aliis acſi tediferis, aliis quaſi coronam ſupra Venerabile, elevantibus: quibus valdè benè poſſunt comparari Cherubini ſtantes ſupra Arcam fœderis (quæ nequaquam circumferri prohibentur) ſed hoc latius extendere ad alia Sanctorum ſculptilia, prout hodie in hiſce fit partibus, non habet fundamentum in iſta comparatione.

RESPONSIO.

Hic videre licet, quàm veriſſimè dicat Scriptura: *magna eſt veritas, & prævalet :* manifeſtè enim Cavillator à veritate ſe victum oſtendit, quámque prius negavit, ac impugnavit, modò (boni ſit genii) affirmat ac propugnat. Nam imprimis in primo ſuo cavillo adverſus primum argumentum aſſeruit, cœleſtem Regem Chriſtum in ſe fore ſummè felicem ac glorioſum, adeóque ipſum per Sanctos in proceſſionibus non fore honorandum aut glorificandum: hic verò, bono afflatus Spiritu, inducit Sanctos Angelos, etiam magno numero, Sanctiſſimum Sacramentum comitantes, ac inceſſanter voce laudantes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus,* proclamantes: fatetúrque idem eos facere in Cœlis ante thronum Agni: cùm autem Rex cœleſtis non magis indigeat honorari ab Angelis, quàm aliis Sanctis, non magis in Cœlo, quàm in terra, non magis inſenſibiliter ab Angelis, quàm ſpectabiliter à Sanctis in ſuis imaginibus; & nihilominus ab Angelicis ſpiritibus honoretur, ac laudetur, & in Cœlo reſidens in ſuo throno, & in terra circumlatus in ſuo Triumpho; quidni & ab aliis Sanctis in ſuis imaginibus cum eo ſolemniter circumlatis eidem honos ſit exhibendus? quid enim intereſt, ſive Sancti fide credantur præſentes, ſive viſu adeſſe cernantur; quid intereſt etiam, ſive honorentur Sancti cum Chriſto viſibiliter præſentes, ſive inviſibiliter comitantes? fore autem Angelos illos inviſibiliter Chriſto in proceſſionibus aſſiſtentes, in præſentia Chriſti honorandos, & patet ex fusè ante deductis, & denuò ſpecialiter hîc demonſtro: Eccleſia enim frequenter in divinis laudibus, ſub incruenti ſacrificii oblatione, coram Venerabili Sacramento in templis ac proceſſionibus Sanctos Angelos invocat, ac honorat, pſallens cum Regio Vate: *Benedicite Domino omnes Angeli ejus: potentes virtute, facientes Verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum ejus. benedicite Domino omnes virtutes ejus: Miniſtri ejus qui facitis voluntatem ejus.* Et alias ſæpiùs. Sed & Apoſtolus jubet mulieres velari propter honorem & reverentiam Angelorum, præſertim in templis, ubi innumeri tempore divini ſacrificii aſſiſtunt, ut Sanctus Chryſoſtomus (*qui omni ferè tempore videbat domum Domini refertam Angelorum cœtu*, inquit Sanctus Nilus) habet, ſcribens de Sacra menſa: *ad quam aſſiſtunt Cherubini*, inquit, *deſcendunt Seraphini, qui ſenis alis præditi, vultus demittunt: ubi omnes Angeli cum ſacerdote pro te legationem obeunt.* Et Sanctus Ambroſius: *non enim dubites*, ait, *aſſiſtere Angelum, quando Chriſtus aſſiſtit, Chriſtus immolatur.* Non ſolùm in ſalutem vivorum & requiem defunctorum, ſed & in honorem aſtantium & omnium Angelorum: omniumque

3. Eſdr. 4. — *Pſalm. 102.* — *1. Cor. 11.* — *Hom. de Sacra menſ.* — *In cap. 1. Luc.*

niumque Sanctorum ac Sanctarum qui Deo placuerunt ab initio mundi: poteſtne major honor Angelis, poteſtne major cæteris Divis oſtendi ab Eccleſia militante cum Chriſto, ac in ejus præſentia? Cum igitur meritò fateatur Cavillator Angelos Chriſto inviſibiliter aſſiſtere in Venerabili Sacramento, evidenterque probaverim, eos cum Chriſto ibidem honorari; nihil ſanè ſupereſt, quod ipſum remoretur, ne Sanctos in ſuis imaginibus cum Agno Euchariſtico mox circumferri, triumphare, ac honorari patiatur. Denique, ut nec illud prætermittam, dubium non eſt, quin Agno cœleſtis Jeruſalem triumphantis Eccleſiæ plateas obambulante cum virginibus, à cæteris concivibus convenienti affecti fuerint honore, ut ex iis, quæ nuper noſter nos edocuit venerabilis Thomas Waldenſis, relinquitur perſpicuum.

Ad hæc, dupliciter Cavillator à ſe repulſam hic amplectitur veritatem, ita ut benè de ejus correctione liceat ominari: ſemel, aſſerendo præfatos Angelos perquam belle exprimi figuris illis Angelorum, Remonſtrantiis Sanctiſſimi Sacramenti apponi conſuetis: ſi enim Figuræ illæ tam convenienter exprimant, Angelos inſenſibiliter Regem gloriæ de idolis, cæteriſque perfidis mendaciis in proceſſionibus triumphantem, comitantes ac laudantes, ac proptereà tam honorificè in his figuris ſpectabiliter cum cœleſti Rege circumferantur, ut velut Regis intimi ac familiariſſimi, proximè ipſius cingant latus: quid, quæſo, impedimenti eſt, & alios ſanctos, ordine convenienti Regi Angelorum triumphanti aſſociare? Cum tam reliqui Sancti, quam Angeli ſint unius altiſſimi Patris Filii, unius Magiſtri diſcipuli, unius Domini ſervi, unius Regis aulici, unius Dei Dii adoptivi, unius victorioſi Ducis milites. Abſque ulla igitur tergiverſatione à Cavillatore eſt concedendum, ut juxta antiquiſſimam & laudabiliſſimam Eccleſiæ praxim, in lege veteri præfiguratam ac præceptam, Angeli Chriſto Triumphanti aſſiſtentes, exprimantur fideli populo, nedum per figuras Remonſtrantiis Sanctiſſimi Sacramenti apponi ſolitas, ſed & per figuras Angelorum in altaribus, Eccleſiis ac proceſſionibus cum Venerabili Sacramento collocari, ac circumferri conſuetas, ſive inanimis ſtatuis, aut Angelorum Symbolis adornatis juvenibus animatis; de univerſis ſiquidem figuris, ſive ſanctiſſimo propinquis, ſive ab eo remotis una eademque eſt ratio: uti omnes Angeli, quorum cœtu ſanctus Chryſoſtomus ſemper ferè domum Domini videbat plenam, ſunt honorarii Chriſti miniſtri, ſive altari adſiti, ſive diſſiti: cum verò quoad Angelos & cæteros Sanctos hac in re non ſit diſcrimen, ſequitur evidenti conſequentiâ, Cavillatorem, etſi forſan invitum, teneri admittere, niſi ſibi enormiter amet repugnare, Sanctos quoſcumque eo habitu, ſitu, ac ordine, quo ordinario in proceſſionibus Catholicorum circumferuntur in ſuis imaginibus, Chriſti Thriumphum adaugere, adeòque ab eo non fore ſeparandos: præſertim,

Digitized by Google

cum & mos inoleverit aliorum Sanctorum imaginesRemonſtrantiis ſanctiſſimi Sacramenti apponendi; ſanè nos Carmelitæ Remonſtrantias noſtras adornamus imagine inclyti noſtri Patriarchæ Eliæ flammeo gladio inſtructi in ſymbolum eximii ipſius zeli ergà Deum, qui fideliſſimo ſuo Prophetæ diviniſſimi Sacramenti tribuit effectum in figura, cum ei per Angelum miſit *panem ſubcinericium* 3.Reg. 19. *& vas aquæ, qui commedit & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, uſque ad montem Dei Horeb*: Is enim eſt fructus ſacræ Euchariſtiæ, animas confortare in præſentis vitæ peregrinatione, ac tandem ad ſupernum montem cœleſtis Patriæ perducere, quem effectum author Euchariſtiæ in Elia operatus eſt per figuram ejuſdem: hac de causâ imaginem noſtri Patriarchæ Remonſtrantiis Sanctiſſimi Sacramenti meritò affigimus, ac, ob alias rationes, aliorum Sanctorum: Si autem nefas foret, Sanctorum imagines cum Sanctiſſimo circumferre, cogeremur noſtras confringereRemonſtrantias, quod non niſi inſolens machinetur.

Rurſum ſecum pugnat adverſarius, hic concedendo Cherubinos ſtantes ſupra Arcam fœderis perquam bellè comparari dictis Angelorum figuris Remonſtrantiis Sanctiſſimi Sacramenti apponi ſolitis, haſque nequaquam ab Agno Euchariſtico ſeparandas; poſtmodùm autem negando (ut videbimus) ac exſufflando alias figuras ſeu ſimilitudines ab eadem Arca deſumptas, non minus tamen in eâ fundatas, ac à viris Religione doctrinaque conſpicuis approbatas, ad Catholicorum proceſſionum Ritus ac ordinem comprobandum; cum interim illa ipſius comparatio à nemine mortalium, quem quidem viderim, ſpecialiter approbetur ac recipiatur. Dicit quidem Cavillator, nullum figuram illam præbere fundamentum, eam extendendi ad alia ſculptilia, *prout hodie in hiſce fit partibus*; verùm hoc dicere tantum eſt, & veritati, primæque notæ Doctoribus contradicere, ut ſequentis Argumenti patefaciet defenſio. Hic ſatis conſtare autumo, quantum præcedens, ac præſens argumentum faveat Triumpho Agni Euchariſtici; quodque Cavillator non tam ea impugnarit, quam inaniter adverſus ipſa coram plebe garriverit, & ne hoc quidem abſque manifeſta ac inſigni ſui contradictione.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXV.

Argumentum tertium pro Agno Euchariſtico, in Catholicorum Proceſſionibus cum Sanctis, in eorum imaginibus, triumphante: deſumptum à propitiario legis antiquæ: ſolviturque primum cavillum.

Exod. 25. SAcrâ teſtante Scripturâ, mandatum Deus impoſuit Moyſi, fabricandi Arcam, ſupra Arcam autem Propitiatorium, ac ſupra Propitiatorium duos Cherubinos. In hac Arca aſſervabatur Manna, Virga Moyſis, legaleſque tabulæ: in eadem Arca honorabat adorabatque Iſraeliticus populus Deum, qui de medio duorum Cherubim loquebatur Moyſi, eique tradebat præcepta ad populi commiſſi regimen neceſſaria. *Hæc* 1. Corin. 10. *autem omnia in figura contingebant illis*, inquit Apoſtolus. Ut igitur ad noſtrum regrediar inſtitutum, per Propitiatorium ſignificatur Chriſtus, Rom. 3. teſte eodem Apoſtolo, *quem propoſuit Deus propitiationem, per fidem in Sanguine ipſius.* Per Arcam, divina Agnipara, juxta unanimem Eccleſiæ, ſanctorumque Patrum conſenſum, cujus in utero Chriſtus, panis ille verus, qui de cœlo deſcendit novem dignatus eſt quieſcere menſibus. Per Manna, ſeu panem cœleſtem ſancti Patres, ſanctâ annuente Eccleſia, intelligunt Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Virga Moyſis, legaleſque tabulæ Sanctorum referunt Reliquias. Audiamus modo ſummi momenti diſcurſum, quem ex hac figura format ſeptima univerſalis Eccleſiæ Synodus cui interfuêre trecenti quinquaginta venerandi, magni, ſancti Prælati: *Si vetus Scriptura* (hic magni Concilii diſcurſus) *habuit Cherubim obumbrantia Propitiatorium, & nos quoque imagines Jeſu Chriſti, & ſanctæ Deiparæ, Sanctorumque, habebimus obumbrantes altaria.* Cui Argumento hoc in Concilio datum fuit reſponſum: *Verè Dei mandatum eſt.* Itane! Dei mandatum eſt, univerſali docente Eccleſiâ, altaria adornare imaginibus Chriſti, Chriſtiparæ, aliorumque Sanctorum; quo igitur temerario auſu, eo quiſpiam devenerit audaciæ, ut aſſerat Sanctorum imagines derogare honori ac amori Chriſti ſive in altaribus incruentè oblati, ſive in proceſſionibus circumlati? Si enim lex vetus unâ honorarit & Deum omnipotentem

tem, & Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, in figura, ſi Dei Matrem, item in figura, & Cherubim imagines: cur nobis, & Euchariſtiam in veritate, & Deiparam & Sanctos in ſuis imaginibus ſimultaneo cultu colere non licebit? Magnus autem, quem Deus imaginibus exhibuit Angelorum, attentius hic conſiderandus eſt honos: è medio ſiquidem Cherubim ſupra Propitiatorium ſtantium cum Moyſe loqui, eiq; ad Iſraelitici populi gubernationem leges tradere eſt dignatus. Attendite modò, Agno Euchariſtico devoti, ſi Moyſi audienda fuerit vox omnipotentis è medio imaginum Cherubim ſuper Arcam ſtantium, cur & nobis non liceat, interius loquentis Chriſti, ſub ſpeciebus panis in Ara latentis è medio imaginum, & Matris, & Angelorum, aliorumve Sanctorum, exſpectare vocem?

Non paucis abundat myſteriis hæc Arca, adeoque non citò deſerenda, & quia Hagiomachi ac Iconomachi hoſtes quoque ſunt Proceſſionum, in quibus ſancti cum Chriſto Triumphante non modicum recipiunt honorem, aliquot exhibebo proceſſiones, eâdem comitante Arcâ celebratas. Itaque populus Iſraeliticus aut in anguſtiis conſtitutus, aut aliqua à Deo expectans beneficia, ad Arcam tamquam ad unicum confugiebat aſylum, eâdemque comite ſuas celebrabat Proceſſiones: teſtatur, hoc non uno loco

Num. 10. ſacer textus: promiſit autem Dominus

Paralip. 13 Joſue civitatis Jericho interceptionem

Ioſ. 6. mediante ſeptemplici circumquaque Arcæ circumlatione; & ecce! finitâ proceſſione corruerunt ultro muri civitatis, eamque Joſue, Domino in Arcâ honorato pro eo pugnante, inarmata intercepit manu. Quid hic aliud, niſi noſtrarum figuram proceſſionum videre eſt? Si igitur (ratiocinor ex mente ſuprà relati Concilii) lex vetus ſuis in Proceſſionibus Propitiatorium, figuram Chriſti Propitiatoris noſtri, Manna, ſeu panem cœlicum, venerabilis Figuram, Arcam, Agniparæ Divinæ typum, Sanctorumque imagines Angelorum, mandante Domino circumtulerit; cur non & proceſſiones habere, & in iis Venerabile, non jam figuratum, comitantibus divinæ Agniparæ, aliorumque Sanctorum imaginibus, vel neceſſitate, vel aliâ legitimâ moti ratione, exemp. gr. inimicorum invadendi causâ civitates, circumferre, ac ſimultaneo cultu venerari permitteremur?

Primum cavillum adverſus hoc Argumentum.

Tertium argumentum eſt tam lepidæ conſequentiæ, ut ambigam, an ulli unquam mortalium ſimile venerit in mentē, præterquam huic argumentatori: & ſi taliter concludendo velit procedere, ut illud univerſaliter quod convenit figuræ, etiam conveniat veritati per eam ſignificatæ, comprimis Venerabile Sacramentum cum Reliquiis, atque Sanctorum imaginibus omnia pariter unà volet concludere Arcâ, atque ita circumferre in proceſſionibus, quemadmodum in Arca

Manna

Manna, lapideæ tabulæ, Virga Aaronis ſimul erant incluſa, & cum eadem circumferebantur.

RESPONSIO.

Verum æquâ trutinemus bilance, attentâque pervideamus mente, quàm gravi, imò quam prorſus evanido, inſcitâque pleno nixus fundamento, præſens argumentum, à ſacro textu, totiuſque Eccleſiæ mutuatum Concilio, facetiarum loco plebi moliaris divendere. Initio quod lepidum ais: profectò ne tenuiſſimam teporis præ ſe fert umbram: tuis ſi prognatum foret ovis, ſi tuo ex horto decerptus floſculus, lepidum, riſuque offuſo dignum poſſes dicere: cum verò à ſacra famoſaque figura, ſecundùm Canones uſus figurarum ſacrarum, ac magnorum Interpretum expoſitionem, ſit deſumptum, profectò ut lepidum traduci non potuit.

Progrediamur: non ſat eſt tibi, me ut lepidum nugatorem traduxiſſe, niſi & ſuprà omne mortalium genus finxeris peritum leporum architectum, mihique affinxeris facetias plus quam quartò modò proprias: ambigis nimirum, utrumne mortalium ulli adeò exquiſitus ac exorbitans jocus in mentem venerit: verùm, applica mentem, cerneſque, quin & palpabis, te in mortalium ſapientiſſimorum obviis libris, planè hoſpitem, aut in veritate perſequenda ſuprà modum temerarium ac præſumptuoſum, adeoque & plebi ſeducendæ haud minus ſtudioſum, ut jure ambigam, utrumne ullum mortalium hiſce in facinoribus habeas ſuperiorem. Non igitur præſens argumentum lepidum eſt figmentum, at celeberrimorum Scriptorum maximè ſerium documentum: at hos lectione tuâ æſtimas indignos, ponam tibi nihilominus eorum verba ob oculos, ut convertaris, plebique ſolita tua innoteſcat fraudulentia. Divus igitur Dionyſius Carthuſianus, Doctor extaticus, & illuminatiſſimus in ſacræ Scripturæ arcanis explanandis, hiſce formalibus verbis hoc meum tradit Argumentum. *Per circumportationem verò Arcæ præfigurata eſt*, inquit, *deportatio Sacramenti Euchariſtiæ, Reliquiarum, & aliorum ſacrorum in proceſſionibus populi Chriſtiani... Poſtremò ſicut in deportatione Arcæ præceſſit populus armatus. Deinde ſecuti ſunt ſacerdotes cum buccinis. Tertio loco Arca: quartò reliquum vulgus. Sic in Proceſſione Eccleſiæ præcedunt fideles vexillis crucibuſque armati, deinde Clerici & Presbyteri cantantes, tertiò Prælatus ſacra ferens.* Ades Cavillator, hæcque audis? Etiamne tantum Doctorem inconditi argueres leporis? Neſcio: extendit tamen aſſumptam à me figuram ad plura quæ in populi Chriſtiani Proceſſionibus peraguntur, quam fecerim ipſe, manifeſtè autem inde deducit ſimultaneam ſanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ cum Reliquiis, Cruce, & vexillis, ſeu imaginibus Chriſtiparæ, aliorumque Sanctorum circumlationem: & revera nulla eſt etiam ratio, cur typica illa proceſſio figura fuerit Proceſſionum populi Chriſtiani quoad ſubſtantiam, ſive

In cap. 6. Ioſ. art. 11.

ſive ea, quæ in illis deportantur, non verò quoad modum ſimultatis, ſive ſimultaneam enumeratorum circumlationem. Habuiſſet nihilominus Cavillator noſter anſam opportuniorem, numerum confictorum ſuorum leporum adaugendi, ex præallegatis Carthuſiani verbis, quam ex mea ſubjectæ figuræ applicatione; non ſolùm enim dicit Doctor extaticus ex Arcæ circumlatione deduci ſimultaneâ Sacramenti Euchariſtiæ cum Sanctorum imaginibus in proceſſionibus noſtris delationem, ſed & *fideles in eiſdem vexillis, crucibuſque armatos præcedere*: hic enim jocos lepidiſſimos viro incomparabili potuiſſet affingere, plebique imponere, tantum Doctorem, quem Catholici ad cœlum uſque extollunt, velle hominibus perſuadere Proceſſiones noſtras fore caſtrorum acies, fideles milites, Clericos Tibicines; fideles vexillis ac Crucibus, armatorum more, ut gladiis accinctos, ut loricis indutos, ut galeis tectos, ut clypeis protectos, atque adeò Carthuſianum perquam lepidè velle, fideles debere vexilla ac cruces in Proceſſionibus ferre ad latus, ad pectus, aut, quod lepidiſſimum, in capitibus, & ut inſultat mihi, univerſam ſacrã ſupellectilem in proceſſionibus delatam, cruces, vexilla, imagines, Reliquias, Euchariſtiam, unicâ concluſam Arcâ oportere deportari, idque non per plateas, ut moris eſt, at circumcirca mœnia civitatis, ut Joſue tulit Arcam. Cernis quò pergis, quò præcipitaris mi homo? At, non lepidas, verum deplorandas tuas ſequelas ex tuo, mihi impacto, lepore, mox pandam amplius. *Hac dolentis magis*, (cum Hieronymo) *effudi animo, quam ridentis, dum me cohibere non poſſum: & injuriam Apoſtolorum ac Martyrum ſurdâ nequeo aure tranſire.* *Cont. Vigilan.*

Præſens ſuum aſſertum confirmat alibi idem extaticus Doctor, eidem inſiſtens figuræ, unde meum deſumpſi argumentum; & quoniam unà inſtituit populum Chriſtianum, quàm devote, ac reverenter fieri debeant Proceſſiones, ac deportationes ſanctiſſimi Sacramenti, Reliquiarum, ſacrarumque imaginum, fuſius verba Religioſiſſimi Patris expediens erit allegare, non ſolum enim ſacras intendo propugnare proceſſiones, ſed & procurare, ut cum debita peragantur reverentia ac devotione. *Opuſc. de modo agendi Proceſ. art. 3.* „ Quam magnificè & præclarè lex Evange- „ lica atque Eccleſiaſtica excedant in „ omni dignitate, perfectione & gra- „ tia Moſaicam legem ac Synagogam, „ beatiſſimus Paulus in ſuis docet E- „ piſtolis copioſè. Ideò quantum ve- „ ritas tranſcendit figuram, & lux um- „ bram, meridieſque diluculum, tan- „ tum excedunt, & excedere debent „ ea quæ in Evangelica fiunt, & in mi- „ litante Eccleſia, illa quæ gerebantur „ in Synagoga ac lege Moſaica. Ut „ igitur innoteſcat, quam devotiſſimè „ ac decentiſſimè fieri debeant pro- „ ceſſiones Eccleſiæ, & deportationes „ ſacrorum, quæ circumferuntur in „ eis, intueamur qualiter factæ ſunt „ proceſſiones, & deportationes in „ veteri lege. Itaque cum quanta re- „ verentia & ordinatione tabernacu- „ lum *1. Cor. 11. Hebr. 10.* *Num. 23.*

,, lum Moyſi & contenta in ipſo de-
,, ferebantur, diffuſe deſcribitur in Nu-
,, merorum libro. Siquidem juxta Dei
,, præceptum, duodecim tribus Iſ-
,, rael diſtinctis ordinibus per gyrum
,, tabernaculi ordinatiſſimè proceſſe-
,, runt. Filii quoque Levi per tres
,, partes diviſi portabant, unuſquiſ-
,, que quod ſibi fuit commiſſum, at-
,, que ſub pœna mortis fuerat juſſum
Iof.6. ,, ne aliter agerent. Inſuper in Joſue
,, libro habetur, quomodo filii Iſrael
,, circumeundo urbem Jericho cum
Paralip 15 ,, Arca, non poterant aliquod ver-
Reg. 6. ,, bum loqui: quoniam Deo juben-
,, te Joſue dixit ad eos: non audietur
,, vox veſtra, nec ullus ſermo egredie-
,, tur de ore veſtro, donec dicam vo-
,, bis. Per quod datur intelligi, quod
,, corde Deo intento ac devotiſſimè
,, occupato, Arcam circumferebant.
,, Amplius in primò Paralippomenon
,, libro, & ſecundo Regum deſcribi-
,, tur, cum quanta devotione, & ſpi-
,, rituali jucunditate, David Rex, &
,, ſacerdotes, & populus Iſrael Arcam
,, duxerunt abſque omni carnali po-
,, tatione & fabulatione. Etenim to-
,, tâ virtute pſallebant, & Deum ore
,, ac muſicis inſtrumentis laudabant,
,, ſacrificia quoque abundantiſſimè
,, offerebant. Quod etiam Salomon
,, Rex, ſacerdotes & populus Iſrael ce-
,, leberrimè peregerunt, deducendo
,, Arcam de Tabernaculo (in quo
,, poſuerat David) in templum ut
3. Reg. 8. ,, tertio Regum fertur. Præterea cum
,, quanta devotione ac reverentia con-
,, trectanda, ac honoranda ſint ſacra
,, Evangelicæ legis, conſtat ex eo,
quod (ut primo Regum narratur) ,, *1. Reg. 6*
dum Betſamitæ qui erant ex filiis ,,
Iſrael, inſpexerunt Arcam Dei dete- ,,
ctam, à Deo percuſſi ſunt: occidit ,,
enim Deus ſeptuaginta viros de po- ,,
pulo, & quinquaginta millia plebis ,,
propter illum Arcæ aſpectum. Simi- ,,
liter ſecundo Regum recitatur qua- ,,
liter Oza Levita à Deo plagatus eſt ,, *2. Reg 6*
& occiſus, eo quod indecenter Ar- ,,
cam Dei ſuſtentare præſumpſerit. Si ,,
ergo in veteri lege populus Synago- ,,
gæ cum tantâ reverentiâ, ſobrietate ,,
& devotione Arcam (quæ fuit res ,,
corporalis & lignea) deportavit, & ſi ,,
tam dirè à Deo plagati ſunt, qui circa ,,
Arcam irreverenter ſe habuerunt, ,,
cum quanta devotione & honorifi- ,,
centia Dei, cum quanta ſobrietate & ,,
cordis cuſtodia, imò & filiali timore ,,
Dei, debet populus Chriſtianus ſuas ,,
agere proceſſiones, *& Sacramenta* ,,
Chriſti deferre, Reliquiaſq; San- ,,
ctorum, & alia ſacra portare? ,,
Quantam demum Dei offenſam ,,
incurrant, quam enormiter pec- ,,
cant, quam diram ultionem meren- ,,
tur, qui ita non agunt ſed in pro- ,,
ceſſionibus illis diſſolutè ſe habent, ,,
fabulando, ridendo, undique cir- ,,
cumſpiciendo incedunt, potationi ,,
& petulantiæ præſtant locum, & in- ,,
ſolenter, immorigeratè ac vanè ſe ,,
gerunt? Nonne diabolo faciunt ,,
proceſſionem, non Deo & Sanctis ,,
ejus? (*Nota conjunctionem*) & ſi ,,
ore offerant ſe ad Dei & Sanctorum ,,
(*nota*) honorem proceſſionem per- ,,
agere, operibus tamen pandunt op- ,,
poſitum, ſicut de talibus ſcribit Apo- ,,

Digitized by Google

Tit. 1. „ ſtolus: dicunt ſe noſſe Deum, factis „ autem negant. „

Attendat hæc populus Chriſtianus, attendat & Cavillator: populus, ut cum debita reverentia ac devotione diſcat intereſſe proceſſionibus, in quibus Agnus Euchariſticus cum ſanctis ſuis deportatur ac honoratur: Cavillator, ut videat, tanto Doctori præſens argumentum non obiter veniſſe in mentem, at conſtanter ab eo calamo fuiſſe exaratum, dictamque arcæ figuram pluribus ad populi Chriſtiani proceſſiones ſpectantibus applicatam, quam ipſe præſtiterim: deſinat proinde me adeò inſulsè traducere, quaſi non ſana proferam argumenta, at proprii cerebri obtrudam lepida inconditaque figmenta.

Alios ſubjecto argumento adduco Patronos: ſanè univerſalis illa ſeptima Synodus ſola ſufficere deberet, ut argumentum nulli pateat calumniæ, at ut orthodoxum à cunctis orthodoxis recipiatur; deduxi autem hic ſuprà, qualiter illa Synodus eodem fuerit uſa argumento: non deſunt interim alii ex Theologis præclari pro Argumento Patroni: citat, ſequiturque Carthuſianum celebris ſcriptor Theophilus Raynaudus. (*1. Heteroc. & alibi.*) Expreſſius utitur eâdem figurâ, & argumento Marcellius item præclarus ſacræ Theologiæ Doctor & Profeſſor ordinarius in alma Academia Ottoniana Bambergenſi. „ *PRI-*
„ *MUM PRINCIPIUM.* (quo pro-
„ bat adverſus hæreticos, cultũ ſanctiſ-
„ ſimo Sacramento in proceſſionibus
„ exhiberi conſuetum) *Vocavit Joſue*
„ *ſacerdotes & dixit ad eos: tollite Ar-*
cam fœderis: & ſeptem alii ſacerdotes „
ſeptẽ jubilæorũ buccinas, & incedant an- „
te Arcam Domini; ad populum quoque „
ait, ite & circuite civitatẽ armati, præ- „
cedentes Arcam Domini. Placuiſſe Deo, „
celebrẽ iſtam Arcæ circumgeſtationẽ „
& proceſſionẽ populi Iſraelitici, per- „
ſpicuũ ex eo fit, quod poſtquã urbem, „
Jericho ſepties circumiverunt, præſe „
rẽtibus Arcã ſacerdotibus & buccinis „
clangentibus, muri corruerunt, & ci- „
vitas ſine ſanguine Hebræorum cap- „
ta ſit. Neq; enim ex eo, quod in Deo- „
rum inanium honorem, urbium, & „
agrorum circuitiones olim celebra- „
verint Gentiles, nõ ideò, inquã, ma- „
lum cenſeri debet, Iſraelitas ad veri „
Dei ſui gloriam, cum Arca circumiiſ- „
ſe, imò probabile eſt hunc ritũ Gen- „
tiles ab Hebræis & cumplura alia di- „
diciſſe. Voluit autem Deus ſolemni „
hac proceſſione populi, & circumge- „ *Ibid. v. 20.*
ſtatione Arcæ Jerichontinam urbem „
non terreri ſolùm, ſed etiam everti, „
tum ut ſacrarũ, quæ à fidelibus Chri- „
ſtianis celebrandæ olim erant, proceſ- „
ſionum figura extaret & exemplum. „
Tum verò, ut in hiſce proceſſionibus „
intelligeremus, rectè circumferri au- „
guſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramen- „
tum; ſacra item Chriſti Domini vex- „
illa & cruces, Sanctorum Reliquias, „
aliaſque id genus, quæ apud Chriſtia- „
nos Orthodoxos divini cultus ſunt „
inſtrumenta. Quod enim fuit in Sy- „
nagoga Judæorum Arca teſtamenti, „
hoc longè eminentiori modo in Ec- „
cleſia eſt Sanctiſſimum Euchariſtiæ „
Sacramentum, & ſacra ad divinum „
cultum adhiberi ſolita ſuppellex. „

De venerat. Sacr. am Euchar. lib. 6. c. 5.

Joſ. 6. v. 6.

Hæc

Digitized by Google

Hæc Marcellius: quibus omnibus pleniſſimè edocetur Cavillator, non mihi ſoli præſens argumentum in mentem veniſſe, ſed & viris præclariſſimis in os, in calamum, in chartam. Verùm ut amat latebras, quo lædat ſecurius, ita & rimas quæret, quibus conjunctus captuſque, elabatur tutus: forſan igitur ad allegatas Doctorum teſtimonia authoritateſque reponet, iis quidem demonſtrari, ipſos ſenſiſſe venerabile Sacramentum, atque Sanctorum Reliquias ac imagines laudabiliter, Catholiceque in proceſſionibus deportari, at non conjunctim in eadem ſed diviſim in diverſis: at ſinè hoc foret caligare in meridie, more ſedentium in tenebris, dum è latebris ſuis prodeuntibus, ſubitò fulgidi ipſis ſolis reſplendent radii: credit hic tenebrio, aut certè ſe credere perſuadet mulierculis, ſimulatque, hoc meum argumentum, nullius fore mortalium, longè minus virorum celeberrimorum in Eccleſia, imò ipſiuſmet Eccleſiæ in Synodo univerſali ſeptima: quid miri igitur, ſi altiſſimis demerſus tenebris, ad hoſce rutilantes cæcutiret radios; ſi ad tam luculenta adverſum ſe teſtimonia, in mille ſe verteret partes, rimas quærens & effugia: at univerſi forent conatus inanes: perſpicuum namque eſt, Carthuſianum, quem ſequuntur Raynaudus, ac Marcellius, de ſimultanea circumlatione ſanctiſſimi Sacramenti cum Sanctorum Reliquiis, ac imaginibus fuiſſe locutos: nam imprimis id eorum primâ fronte præ ſe ferũt verba; neq; ulla prorſus eſt ratio, in aliũ ipſa detorquendi ſenſũ. Deinde, cum Carthuſianus & Marcellius, ſcripſerint in Germania, extra omnem controverſiarum exiſtit aleam, ipſos intendiſſe propugnare Ritus proceſſionum ibidem uſitatos: ſcimus autem in Germania, ut plurimum, venerabile Sacramentũ unà cum Sanctorum imaginibus circumferri: prætermiſſis aliis graviſſimorum virorum teſtimoniis authenticis idipſum comprobantibus, abundè ſufficit Canon Synodalis 22. *de medio ſexto reformationis*, Conſilii ſecundi Colonienſis ſub Reverendiſſimo in Chriſto Patre ac Domino, Domino Adolpho, Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, ac Carolo Quinto, divina favente clementia, Romanorum Imperatore, ſemper Auguſto, qui ejuſdem Concilii executionem & obſervantiam ſtrictiſſimè omnibus commendat & mandat Diplomate Cæſareo, dato Bruxellis quarto Nonas Julii 1549. Canon iſte hunc præfert titulum: DE PROCESSIONIBUS IN QUIBUS SACRA HOSTIA CUM IMAGINIBUS SANCTORUM CIRCUMFERTUR. Cujus Ritus hæc ſubditur ratio: *Eccleſia de Theſauro Corporis Chriſti exultans, circumfert longis proceſſionibus, etiam extra Sacras ædes, Hoſtiam illam ſalutarem, videlicet ſimul repræſentans itineris Chriſti hiſtoriam, qui dum quæreret ſalutem noſtram in medio populi verſatus eſt, & univerſam Iudæam circumambulavit docens, & ægrotos ſanans, diſcipulis comitantibus: quamobrem & Sanctorum Reliquias & imagines eorum qui veſtigia ejus ſecuti ſunt, ſimul circumferimus: ſignificantes illos nunc cum ipſo regnare & triumphare in*

Digitized by Google

Cœlis. Quæ memoria debet piis eſſe jucunda & læta. Qui Canon piiſſimus cum Imperio toti, tùm maximè Civitati Bruxellenſi in qua devotiſſimus Imperator ejuſdem mandavit obſervantiam, comprimis debet eſſe cordi. Ex quibus docemur evidenter, quàm ſit hæc pia antiquáque conſuetudo, cùm in Canone Colonienſi non præſcribatur, nec ſtatuatur novus aliquis modus, vel uſus, ſed antiquus laudetur, commendetur, obſervaríque mandetur. I modò Cavillator, & impone deinceps plebi, mulierculis ac puellulis, præſens meum argumentum inanem proprii ingenii fore leporem, & cum fidem repereris, renuntia, & Evangelio potieris.

Modò cauſam, ob quam tibi argumentum irrefragabile, inſtar fabuloſi figmenti viſum eſt coram vulgo exſibilandum, diſpiciamus: dicis; *Etſi taliter concludendo velit procedere, ut illud univerſaliter quod convenit figuræ, etiam conveniat veritati, per eam ſignificatæ, comprimis Venerabile Sacramentum cum Reliquiis, atque Sanctorum imaginibus, omnia pariter unâ volet concludere Arcâ, atquè ita ea circumferre in proceſſionibus*: At linum lino nectis, crepundia nugis, impoſturas ſycophantiis: rides, at tua ipſius figmenta, non meas lepidas conſequentias, ſed tuos conſequentes inconditos ſales: Attende, attende, Auguſtinum audias: *quid tibi viſum eſt tam multa dicere & pro cauſa quæ inter nos, agitur, nihil dicere? quaſi hoc ſit reſpondere poſſe, quòd eſt tacere non poſſe.* Auguſtinus ad Epiſt. 61 ... dias & Hieronymum: *vetus, ait, narrat hiſtoria, quidam cum diſertè diceret, ferretúrque impetu & volubilitate verborum, cauſámque omnino non tangeret, prudens auditor & judex, benè, inquit, benè, ſed quo iſtud tam benè?* cum enim prorſus nihil, quòd contra fundatiſſima argumenta objicias, valeas, omni adhibito conatu, excogitare; garris adverſus ea apud vulgus muliebre, garrulum, inconſtans, curioſum, dicax, contumelioſum, tibi pene, ut ovum ovo, ſimile, hîc Præſides, hîc Doctor es, hîc percrepant præclaræ illæ tuæ argumentorum ſolutiones, &, velut qui miſcueris utile dulci, id eſt frivolis reſponſiunculis inſulſos lepores, omne fers punctum; *quaſi hoc ſit reſpondere poſſe, quòd eſt tacere non poſſe.* Non potes tacere, dicis, & diſertè quidem, ſed jocos, ſed fabulas, ſed pernicioſas calumnias; mihi ſiquidem affingis diſcurrendi methodum, cujus argumenta mea nec tenuiſſimam ſpeciem aut umbram præ ſe ferunt, quæque in nullius integri cerebri poſſit cadere mentem: quò enim loci vel leviſſimè innui, me velle in ſimilitudinibus, in parabolis, figuris omnia fore ſimilia, ac quæcúmque conveniunt parabolis ac figuris intendere applicare rebus ſignificatis? quæ mea verba indicant, ô lepide ariole! me ex quolibet velle concludere quidlibet, ex particulari univerſale, ex aliquali figuræ cum veritate, acre ſignificata, convenientia, velle inferre omnimodam? Non hanc edoctus ſum Dialecticam, non didici, cum Catholicæ fidei puncta ſunt

Lib. 1 contra Max. c.

Epiſt. 61.

ſunt populo exponenda, ſophiſticari, nugari, delirare: Cui tu verò ſtudueris Magiſtro, in qua Schola inſtructus fueris, hâc ſtrenuè convitiandi, lepidéque Catholicam doctrinam traducendi arte, populo nondum pando: tu interim adverte tantillum animum Witcleffiſticæ blaſphemæ vafritiei: cùm Catholici probarent conſecrationem ſuorum templorum, ac altarium à figura dedicationis templi Salomonici, ac conſecrationis Tabernaculi, preſſus veritatis pondere, *ibi Wiclef*, inquit noſter Venerabilis Thomas Waldenſis, *parat blaſphemiam, dicens: ſi Epiſcopi à Salomone fundamentum accipiant conſecrandi Eccleſias, ab ipſo item accipiant ſexaginta Reginas, octoginta concubinas, & adoleſcentulas innumeras.* Animadvertiſque ex congruentiſſima figuræ applicatione, ſecundùm quod ratio, pietáſque ſuadent, malevolus Hæreſiarcha atram parat blaſphemiam in Epiſcopos Eccleſiæ, mendaciter illis imponens, quaſi, figuram ſumendo à Salomone in licitis, Sanctíſque Eccleſiæ Ritibus, eum in omnibus per conſequens deberent imitari, præſertim in effreni libidine, à qua ſpurci hæretici malunt ſumere exempla pollutionis templorum vivorum, quàm à dedicatione, conſecrationis templorum materialium: *non hic immoremur, ſubdit graviſſimè Waldenſis, ut reſpondeamus blaſphemo ſecundùm blaſphemiam.*

De Sacramental. tit. 12. cap. 162.

Ad te revertor, Cavillator: *benè, benè* jocaris, *ſed quo iſtud tam benè?* vis edicam? ad imponendum plebi. Si porrò tibi liceat exſibilare mea argumenta, ob uſitatam figurarum applicationem, ad pientiſſimam Catholicorum aſſerendam, confirmandámque Religionis praxim; & univerſam argue Eccleſiam, Patres omnes, ſanctam explodas Scripturam: Eccleſiam licebit vani arguere leporis, quæ toties præſentem Arcæ, & Propitiatorii allegat figuram, nominatim in ſeptima univerſali Synodo, ſpecialiter in Sacrarum imaginum defenſionem coacta: Litanias antiquiſſimas Sanctiſſimæ Deiparæ laudibus conſecratas, hac licentia poteris plebi exponere deridendas, numquid enim in iis invocatur, *fœderis Arca?* numquid & hic valerent tuæ ineptiæ: *ſi taliter velit procedere Eccleſia, ut univerſaliter quod convenit figuræ, etiam conveniat veritati, per eam ſignificatæ, comprimis volet Dei Matrem ligneam fore Arcam, continentem tabulas lapideas, Manna, virgam Aaronis* Quid non etiam Doctori Gentium poſſes obgannire? qui duo Teſtamenta, novum, ac vetus, aſſerit præfigurata per duos filios Abrahæ: *unum de ancilla, & unum de libera, Quæ ſunt per Allegoriam dicta.* Denique, ut verbo abſolvam, omnis prorſus ſimilitudo, parabola, figura, hâc inſulsâ methodo populi poterit ſibilis propinari. Has enormes exorbitantias non vidiſti, contradicendi libidine excæcatus. Et quod amplius ſtupendum, ipſe te proprio cruentas furiosè pugione: intellige quæ dico: Divus Ambroſius comparat aſinam de qua in Evangelio, communi generis humani matri Evæ, pul-

Act. 14. 5. &c.

Galat. 4.

Lib. 9. in Luc. cap. 21.

pullum verò aſinæ, *generalitati populi Gentilis*: Si igitur, juxta lepidum tuum garriendi modum, ex aliquali aſſimilatione figuræ cum veritate, ſequatur concedendam omnimodam, jam fac concluſionem, nec planè impertinentem, te à Sancto Ambroſio probatum pullum aſinæ, animal auritum, iners, inſulſum, adeòque te adverſus mea argumenta non reſpondere, ſed rudere, & certè hac ex parte figura illa Ambroſiana non mirè claudicat. *Hæc ipſe non ſentis, ſed hæc ſequuntur illa quæ ſentis: muta ergo antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.* *Hæc* (cum Hieronymo loquor) *dolentis magis effudi animo quam ridentis, dum me cohibere non poſſum: & injuriam Apoſtolorum ac Martyrum*, addo, Eccleſiæ Sanctorúmque Patrum, *ſurda nequeo aure tranſire.*

S. Auguſt. lib. 2. de conjug. adul. cap. 4.

Inſuper, ipſe Cavillator eâdem utitur figurâ Arcæ & Propitiatorii, vultque Cherubinos ſtantes ſupra Propitiatorium, fuiſſe figuras Angelorum, quorum imagines Remonſtrantiis Sanctiſſimi Sacramenti ſolent apponi: ſi igitur hinc non ſequatur, univerſaliter, quidquid convenit figuræ, convenire veritati per eam ſignificatæ, nec ſequitur ex comparatione mea, haud minus congrua atque decenti: aut ſi ſequatur ex hac, & ex illa ſequi neceſſe eſt; tunc autem telum quòd in me vibraſti, in te haud minori efficacia retorqueo: *Si taliter concludendo velit procedere, ut illud univerſaliter quod convenit figuræ, etiam conveniat veritati, per eam ſignificatæ, comprimis volet Venerabile Sacramentum cum Reliquiis, ac Sanctorum imaginibus omnia pariter unâ concludere Arcâ, atque ita ea circumferre in proceſſionibus.* Recita ergo illa tibi, mi homo, aut ediſſeras nobis, cur ſequatur iſtud inconveniens, ut autumas, potius ex mea, quàm tua, ejuſdem figuræ applicatione in eumdem finem; videlicet imagines Sanctorum ſive Angelorum, ſive hominum, ſive Remonſtrantiis affixarum, ſive ſeparatarum, rectè, Catholicéque in Proceſſionibus cum Venerabili Sacramento circumferri.

Jam, credo, vides, quanto jure, imò quantâ præcipitantiâ ac injuriâ ſubjectum argumentum ut vanum, inauditúmque elevaveris leporem: at aliàs circa idem tuas detegam craſſas hallucinationes: quot peccata in cavillo uno! Imponis itaque mihi, me abſque mora Sanctiſſimum Sacramentum cum Sanctorum Reliquiis ac imaginibus una concluſum Arca, in proceſſionibus circumlaturum: at quâ hoc veriſimilitudine, dato etiam, quòd ea, quæ conveniunt figuræ, univerſaliter velim convenire veritati per eam ſignificatæ? quandoquidem imagines Cherubinorum, quas comparo imaginibus Sanctorum, non fuerint incluſæ in Arca, at poſita ſupra Propitiatorium, quòd ipſum erat ſupra Arcam. Undè ad ſummum ſequeretur, imagines poſſe poni ſupra Arcam complectentem Sanctiſſimum Sacramentum, ut in pluribus hodie cernimus Eccleſiis, imò omnia altaria, velut Arcæ Sanctiſſimi Sacramenti, imaginibus, plerúmque

San-

Sanctorum, adornantur: eſtnè igitur hoc adcò lepidum? Numquid ipſe fateris, hujuſmodi Cæremonias, Superioribus Eccleſiæ à Chriſto relictas arbitrandas? numquid etiam nuper aſſeruiſti, in quibuſdam Diœceſibus de facto exponi Venerabile Sacramentum cum Reliquiis Sanctorum? quem autem tibi fabricas leporem, ſi idipſum in eadem fieret Arca, aut Remonſtrantiâ, aptè in illum finem efformatâ? perquam proindè ſunt ſeria, quæ tibi exorbitanter apparent lepida. Sicuti, ut altero docearis exemplo, lepidum non foret, ſi tintinnabula pulſarentur ante ſolas Sanctorum imagines, aut Reliquias, quæ pulſantur ante Venerabile Sacramentum, attentionis ac reverentiæ excitandæ gratiâ, ſi id uſus haberet, aut Eccleſiæ luberet: uti lepidum non eſt, ea pulſari ante funera, in quibuſdam locis, dum deferuntur ſolemni Cæremoniâ ad ſepulturam; & in quibuſdam occaſionibus ante Rectorem Magnificum Univerſitatis Lovanienſis ab Academiæ apparitoribus, dum ſolemnius per plateas procedit.

Verumenimverò, dic tu nobis tandem, ô Sacrum atque divinum caput! quouſque progrediendum in uſu figurarum. Ne ſalium ſimus vani lepidique divenditores? at *Relinquamus eum*, monet Auguſtinus de ſimili deriſore, *inania garrientem, & neſciendo quid loquatur quâdam (ſi dici poteſt) imperita perita de figurarum qualitate tractantem.*

CAPUT XXVI.

Secundum cavillum adverſus tertium argumentum.

INquirat ſemel argumentator, an manna in Arca fuerit adoratum, ac divinus ei cultus exhibitus, atque alius cultus tabulis lapideis exhibitus fuerit, & reperiet talia argumenta eſſe potius deridicula, quàm concludentia.

RESPONSIO.

Poſſitnè huic deriſori appropriari Eccl. 27. iſtud Sacræ paginæ: *Narratio peccantium odioſa. & riſus illorum in delictis peccati?* Jer. 10. & illud: *Vana ſunt & opus riſu dignum: in tempore viſitationis ſuæ peribunt?* Serius diſcernat Lector. Pernitioſa interim doctrinæ ſanæ, Catholicæ ac uſitatiſſimæ in Eccleſia, deriſio coram Catholica plebe: hinc Sapiens deriſorum hujuſmodi detegit fraudulentiam: *quaſi per riſum*, inquit, Prov. 10. *ſtultus operatur ſcelus.* Sceleris ego condemno neminem, Judex omnium,

Digitized by Google

nium, qui eſt via & veritas judicabit, an deridiculis leporibus paverim Catholicam plebem, oves Chriſti de hac cauſa pro me contra lupos teſtificabuntur coram Paſtore ſuo. Aperiamus igitur, an non abſque ulla cauſa Cavillator ille in riſum diſſolvatur, ut plebs imperita ſibilos caveat ſerpentinos, ſapiátque cum ſapiente loquente: *riſum reputavi errorem.*

Jubet igitur noſter Doctor innominatus, ut inquiram, utrumnè Manna in Arca fuerit adoratum, ac divino cultu honoratum: ô Chriſtiano indignum planè mandatum: conſtat námque cuicúmque Manna puram putam fuiſſe creaturam: quid igitur hic ambigendum, an Manna affectum fuerit cultu latriæ? Non hoc Hiſtoria divina docet, non hoc Deus mandavit, non hoc mandare potuit. Et credíſnè idcircò, comparationem meam velut utrâque claudicantem parte, corruere? id tu putato, qui perſuaſum tibi habes, aut ſaltem verbis ſimulas, figuram in omnibus debere convenire veritati per eam ſignificatæ; ſi enim id non requiratur, ut de facto non requiritur, validum, ſolidum eſt argumentum, nequaquam deridiculum. Aut ergo quæcúmque conveniunt figuræ, vis convenire veritati! & tùm non confutandus, at deridendus fores: aut ſi quædam poſſint, imò debeant convenire figuræ, quæ non conveniant veritati, quidni Manna figura Euchariſtiæ, non fuerit in Arca adoratum ac honoratum divino cultu, ſed generali cum virga Aaronis ac tabulis lapideis, & tamen Euchariſtia in veritate colatur cultu latriæ unà cum Sanctis, inferiori cultu honoratis in imaginibus cum Sanctiſſimo Sacramento collocatis, aut circumlatis? non enim comparationem feci inter cultum Mannæ & Euchariſtiæ, hoc ſanè impium, & ut à veritate, ita à mente mea alieniſſimum, at inter utriuſque cultus modum ſimultaneitatis; videlicet licere colere Sanctiſſimum Sacramentum cum amabili noſtra Domina ac Sanctis aliis, quemadmodum Manna, figura Euchariſtiæ, cultum fuit in Arca, figura Deiparæ, & imaginibus Cherubinorum, quæ fuere figuræ Sanctorum, quos in ſuis imaginibus cum Agno Eucharistico circumferimus, colimus, honoramus.

Iſta Cavillator non vidit, aut viſa non attigit, doli gratia plebi abſcondens veritatem. Probè igitur cognovi, Manna in Arca non fuiſſe adoratum adoratione illa ſtrictè dictâ, Deo ſoli propriâ: Scivi ſimiliter, Sanctiſſimum Sacramentum in proceſſionibus cum Sanctorum imaginibus circumlatum, latriæ cultu honorari: Hæc ſcivi, nec reperi tamen talia argumenta deridicula, at fortiter intentum concludentia, præſertim cum non ignoraverim, in figuris, parabolis, ac comparationibus, non omnia oportere eſſe ſimilia, juxta hanc Magni Baſilii Regulam: *ſanè qua afferuntur ſimilitudines, nequaquam ea omnino ſingulis earum rerum, ad quas* *In Reg. Brevior. interrogat. 55.*

quas allata ſunt, partibus reſpondent: ſed illud agunt, ut mentem ad id, de quo agitur, argumentum dirigant. Undè in figuratum uſu ſcias obſervandum, quòd de parabolis docet Sanctus Chryſoſtomus: videlicet non opus eſſe nimia cura in ſingulis parabolarum verbis anxium eſſe: neque in ſingulis ejus partibus adaptationem, & accommodationem ad rem ipſam ſpiritualem, & intentam inveſtigare. Quemadmodum enim Sancti veteris teſtamenti, ut Abraham, Iſaac, & Jacob, Joſeph, Moyſes, David & Salomon, figura Chriſti, & typus extiterunt, non tamen in omnibus ſuis actionibus, ſed in excellentibus tantum, heroicis, atque illuſtribus (nec enim Jacob mendacium dicens Patri, aut Moyſes ſive populus Iſrael diffidentia Dei laborans ad aquas contradictionis, aut David mandans occidi Uriam, aut Salomon cum tot alienigenis uxoribus conjunctus, illorumque Diis templa ædificans, typum Chriſti geſſerunt) ita etiam in ſimilitudinibus aſſumptis à Chriſto, minimè opus eſt, ut res ſenſibilis adducta in parabola, in omnibus referat Chriſtum, aut aliam rem, ſed in his tantum ad quæ aſſumpta eſt. Et quia hæc ignorat Cavillator, hinc tam enormiter circa argumenta fundatiſſima hallucinatur.

Hom. 16. in Epiſt. ad Rom. 10. 4.

Si porrò hoc argumentum exiſtimes deridiculum, quia Mannæ non fuit exhibitus in Arca cultus divinus qui exhibetur Venerabili Sacramento Euchariſtiæ in proceſſionibus, deri-deas & Eccleſiam & Apoſtolum, qui eadem utuntur figura, eamque accommodant Chriſto: Paulus de ea ita ſcribit Hebræis: *Habuit quidem & prius* (Teſtamentum) *juſtificationes culturæ & ſanctum ſæculare. Tabernaculum enim factum eſt primum, in quo erant candelabra, & menſa, & propoſitio panum, quæ dicitur ſancta. Poſt velamentum autem ſecundum tabernaculum quod dicitur ſancta Sanctorum: habens aureum thuribulum, & Arcam Teſtamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens Manna: & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti ſupérque eam Cherubim gloriæ obumbrantia Propitiatorium.* Et infrà: *Quæ parabola eſt temporis inſtantis.* Atque deinceps per Allegoriæ collationem docet, per hæc omnia Chriſtum fuiſſe obumbratum. Eccleſia etiam per totum penè divinum Officium de Venerabili Sacramento illud appellat, *panem Cœli, panem Angelorum, Manna quod pluit populo Iſraëlitico*, ac aliis nominibus Mannæ attributis; honorátque in templis, altaribus, aliiſque in locis Euchariſtiæ Sacramentum divino cultu, ſeu latriæ, ac ſimul alio ſpeciali cultu Sanctos, licet Mannæ non fuerit exhibitus cultus divinus, ac alius ſpecialis tabulis lapideis. Undè nedum argumentum meum, ſed & Apoſtoli parabolam, & divinum Eccleſiæ Officium traducis ut deridiculum. *Hoc tu ipſe non ſentis, ſed hoc ſequitur illa quæ ſentis: muta ergo antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.*

Hebr. 9.

S. Aug. ad cenſing. adul. lib. 2. cap. 4.

Unum te hîc volo monitum, Ca-

 villator,

villator, ut argumenta, quæ præſumis cavillis cachinniſque exagitare, legas attentius, nec dettunces fraudulenter, ſic enim & tuas apertius cernes impoſturas, & forſan, ab infauſto revocaberis cœpto: nam non ſolum oſtendi, in Arca fuiſſe honoratum Manna cum imaginibus Cherubinorum, ſed & Deum de medio duorum Cherubim Moyſi loquentem, indéque concluſi, Chriſtum Deum & hominem ſub ſpeciebus Euchariſticis latentem rectè honorari divino cultu, ſimul cum Sanctis alio ſpeciali cultu celebratis. Si ergo ſalvo honore Dei in Arca inter Cherubinos ut in ſuo throno reſidentis, Iſrael honoraverit cum eo Cherubinos, & totam Arcam in ſuis proceſſionibus; poſſumus & nos in noſtris proceſſionibus cum Sanctis honorare Chriſtum, ſalvo quoque ejus honore. Si igitur nolis fateri te victum, plebémque à te deceptam, inſultando argumento deſumpto à Manna, ut figura Euchariſtiæ, hoc ſaltem agnoſce convincens, eíque inflectè cervicem, cùm in eò totum exhibeatur, quòd in priori deſideras, videlicet divinus cultus exhibitus Deo, & alius ſpecialis exhibitus imaginibus Cherubinorum, in una eadémque typica Iſraelitarum proceſſione. Hæc, quæſo, inquiras ſemel animo pacato, & reperies talia argumenta, non fore deridicula, at maximè ſeria, fortiſſiméque concludentia, revocabíſque favente Deo, plebi obtruſa cavilla adverſus orthodoxam doctrinam. Sanè non ſuaderem tibi cum illo infauſto dimittere *ſeria in craſtinum*; hodie enim homo eſt, & cras, frequenter, non apparet: *hodie extollitur, & cras in clibanum mittitur.* Si verò curatus non ſis ſanatus, ſed diutius coram vulgo lubeat jocari, & juxta morem tuum lepores confingere, aliam aſſumam parabolam in os meum, quæ, ſi pergas jocari, copioſam tibi ſubminiſtrabit materiam. Comparant Catholici Iconomachos, Hagiomachos cæteróſque pertinaces hæreticos, lupis perſonatis, qui ovium tecti pellibus, & oves & Paſtores Gregis Chriſti diſcerpunt: hinc jam poteris concludere, juxta tuam lepidam Logicam, Catholicos, homines in bruta animantia transformare, inſtar fabulatorum Ovidianorum, quæ devorent abſque delectu oves, agnos, equos, vaccas, ac quodvis pecus, cum pilis, oſſibus, cæteríſque membris; poteríſque eâdem tuâ arte tuum docere auditorium, nos omnes luporum proprietates appropriare Iconoclaſtis, nam ſecundùm novam tuam figuras interpretandi methodum, totum quod convenit parabolæ, debet convenire rei ſignificatæ, ſicque ampliſſimum amœniſſimúmque jocandi geſticulandíque intrabis campum, in quo cum tuis ſimiolis jucundiſſimè poteris exſpatiari, noſtrúmque craſſum argumentandi, aſſimilandíque modum ut comminiſceris, quaſi ad vivum exhibere, propinareque deridendum: hícque tibi occurret lepidus ille apologus de lupo accuſatore agni, ne facinorociſſimus innocentiſſimum ſine cauſa devoraſſe diceretur, de quo Baſilius in ſuis Epiſtolis. Item alius de alio

2 Machab. 2.

Matth. 6.

Epiſt. 8

Digitized by Google

alio inſidiatore lupo, qui ſubdolè quærens paciſci cum paſtore, promittebat ſe ſervaturum univerſum gregem, modò ſolus ſibi traderetur canis, unicus gregis adverſus lupinam rabiem murus, defenſórque, ut, tradito, dilaniatóque cane, tutius verſipellis devoraret paſtorem & oves. At ſubolfacio, non te hunc ingreſſurum campum, nam, *nomine mutato narratur fabula de te:* cavebis propria cædere vineta, ac, dum hanc Catholicorum comparationem traduceres ut mirè lepidam ac mancam, unà te ipſum exhiberes ut lupum perſonatum. Quid igitur? finiſnè tibi erit lepidi luſus? minimè: ſequens argumentum, novum tibi eſt inanium, imò inſanarum facetiarum ſeminarium.

CAPUT XXVII.

Argumentum quartum pro Agno Euchariſtico, in Catholicorum Proceſſionibus cum Sanctis, in eorum imaginibus, triumphante: deſumptum à zona aurea, qua Filius hominus viſus eſt accinctus Apocalyp. 1. Reſpondetque primo cavillo.

Dilectus Domini diſcipulus mirâ in ſua Apocalypſi fruitur viſione: videt Filium hominis inter ſeptem candelabra, circumamictum ad mamillas zonâ aureâ. Magnus Pater Auguſtinus per hanc zonam auream Sanctos intelligit: *Zona aurea*, inquit, *eſt chorus, ſive multitudo Sanctorum.* Adeò, ut aſſentiente tanto Eccleſiæ lumine columinéque, Sancti ſint Chriſti decor, ſplendor ac ornamentum; eóſque affectu ſpeciali planéque Paterno ad ſuum gerat pectus, ſuaviſſimo illos deliciarum cœleſtium lacte nutriens, eíſque ut zona aurea circumcingi cupiens: quibus proindè voluntas eſt à Chriſto ſejungere Sanctos, iis & animus ſit eum privandi zonâ, honore, ornamento, ipſiúſque Euchariſtico Triumpho primum detrahere ſplendorem.

Apocal. 1.

Hom. 1. Apocal.

Primum cavillum adverſus quartum Argumentum.

Quartum argumentum deſumptum à zona aurea non eſt pilo præſtantius tertio, cùm rurſum juxta

Digitized by Google

craſſum ſuum procedendi modum, deberet concludere argumentator, imagines Sanctorum ſemper ad cingulum Chriſti in ſanctiſſimo Sacramento debere eſſe ſuſpenſas; quo nihil umquam inſanius eſt auditum.

RESPONSIO.

Cap. 29. Non reſpondeo tibi cum S. Propheta Hieremia: *Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis.* At cum ſancto Auguſtino: *Si placet & nobis pro maledictis maledicta reponere, poſſumus & nos diſertè forte conviciari, ſed nullo modo ſonat diſertè, quod dicitur ineptè.* Lib. 1. contra Petilian.

Dicis igitur quartum argumentum deſumptum à ZONA AUREA, non fore pilo præſtantius tertio; cedo, at quam validum, quàm Eccleſiæ, quàm viris graviſſimis probatum, adeoque quàm æſtimandum pretioſumque ſit tertium, vidiſti, niſi ſenſu careas. Cum verò nullæ tibi ſuppetant vel apparentes ratiunculæ, neque contrà præſens argumentum, cantum cuculi continuas, eamdem plebi obtrudis cramben iterum, iterumque recoctam, meam videlicet craſſam diſcurrendi methodum: Ecquæ porrò ea rurſum eſt? Quod velim univerſaliter convenire veritati, quæ conveniunt figuræ? Nullam comparationem claudicare? Illa non mea eſt diſcurrendi methodus, at tua piſtillo obtuſiora commenta: non propino plebi ſancti Auguſtini, aliorumque Patrum ſententias, ad inſanas inferendas nugas, ut tu: non demulceo audientium aures, *facetorum hominum ridiculis aut ſcurrilibus dictis, quæ res maximè comparata eſt frangendæ animæ intentioni*, ut magnus Baſilius inquit: ſed, ut Auguſtinus alteri reſpondit irriſori: *ad rem ſacratè ſignificandam ſimilitudines aptas religioſiſſimâ devotione ſuſcipimus.* Si, dum hos ſales tuo finiſti elabi calamo, bene advertiſſes, vidiſſes te, tuâ craſſâ diſcurrendi methodo, non mihi ſolùm, ſed & ſancto Auguſtino inſanæ conſequentiæ labem aſpergere; ſanctus enim Doctor comparat ZONAM AUREAM, quâ Joannes vidit filium hominis præcinctum, choro Sanctorum: undè juxtà tuam craſſam calumniandi methodum deberes cóncludere: Chriſtum, juxta Auguſtini ſcripturam interpretandi methodum, in cœlo ſanctis, ut ZONA ſemper fore accinctum, utque tuâ utar phraſi ſemper ad cingulum Chriſti fore appenſos: aut ſi hoc non ſequatur ex interpretatione iſtius viſionis datâ à ſancto Auguſtino, quo colore, quâ invidiâ confingis id deduci ex mea applicatione, quandoquidem idem quod aſſerit Auguſtinus, ex ipſius ſancti concluſerim verbis, nimirum Chriſtum ſanctos ſpeciali amoris affectu ad ſuum velut gerere pectus, ac, per conſequens, ipſius honori per eorum præſentiam non derogari, at augeri, Chriſtum ſanctos à ſe non repellere, ſed attrahere, eorum velle præſentiam, non abſentiam, ut amantium genius eſt: quod ipſum docet Auguſtinus,

Epiſt. 1.
Epiſt. 119.

Digitized by Google

ſtinus, dum ſanctos aſſerit *AUREAM* eſſe Chriſti *ZONAM*, ſive ſplendidum ipſius ornamentum. Hæc non vidiſti, clariſſimis argumentis ut œſtro percitus. Non vidiſti etiam, te Apoſtolum facere inſanæ conſequentiæ fabricatorem; nam & ipſe fideles ſuam appellat coronam: *Itaque*, ſcribit Philippenſibus, *fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi gaudium meum & corona mea.* Nam, ut tu coram vulgo perſtrepis, voluerit Apoſtolus, ſe Philippenſibus velut corona redimitum, capitique ſuo circumdatis, coronatum incedere, quo nihil umquam inſanius eſt auditum. Nondum tuarum conſequentiarum finis. Et ſanctis olim Epiſcopis gregem ſuum coronam ſuam placuit appellare: nam interrogatus à præfecto Voluſiano Epiſcopus & Martyr Cornelius, quare contra præcepta Imperatoris, contraque Rempublicam à ſancto Cypriano litteras acceptaret: reſpondit: *Ego de corona Domini litteras accepi, non contrà Rempublicam.* Sanctus item Epiſcopus ac Martyr inclytus Ignatius mandat Smyrnenſibus: *ubi comparuerit Epiſcopus, ibi & multitudo ſit, quemadmodum ubi Chriſtus, ibi omnis adſtat exercitus cœleſtis* (ſive in proceſſione, ſive extra) *velut Imperatori poteſtatis Dominicæ, omniſq; intellectualis naturæ gubernatori diſpenſatorique.* Sacræ demum ſcripturæ hoc eſt oraculum: *Corona ſenum filii eorum.* Quot hic tibi, inauditæ inſaniæ! Ex hiſce enim Sanctorum exemplis, ſacriſque oraculis tu concludis: populum Epiſcoporum cingulis fore appenſum, aut ab eorum capitibus dependere; ſenumque debilium capitibus filios inſidere: Nonne hæc ſi aliqua, inaudita inſania? *Hoc tu ipſe non ſentis, ſed hoc ſequitur illa quæ ſentis: muta ergo antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.* Quid igitur me impetis argutiis, quibus & ſacræ literæ, & ſancti Eccleſiæ Patres inſanæ arguuntur conſequentiæ?

Cap. 4. — Acta Martyrii. — Prov. 17. — S. Aug. de conjug. adul. lib. 2. cap 4.

CAPUT XXVIII.

Secundum Cavillum adverſus quartum Argumentum.

VEl ſi juxta ſenſum Auguſtini & aliorum Sanctorum Patrum velit intelligere Argumentator, quod per *ZONAM AUREAM* circa mamillas Chriſti intelligantur Sancti, quos Chriſtus ſpecialiter habet in ſuo affectu, tum hoc format argumentum: Chriſtus amat Sanctos, ergo ipſorum imagines debent cum venerabili in proceſſione circumferri.

RE-

Digitized by Google

RESPONSIO.

Mirum, te huic argumento familiarem tibi non ſubnexiſſe cenſuram, illudque aut ut inaniter lepidum, aut ut pingui prognatum minervâ, non exſibilaſſe: videris hic intelligere, illud tuum, non meum fore argumentum, atque ideò hoc coram tuis non apertè contempſiſſe, ne tibi ipſe nocere videreris. Ediſſere igitur nobis, quænam argumentandi methodus doceat, ex illa ſancti Auguſtini, aliorumque Sanctorum Patrum ſententia, illud neceſſariò ſequi argumentum? An non illa cohæreant, Chriſtum Sanctos ſpecialis amoris proſequi affectu, & tamen imagines ipſorum non debere cum Venerabili in Proceſſione circumferri? Quis ambigat? Indubitatum enim id reddunt quamplures Chriſtiani orbis Diœceſes, in quibus Chriſtus non minus amat Sanctos, nec tamen ibi imagines Sanctorum cum ipſo in Venerabili circumferuntur in proceſſionibus. Quid inde? Putaſne propterea in vanum me viſionem illam Apocalypticam juxta ſenſum ſancti Auguſtini, Aliorumque Sanctorum Patrum allegaſſe? Aberras longiſſimè: meum enim hactenus non fuit intentum, probare Sanctorum imagines abſolutè fore in Proceſſionibus circumferendas cum Agno Eucharistico, at ſolum laudabiliter id poſſe fieri, laudabiliterque in quibuſdam Diœceſibus id ſæculis pluribus practicatum, utrum autem, & quando hoc debeat fieri nondum examinavi, aut reſolvi, altioribus, legitimiſque me conformaturus Superioribus. Hic interim novam, ſi tamen quid novi, tuam detexi impoſturam, cæteraſque reddidi manifeſtiores: ut enim hic mihi affingis argumentum, quod nec per ſomnium mihi venit in mentem; ita hactenus mihi appinxiſti mirè mancas comparationes, lepidas conſequentias, craſſam argumentandi methodum, inauditamque inſaniam. Unde finaliter concludo, te argumenta mea ne digito attigiſſe, eaque firma inconcuſſaque conſiſtere adverſus univerſos inanes tuos conatus, teque, cum non deprehẽderes quod in argumentis oppugnares, tetras umbras, horridaſque tibi fabricaſſe larvas, cum eiſque in propriam perniciem fuiſſe digladiatum, ac cœco impetu, Andabatarum more, periculoſiſſima incurriſſe præcipitia. Videamus nihilominus, quam glorioſam cavillis tuis confidenter imponas coronidem.

CAPUT

CAPUT XXIX.

Cavillum cavillorum adverſus quatuor præmiſſa Argumenta pro Agno Euchariſtico cum ſanctis, in eorum imaginibus, triumphante.

QUilibet poteſt conſiderare, utrum Catholicos deceat Concionatores, hujuſmodi næniis plebis imperitæ replere aures, & adverſus legitimos ſuos Superiores reddere rebellem, eoſque ut populi ſeductores traducere. Eſt profectò inſolita audacia in privato Concionatore, omni Eccleſiaſticâ deſtituto authoritate, velle reprehendere ac dejicere, quod tam egregii, ſanctique viri ſubditis ſuis ſervandum mandarunt, & hoc ſolum per aliquas ſimilitudines, quæ mirè claudicant, & adjectas quaſdam figuras, quas nemo in hoc mundo mortalium umquam in iſtum finem adhibuit, ac proindè in mera ingenii ipſius conſiſtunt fictione.

RESPONSIO.

Hæc inanium cavillorum iſtorum ſumma, hæc deridiculorum commentorum coronis, hic impoſturarum ac calumniarum, uſque modo effutitarum, finis, hæc elumbium refutatiuncularum Herculeorum argumentorum faſtuoſa concluſio. O mirum, ô riſu dignum ſpectaculum! videre imbellem, inermem, devictum, velut devicto hoſte triumphantem: imò hic exilit, gaudetque cavillator, ut mus in furfure, invitatque omnes, nemine dempto, ut attentâ conſiderent mente, quam maſculè adverſus validiſſima decertarit argumenta, quamque magnificè prævaleat: perſuadetque plebi ſimplici, mulierculis ac puellulis, apodicticè ſe demonſtraſſe, argumenta undequaque Catholica, valida, legitima pſeudo prædicantibus ac nugigerulis congruere, non Catholicos decere prædicatores, non fore incitamenta devotionis, at irritamenta rebellionis. O auſum præfidentem! ô noxium!

At verò ea eſt hominis inimici indoles, & zizania agro Dominico ſuperſeminare, & ſemen bonum ſuffocare, fructum, inquam, quem ex Catholica doctrina, verbique Dei prædicatione fidelis poſſet referre populus, modis omnibus impedire: ut veriſſimè dixerit Seraphicus Doctor ac Præſul purpuratus Bonaventura: *multi-* *Apol. Paup. reſp. 4. cap 3.*

 formis

formis calliditatis nequitiâ ſerpens antiquus, ſanctæ Matris Eccleſiæ partui ſemper inſidias parans, vetuſtam Pharaonis impietatem noviſſimis his diebus revocare conatur, dum per hominem quemdam Ægyptiacæ fraudis malignitate repletum adverſus Eccleſiaſticam plebem, ſuggerere ſatagit, quidquid maſculini ſexus natum fuerit in flumen projici. Quid enim eſt aliud Religioſos viriliter fidei Catholicæ dogmata propugnantes, plebem Eccleſiæ adverſus multiformis fraudulentiæ mendacia inſtruentes, ut nugigerulos ac ſeditioſos traducere, quam maſculos, fortes, inquam Eccleſiæ pugiles præfocare? Ne verò Cavillator hanc rurſum ſimilitudinem ſeu figuram exſibilet ut mirè mancam, ac lepidam, audiat mecum ſentientem

Ser. de Epiph.

Bernardum: *Si quid,* inquit, *ad ſalutem pertinens, ſi quid religioſum oritur, quicumque reſiſtit, quicumque repugnat, planè cum Ægyptiis parvulos Iſraelitici generis necare conatur, imò cum Herode naſcentem perſequitur Salvatorem.* Imitatur præterea Judæos, qui facto Theſſalonicæ ubere fructu per prædicationem Pauli, concitaverũt

Cap. 17.

adverſus eum & Silam plebem: ſic enim in actis fertur Apoſtolorum: *zelantes autem Judæi, aſſumenteſque de vulgo viros quoſdam malos, & turbâ factâ, concitaverunt civitatem: & aſſiſtentes domui Jaſonis, quærebant eos producere in populum. Et cum non inveniſſent eos, trahebant Jaſonem & quoſdam fratres ad Principes civitatis, clamantes, quoniam hi qui orbem concitant, & huc venerunt, quos ſuſcepit Jaſon, & hi omnes contra decreta Cæſaris faciunt.* Quid enim aliud factitat Cavillator, dum adverſus Religioſos concitat civitatem, commovetque plebem famoſo ſcripto eos traducendo ut ſeditioſos, & Decretorum, non Cæſaris, ſed legitimorum Eccleſiæ ſuperiorum contemptores? cum tamen non prædicent, niſi cum Paulo verbum Dei.

In eo autem quod me ut pinguis minervæ Dialectum, meaque argumenta næniarum inſtar deridet apud vulgus, Hæreſiarchæ Witcleffi legit veſtigia, à quo cavendum monens Waldenſis, ait: *Cavete quartò Chriſti fideles à fermento Phariſæorum, & doctrina quarta Lollardorum Witclef,* Tom. I. Doct. præmiſſiva 4. *ſecundùm quam jactant ſe ſacris Epiſcopis, & viris Catholicis peritiores, quos omnes in comparatione ſui nuncupant idiotas, & ſecundum abſtractionem grammaticam Witclef idiotitas, ut hac viâ cum apertè vincuntur, poſſint evadere, & in reputatione populi viles facere orthodoxos.* Cum enim nullam ſeriam reſponſionem contrà fundatiſſima argumenta valuerit excogitare, traducit argumentatorem ut rudem, lepidum næniorum architectum, imò ut inſanum, credens ſe protritum hâc viâ poſſe reſurgere ac evadere, & orthodoxum populi inſtructorem in ejuſdem reputatione vilem reddere. At loquamur cum ſapientiſſimo noſtro Waldenſi: *Stolidi ergo & rudes illi Lollardi,* Ibidem. *cupientes reputari ſe & in pretio haberi à laicis: Catholicos Eccleſiaſticos humiliant ob minoritatem ſcientiæ, quorum corrigias ſolvere non ſunt*

Digitized by Google

ſunt digni. Forſitan etiam in hanc rem facient quæ ſanctus Athanaſius de prurientibus quorundam ſui temporis ſcripſit ingeniis, tumultuoſo impetu populum adverſus Eccleſiæ defenſores concitantium: *Quæ nunc ſcribunt*, inquit, *non curâ veritatis ſcribunt, quemadmodum jam dixi, ſed ludi causâ, technarumque gratiâ id faciunt, ad impoſturam hominum, ut mittendis Epiſtolis, animos populorum circa iſta occupatos teneant. Quis igitur*, concludit, *cui maximè cura eſt veritatis, iſtos ulterius ferat? Quis eos ſcribentes non jure averſetur? Quis non damnaverit eorum audaciam? Pauci enim numero quum ſint, volunt tamen ſua præ omnibus valere, & quæ ab ipſis in angulis conflata ſunt, ac proinde ſuſpecta, rata eſſe.* Egregiè ſanè hæc Athanaſius: an verò quadrent Cavillatori huic, ludi, technarumque gratia Catholicam explodentem doctrinam, ſuoſque lepores ac inania cavilla in angulis conflata, velut ſybillina oracula venditanti ac ebuccinanti? Judicent ſerii, germanique rerum arbitri.

Diſp. 1. contra Arian.

Et hæc quidem abundantiſſimè ſufficere exiſtimo, tum ut hactenus adducta pro Triumpho Agni Euchariſtici argumenta (plurima enim alia adjiciam poſtmodum) adverſus omnes Cavillatoris conatus conſiſtant immota ac inconcuſſa, imò firmiora, ut vento agitata quercus; tum ut fidelis plebs ipſius videat, declinetque detectos laqueos: attamen nondum acquieſcit Cavillator (&c. cui cedat, cuive acquieſcat argutiis ſuis vallata reformandi libido:) inſolitæ me arguit audaciæ, ſanctorumque virorum contemptus, omni me calumniatur Eccleſiaſticâ deſtitutum authoritate. At incus non metuit ſtrepitus, flocci facimus, Cavillator, univerſa tua convitia, ſannas, cenſuras, quibus nec verbum æſtimaſſem reſpondendum, cum prudenti cuilibet meræ bullatæ ſint nugæ: at aliud exegit charitas, aliud poſtulavit imperitæ Catholicæ plebis neceſſitas. Adſis igitur, rem aggrediar: *Si falſa dicimus*, infamia, impudenter audacia, ſeditioſa, Catholicis Prælatis injurioſa, *infamis ſit ſermo maledicus, ſi verò univerſa hæc manifeſta eſſe oſtendimus, non ſumus extra Apoſtolicam libertatem & modeſtiam.* Non petulantia eſt, non audacia; at gravitas, at conſtantia, plebem inſtruere, errores corrigere, hæreſes convincere; hoc præſtiti, non plebem concitavi, niſi adverſus Eccleſiæ perturbatores, non Sanctorum virorum impetivi ordinationes, at hæreditatem majorum à Matre Eccleſia nobis traditam adverſus invaſores raptoreſque defendi; nihilominus apud hujus ſortis hominem audio audax rebellis, rebelliumque fautor, cum ipſe à plantis ad verticem hiſce ſordeat criminibus. Videntur igitur mihi homines iſtiuſmodi, (quales & noſtro Illuſtriſſimo Suffraganeo Colonienſi Billichio viſi ſunt) ſimiles prædonibus, de quibus *Prima parte hujus Clypei*, pacatam aliquam civitatem

S. Hilarius

Lib. prolu- ditio univerſ. Colonien. cont. hæreticos.

Digitized by Google

rapinæ cauſa invadentibus, qui, (ubi cives pro ſui defenſione ad arma concurrerint) culpent non ſe, ſed cives, querantur ſibi vim inferri, cum ipſi inferant, cives eſſe pacis impatientes, cum ipſi iniquum inferant bellum: cives offendere, cum ipſi inſiliant, pacatoſque perturbent ac invadant: cives quærere ſpolia, cum ipſi prædatum venerint: cum cives ad arma neceſſitas, hoſtes libido impulerit ac rapacitas. Non aliter profectò genus iſtud Scriptorum facit, lædunt, & ſe lædi ſine cauſa, queruntur: invadunt, maledicunt, conviciantur, criminantur, atque ubi repelluntur, queruntur ſe peti, ſe invadi: cum nos ad veritatis defenſionem charitas & plebis Catholicæ neceſſitas, illos ad impugnandum ſola exſtimularet libido. Queritur quoque de hujuſmodi famæ ſuæ invaſore magnus Pater Baſilius: *Quod verò*, ait, *ille de quo ſcripſiſti, qui nuper vitam Chriſtianorum tantoperè inſpicere contendebat, denique nihil authoritatis ex eo ſperabat ſi me contereret, & quæ non audivit aſſerit, & quæ non intellexit diſputat: nihil eſt quod mireris. Quin hoc admiratu dignum & paradoxon fuerit, quod ad iſta auditores habet germaniſſimos mihi eorum qui apud vos ſunt fratres: & non ſolum auditores ſed &, ut apparet, diſcipulos quoque. Quamquam & præſertim paradoxon cum ſit, quod talis docendi munus uſurpat, & quod tales auditores illum ſuſtinent, quodque ego convellor, diſcerpor: verumtamen ipſa temporum iſtorum cataſtrophe nos ita inſtituit, ut nihil eorum quæ accidunt moleſtè feramus. Jam olim enim ignominioſiora nobis, promerentibus ita peccatis noſtris accidere conſueverunt.* Juſtiſſima planè, noſtrique temporis ſubverſioni congruentiſſima querela, per omnia quadrans in Cavillatorem meum, qui tam amplam docendi, vitam Chriſtianorum inſpiciendi ac reprehendendi ſumit libertatem: à diſcipulatu autem ejus hac inſtructione, dolique ipſius detectione, fidei avitæ tenaces confido avocandos.

Epiſt. 33.

Imponis ad hæc plebi, me *omni Eccleſiaſticâ deſtitutum authoritate*, verum quî hoc tibi potuerit venire in mentem, prorſus ignoro, niſi aut te excæcaverit ſtudium populum ſeducendi, volens eidem perſuadere, ut doctrinam noſtram nec revereantur, nec credant, veluti traditam ab intruſis in docendi munus, abſque omni legitima poteſtate, aut amiſeris ſenſum ſtudio contradicendi, ac detrahendi: an ignoras, aut certè non curas, me eſſe membrum Ordinis Religioſorum Mendicantium, non ab uno Epiſcopo repertum idoneum ad prædicandum verbum Dei? adeoque me gaudere poteſtate mihi conceſſa ac delegata à ſede Apoſtolica? Si verò ad legitimè docendum ordinariam requiras authoritatem, & in Vicarium Chriſti, & in Religioſos ab eo per orbem ad prædicandum miſſos, & in Epiſcopos qui eos acceptarunt ac approbarunt exiſtis injurius, & populum à frequentibus ac ſaluberrimis eorum concionibus, aliiſque inſtructionibus doloſè moliris avertere: at hic Novatorum ſcopus. Verùm indica tu nobis, unde

unde tibi tam illimitatam arroges, uſurpeſque authoritatem, ut & Religioſorum exemptiones, toties à ſummis Romanis Pontificibus ſancitas, tot ſæculorum tractu firmatas, eorum prædicandi, taliterque docendi authoritatem, haud minus fixam, auſus ſis carpere, imò arietare? Unde tibi conceſſum aut commiſſum Epiſcoporum à Capite Eccleſiæ Romano Pontificè machinari independentiam? à quo miſſus, ut Eccleſiam in capitalibus punctis Christi Vicario reſervatis præſumas reformare? Si gaudeas miſſione ordinaria, eā exhibe, quid latebras quæritas, ſi lucerna ſis ſuprà candelabrum poſita? Si via miſſus ſis extraordinaria, miracula perpetra. Cum igitur neque ordinaria, neque extraordinaria proviſus ſis miſſione, univerſa tua molimina, dogmata, omnes tuas reformationes, velut Pſeudo-Apoſtolorum ſpernimus impoſturas, præſumptiones, temeritates, ac inconceſſæ authoritatis uſurpationes: *Medice cura teipſum.* *Numquid omnes Apoſtoli? Quomodo verò prædicabunt niſi mittantur?* Audis? in quo iniquè me judicas, te jure condemnas.

Luc 4. *1. Corint. 12.*

Quod ſubinde meas figuras ac ſimilitudines rurſum calumnieris mirè mancas, ſuper hoc non ſemel es edoctus: quod novas aſſeris, aut commentum eſt, nam *neque ipſi*, cum Baſilio loquor, *mentis noſtræ fœtus aliis obtrudere audemus: ne humana putentur pietatis verba, ſed quæ à ſanctis Patribus edocti ſumus, ea rogantibus nos annuntiamus.* Aut ad rem impertinens, non enim omnia quæ nova, noxia: demus igitur, me primum quas aſſumpſi figuras in præfixum mihi adhibuiſſe ſcopum, videlicet ut plebi Catholicæ iis exponerem Sanctorum avitum cultum, eumque nequaquam honori Christi derogare, oſtenderem; ideone ut meræ confictæ fabulæ forent exſibilandæ? Crediderit hoc ille, qui cuncta, quæ aliquando fuère nova, putet commenta: ille hoc aſſerat, qui neſcit allegoricum Sacræ Scripturæ ſenſum, & maximè accommodatitium, liberum eſſe juxta Hieronymum, Gregorium, Originem, & alios, dummodo ille ſanæ Catholicæ doctrinæ non adverſetur: is novas ſcripturarum accommodationes damnet fictionis, qui innumeras quibus Sanctorum Patrum plena ſunt volumina, incuſet allegoriarum, tropologiarum, aliarumque figurarum, aliquando novas, ipſiſque proprias, explicationes, quarum plures forſan poſſent videri minus appoſitæ, iis, quibus pro meis uſus ſum argumentis: exemplum unum ex mille ſit, Davidis Regis adulterium, quod ſanctus Auguſtinus, teſte Cornelio, docet fuiſſe typum amoris Christi in Eccleſiam, ſecutus ſanctum Ambroſium in Apologia pro Davide.

Epiſt. 60. *In proœm. Geneſ.*

Patrum, pro more, nos tueamur authoritate, ac ex eis inſtruamus Cavillatorem, quàm ſit commendabile novos ex agro Scripturarum eruere theſauros. *Patet*

Epiſt. 65.

Digitized by Google

tet, ait Caſſiodorus, *omnibus veritas; nondum eſt tota occupata, omnibus prima eſt; non fit minor in tempore: non diſtrahitur à multitudine: non excludit venientes; multum ex illa poſteris relictum eſt.* Luculentius Rupertus apud Mendo: *Nimium*, inquit, *Sanctarum ſpecioſus ager Scripturarum omnibus Chriſti Confeſſoribus communis eſt, & tractandi illas nulli iure negari poteſt licentia, dummodò ſalvâ fide, quæ ſentit, dicat, atque ſcribat. Quis námque rectè indignetur, eò quòd in eadem poſſeſſione poſt unum aut duos puteos quos foderunt Patres præcedentes, plures proprio fodiant labore filii ſuccedentes? ita iuxta hanc regulam nobis quoque concedant, poſt illos puteos, quos foderunt, poſt illos tractatus quos tractaverunt Patres & Priores noſtri, & alios nos fodere puteos proprii vomere ingenii, dummodò vivam & nos aquam reperire poſſimus.* Non ergò improbant Sancti Patres proprii ingenii induſtriâ, nova ex inexhauribili Scripturarum theſauro eruere, proferre, atque per ea ad Catholicas veritates, veluti per novos detectos tramites, imperitos deducere, uti meis præſtiti figuris, verum plurimum commendant ac exhortantur. Undè figuræ meæ, quamvis à nemine umquam ad hanc de cultu Sanctorum probandam veritatem forent adhibitæ, illo titulo veluti inania figmenta, ſeditioníſque fomenta, non erant coram vulgo irridenda. Sed enim tantæ licentiæ, audaciæque cauſam, ad illum, qui malorum omnium & author & fautor nequiſſimus eſt ſatanas, referre ſanè oportet: ille quippè, cùm ſit tùm divinæ veritatis, tùm humanæ ſalutis infeſtiſſimus ſemper hoſtis, ferre non poteſt tantam bonarum frugum copiam ex Verbi divini ſemine colligi, & in Chriſti horrea reportari. Pergit ergò veterator pro veteri more ſuo, optimis ac ſaluberrimis documentis fictæ novitatis maculam inſpergere, ac impermiſtum ſemen, adulterinorum zizaniorum nomine extirpare: nec ſinit Evangelicis Scribis de theſauris Scripturarum nova & vetera proferentibus inſidiari. Ad hoc autem exequendum, non ſolùm ipſe angeli lucis perſonam induit, ſed Miniſtros etiam familiares & commodos ſibi adſciſcit, qui nimirum quò tectius, eò pernicioſius ſpargant zizania, herbaſque planè noxias, & exitiales fructus in ſalutiferum agrum Chriſti inducant, ſe in Chriſti ſervos, ſinceræque veritatis præcones transformant, quíque cum aliorum ſalutaria dogmata novorum figmentorum prætextu exſibilent, ipſi non niſi noxias novitates inducunt; quorum diſſoluta ingenia deſcribens Sanctus Irenæus, inquit: *Quotidie adinvenit unuſquiſque eorum, quemadmodum poteſt, aliquid novi: perfectus enim nemo, niſi qui maxima mendacia fructificaverit.* Quorum falſas novitates Sanctus redarguit Auguſtinus: *Mira ſunt quæ dicitis, falſa ſunt quæ dicitis: mira ſtupemus, nova cavemus, falſa convincimus.* Hæc eſt, ut melleus eam deſcribit Bernardus: *Contra Eccleſiæ ritum præſumpta novitas, Mater temeritatis, Soror ſuperſtitionis, filia levitatis.*

Stater. diſſert. 13. quæſt 23.

Lib. 1. c. 15

Lib. 3 contrà Iulian. cap. 3.

tatis. Hic jam benè tibi, Cavillator ignote, eſt conſiderandum, an non teipſum condemnes, in quo me temerè judicas? juvabo te, téque tibi hac via miſerè nocere eo tibi tuis machinationibus demonſtratum: docilis ſis, & fructum feres. Dicis me ſimilitudines ac figuras, juxtà familiariſſimam Catholicorum Doctorum praxim explicatas & accommodatas, in eum adhibuiſſe finem, in quem nemo mortalium illas ordinaverit; quod telum cum fruſtrà in me vibraveris, dirè te ipſum eo confodis, dum media parcè Chriſtiana, in eum uſurpas finem, in quem nemo prudens ea umquam poſſit adhibere. Quis enim in hoc mundo Catholicorum ad Sanctorum cultum, ut Chriſto injurium reformandum, quòd tu præſumis, umquam in plebem emiſit, mulierculis puellulíſque diſcendum, docendúmque obtruſit libellulum non baptizatum, incenſuratum, cui vel typographi puduerit apponere nomen? Quis umquam Catholicus eum in finem diffamavit Religioſos, tamquam Epiſcoporum contemptores, Sanctorum Prælatorum Eccleſiæ Ordinationum, velut fidelium ſeductorum, traductores, ut rebelles ac ſeditioſos? quis exploſit doctrinam per omnia Catholicam, ut procaciter audacem, confictam, inſaniſſimam, Catholico Prædicatore indignam, nugis, næniíſque confertam? quis hujus gratiâ, niſi Hagiomachi, calumniatus eſt coram vulgo, femellis ac puellis de avaritiæ ac Phariſaicæ oſtentationis crimine, Eccleſiarum Rectores, Chriſtianæ pietatis authores ac promotores? quis ea de cauſa Sacram fidelium devotionem, ut ex ſenſuali affectu, ac Judaico ſpiritu pullulantem condemnavit? cui umquam etiam venit in mentem, Sanctos ſeparare à Chriſto, ut honor ac reverentia erga eum ſerventur illæſa, quaſi quis vellet Regem privare aula, corona, regno, aulicis ac Miniſtris, ut ſolus ac deſpoliatus amplius revereretur ac honoraretur? quis cogitaſſet umquam, ſeparationem Sacrarum imaginum ab Agno Euchariſtico fore medium, fidelibus altius imprimendi, quanta ei fiat injuria, dum in Proceſſionibus imagines aut mancipia Veneris ſalutantur majori attentione, quàm Chriſtus ipſe? ut interim omittam fictiones conſimiles planè paradoxas, ac heterodoxas, quas nullus prudens, germanóq; Catholicus probabit umquam, multo verò minus ad tuum adhibebit finem. Peccas ergò, & mediorum electione, & finis intentioné: tolle igitur prius trabem de oculo tuo, quàm fingas trabem in oculo fratris tui. Si porrò dubites, quò ea loci effutieris, interroga me, & reſpōdebo tibi.

Digitized by Google

CAPUT XXX.

Diſſolvit Cavillum, quo quatuor vindicatis argumentis adſuuntur ſequelæ non ſequentes.

Prima adſuta ſequela.

SI prædicta argumenta ſufficiant ad ſpernendum mandata ſuorum Superiorum, merito proſcribetur obedientia à cunctis Monaſteriis & communitatibus: rarò enim inibi mandatum aliquod invenietur, contra quod hujuſmodi calvæ ratiunculæ adinveniri non poſſent.

RESPONSIO.

Rurſum mihi intentatam rebellionis ſeditioniſque inſtauras calumniam, ac imponis plebi, præfixum meorum argumentorum fuiſſe ſcopum fideles excitare ad rebellionem, ſeu ad ſuorum Superiorum ſpernendum mandatum: at hæc ſolita tua eſt cantilena, ſolitum tuum purum putum, commentum, plebis ſeducendæ gratia callidè adinventum. Quid? plebem docere, exhortari, obſecrare, ut evitet, fugiat, imò execretur ter damnatos Inonoclaſtas ut ſeductores, ut ſatanæ Miniſtros, lupóſque perſonatos, hoccinè eſt populum ad ſui Superioris ſpernendum mandatum commovere? ei hoc videatur, cui omnis Superioritatis contemptores, ac Eccleſiæ irriſores ſunt Superiores. Non igitur ſufficiunt *rationes* meæ & argumenta ad legitimorum ſuorum Superiorum ſpernendum mandata; at inducunt ad promptè, fortitérque parendum cuilibet Superiori mandanti, ut debet, Sanctorum cultum adverſus Hagiomachos ſtrenuè propugnare. Nullum proindè hinc periculum pro ſcriptionis obedientiæ à cunctis Monaſteris ac communitatibus, niſi (quòd avertat Deus) conderent Superiores earum hujuſmodi mandata, qualia à blaſphemis cuduntur Hagiomachis, & à me hactenus Catholico zelo fuêre inſectata: túmque audiendus foret Princeps Apoſtolorum, qui Principi Sacerdotum iniqua præcipienti conſtanter reſpondit: *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.* *Act. 5.*

Secunda adſuta ſequela.

Non videt argumentator iſte, quòd taliter ſua argumenta proponendo, Sanctum Carolum Borromæum faciat populi ſeductorem, qui etiam prohibuit ſculptilia in ſua Diœceſi in Proceſſionibus circumferri, addens: eam fore

fore conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, ac antiquum Catholicæ Religionis uſum? Non videt ſimiliter quod faciat ſeductorem Clementem X. modernum Romanum Pontificem: qui anno 1630. idem in ſua ordinavit Diœceſi? & præter iſtos tam multos adhuc inſignes Epiſcopos, qui idipſum in ſuis præceperunt Synodis.

RESPONSIO.

Apol paup. Eja, eja manet te calumniatorum palana: verificata eſt in te Doctoris Seraphici ſententia: *Sane quia detractionis vitium excæcationem inducit, Gregorio in Regiſtro dicente: quid aliud detrahentes faciunt, niſi quod in pulverem ſufflant, atque in oculos ſuos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant; inde perverſi hujus dogmatis cultor ſemper dum ſcribit, in pejus proficit.* Et alia Sancti Proſperi ad objectionem novam Vincentianam, criminationes ſemel, iterùm, & tertiò dictas, iterantem: *Nec hujus definitionis inſania aliud ſonat, quàm gemina objectio prælocuta eſt, unde mirandum eſt, objiciendum tertio repetiſſe, quòd ſemel dixiſſe ſuffecerat. Sed ut res eſt, numerum criminationum augere voluit, quia ſenſum variare non potuit.* Ad nauſeam enim hinc cramben recoquis, me tertiò, quintò, ac ſæpiùs, traducendo ut ſeditioſum, Superiorúmque Eccleſiæ impudentem calumniatorem: At quid Lib. de zelo & livore miramur? *Zelo excæcante,* ait Sanctus Martyr Cyprianus, *ſenſus noſtros, atque in ditionem ſuam mentis arcana redigente, Dei timor ſpernitur, magiſterium Chriſti negligitur, judicii dies non providetur. Inflat ſuperbia, exacerbat ſævitia perfidia prævaricatur, impatientia concutit, furit diſcordia, ira fervescit, nec ſe jam poteſt cohibere, vel regere, qui factus eſt poteſtatis alienæ. Hinc Dominicæ pacis vinculum rumpitur, hinc charitas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas, unitas ſcinditur, ad hæreſes atque ad ſchiſmata proſilitur,* dum invidi malunt veritatem abnegare, quàm invitis, veritatem docentibus, conſentire. Illa *eſt prima,* Lib. adverſus Ruſin. & ultima, *accuſationis pars* (ait Hieronymus æmuli ſui Theoninos dentes obtundens) *quâ nos mordere niteris, me hominem maledicum, omnium detractorem. Det unum cujus in opuſculis meis,* aut ego (in argumentis meis) *nomen taxaverim: quid ex impatientia reſpondendi, oſtendit ſe eſſe qui petitur.* Sanè declaras ſatis, te fore, quem petunt pro Sanctis formata argumenta, non enim adeo te reperi affectum Sanctorum Epiſcoporum defendendæ authoritati, & nominatim Sanctiſſimi Epiſcopi Epiſcoporum ſummi Romani Pontificis, ut pro eis ſubires certamen; at cum tibi malè perſuaſeris Sanctos Epiſcopos te poſſe in tuam contra Sanctos detorto collo trahere partem, hinc eorum ſuſcipis cauſam, licet minimè lædantur, quos aliàs non definis inſectari, atque ita callidâ machinatione per Sanctos Epiſcopos impugnas Sanctos omnes. Epiſt. 80. *Ego vero dic quæſo,* (purgo me cum Magno ac Sancto Baſilio, item ut Sancti Epiſcopi contemptore ab æmulis ſuis diffamato)

Digitized by Google

famato) *Beatiſſimum Dianeum anathematizavi*? Et egone Clementem X. Sanctiſſimum Papam, Sanctum Carolum Borromæum, alioſne Sanctos Archiepiſcopos aut Epiſcopos velut hæreticos populique ſeductores traduxi? egone, quod vix in deſperatum cadat hæreticum, tam horrendum patravi ſcelus? (*Hoc enim de nobis accuſandi gratia praduaverunt*) *ubi? aut quando? coram quibus? quo prætextu? O impudentiam hominum nihil non temere loquentium! ô contemptum judiciorum Dei!* ô crudelis, monſtroſæ invidiæ inaudita calumnia! cuinam enim in mentem veniat, populo Catholico velle perſuadere, virum Religioſum, argumentis ex propoſito in Iconoclaſtas declamatis, Sanctiſſimos Epiſcopos, ipſúmque Eccleſiæ Caput, ut populi ſeductores fuiſſe calumniatum? *Donec rationis compos fui, nihil tale à me factum eſſe novi, nec unquam tale volui..... Si verò quiſquam eſt, qui nobis dicat infandam quamdam blaſphemiam cognitam eſſe, non in occulto doloſè murmuret, ſed apertè & in faciem noſtram coram conſtitutus cum fiducia nos convincat.* Igitur detractionis vitium excæcationem parit, ſi enim hoc morbo non laboraret Cavillator, vidiſſet utique, me taliter mea propoſuiſſe argumenta, ut iis non niſi apertos Iconoclaſtas Hagiomachóque judicari poſſim impugnaſſe: at populum ædificare, inſtruere, docere, teſtimoniis Sacrarum litterarum, Patrum, ac Oecumenicorum Conciliorum authoritatibus, Iconoclaſtarum hæreſim diſſuadere, convincere, ac pro merito ſpernere, ſtat homini huic pro, Sanctos Epiſcopos, ipſúmque Chriſti Vicarium, ut populi ſeductores traducere. Audiat igitur denuò Sanctum Cyprianum: *Viderint qui vel furori ſuo, vel libidini ſervientes, & divinæ legis ac Sanctitatis immemores, jactitare interim geſtiunt quæ probare non poſſunt: & cùm innocentiam deſtruere atque expugnare non valent, ſatis habent famâ mendaci, & falſo rumore maculas inſpergere.* Epiſt. 42. Numquid hæc majori tibi notanda charactare? judicetur. *Ita quippè veritas quærenda eſt*: ait Hugo Etherianus: *quaſi Deus præſens ſit: ſi Deum hìc præſentem habuiſſet, nequaquam tot convitia profudiſſet. Nullus enim præſente Domino ſuo impudenter agit, proprii Domini honorem contemnens.* Lib. 2. de hæreſ. c. 19 Cum verò legem hanc non ſervet Cavillator, peccat in eam legem Imp. Valentin. Valent. *Ne in licentiam convitiandi, & maledicendi temeritatem prorumpant; agant quod cauſa deſiderat, temperent ſe ab injuria; nam ſi quis adeò procax fuerit, ut non ratione, ſed probris putet eſſe certandum, opinionis ſuæ diminutionem patietur.* Lib. 6. c. de poſtul. Quænam porrò liberior aſſumi poſſet convitiandi licentia, illâ, quam ſibi arrogat Cavillator? quis penè queat in indiſcretiorem prorumpere temeritatem? quis validius certet probris, quàm qui Religioſis fidiſſimis Vicarii Chriſti Miniſtris affingat, quòd ipſum velut populi ſeductorem traducant, qui unicus ſupremus populi Chriſtiani eſt Ductor,

Digitized by Google

ctor, & Paſtor? O inauditæ calumniæ prodigium! diminutione proindè, proſcriptionéque digniſſimum, ſi non ſeveriore ſententiâ.

At verò quia animus mihi eſt, nedum argumenta à Cavillatoris calumniis vindicare, ſed maximè avitum Sanctorum cultum directè propugnare; denuò laqueos quos ſtruxit pedibus imperitæ plebis, pandamus. Pro virili ergo, ut debui, avitum propugnavi Sanctorum cultum, non ſolum quoad accidentalia ac arbitraria quædam, verùm & maximè fundamenta ac ſubſtantiam adverſus inſolentes Hagiomachorum blaſphemias: Nota ſubſumptionem: Atqui Cavillator omni aſſeverat conatu, Doctrinam meam adverſari Sancto Carolo Borromæo, moderno Romano Pontifici, aliiſque inſignibus Epiſcopis: Conſequens igitur eſt, ex Logica Cavillatoris, Sanctum Carolum Borromæum, cæteróſque illos Eccleſiæ Præſules fore Iconomachos; quomodo enim aliàs à me forent impugnati, argumentis ab Eccleſia, Sanctíſque Patribus in Hagiomachos unicè directis. Reponet fortè, ſed in vanum, me feciſſe ſeductores populi Eccleſiæ Præſules qui decreverunt Imagines Sanctorum non debere circumferri proceſſionaliter cum Venerabili Sacramento, ut præfatos aſſerit ordinaſſe Prælatos Eccleſiæ: At, dixi, vana evaſio: nec enim ego doceo imagines debere circumferri cum Sacramento Venerabili, nec Sancti Epiſcopi docuerunt non poſſe univerſaliter circumferri; at aſſero, firmitérque teneo, piè laudabilitérque Sanctos coli cum Chriſto, atque cum eo in proceſſionibus circumferri: quæ cum Catholica ſit doctrina, & Cavillator Sanctos Epiſcopos cogat ſentire contrarium, facit ipſos Iconomachos, ut eſt manifeſtum. Cùm autem plurimi inſigniſſimi Archiepiſcopi ac Epiſcopi, Sanctorum imagines cum Venerabili Sacramento decreverint circumferendas in proceſſionibus: dum ego doceo eorumdem Epiſcoporum ſubditos, ipſos hoc ſanctè ſanciviſſe, non inſignes, Sanctóſque Epiſcopos facio populi ſeductores, ſed plurimorum inſigniorum (utinam ſuperſtitum) Epiſcoporum propugno Decreta adverſus Iconoclaſtarum blaſphemias, unáque demonſtro eorum ſubditis, ſanctos fore, maximéque commendabiles, Sanctorum ſuorum Epiſcoporum uſus, praxes ac conſuetudines, quibus ipſimet in ſuis Diœceſibus, propriis manibus, in proceſſionibus circumtulerunt Sanctiſſimum Sacramentum, comitibus Agni Euchariſtici aulicis in ſuis imaginibus, ipſo ſummo Romano Pontifice conſentiente.

Quoniam verò Cavillator jactitat apud vulgus, Sanctum Carolum Borromæum ſuæ præcipuè favere cauſæ, attentius Sancti Archiepiſcopi mentem perveſtigemus. Imprimis certum eſt, atque perſpicuum, adverſarium graviter hallucinari, cùm plebis deceptione, ac Sancti Caroli injuria, generali-

Digitized by Google

ter dicendo, Sanctum Carolum prohibuiſſe in ſua Diœceſi ſculptas imagines circumferri in proceſſionibus, quaſi ea foret Sacræ Romanæ Eccleſiæ conſuetudo, ac antiquus Religionis Catholicæ uſus: variis ſiquidem locis præſcribit Sanctus Carolus normam ac ordinem imagines ornandi; ac circumferendi in proceſſionibus, earúmque commendat uſum. Subdolè ergò molitur adverſarius, pro more, populum Catholicum authoritate Sancti Caroli à Sacrarum imaginum cultu revocare. Præcipit quidem Sanctus Archiepiſcopus, ut Feſto Corporis Chriſti, ipſum ſolum Sanctiſſimum Sacramentum in ſolemni illa proceſſione deferatur, hæc ipſius ſunt verba: *In ſolemni proceſſione, in qua Sanctiſſimum Domini corpus per urbem Religioſo cultu defertur, nè Reliquiæ ullæ, ſed illud ſolum, ut veteris inſtituti, Eccleſiæ Romanæ Matris conſuetudinis eſt, pio, religioſoque apparatu, ſolemnique celebritate feratur.* Verùm quid hinc Cavillator adverſum me queat concludere, penitus ignoro, cùm nequaquam mens mea ſit, imagines in omnibus proceſſionibus cum Venerabili fore deferendas, ſed ſecundùm cujúſque Diœceſis conſuetudinem, ſecundùm quàm nec apud nos in ſolemni illa Corporis Chriſti proceſſione fieri ſolitâ infrà Octavam Feſti ejuſdem, Sanctiſſimum Sacramentum cum Sanctorum imaginibus circumfertur. Docet autem non ſemel Sanctus Carolus conſuetudines, etiam particulares, accuratè eſſe obſervandas; loquens enim de proceſſionibus, quæ fiunt pro gratiarum actione, ac calamitatibus, ſic inquit: *quibus proceſſionibus agendis, etiam certas Eccleſias pro Eccleſia ſuæ* CONSUETUDINE, *ac pro populi commiſſi pietate Epiſcopus ſtatuet.* Inſuper: *Interea verò* MOS ET USUS *Metropolitanæ Eccleſiæ hoc in genere* (de proceſſionibus agendis) *ſervetur.* Item alio loco: *Pias tamen & laudabiles* CONSUETUDINES, *ut primo Concilio Provinciali juſſum eſt, in hoc etiam Epiſcopus ſervari jubebit.* Viden, quàm nolit Sanctus hîc Archiepiſcopus per ſua Decreta antiquis derogari conſuetudinibus piíſque uſibus? quid igitur commoves plebem, eidem perſuadens, Sanctum Carolum univerſim imagines ſculptas è proceſſionibus proſcripſiſſe? proſcripſerit etiam ſculptilia omnia, quid refert, imago cum Venerabili Sacramento circumlata ſculpta ſit an picta? Quid etiam imponis plebi contra mentem Sancti Caroli, in Belgio debere ſervari conſuetudines & Decreta quæ Sanctus Carolus pro ſua Diœceſi condidit in Italia? Benè vides, ſi tantillum ſapias, illa eſſe valdè longè quæſita. Si conſideraſſes quæ Januario ſcribit Sanctus Auguſtinus ſuper quæſtione, *quid agendum ſit in iis, in quibus Regionum aut Eccleſiarum conſuetudines variant, & in quibus conſentiunt?* non te fatigaſſes ex Italia pro Belgis Decreta aut conſuetudines advocando. *Sit,* inquit S. Doctor, *aliquis peregrinus in eo fortè loco ubi perſeverantes in obſervatione Quadrageſimæ, nec quinta Sabbati lavant*

Tit. de imagin. Tit de proceſſ.

Tit de SS. Sacram. proceſſ. deferendo.

Tit de proceſſ. & ſupplicat.

Tit. de ſun.

vant

Digitized by Google

vant relaxántque jejunium. Non, inquit, hodie jejunabo. Quæritur cauſa, quia non ſit, inquit, in patria mea. Quid aliud ille niſi conſuetudinem ſuam conſuetudini alterius præponere conatur? Non enim mihi de libro Dei hæc recitaturus eſt, aut univerſa quacúmque dilatatur Eccleſia plena voce certabit, aut oſtendet iſtum contra fidem facere, ſe autem ſecundùm fidem, moréſque hinc optimos aut illum violare, aut ſe cuſtodire convincet. Violant ſanè quietem & pacem ſuam de ſuperflua quæſtione rixando. Mallem tamen in rebus hujuſmodi, ut & ille in hujus, & hic in illius Patria ab eo quòd cæteri faciunt non abhorreret. Si verò etiam in aliena patria cum peregrinetur, ubi major & frequentior eſt populus Dei, vidit, verbi gratia, bis offerri quintæ ſabbati hebdomadæ ultimæ Quadrageſimæ: & mane & ad veſperam, veniénſque in Patriam ſuam, ubi fine diei mos eſt offerri, malè illicitéque fieri contendat, quoniam alibi aliter ipſe viderit, puerilis eſt ſenſus ille, cavendus à nobis, tolerandus & corrigendus in noſtris. Si huic Magiſtro docili ſtuduiſſes genio ac ingenio, ſi hanc ipſius memoriæ mandaſſes lectionem, ſciviſſes diverſas Regiones ac Provincias, diverſas laudabiliter ſervare conſuetudines: neque has aliis, nec alias his leviter fore præferendas: neque pacem & quietem de ſuperflua quæſtione rixando perturbaſſes: nec contendiſſes etiam, malè hic circumferri imagines Sanctorum cum Venerabili Sacramento, quoniam in Italia, vel alibi aliter fieri videris aut audieris, *puerilis eſt ſenſus ille*, inquit Auguſtinus, & meritò: ſi enim aliæ ſint circumſtantiæ in Italia, aliæ in Belgio, ſi Belgæ permiſti, viciníque hæreticis Iconomachis, ſi Itali ab hac peſte liberi ac remoti, ſi tanto intervallo Belgium diſtet ab Italia, quidni diverſas quoque Belgium & Italia ſervent conſuetudines? ſumma profectò ſemper fuit in Eccleſia conſuetudinum, etiam particularium, æſtimatio ac reverentia: hinc in Concilio Niceno frequens ea vox eſt: *ſervetur antiqua conſuetudo.* Et in Concilio Epheſino decernitur: *Sanctis Canonibus, & externis legibus, quæ veterem conſuetudinem, nunc vim legis habent, nihil innovandum in Europæ civitatibus, ſed juxta veterem conſuetudinem gubernentur ab Epiſcopis.* Ad hæc, licet eſſet contra generales Eccleſiæ Canones, creari Primates ſine ſede Metropolitana, in Provinciis Affricanis tamen Sanctus Gregorius Magnus *immotam permanere conceſſit conſuetudinem, quod contra fidem Catholicam nihil uſurparet.* Sanctus quoque Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis ſcribit, ob varias variarum gentium ſub una fide conſuetudines, Eccleſiam fore quaſi Reginam circumamictam varietatibus, *ideóque nullam illarum eſſe temerariæ cavillationis* (nota Cavillator) *dente rodendam.* Denique Concilium Conſtantinopolitanum definit: *Eccleſias autem Dei quæ ſunt in Barbaricis gentibus conſtitutas regere atq; adminiſtrare oportet ſecundùm conſuetudinem, quæ à patribus obtinuiſſe dignoſcitur.* Et quid fructus adfert frequens legum conſuetudinúmque mutatio?

Decret. de Eccleſ. Europ.

Lib. 1. epiſt. 75.

Epiſt. 118.

Can. 2.

Digitized by Google

Eclog. 10. tatio? legum conſuetudinumq; utiliſſimarum contemptum, ac communitatum turbationem; ut egregiè cecinit noſter Chriſtianus Virgilius Mantuanus:

Qui veteres audent ritus mutare, ſuoque
Arbitrio & nullis ducunt ſub legibus ævum,
Hi ſunt, ô Myrmix, qui bella domeſtica gignunt
De veteri ritu, de conſuetudine Patrũ
Rixa agitur vobis? Leges moreſque parentum
Batrache dic.

Summa quippe poſtulat ratio, ut pias à majoribus traditas conſuetudines, ac à plurimis iiſque ſanctis ac ſapientiſſimis Eccleſiarum obſervatas Prælatis, inviolatas, invariataſque cuſtodiamus: ne noſtrâ inconſtantiâ in Religionis cultu, aperiamus ora loquentium iniqua: uti ex nunc protervè incipiunt nos calumniari Hagiomach vicini, quaſi errore noſtro in ſacrarum imaginum cultu deprehenſo, ipſorum iconomachiæ incipiamus appropinquare ac conſentire: cernite hujus veritatis teſtimonium luculentũ at non ſine ſuſpiriis ex intimis cordium tractis meditullis, ô fideles Chriſtiparæ zelatores, hagiomachi enim Hollandi libellum illum, jam pridem in publicum prodire compulſum, cui titulus, minimè debitus: ***Monita ſalutaria B. V. Mariæ ad cultores ſuos indiſcretos***: judicantes Hagiomachiæ in animis ſeductæ plebis confirmandæ oppurtuniſſimum, eum in vernaculam linguam translatum (textui latino Monitoris è vicino reſpondente translatione Batavica) novo honorarunt prælo: in hujus lectione translator hæreticus, velut ditiſſimo invento theſauro, exorbitante planè exultat gaudio: cernite geſtientem: *Hinc*, vociferatur, *legens libellum, taliter in eo mihi complacui, ut mihi inciderit cogitatio, Deum regnum tenebrarum facile traditurum interitui, his & ſimilibus caſibus, quibus Deus in ipſo Papatu aliqua excitat corda, quæ nunc incipit pudere craſſorum ac multiplicium errorum & ſuperſtitionum: imò qui à propria convicti conſcientia, non verentur eoſdem efficacibus rationibus atque expreſſionibus convincere; quales in hoc libello, inter alios, inveniuntur. Ita ut, ſicut Eccleſiæ Chriſtianæ ruinâ è medio ipſius à ſuis cauſata eſt Doctoribus, cogitem, quod Deus, illius reſtaurationem maximè per ejuſdem cauſabit membra, prout de facto, qui reformationem antehac inceperunt ex ipſo Papatu ſunt excitati.* Hic Monitorum inſalutarium, hic infauſtæ piarum conſuetudinum abrogationis fructus; tales parit effectus, cæca prætenſorum abuſuum ambitio. Audi igitur monitor, & quotquot eſtis præcoces præcipiteſque Reformatores, exhortantem matrem veſtram, cujus dilaceratis viſcera, in ſeptima univerſali Concilio: *ut ſine ſcandalo, & ſine* *Act. 4.* *turbatione cum populo converſemur, quando etiam ne unum ex puſillis deſpiciendum Deus prohibet. Similiter ſcandalizare aliquem intolerabile & horrendum judicium adfert illi,* qui

qui intendunt. Nunc autem & tota civitates, & hominum congregationes non parum hac de re tumultuantur. Caveamus autem nos omni ſtudio, ne hujus rei authores ſimus. Ante omnia verò providendum eſt, ne à ſententia permuteris, ne ex hoc inimici noſtri & hoſtes crucis Chriſti, ſupercilium elevent. (audin Monitor?) *contra fidem noſtram, dicantque: hucuſque Chriſtiani erraverunt: niſi enim inſtitutum ſuum idololatriam cognoviſſent, non ſanè nunc manufacta abjicerent. Quod ipſum quantum contumeliæ, ſubverſioniſque fidei in Chriſtum conciliat, quivis agnoſcere poteſt.* Digniſſima ſanè verba, quibus inſtruimur omnes, quàm nos oporteat piarum inſtitutionum, circa ſacrarum imaginum cultum, conſtantes eſſe obſervatores, ne ex noſtra vacillatione puſilli accipiant anſam in fide titubandi, hæreticique Eccleſiæ inſultandi, quæ proindè altiſſimè Catholicorum omnium mentibus ſunt ſuper omnia imprimenda, eorum autem maximè, qui in hæreticorum morantur viciniis, aut promiſcuè cum illis degunt. Hinc Adrianus I. cum intellexiſſet, in Oriente Sanctorum imagines quibuſdam in locis ſublatas, præcepit Tharaſio Patriarchæ priſtino eas loco reſtituendas, ut in ſæpè laudata refertur ſynodo: *Veſtra beatitudo,* ait Pontifex, *magnos & piiſſimos Imperatores ſupplicibus verbis admonebit, ut Eccleſia noſtra veſtigia ſequentes coram Deo & horribili ejus judicio, venerandas imagines in regia civitate & omni loco in antiquum ſtatum reſtituendas curent, jubeantque: nimirum ſervantes traditionem hujus ſanctiſſima noſtra Romana Eccleſia, perſequantur improborum & hæreticorum impoſturam, & per veſtrum certamen & fidiſſimos labores eorum deceptionem execrent. Niſi enim ſacras & venerandas imagines in priſtinum locum reſtituerint, noſtram confirmationem nullo modo audemus tradere. Hujus rei cauſa ſummo labore fidei & conatu, ante omnia convenit veſtræ ſanctitati advigilare, ut quam primum ſacra & veneranda imagines Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctæ ejus Genitricis ſemper Virginis, & Sanctorum Apoſtolorum, omniumque beatorum Prophetarum, Martyrum & Confeſſorum in partibus illis, in priſtinum ordinem collocentur.* Hæc cura eſt, hæc ſollicitudo Vicarii Chriſti pro manutenenda antiqua traditione, ordine ac ritu in ſacrarum imaginum cultu, quem utinam æmulentur cæteri Eccleſiæ Prælati, omneſque tanti Paſtoris oves! Ex omnibus hiſce primi momenti argumentis concludo *Epiſt. 1.* cum ſancto Auguſtino: *Faciat ergo quiſque quod in ea Eccleſia, in quam venit, invenerit. Non enim quicquam eorum contra fidem fit, aut contra mores, hinc vel inde meliores. His enim cauſis, id eſt, aut propter fidem, aut propter mores, vel emendari oportet quod perperam fiebat, vel inſtitui quod non fiebat. Ipſa quippe mutatio conſuetudinis etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat. Quapropter quæ utilis non eſt perturbatione infructuosà conſequenter noxia eſt.* Hæc dicta ſint in defenſionem ſancti Caroli Borromæi, ſanctiſſimi Domini noſtri Clementis X. aliorumque inſignium

Act. 4.

Digitized by Google

ſignium Eccleſiæ Epiſcoporum, qui tot diverſas conſuetudines in ſuis reſpectivè Diœceſibus mandarunt obſervari. Deſinat proindè adverſarius me calumniari, quaſi qui dictos ſanctos inſigneſque Eccleſiæ Prælatos fecerim populi ſeductores, dum propugno conſuetudines, quibus in eorum Diœceſibus ſacræ Sanctorum imagines unà cum ſanctiſſimo Sacramento in proceſſionibus circumferuntur: reor enim me clariſſimè demonſtraſſe, hujuſmodi conſuetudines piè Catholicèque obſervari, uti & alias contrarias dum inoleverunt, abſque ulla ſeductionis nota hinc, vel illinc: cumque is ſit omnium meorum argumentorum ſcopus, & finis, in propapatulo eſt exorbitans adverſarii calumnia: *Sed non idcircò frater chariſſime*, hortatur ſanctus Martyr & Epiſcopus Cyprianus, *relinquenda eſt Eccleſiaſtica diſciplina*: non mox abrogandum, immutandum, perturbandum, quod diſplicet Momis, quod improbant, traducuntque prurientis ingenii magiſtelli, aut Theologaſtri, nam ut rectè pronuntiavit Plutarchus: *malus conſiliarius omnia depravat aſſidens. Qui habet aures audiendi, audiat: quid Spiritus dicat Eccleſiis.* Matt. 11. Apocal. 2.

CAPUT XXXI.

Propinatur venenum mellitum ab adverſario: at larvâ ſpoliatur, fraus detegitur.

CAVILLUM.

HIc jam benè eſt advertendum, nos infundatum hujus argumentatoris propoſitum non detexiſſe, quaſi exiſtimemus in ſe malum abſolutè eſſe, imagines in una eademque proceſſione cum Venerabili circumferre, veluti annis pluribus hiſce in partibus eſt conſuetum, ut enim ante ſatis innuimus, iſtud eſt opus arbitrarium, quod ſuperiores Eccleſiæ, nunc hoc, nunc alio modo fieri, præcipi poteſt, aut permitti: ſed per hoc ſolum voluimus oſtendere, quam frivolis rationibus Decretis cujuſdam Prælati Eccleſiæ coram plebe fuerit irriſum, quaſi hæreſeos foret fomentum, homineſque deduceret in errores: cum è contra nihil contineat, niſi quod Dei deceat honorem, quodque in præcipuis Epiſcopatibus eſt præceptum atque ſervatum: in quo longè ſuperant uſum contrarium apud nos repertum, qui non poteſt oſtendi alicujus Epiſcopi aut ſynodi Decreto approbatus, ſed ſolum toleratus ac diſſimulatus, fortaſſis quia vulgus illi videbatur

batur

Digitized by Google

batur affixus, & aliundè nullum in ſe malum complectebatur.

RESPONSIO.

Imò verò diligentiſſimè hic eſt advertendum, te non detexiſſe infundatum meum propoſitum, hoc enim per omnia fuiſſe ſanctum ac ſolidiſſimum, utpotè fundatum ſuprà fundamentum Apoſtolorum, ſuprà Petram Eccleſiæ, manet invictè demonſtratum: at tuum prodidiſſe animum calumniandi magis, quam reſpondendi; quod ex præſentibus tuis ipſius verbis amplius probatum eo: Fateris ſiquidem, licitum fore imagines Sanctorum unà honorare cum Chriſto, eaſque cum Venerabili Sacramento proceſſionaliter circumferre, quod ipſum, ac prætereà nihil, probare ac propugnare adverſus Iconomachos, unicum meum fuit inſtitutum ac propoſitum, quod res per ſe clamat. Unde me impetendo, aërem verberas, aut in te ipſe deſævis: niſi, ut Novantium mos eſt, hic *loquaris verbis pacificis*, ac religioſis *in dolo*, & aquas paleis tegas, licitum ſimulando, quod prius modis omnibus ut honori Chriſti injurium fuiſti inſectatus. Excidítne tibi, ſuprà te totis viribus, ſeu æquis, ſeu iniquis contendiſſe, nefas fore in Chriſti Regis cœleſtis præſentia honorare ſanctos, id confirmans falsâ illâ ſimilitudine Regis terreni, in cujus præſentia aulicos invicem debito proſequi honore, ne quidem reverentialis oculi nictu, interdicitur, ut minimè aulicus impoſuis plebi, mulierculis, puellulis? Non hic etiam memor es meditatæ tuæ Reformationis Athlantis, quo ſuſtines, Catholicos in proceſſionibus in præſentia Sancti Sanctorum honorando imagines, devotionem ſuam & affectum in eas dividere? Neque memor es, te toties ablegaſſe ad Judaiſmum eos, qui externas Eccleſiæ Cæremonias, ſacra ſymbola, ac præcipuè, qui ſimultaneum, avitumque Sanctorum cultum, unà cum Chriſto, propugnant ac ſervant? Nunc adſis, aure, mente, genis: permiſſúmne eſt, in Chriſti præſentia Sanctis vetitum tribuere honorem? Licetne ſuum diſpergere affectum, amorem, devotionem, partem Chriſto, cui *ſoli omnis honor & gloria*, partem impertiendo Sanctis? Numquid ex Chriſtianis es? Hiſcene licet fovere, nutrire, obſervare aboletum Judaiſmum. Quâ igitur conductus mercede, tantâ ſollicitudine admones, hic benè conſiderandum, te non exiſtimare, in ſe abſolutè fore malum, imagines Sanctorum in una eademque proceſſione cum Venerabili Sacramento circumferre? Profectò polypi tibi mens eſt, hydria magis varias, ex eodem ore calidum efflas ac frigidum, idem bonum & malum prædicas, ſed plebs imperita, ſed veſtræ diſcipulæ, verba veſtra, non fraudes, non laqueos percipiunt, ipſis eos detexiſſe, ſit evaſiſſe.

1. Mach. 7.

1. Tim. 1.

At ut inquis, omni tuo conatu tantum voluiſti oſtendere, quàm frivolis rationibus ſecretum cujuſdam Prælati Eccleſiæ per me fuerit iniſum coram plebe, velut hæreſeos fomentum: verum

rum

rum hic ſolitus tuus eſt cuculi cantus, ille confractus tuus eſt malleus, quem fruſtrà moliris redintegrare : non enim frivolis rationibus cujuſquã Prælati Eccleſiæ exploſi Decretum, ſed Catholicis ſolidiſſimiſque argumentis apertas, terque damnatas Iconoclaſtarum confutavi hæreſes : tu verò dicis, aliud te voluiſſe oſtendere, & aliud oſtendiſti : voluiſti, ut ſimulas, defendere Decretum Prælati Eccleſiæ, ac oſtendere, quàm illud frivolis impugnarim rationibus, & facto oſtendiſti, te Religioſos, Prælatorum Eccleſiæ ſedulos, fideliſſimoſque coadjutores ac adminiſtros intendere ut rebelles, ac ſeditioſos traducere, ſanctorumque cultum reddere ſuſpectum ac inviſum. Abi, Sycophanta, notus es.

Recantas hic denuò cantilenam illam, quâ uſum ac conſuetudinem unius Diœceſis comparas uſibus ac conſuetudinibus aliarum, hujus improbando, aliarum præferendo : at recinam tibi ſimiliter reſponſionem ex ſancto Auguſtino nuper allegatam, quâ redarguit eum, qui in ſua Diœceſi quidpiam *malè illicitéque fieri contendat, quoniam alibi aliter ipſe viderit, puerilis eſt ſenſus ille, cavendus in nobis, tolerandus ac corrigendus in noſtris.* Audias quoque quid alibi ſcribat Januario: *Miror ſanè,* inquit, *quod ita volueris, ut de iis quæ variè per diverſa loca obſervantur, tibi aliqua conſcriberem, cum & non ſit neceſſarium, & una in his ſaluberrima regula retinenda ſit, ut quæ non ſunt contrà fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, ubicumq; inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolùm non improbemus, ſed etiam laudando & imitando ſectemur.* Viden, admiratur ſanctus Doctor diverſas diverſorum locorum pias inſtitutiones controverti, monet eas laudandas, imitandaſque, nequaquam ut pietati Chriſtianæ contrarias inſectandas : imò *quod inſtituitur* (inquit idem Auguſtinus) *præter conſuetudinem, ut quaſi obſervatio Sacramenti ſit, approbare non poſſum.* Quod tantus Eccleſiæ Doctor non audet exprobare, tu modis omnibus moliris introducere, tot novitates præter, contraque antiquiſſimas pariter ac laudatiſſimas conſuetudines, uſurpatâ authoritate intrudendo: quaſi tot ſæculis pio fidelium uſu firmatæ praxes ac conſuetudines, à tot frequentatæ Religioſis, à tot approbatæ inſignibus Epiſcopis, à genuina deviarent Eccleſiæ doctrina, intolerabileſque forent abuſus : hocne ſapere eſt cum Apoſtolo docente : *Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos, non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem* ? Hocne profiteri doctrinam Auguſtini docentis: *nequaquam de veſtis regiæ varietate litigamus, ne ipſius Reginæ, ubi unam fidem etiam de ipſa requie retinemus, interiora membra vexemus* ? Cum verò tantopere anxieris, omneſque libres artus ac artes, ut antiquiſſimas Belgarum conſuetudines, ad anteriorum temporum, exterarumque Nationum reducas praxes, expediet cum ſancto Auguſtino ſupervacaneæ noxiæque curæ tandem penitus te eximere, pa-

catum

Epiſt. 118.
Epiſt. 119.
Ibidem.
Rom. 12.
Epiſt. 86.

Lib. 6. cont. Fauſt catum ſecurumque reddere: hic jam bene tibi eſt advertendum. ',, Non ,, noveram (*inquit Sanctus*) juſtitiam ,, veram interiorem, non ex conſuetudine judicantem, ſed ex lege rectiſſima Dei omnipotentis, quâ ,, mores formarentur regionũ & dierum pro regionibus & diebus, cum ,, ipſa ubique ac ſemper eſſet, non alibi alia, nec aliàs aliter, ſecundùm ,, quam juſti eſſent Abraham, & Iſaac, ,, & Jacob, & Moyſes, & David, & ,, illi omnes laudati ore Dei: ſed eos ,, ab imperitis judicari iniquos, judicantibus ex humano die, & univerſos mores humani generis ex parte ,, moris ſui metientibus. Tamquam ,, ſi quis neſcius in armentis (*nota ſimilitudines non mirè mancas*) quid ,, cuique membro accommodatum ,, ſit, ocreâ velit caput contegi, & ,, galeâ calceari, & murmuret quod ,, non aptè conveniat: aut in uno die ,, indicto à pomeridianis horis inſtitio, quiſquam ſtomachetur, non ſibi ,, concedi quid venale proponere, quia ,, manè conceſſum eſt: aut in una ,, domo videat aliquid tractari manibus, à quoquam ſervo, quod facere ,, non ſinatur, qui pocula miniſtrat: ,, aut aliquid poſt præſepia fieri, quod ,, ante menſam prohibetur, & indignetur, cum ſit unum habitaculum ,, & una familia, non ubique atque ,, omnibus idem tribui. Sic ſunt iſti ,, qui indignantur, cum audierint illo ſæculo licuiſſe juſtis aliquid, ,, quod iſto non licet juſtis: & quia ,, illis aliud præcepit Deus, iſtis aliud ,, pro temporalibus cauſis, cum eidem juſtitiæ utrique ſervierint: cum in ,, homine, & in uno die, & in unis ædibus videant aliud alii membro congruere, & aliud jam dudum licuiſſe, ,, & poſt horam non licere: quiddam in angulo permitti aut juberi, ,, quod in iſto juſtè vitetur & vindicetur. Nunquid juſtitia varia eſt & ,, mutabilis? Sed tempora quibus præſidet non pariter eunt, tempora enim ,, ſunt: homines autem, quorum vita ,, ſuper terram brevis eſt, quia ſenſu ,, non valent cauſas contexere ſæculorum priorum, aliarumque gentium ,, quas experti non ſunt, cum his quas ,, experti ſunt: in uno autem corpore ,, vel die, vel domo, facilè poſſunt videre, quid cuique membro, quibus ,, quibus momentis, partibus perſoniſve congruat, in illis offenduntur, his ,, ſerviunt. ,,

Hæc Auguſtinus, &, *nomine mutato narratur fabula de te*, qui tanto molimine anteriorum temporum conſuetudines, aliarumque gentium uſus in Belgium contendis invehere, quaſi omne quod permittitur, aut jubetur manè, permittatur, jubeaturve à meridie, & quod præcipitur fieri poſt præſepia, permittendum ſit ante menſam, ut ſanctus Auguſtinus docet.

Impugnat quoque Reformatores iſtos, qui omnes omnium temporum & locorum obſervantias voluntcſſe cõmunes. Solertiſſimus hac in re ſcriptor, Brunus, meritò proindè hic adducendus: *In novo*, inquit, *Teſtamento, Ceremoniæ non ſolum diverſis temporibus variantur, ſed etiam uno eodemque tempore in diverſis Eccleſiis, diverſæ par-* *Lib. 6. cap. 8 de Cærem.*

 ticu-

Digitized by Google

ticulares Ceremoniæ obſervantur. Quod non eſt indecens, modò una ſit fides univerſæ quæ ubique dilatatur Eccleſiæ. Nihil enim prohibet, quin ipſa fidei unitas, quibuſdam diverſis obſervationibus celebretur, quibus nullo modò, quod in vera fide verum eſt, impeditur. Eſt enim Eccleſia illa filia regis, cujus gloria & pulchritudo eſt intus in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus. Etenim varietates in veſte, intelliguntur obſervationes illæ quæ varia in membris Eccleſiæ celebrantur, ab una proficiſcentes juſtitia, omnia in Eccleſia juſto ac decenti ordine diſponente. Quid igitur agis, dum antiquiſſimum ac laudandiſſimum uſum ſeu obſervationem abolere allaboras? Gloriam tollis, & pulchritudinem filiæ Regis cœleſtis. Aliam, ſed gygantæam videamus impoſturam.

Addis deinde, uſum colendi ſacras imagines, Venerabile Sacramentum cum eis circumferendo, non poſſe oſtendi umquam alicujus Epiſcopi, aut ſynodi Decreto approbatum: at vanè te jactas coram plebe ac mulierculis, velut virum expertiſſimum, eximiæque ſcientiæ, quem nullum alicujus Epiſcopi aut ſynodi lateat Decretum, perluſtraſtine prorſus omnium ſynodorum, quæ umquam alicubi terrarum ſunt celebratæ, ſtatuta ac ordinationes? Hoc cum feceris, ſcies te falſa ſpargere, ſimplicesque circumvenire, uſum apud nos repertum nullius umquam Epiſcopi, aut ſynodi Decreto approbatum. Si igitur extra paucos qui apud nos ſunt Epiſcopatus exeruiſſes caput, mox tibi occurriſſet vicinæ Coloniæ Provincialis Synodus celebrata ſub Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domino Adolpho Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, ac Carolo V. Imperatore ac Principe noſtro, qui dictæ ſynodi Decreta Bruxellis publicavit, obſervarique mandavit, quod Belgis oporteret ſufficere, ut æſtimarent uſum apud ipſos repertum, colendi ſacras Sanctorum imagines cum Venerabili Sacramento in ſacris proceſſionibus, ſatis ſtatutum, decretum, ac approbatum fore, nam in hujus ſynodi Decretis, ſub hoc titulo (rem optimam dicam bis, ſuprà enim hujus ſynodi etiã memini.) *De proceſſionibus in quibus ſacra hoſtia cum imaginibus Sanctorum circumfertur.* Hæc habentur: *Eccleſia de theſauro Corporis Chriſti exultans, circumfert longis proceſſionibus, etiã extra ſacras ædes, hoſtiam illam ſalutarem, videlicet ſimul repræſentans itineris Chriſti hiſtoriam, qui dum quæreret ſalutem noſtram, in medio populi verſatus eſt, & univerſam Judæã circumambulavit docens, & ægrotos ſanans, diſcipulis comitantibus: quamobrẽ & Sanctorũ Reliquias, & imagines eorũ, qui veſtigia ejus ſecuti ſunt, ſimul circũferimus: ſignificãtes illos nunc cum ipſo regnare & triumphare in cœlis. Quæ memoria debet piis eſſe jucunda & læta.* Hancque praxim tota ſervat Germania, Bohemia, Burgundia, Polonia, imò & Hiſpania, ut probant teſtes omni exceptione majores. Nondum rubore perſuaderis, tam ſplendido ac jactabundo tuo detecto commento? Inſolitæ profectò eſt temeritatis, adeò apetis ac palpabilibus impoſturis præconceptam tueri opinionem, ac hujuſmodi jactantiis impe-

ritam

Digitized by Google

ritam plebem circumvenire, ac coram ea ob confictas victorias ſibi canere triumphum.

Copioſiori lumine tibi illuſtrabo oculos, aut ſaltem plebem, quam tecum tenebris involvis, docebo, Epiſcopos eos approbare uſus, quos permittunt, quos ipſi frequentant, nequaquam indicantes eoſdem ſibi diſplicere, aut ſinceræ Chriſtianæ pietati repugnare. Imò tene latet, *conſuetudinem probatam & ſervatam tenaciter, perpetuæ legis vicem obtinere*? Legiſtas conſule, & docceberis. *Traditio eſt, nihil amplius quæras*, inquit Chryſoſtomus. Cum igitur conſuetudo, quam inſectaris ſcias à ſæculis tenaciſſimè ſervatam à ſubditis apud nos exiſtentibus, ſervatam quoque ac probatam à plurimis eorum Epiſcopis doctrina pietateque conſpicuis, quo veri colore perſuades vulgo, hæc ipſa non ignoranti, uſum, quem petis, apud nos repertum, nullius Epiſcopi aut Synodi Decreto approbatum? Non omnem legem, non omne Decretum oportet eſſe ſcriptum. Quâcumque igitur quæſitâ tergiverſatione, inficiari haud quaquam potes, uſum colendi Sanctos cum Venerabili Sacramento in ſacris proceſſionibus, apud nos repertum, fore ab ullo Epiſcopo Decreto approbatum. Doctiſſimè interim ſcripſit Simancas: *vetuſtiſſima*, inquit, *autem conſuetudo, juſtum initium habuiſſe credendum eſt, nec minorem vim habere, quàm ſcripta lex. Quod cum ita ſit in conſuetudine civilium rerum, ab imperito, rudique populo plerumque introducta, quid futurum putamus de conſuetudinibus Eccleſiæ, à viris ſelectioribus, Deoque dicatis, à Prælatis, & religioſis doctiſſimis obſervatis*? Cum hæ omnes conditiones qualitateſque inveniantur in conſuetudinibus ac uſibus apud nos repertis, judicet quiſquis eſt æquus ac prudens, utrum ut intolerabiles abuſus, Judæ ſini reliquiæ ſint exſibilandæ. Reſpondeatque paucis plebs imperita contradicenti cum Chryſoſtomo: *Traditio eſt, nihil amplius quæras*. Moneat quoque eum cum ſancto Hieronymo: *Illud breviter admonendum puto, traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiunt, ita obſervandas, ut à majoribus tradita ſunt: nec aliorum conſuetudinem, aliorum more contrario ſubverti*: Et intrà: *ſed unaquæque provincia abundet in ſuo ſenſu.*

Ced quæ ſit longa cóſuetudo. Hom. 4. ſuper cap. 14. 2. Theſſal.

Tit. 24. de Eccleſ. n. 34.

Epiſt 28.

Quod denique adjicis, uſus apud nos repertos tantum fore toleratos ac diſſimulatos, non approbatos, jam probatum eſt, fore figmentum: neque certè ratio ulla eſt, cur minus ſubjecti uſus apud nos reperti ſint approbati, quàm cæteræ piæ conſuetudines, maximè, quia, te fatente, abſolutè mali non ſunt, & propter abuſus ſi qui irrepſerint tamen, non ſint tollendi uſus, *maneant uſus, tollantur abuſus*. Sed de his redibit ſermo.

Querela incidens.

Poſt hæc rurſum inſtauras crimen confictæ tuæ rebellionis, adverſus eos, qui non cæcâ obedientiâ amplectuntur Decreta Prælatorum Eccleſiæ, probatas laudataſque conſuetudines abrogantia, ipſoſque ad numeras rebellibus, quibus numquam factum eſt ſatis, niſi eorum fiat voluntas.

Digitized by Google

RESPONSIO.

Jam dudum probatum manet, licere inferioribus, cum debita ſubmiſſione, reſpectu ac charitate, Superiorum mandatis, in rebus dubiis & majoris momenti, ſuas opponere rationes, eorúmque mandatorum executionem differre, abſque minima rebellionis nota: hæc communis piorum, peritorúmque eſt ſententia. Imò non legiſti quòd de ſe ſcribit Apoſtolus: *Cùm autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat?* Reſtitit igitur Gentium Doctor Superiori ſuo in faciem, in os, ac apertè, nec ſolùm diſtulit ipſius parere mandatis: anne propterea & Paulum calumniaberis rebellem, ſuíque Superioris aſpernatorem ac refractarium? hoc non exiſtimo, ſi te noverim: quid igitur temerè audactérque denuntias velut rebelles, qui Superiorum ſuorum mandata concernentia ſimultaneum Sanctorum cultum cum Venerabili Sacramento, hiſce in partibus antiquiſſimum, cùm debita reverentia, ſubmiſſione, ac obedientia differunt exequi, deferúntque ad legitimum altiorem Superiorem examinanda, ac decidenda, cùm ea omnis benè ordinatæ politiæ regiminíſque ſtylus ſit, & praxis: Et ex facto illo Apoſtoli doceant Auguſtinus, Cyprianus, Gregorius, alíique facti Pauli interpretes, ab inferioribus corrigi poſſe Superiores pro veritate ac Religione tenenda, tuendáque; hiſce tamen non intendo judicare aut condemnare cujuſquam Eccleſiæ Prælati Statutum aut Ordinationem, hoc námque altioris eſt poteſtatis; at Catholicam propugnare conſuetudinem, uſum, ac praxim, Sanctos colendi in Sacris Proceſſionibus cum Venerabili Sacramento: unáque defendere præclaros Eccleſiæ Prælatos, inſignéſque eorum ſubditos, ut ſunt primi Eccleſiæ Religioſi, alíique quam plurimi, tum de Clero, tum de populo, eóſque à rebellionis infamia reddere immunes, qui majorum Traditiones, juxta Patrum præſcripta, tenent intemeratas. Neque hoc conatu adverſantia invicem compono dogmata: optimè námque hæc ſeſe compatiuntur, & Superiores quidpiam prudenter ſubditis proponere obſervandum, & inferiores rationabiliter pro lati mandati inſtare revocatione. Quin imò, Superiores non planè deſpoticè, imperioſéque ſubditos infirmos regentes, eos rationabiliter invitos, legibus ſuis, aut Decretis non ſoleant, humanæ infirmitati compatientes, animarúmque ſaluti ſtudentes, intendere, velléque obligare. Apageſis igitur intentata rebellio. Iſtud verò non etiam prætereundum, non illos dicendos rebelles ac turbatores, qui antiquiſſimas à majoribus traditas, ac ab omnibus patriæ Catholicis ut pietati Chriſtianæ congruentiſſimas ſemper habitas conſuetudines, in pacifica ſua tenent, tuentúrque poſſeſſione; at potius illos, qui & has conſuetudines, & Rempublicam Catholicam in ſua perturbant, ac ſpoliare moliuntur ſancta devo-

Galat. 2.

Epiſt. 8. 9. 19.
Epiſt ad Quintinum.
Hom 18. in Ezech.

Digitized by Google

tione; quòd optimè noverant Sancti Patres nuper allegati, Auguſtinus maximè & Hieronymus, qui propter-eà tanti fuêre in inculcanda manutenentia antiquarum, piarum, licet particularium conſuetudinum. Imò Auguſtinus apertè docet, ſolùm ob turbulentarum ac Sanctarum perſonarum ſcandala, ea quæ præter antiquas conſuetudines ſunt inſtituta, non audere improbare: Verba Sancti accipe: *quòd autem inſtituitur præter conſuetudinem, ut quaſi obſervatio ſacramenti ſit, approbare non poſſum, etiamſi multa hujuſmodi propter nonnullarum vel Sanctarum vel turbulentarum perſonarum ſcandala devitanda, liberius improbare non audeo.* Vides? quæ tu contendis præter, contráque conſuetudinem propugnare ſtatuta, Auguſtinus abſolutè ſimpliciterque improbat, nec ea approbaret, aut potius liberius non damnat, ob nonnullarum Sanctarum, vel turbulentarum perſonarum ſcandala.

Epiſt. 119.

CAPUT XXXII.

Producitur Romanæ Eccleſiæ conſuetudo adverſus defenſam hactenus Belgii conſuetudinem, circumferendi Sanctorum imagines cum Venerabili.

CAVILLUM.

FOretnè mirum, aut calumniis obnoxium in uno Prælato, qui ſpecialiter profitetur Romanam Eccleſiam omni proſequi reſpectu ac reverentia, eam habens ut Magiſtram omnium Eccleſiarum, ſi in ſua Diœceſi ſenſim conaretur introducere laudabiles conſuetudines ac conſtitutiones quæ in eadem Eccleſia matrice obſervantur: quarum una eſt, rara expoſitio Venerabilis Sacramenti; ac uſus numquam circumferendi ſculptilia.

RESPONSIO.

Inſcitia confidentiam parit: ſi ſciviſſet, ac maturè iſte Cavillator perpendiſſet, quantum malum ſit, quantáque Prælatis Eccleſiæ injuria, ipſos ſcedâ ſparsâ, maléque conſarcinatâ, næniis, erroribus, tetriſque calumniis refertâ, coram plebe dedecorare, ac contemptui exponere: ſi etiam intellexiſſet, quantâ afficiat injuriâ innumeros inſigniſſimos Archiepiſcopos, Epiſcopos, omnis ordinis ac conditionis excellentes Catholicos, numquam approbatam ab eis conſuetudinem

Digitized by Google

tudinem adeò infamiter traduxiſſet, eidem Judaiſmi, ſenſualitatis, aliáſque fœdas labes appingendo, variáque contra eam cavilla comminiſcendo.

Auſpicatur igitur præſens cavillum ab encomio mercenario cujuſdam Prælati, eum efferendo ut reverentialem Sanctæ Romanæ Sedis ſubditum, ac Romanam Eccleſiam velut omnium Eccleſiarum Matrem amplectentem: ſed, dixi, non hoc de nihilo eſt, hâc enim viâ ſperat ratiunculas ſuas miſellas Prælato illi probandas, populo quoque minus apparituras ſuſpectas, cùm eas viderit ſub auſpiciis tanti Prælati Eccleſiæ prodire in lucem: at non hoc operculo tuam operies patellam, non hinc tua occulta manebit fraus: in quo enim Prælatum iſtum laudas, te condemnas: ſi námque venerareris Romanam Eccleſiam, ut decet, velut omnium Eccleſiarum matricem ac Magiſtram, non tam aſſeveranter ſuſtineres, ſolam authoritatem Epiſcoporum ſufficere ad ordinandum, abrogandum, aut aliter immutandum Cæremonias, quas Chriſtus Eccleſiæ arbitrarias reliquit, id hujuſmodi adſtruens fundamentis, quibus quemlibet Epiſcopum in ſua Diœceſi fore Papam, æquè evincitur, imò & Parochos in ſua Parochia. Dicat ergò Prælatus hujuſmodi laceſſitus adulationibus verba Sancti Ignatii Epiſcopi & Martyris, quibus de ſimilibus queritur blandiloquis: *qui laudant me, flagellant me.* Epiſt 5.

Modò ad cavillum cui præluſiſti: ſanè dum rurſum video te particulares conſuetudines Eccleſiæ Romanæ velle advocare in Belgium, hujúſque Eccleſias eiſdem adornare, ſimilem te prodis ignaro illi, de quo Sanctus Auguſtinus locutus eſt ſuprà, qui *neſcius in armamentis, quid cuique membro accommodatum ſit, ocreâ velut caput contegi, & galeâ calceari*: quid enim aliud moliris, dum conſuetudinem Eccleſiæ inter omnes capitalis transfers ad Belgicas ſeu Patriæ inferioris, velut galeam ad pedes? proindè ut puerilis venis exſibilandus cum eodem Sancto Patre, uti ille, qui in Patria ſua, quidpiam *malè illicúque fieri contendat, quoniam alibi aliter ipſe viderit, puerilis eſt ſenſus ille*, inquit Auguſtinus. Sed quoniam in Superioribus fusè deduximus, conſuetudines fidei, probiſvè moribus non officientes, invariatas fore obſervandas, neque Epiſcopatus unius ad alium transferendas, ad illa te ablego, nè ſupervacaneè tecum agamus cuculum. Servet igitur Eccleſia Romana ſuas conſuetudines, ſervent & Belgicæ ſuas: *Unaquæque abundet in ſuo ſenſu*, ut Sanctus monet Hieronymus, præſertim, quia eodem dicente Patre, *Eccleſiaſticas conſuetudines, præſertim quæ fidei non officiunt, ita obſervandas, ut à majoribus traditæ ſunt, nec aliorum conſuetudinem, aliorum contrario more ſubverti.* Lib. 6. contrà Fauſt. Epiſt. 28.

Quòd demum ſubnectis Romanæ Eccleſiæ fore conſuetudinem, numquam circumferendi ſculptilia, ſimile eſt figmentum quòd pridem Sancto Carolo Borromæo affinxiſti, interroga eos, qui Urbis inter fuêre proceſſionibus, & ab oculatis teſtibus falſitatis convinceris. Demus interim eam fore

ræ Romanam conſuetudinem imagines ſculptas non circumferendi, dummodo pictas acu aut penicillo, aliave efformatas arte in proceſſionibus circumferat, quid horum intereſt, aut refert ad uſus Belgicos abrogandos? non enim imagines circumfert Eccleſia quia ſculptæ, fuſæ, aut pictæ, ſed quia ſunt repræſentativè Chriſtus, aut Sancti. Undè hîc mirâ fraudulentiâ plebem imperitam circumvenis, ac à Sacrarum imaginum cultu avertis, exemplo Romanæ Eccleſiæ omnium primæ ac Magiſtræ, ſed fraudem detexiſſe, eſt ſuſtuliſſe.

CAPUT XXXIII.

Triumphus Agni Euchariſtici cum ſuis Sanctis, in eorum imaginibus, prætenſis impugnatur abuſibus.

CAVILLUM.

Eſſetnè mirum, ſi Prælatus Eccleſiæ animadverſo zelo inordinato, quo multi ſenſuales ſe multo magis oſtendunt affectos honori imaginum, quàm Venerabilis, moveretur ad ſaltem tantum præſtandum, ut id non liquido pateret, cùm imagines deferuntur in proceſſione, cùm ſcandalo hæreticorum, qui modò hiſce in partibus magno numero exiſtentes, Catholicorum abuſus hâc viâ inveſtigant.

RESPONSIO.

Diſquiramus modò, poſſitne aliqualis ubi ſuppetere ratiuncula, tam immanem atrocémque laudabiliſſimæ pietati intentandi calumniam, quò eo manifeſtior evadat veritatis defenſæ victoria. Unicam igitur reperio te poſſe excogitare ratiunculam, ob quam populum Catholicum traducas, quaſi ex inordinata ſenſualitate ſe multo magis oſtendant affectos imaginibus, quàm Venerabili Sacramento cum eiſdem in proceſſionibus circumlato: quia nimirum vides denſiorem forte populi turbam ſtipare imagines, quàm Venerabile: & forte etiam plures cum facibus incedere juxta icones, quàm propè Sanctiſſimum Sacramentum: Si igitur hoc ſit tuæ argutiæ fundamentum, tum ita ratiocinaris: *Plures in proceſſionibus incedunt juxta imagines, quàm prope Venerabile: ergò multi ſenſuales o-*

ſtendunt ſe multò magis affectos honori imaginum , quàm Venerabilis. O dignam te demonſtrationem ! nec enim pilo præſtantior eſt hâc : *enſis eſt in vagina : ergo ſcopæ ſunt in angulo :* aut illâ : *filia incedit in proceſſione proximior Matri , cujus latus premit , quàm Venerabili : ergò multò magis oſtendit ſe honorare ac amare Matrem , quàm Chriſtum in Venerabili.* Non igitur major aut minor affectus ergà Sacras imagines, vel Venerabile Sacramentum , metiendus eſt , ut craſsè Cavillator hallucinatur, ex majori aut minori diſtantia locali , corporali ac externa à Sacris imaginibus aut Venerabili , ſed ex ſpirituali , mentali & interna , conſiſtente in interiori æſtimatione , reverentiâ , ac amoroſa unione animorum cum Chriſto , aut Sanctis ejus. Poſſe autem à Venerabili diſtantiores illud æquè , aut magis honorare ac amare , quàm eidem propinquiores , cuilibet ratione prædito debet eſſe manifeſtum , quandoquidem corporalis loci intercapedo animi non diſſolvat præſentiam aut unionem , nec corporalis præſentia ac propinquitas neceſſario inducant arguántque animi nexum aut præſentiam : hinc amicus intimè amat amicum longiſſimè abſentem, odiíque inimicum proximè præſentem. Hinc ſimiliter non admodum fructuoſa eſt illa anxia cura, quàm illi habent , qui diligentiſſimè curant, ne imagines Sanctorum fortè nimium approximent in proceſſionibus Venerabili Sacramento , indéque minuatur ejus honos ac amor , quaſi vellent formare magnum chaos inter Chriſtum & Sanctos , ne fideles adſtantes à Sanctis tranſire ad Chriſtum ſuo queant affectu ac devotione , neque à Chriſto ad Sanctos tranſmeare, quale deſcribit Lucas firmatum inter Abraham & divitem epulonem. Nimis profectò craſſa eſt iſta diſcurrendi methodus : & vide quam abſurda inferat paradoxa : ſequitur imprimis cruciferum minus amare ac honorare Chriſtum in Venerabili, quàm eum in proceſſionibus honorent ac ament portatores umbellæ ſeu throni. Deindè, magis amare Chriſtum qui ſe ingerunt ad altaria, in quibus ſacrificatur , aut Venerabile exiſtit expoſitum , quàm qui in angulis Eccleſiæ , aut navi templi Venerabile adorant ac honorant ; undè etiam ſine injuria populus non poſſet excludi choris, aut ſepibus arceri ab altaribus, cum per hoc diminueretur eorum erga Venerabile Sacramentum devotio ac reverentia. Undè etiam ſuggeritur anſa excuſandi feminis illis, quæ, velut devotus ſexus, ſtudioſè ſe circa altaria exhibent ſpectandas, propter hoc enim merito reprehenſæ , prætexent , id ſe facere majoris honoris ac devotionis erga Venerabile gratiâ. Ad hæc , ſapit *Luc. 18.* diſcurſus ille fermentum Phariſæorum , quorum unus in templum oraturus , aut potius ſe vanè elaturus aſcendens , ſeſe quam potuit proximè ad altare ingeſſit : Publicanus

Digitized by Google

blicanus autem, haud parum ſanior, *à longè ſtans, nolebat nec oculos ad Cœlum* (id eſt, ad altare ſive propitiatorium, quòd poſitum erat in editiori loco, ut exponunt interpretes) *levare*: ideóque *deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam*, ille magis inquinatus. Cernis, quàm non elonget à Deo, quamque non minuat devotionem erga ipſum, elongatio ab altari, aut ab oblato in eo, aut circumlato in proceſſionibus Agno Euchariſtico? Si igitur in Eccleſia remotiores à Venerabili poſſint habere majorem erga illud devotionem, quàm propinquiores, quidni in proceſſionibus?

Dicere autem, quòd honos in Chriſti præſentia exhibitus Sanctis, ut faciunt illi, qui in proceſſionibus incedunt juxta Sanctorum imagines, deroget honori Chriſti, aut quòd per hoc diminuant ſuam erga Chriſtum devotionem, eſt dicere tantum. Imò conſtanter aſſevero, longè minus fore periculum, ne diminuatur devotio erga Chriſtum ob externam localem ab eo diſtantiam, ſi Sanctos ejus, ac præſertim Matrem, in ſuis imaginibus, in proceſſione habeamus comites; non enim ſinunt noſtrum in ſe hærere affectum, ſed ad communem omnium reflectunt Dominum ac Salvatorem: Amabilis autem noſtra Domina Filii ſui in nobis augebit charitatem, cum
Eccle.24. ſit *Mater pulchra dilectionis*: filialem generabit timorem, *Mater caſti timoris*: augebit fidem, quia *Mater pulchra agnitionis*: ſolidabit ſpem, quia *Mater Sanctæ Spei*. Undè meritò, & *pulchrè* monet Thomas à Kempis: *Benedic Filium cum Matre, & eris dilectus à Patre.* Soliloq. cap 24.

Si porrò cauſeris, plures ad Sanctorum imagines fundi preces, quàm circa, & ad Venerabile: & de hoc quereris abſque cauſa: meritò namque peccatores de ſua confuſi ac diffiſi indignitate tantam reverentur accedere Majeſtatem, nec amicis, nec Interceſſoribus interpoſitis. Præceſſerunt nobis hoc in tramite nedum peccatores, ſed & eximiè Sancti: fecit hoc Princeps Apoſtolorum, per dilectum diſcipulum à Chriſto petens, quis eſſet eum traditurus. Fecerunt Ioan.13. hoc Auguſtinus, Anſelmus, Gregorius, Hieronymus, Ambroſius, Baſilius, verbô omnes Sancti. Fecerunt etiam Gentiles qui cupientes videre Jeſum, recurrerunt ad Philippum, qui indicavit petitionem Andreæ, & ambo inſinuarunt Jeſu: Neque idcirco Philippus, neque Gentiles fuère reprehenſi, quaſi derogaverint honori Ioan.12. aut reverentiæ Chriſti, ad ipſum immediatè non accedendo. Numquid etiam dixerunt Iſraëlitæ Moyſi Duci ſuo ac Legislatori: *Non loquatur nobis* Exod.20. *Deus, tu loquere nobis*? Factú nque id eſt pluries, abſque minimo honoris Dei detrimento, nimirum (ut ſæpiùs inculcandũ) quia orationes quibus invocamus Sanctos, non in eis ſiſtunt, ſed omnes terminantur in Deo *per Chriſtum Dominum noſtrum*, qua terminatione Eccleſia cunctas ſuas claudit orationes. Et certè, cùm ad orationem

perfectam plures requiſitæ ſint conditiones; fervor devotionis, firma in Deum fiducia, ſedula attentio, conſtans perſeverantia, puritas conſcientiæ, humilitas profunda, aliæque, meritò, fructuoſeque ad aliquem Sanctorum, & præſertim ad Reginam Sanctorum omnium confugimus, ut pro nobis intercedant, gratiam impetrent, qua & attentius ferventiúſque oremus, certiuſque, quod petimus, impetremus. Neque in hoc orandi genere unius virtutis relucet inſigne: relucet in eo humilitas, qua nos minus dignos agnoſcentes, qui ore ad os Deum alloquamur, Sanctos Dei amicos interponimus, ut eorum ope à noſtris miſeriis liberemur. Secundò, communicando cum Sanctis ipsâ oratione, confitemur, ac profitemur fidei articulum Communionis Sanctorum: precamur enim Sanctos, ut legationem ad communem Dominum pro nobis obeant, & ſua nobiſcum dona communicent. Agnoſcimus quoque ac profitemur ſtatum gloriæ, qua Sancti fruuntur, quemque nos ſperamus: inſuper eorumdem Sanctorum potentiam, ac familiaritatem cum Deo, ac charitatem qua impensè nos diligunt, ut membra de membro corporis Chriſti. Tertiò, quod præſens directè reſpicit inſtitutum ac propoſitum, per hoc ipſo opere deteſtamur errorem hæreticorum negantium Sauctorum cultum ac invocationem, quorum ædificatio magno numero proceſſionibus noſtris adſtantium, adverſario non noviſſima exiſtit ratio, Sanctorum imagines à proceſſionibus proſcribendi, cùm contrarium inde, ſi haberet zelum ſecundùm ſcientiam, pietatem, ac charitatem, ſibi deberet perſuadere. Tandem (quod adverſarius ſtupebit, licet non ſemel demonſtratum, nec ſatis demonſtrari poteſt hac tempeſtate) hic orandi modus cedit in eximiam Chriſti gloriam, quò enim plures ante divinam ipſius Majeſtatem ſeſe proſternunt, ſupplices eam orant ac adorant, tantò ei plus honoris, laudis, gloriæque defertur, oramus autem Sanctos ut ipſi pro nobis Deum orent, adorent, honorent, ament, glorificent. Undè igitur timetur Chriſti in Venerabili honoris decrementum, accedit incrementum, trepidántque, oppoſitum ſentientes, timore ubi non eſt timor, ſed ingens Chriſti honor.

Inſpiciamus rurſum quas hoc reformationis medium invehat Heterodoxas ſequelas, error enim erroris eſt ſeminarium. Si igitur non liceat in proceſſionibus à pluribus immediatè honorari amabilem noſtram Dominam, immediatáſque ad eam fundi preces in præſentia Agni ſui Euchariſtici, neque licebit ejuſdem Dominæ recitare Roſarium, nec legere officium eidem dedicatum; cùm in hiſce precibus ac laudibus *Sancta Maria, Virgo Maria, alma Virgo, Sancta Dei Genitrix*, &c. frequentius expreſsè, immediatéque ſalutetur, honoretur, invocetur, quàm Chriſtus Jeſus. Non erit permiſſum habere conciones encomiaſticas in laudem ejuſdem Deiparæ, interdictæ erunt

sunt ejus feſtivitates, homiliæ, libri, univerſique tractatus, quos innumeri Sancti, Sapientiſſimíque Eccleſiæ Doctores laudibus & excellentiis amabilis Dominæ noſtræ conſecrarunt. Prætermittendæ erunt Litaniæ Lauretanæ in Eccleſia univerſa uſitatiſſimæ, cæteræque ejuſdem amabilis Dominæ laudes ac honorificationes, nam in his omnibus amabilis Domina à pluribus expreſſius & immediatius honoratur, quàm Chriſtus: Hæc ſunt quæ ſequuntur illa quæ ſentis: *muta antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.* Scio quidem antiquam Lutheranorum adverſus Catholicos querelam, ac murmur, quòd omnes penè ſuas conciones ab exordio ad epilogum conſumerent in laudibus confraternitatum, v. g. Sanctæ Mariæ Sacratiſſimi Scapularis, ac Roſarii: quòd murmur quidam hodie continuantes, carpunt nos, quòd in concionibus de amabili Domina per horam quandóque protractis, vix ullam faciamus mentionem Chriſti: qui proindè quas ego reputavi ſequelas Heterodoxas, fortè venerabuntur ut Orthodoxas, ac honori Chriſti, ac amori ſervando indiviſo neceſſarias. At hos condemnat *Eccleſia Dei vivi quæ eſt columna & firmamentum veritatis.* Graviter quoque hollucinantur, non ſcientes, quòd qui honorificat Matrem, honorificet Filium, & qui magnificat ancillam Domini, magnificet eum qui *fecit ipſi magna, qui potens eſt.* Cúmque Concionibus Marianis prædicemus Matrem Chriſti, cum invocemus ipſam, ut pro nobis oret Chriſtum Filium ſuum: cùm doceamus populum amabilem Dominam à Chriſto ab æterno in Matrem electam ac præordinatam, à Filio ſuo à debito contrahendi peccati Originalis labem præſervatam, gratiâ repletam: Chriſtum concepiſſe, peperiſſe, educaſſe, ad crucem uſque affuiſſe, à Chriſto aſſumptam, ac glorificatam: eſſe Filii ſui thronum: ipſam à Filio multiplicia hominibus impetraſſe dona ac beneficia: ipſius gratiâ innumera patraſſe miracula, damnatos deſperatóſque peccatores ſalvaſſe: verbô, cùm in Concionibus Marianis periodus non prætereat, víxque jota aut apex, in quo tacita vel expreſſa de Deo ac Chriſto, non fiat mentio, indicium eſt ſanè manifeſtiſſimum præjudiciis præventæ mentis in tanta luce caligare, nec in concionibus Mariæ Matris Chriſti, Chriſti poſſe reminiſci: & niſi tenacibus forent præoccupati præjudiciis novi ſcepticiſmi, remitterem tales ad commune prædicamentum Relationis, ubi agitur de relationibus fundatis in actione & paſſione, ut tam clarè viderent, non poſſe laudari Matrem Chriſti, ſine memoria Chriſti, quàm ſe cogitare, v. g. ſomniare, & non exiſtere. Hæc amico integerrimo, ſi integro Mariano, nec ampliùs Monitorum minimè Marianorum, juſtéque damnatorũ (non tantum pacis conſervandæ gratia, ut ſiniſtrè interpretabatur, ſed propter fermentata dogmata) Patrono: ſi cognoviſſet Monita illa modo in Batavia in vernaculam linguam verſa, velut cultui Mariano funditus ſubvertendo

S. Aug. lib. 2. de nupt. adul. cap. 4

1. Tim. 3.

Luc. 1.

tendo accommodatiſſima, ab Hagiomachis cũ ſummo plauſu eſſe recepta, novoque prælo excuſa Middelburgi, non tam confidenter ipſa, eorumque authorem commendaſſet, poſtquam à Chriſti Vicario, fuêre prohibita.

Cum igitur prædictæ omnes Marianæ laudes & encomia, preces ac invocationes, augeant, non derogent honori Chriſti, ad quem & amabilis Dominæ, & omnium Sanctorum dirigitur, terminaturque laus & honos: neque honori Chriſti detrahunt, qui in proceſſionibus locali præſentiâ, fuſiſq; precibus immediatiùs expreſſiuſque ſanctos honorant in ſuis imaginibus, quam Venerabile: Præſertim, quia devotio & reverentia erga Chriſtum in Venerabili delatum, minimè exigit ipſum ita immediatè ac preſsè ſtipari plebe tumultuante: longè enim decentius eſt, venerabile deferri inter paucos ſacerdotes alioſque ſolemniter indutos Eccleſiæ miniſtros, turba populi cum ſacris imaginibus præcedente, aut non nihil à longè ſequente; prout videmus Principes ſæculi inter paucos nobiles ſolemniter procedere, ſatellitio partim præcedente, partimque ſequente. Imò hunc procedendi modum exemplo nos docuit Chriſtus in triumphali illa proceſſione in die Palmarum, in qua *turbæ quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant, dicentes: Hoſanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini:* turbæ igitur ibi præcedebant & ſequebantur, Jeſu inter eas cum diſcipulis incedente: quid igitur nos offendat in hoc ritu?

Matt. 21.

Nova hæc omnia perfundit luce, novo confirmat robore Illuſtriſſimus noſter Suffraganeus Billichius, malleus ille Buceri. „ Adverſarii, *inquit*, imaginantur, ſanctos qui ad intercedendum implorantur, eſſe opacum & craſſum quoddam interſtitium, quod impediat aſpectum noſtrum, quo minus poſſit Deus videri clarè, & cogitari; eſſe viſcum quemdam, in quo hæreat concepta fiducia, ut non queat ad Deum uſque tranſvolare. Nos contrà dicimus, ſanctos eſſe lucem quamdam, quæ reddat nobis Deum perſpectiorem, quæ tenebras noſtras ex parte juvet ut cognoſcatur Deus ſicut oportet. Quibus hebet oculorum acies, quid faciunt? Nonne adhibent ſibi conſpicilia? Chriſtallus oculis objecta, rei viſibilis ſpeciem exceptam, transfundit in cæcutientem. Nos igitur multò veriſimilius, quam adverſarii dixerimus, inviſibilem illum Deum, quodammodo in ſanctis apparere, in quibus cernimus ejus dona, magnificentiam, liberalitatem. Nec periculum eſt, ne nos ſuſpenſos in ſe remorentur, cum nihil habeant ſuum quod non ad Deum nos dirigat. Proindè puto quo ſanctiores fuerint interceſſores quos adhibemus, hoc magis fiduciam noſtram creſcere, ut etiam malè nobis conſcii, audeamus interceſſoribus inſtructi melius ſperare & confidere, quod certè in nobis ipſis ita ſe habere quotidiè experimur. „

In defenſ. Iudicii Univerſit. Colon. f. 319.

„ Rurſus imaginantur adverſarii

Digitized by Google

„ ſarii ſe fieri Deo propinquiores ubi „ abſque interceſſoribus ipſum adie- „ rint quaſi iſtud adire & propinquum „ Deo fieri, ſit localis aditus corpo- „ ris, & non ſpiritualis mentis, quæ „ obſtaculum nullum patitur : nimi- „ rum ita exiſtimabat Phariſæus ille „ in Evangelio, ſe Deo facilius con- „ greſſurum, ſi non ſtaret procul cum „ publicano : ſed Deus publicanum „ corpore remotum, animo proxi- „ mum exaudivit præ ſuperbo ac glo- „ rioſo Phariſæo. Nemo ignorat „ quantò præcelluerit Apoſtolus Pau- „ lus illis, quos fidem Chriſti docue- „ rat, & tamen hunc tantum ac talem „ virum, ac Deo ſemper mente proxi- „ mum adjuvêrunt etiam interceſſo- „ res, & putat aliquis per hoc Apo- „ ſtolum ſe elongaſſe à Deo? Aut qui- „ bus ſupplicabat ut pro ſe intercede- „ rent, fuiſſe Deo propiores, quam e- „ rat ipſe? Nec puduit ipſum ſuppli- „ care illis qui erant ipſi longè poſte- „ riores, & nos pudebit nos ſanctis „ ſubſternere, per quos utique poſſu- „ mus propiores fieri Deo, cum ſint „ ſancti omnes in Deo, & Deus in „ ipſis? „

Quæ, omnia hactenus à me dicta luculenter confirmant, manifeſtéque demonſtrant, neque corporalem diſtantiam à Venerabili, neque recurſum ad ſanctos in ipſius præſentia, nos reddere à Chriſto remotiores, ſive in proceſſionibus, ſive extra illas, ac per conſequens, fideles non oſtendere ſe ex ſenſualitate magis affectos honori devotionique Sanctorum, quam Chriſti, dum in proceſſionibus in præſentia Chriſti recurrunt, incedunt, ac orant juxta Sanctorum imagines : quandoquidem, ut ſapientiſſimus noſter Suffraganeus demonſtravit, inde magis Chriſto appropinquent.

Quod denique ſubjungitur in cavillo, hæreticos magno numero hiſce in partibus exiſtentes abuſus Catholicorum ex ſacris inveſtigare proceſſionibus, crediderim facilè, quid enim adeò ſanctum, in quo ipſi non videant graviſſimos abuſus, quid adeò pium ac devotum, quod iſti Momi non blaſphement? quid adeò Chriſti Evangelio ac exemplo conforme, quod ut hæreſim aut idololatriam non calumnientur? ſi igitur ob horum Phariſæorum vitanda ſcandala cenſeas ſacras imagines eorum oculis in proceſſionibus ſubducendas, & Eccleſiis eas exclude, Pſalmodiam noſtram abroga, confraternitates tolle, Miſſæ ne celebrentur, Clericos fœminis copula, verbo, omnem Chriſtianæ Religionis pietatem, cultum ac ſplendorem (mortua reſervata fide, ficta charitate, ſpeque inani) è medio tollas, in his enim omnibus gigantæos ementiuntur errores ac abuſus : nihilominus ob ſcandala Phariſaica tam ſancta ac neceſſaria non ſunt omittenda opera.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXXIV.

Rursùm abuſus, præcipuéque diviſio devotionis, quam cauſet Sanctorum repræſentia, Triumpho Agni Euchariſtici opponuntur.

CAVILLUM.

Mirumnè foret, ſi Prælati Eccleſiæ ſeparatione imaginum Sanctorum à Venerabili Sacramento vellent oſtendere, quomodo omnis honor & devotio in proceſſione competat ſancto Sanctorum, etiam abſque diviſione erga imagines? Ut ita multò efficacius fidelibus imprimatur, quanta committatur injuria in Venerabile Sacramentum, cum frequenter in proceſſionibus majori honore, reſpectu ac attentione ſalutantur ſimulachra veneris quæ ubique procumbunt ad feneſtras, ſtantque in plateis, quam ipſe Chriſtus: qui ſecundùm Concilium Tridentinum, in hujuſmodi proceſſionibus tamquam in Triumpho ſuo circumfertur.

RESPONSIO.

Malus conſiliarius omnia depravat aſſidens, dicebat Plutarchus, quod ad oculum videre licet in hoc, neſcio quo, inſtructore clanculario, peſſimum enim pergit ſuggerere conſilium, periculis plenum dare medium, fideles ad ſanctiſſimi Sacramenti reverentiam, honorem & attentionem excitandi: hoc enim medio hæretici Calviniani, Arminiani, Mennoniſtæ, Wicleffiſtæ, aliique hujus furfuris Hagiomachi, ac Iconomachi, omnem planè Sanctorum cultum aboleverunt. Calvini parœmia erat, *ſancti non honorandi, ut ſolus Deus in ſolidum colatur. Sed attendatur Wicleffi ratio*, ſubdit Waldenſis noſter, *quia putantur in eo exorbitare à fine honoris Dei*, Catholici honorando Sanctos: Hac machina ſubverterunt Sanctorum ſtatuas, deſtruxerunt imagines, ex hac perſuaſione ſacra lipſana exuſſerunt, ſepulchra devaſtarunt, feſtivitates, invocationes, omnem denique Sanctorum cultum ut Deo ac Chriſto injurium funditùs everterunt, quia ſibi imaginabantur nos honorando Sanctos, quantum honoris tribuimus Sanctis, tantum detrahere Deo, atque ita devotionem ac honorem noſtrum dividere ac diſpergere in Sanctos & Chriſtum: eſt igitur hæc ſolita Sanctorum eorumque ima-

Lib. 1. inſtit cap. 12. lib. 2. cap. 8. adverſ. imagines. Tom. .. tit. 10. cap. 38

imaginum infeſtatio, ſæpius quidem repulſa, at iterata, iterato retundenda.

Cum igitur fideles accedunt ad ſanctos ſive in proceſſione, ſive extra, aut oraturi, aut gratias acturi, aut illorum laudes celebraturi, à Chriſto non recedunt, affectum non dividunt, ab eo non ſe ſeparant, ſed reverà tam ad eum accedunt, ab eo omnia expectant, illi omnia tribuunt, illi in omnibus gratias agunt, ac ſi nullius Sancti memoriam haberent, unumque Deum, & nihil præter eum in orationibus ac laudibus ſuis præ oculis haberent. Expono illud exemplo Adami & Abelis: Adam cum eſſet mortalium primus, nec patrem habens nec matrem, quos ſuper terram honoraret ac amaret: ſed manu omnipotentis formatus, ejuſque ſpiraculo animatus, ipſum ſolùm habebat authorem, proindeque nulli creaturæ ut authori quidpiam debens: at verò filius ipſius Abel non ſoli Deo, verum & Patri ſuo Adam, ac Matri ſuæ Evæ honorem debebat ac amorem. Quo ſuppoſito, inquiro ab adverſario, utrum plus juris habeat Deus in Adam quam in Abelem? Inquiro etiam, an Abel honorem & amorem ſuum diviſerit in Patrem cœleſtem & terreum? an Abel minus, quam Adam, Deum teneretur ex toto corde diligere? Utrum Abel qui Matris lacte erat enutritus, non tam teneretur ob educationem Deo gratias agere, quam Adam, qui nullos habuit nutritores? Utrum Abel, qui à parentibus acceperat vitam, minus eſſet creatura Dei, quam Adam aut Eva? Abſque dubio tam Abel à Deo habebat omnia, quam Adam: unde haud minus quam Adam omnia debebat Deo accepta referre, illique omnem exhibere honorem, amorem ac gratitudinem: Nec Abeli magis quam Adamo licebat amorem ſuum inter Deum parenteſque dividere: quamvis ergo Abel cum Deo honoraret ac amaret parentes, nihil tamen divino honori ac amori per affectum ad parentes detrahebat: cujus ratio eſt, quia omnis amor erga parentes originem ducit ex amore Dei, & ad eum refluit, ita ut dum filii honorant ac amant parentes, Dei per eos accepta recolant beneficia, eique gratias agant pro eiſdem. Si igitur Abel, ſi cæteri filii teneantur honorare ac amare parentes abſque diviſione amoris & affectus inter Deũ & parentes: quidni poſſimus cũ Chriſto honorare ac amare ſanctos ſine diviſione honoris ac amoris inter Deũ & ſanctos, quãdoquidẽ ſanctos honorando ac amando divinam in eis amemus bonitatem, magnificemus dona ac liberalitatem, omne enim quod in ſanctis eſt honorabile ac amabile dona ſunt & gratia Dei, ſicut quidquid honorant ac amant filii in parentibus à divina profluit munificentia. Unde meridianâ luce evadit manifeſtior hujus cavillatoris impoſtura ac hallucinatio, dum ſimplicibus perſuadet Catholicis, omnem honorem ac devotionem in proceſſionibus non tribui ſancto Sanctorum, ſed dividi in imagines, dum eas honoramus cum Venerabili Sacramento.

Si porrò cenſeas hoc medio fideles

reverentiam, quæ committitur a leviculis quibuſdam, quæ inſtar Micholis ſpectandi irridendique causâ procumbunt ad feneſtras, ſtantque in plateis transeunte proceſſione, non propterea omittendus uſus piiſſimus ac antiquiſſimus: niſi proceſſiones ſacras & Eccleſiaſticas planè quis velit abrogatas, imò & omnem publicum Auguſtiſſimi Sacramenti cultum, nam ubi homines, ibi & abuſus eſſe poſſunt, & ſolent; ſive procumbant quidam ad feneſtras, ſive ſimul procedant in proceſſionibus, ſive adſiſtant ſimul in Eccleſiis; unde oporteret ſemper & ubique occultare Venerabile Sacramentum, ad efficacius fidelibus imprimendum, quanta à delinquentibus in ejus præſentia in Chriſtum committatur injuria. Nec hoc prætermittam, hac de cauſa potius Sanctos reverenter cum Chriſto fore circumferendos, quatenus irreverentes iſti videntes cum quanta devotione ac reverentia fideles peregrinantes, ſanctique cum Chriſto Triumphantes ipſi adſiſtant, & ipſi ſalutari concutiantur timore, devotione ac reverentiâ, ut non ſemel ſcimus eveniſſe ex Catholicorum ritè reverenterque perſolutis officiis, ita ut hæretici quandoque ex eorum conſideratione abjuraverint hæreſim: imò ut teſtatur Nicolaus Serrarius de filia cujuſdam Mauri Regis, quæ arctiſſimè in ædibus paternis cuſtodiebatur, & ab omni Chriſtianorum colloquio diligentiſſimè arcebatur; cum aliquando publicas Chriſtianorum proceſſiones ad feneſtram procumbens conſpexiſſet, adeò fidei Chriſtianæ ſuſcipiendæ deſiderio exarſit, ut Baptiſmum enixè flagitaret, invitiſque parentibus expiata, ac Chriſtianis adſcripta fuerit. Retulit hæc infidelis regia filia converſionis ſuæ fructum ad feneſtram procumbens, prætereunteſque ſupplicationes conſiderans, quidni ſimilem è noſtris proceſſionibus ſperare liceat, hæreticorum, magno numero hiſce in partibus adſtantium, converſionem, ac ſimulachrorum veneris compunctionem, ſi tamen piè ac ædificativè peragantur (ut Deo ſint laudes, apud nos fieri conſuevit) *ut is qui ex adverſo eſt vereatur, nihil habens malum dicere de nobis*, & dum hæretici in ſacris proceſſionibus inveſtigant abuſus, non inveniant niſi laudabiles uſus, hoc eſt, Chriſtum cum ſuis ſanctis in eorum imaginibus Triumphantem, fidelibus collætantibus ſecundum faciem Sanctorum, ſupplicantibus, ac Triumphum mediis congruis adaugentibus.

Proceſſ. cap. 5.

Videamus modò quid reſponderit noſter Waldenſis Witcleffo Catholicis improbanti, quod Sanctos colendo, *devotionem ſuam in membra Chriſti indebite ſpargerent.* „ Invidia autem, *inquit*, diaboli qui Dei Sanctis „ ſemper adverſatur, hoſtiliter cornua „ Witcleff contra feſta Sanctorum „ ſuſcitat in furorem cap. dicto 30. „ trialogi tertii. Non valet, inquit, „ ſolemniſatio vel feſtivitas talis Sancti niſi de quantò ad magnificandum Chriſtum præparat, ad honorem ejus incitat, & amorem ejus „ provocat & accendit. Unde ſi a- „

Tom. 3. tit 16. c. 138

„ liquæ ſint ſolemniſationes Sanctorum quæ exorbitant ab hoc fine, „ non dubium quin cupiditas vel peccatum aliud ſit in cauſa. Ideò multi putant prodeſſe Eccleſiæ, quod „ ceſſantibus omnibus iſtis feſtivitatibus Sanctorum, ſolum Chriſti feſtivitas obſervetur: *quia, ut inquiunt, Chriſti tunc memoria recentius haberetur, & plebis devotio non ſic in membra Chriſti indebitè ſpargeretur.* Hæc „ Witcleff. AUTHOR. A teipſo hæc loqueris an alii dixerunt tibi „ hæc ipſa: ſcilicet prodeſſe Eccleſiæ „ feſtivitates ceſſare Sanctorum, quia „ aliquæ exorbitant ab hoc fine? Ita „ enim loquitur quaſi aliorum eſſet „ hic ſenſus: facta autem ſequacium „ ejus invincibiliter arguunt eſſe ejus, „ quamvis non primò eſſe ipſius ſed „ prius Waldenſium hæreticorum de „ Lugduno quorum quæſt. 17. recolit GUIDO Carmelita. Decimus ſeptimus error quod feſta Sanctorum non ſunt celebranda, nec „ in illis ab operibus ſervilibus eſt ceſſandum. Hæc ille. AUTHOR. „ ſed attendatur Wucleff ratio, quia „ putantur ab eo exorbitare à fine „ honoris Dei: & tunc diu ante hæc „ tempora ſacrificiorum ritus debebat „ ceſſaſſe, quia multorum ſacrificia „ exorbitabant à fine honoris Dei, & „ deputabant ea dæmonibus. Item „ dilectio proximi deberet ceſſare, „ quia non dubium quin multi parentes filios, & viri conjuges, & feminæ viros amant, non ad honorem Chriſti: ideò per Witcleff, „ ceſſarent hæ omnes dilectiones hominum, & ſola Chriſti & ad Chriſtum dilectio haberetur ut Chriſti „ memoria recentius haberetur, & „ plebis dilectio non ſic in membra „ Chriſti indebite ſpargeretur. „

Hæc Waldenſis adverſus Witcleff, cujus caſtris periculosè appropinquat Cavillator, armis ipſius Sanctorum cultum impugnans, plebi perſuadendo, cultu Sanctorum in ſuis imaginibus, affectum noſtrum in imagines dividi: ſed attendat, illationem ejuſdem noſtri præſtantiſſimi Doctoris: *Magis ergo corrigendi & monendi fideles Sanctorum feſta ſinceriter agere ut Chriſti memoria in ſuis Sanctis recentius habeatur, & plebis devotio in membra Chriſti debitè colligatur: quibus ipſe dixit: qui vos recipit, me recipit.* Non dividit ergo devotionem erga Chriſtum, devotio erga Sanctos, ſed unit ac colligit, non diſpergit, ſed redintegrat. *Aut dic paulatim* (proſequitur Waldenſis) *quid melius? melius, inquit, ut Chriſti memoria recentius habeatur: At ego: ſed Chriſti memoria habetur recentior quum ejus beneficia recolimus in beatis, dicente beata Virgine cum cœlitus hymnizaret: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna qui potens eſt. Undè & in favorem Salvatoris redundat quidquid de ejus Genitrice feſtivè celebrat creatura.* Quod præclarè proſequor ex altero Carmelita Thoma Beauxamis præſtantiſſimo Evangeliorum interprete, invictiſſimoque hæreſeon

Ibidem.

Harmon. Evang. In cap. 1. Luc.

ex-

expugnatore, ſcribente ſuper hæc Cantici Mariani verba: *Fecit mihi magna qui potens eſt: & Sanctum nomen ejus.* „ Ita magis magiſque „ Dei beneficium, & ejus nomini „ gloriam omnem reddendam eſſe „ agnoſcit. Etſi enim, inquit, no- „ men meum ab omnibus celebra- „ bitur, & beatam me dicturæ ſint „ omnes generationes, quia fecit mi- „ hi magna qui potens eſt: in his ta- „ men omnibus glorificabitur Deus. „ Damaſcenus lib. 4. de fid. orthod. „ cap. 16. Ecquid igitur cauſæ eſſe „ poteſt, quin eos honore comple- „ ctamur, qui Dei ſervi, & amici, „ ac filii appellati ſunt? Etenim is „ honor qui probis conſervis ha- „ betur, benevoli erga communem „ Dominum animi argumentum eſt. „ Hieronymus ad Paulam & Eu- „ ſtochium ſerm. de Aſſumpt. Beatæ „ Mariæ. Idcircò dilectiſſimæ, læta- „ mini & laudate. Quia ſi Deum ore „ Prophetico in Sanctis ſuis laudare „ jubemur: multò magis eum in ce- „ lebritate Beatæ Mariæ Virginis Ma- „ tris ejus, oportet cum hymnis & „ canticis diligentius extollere, & „ dignis Deo jubilare præconiis, ac „ myſticis honorare muneribus. Nul- „ li enim dubium eſt, quin totum ad „ gloriam laudis ejus pertineat quic- „ quid dignè Genitrici ejus impen- „ ſum fuerit, atque ſolemniter attri- „ butum. Ex quo timeo ſatis, & „ valde pertimeſco, dum veſtris cu- „ pio parere profectibus, ne fortè ſi- „ cut improbus, ita & indignus lau- „ dator inveniar. Profectò cum nec ſanctitas vel facundia ſuppeditet, ut „ beatam & glorioſam Virginem Ma- „ riam dignè laudare queam: quoniam „ ut verum fatear, quidquid humanis „ verbis dici poteſt, minus eſt à laude „ Reginæ cœli: quia divinis eſt & An- „ gelicis excellentius laudata & prædi- „ cata præconiis. A Prophetis qui- „ dem prænuntiata, à Patriarchis figu- „ ris & ænigmatibus præſignata, ab „ Evangeliſtis exhibita & monſtrata, „ ab Angelo venerabiliter atque offi- „ cioſiſſimè ſalutata. Unde fit, ut qui, „ divæ Virginis honori detrahit, de- „ trahat Prophetis, Patriarchis, Evan- „ geliſtis, immò Deo & ipſis Angelis. „ Nos autem in omnibus ejus enco- „ miis agnoſcimus, quod fecerit ei „ magna qui potens eſt, ideoque *San- „ ctum ſit nomen ejus* ... Agnoſcitur, „ autem ſanctitas nominis ejus in ope- „ ribus, qualia in Sanctis, & maximè „ in diva Virgine reluxerunt. „ Hæc noſter Beauxamis, qui in ſuam ſententiam etiam producit noſtrum Verratum: lib. de Incarnatione Verbi tom. 2. cap. 4. ſi igitur honor, amor ac devotio Sanctorum ſit honor amorq; Chriſti, ut Carmelitæ inſigniter demonſtrarunt, impoſſibile eſt fideles honorando Sanctos, ut eos Eccleſia honorat ſive in ſe, ſive in ſuis imaginibus, ſive in proceſſionibus, ſive extra, honorem ſuum dividere ac ſeparare à Chriſti honore, cum in vera Philoſophia idem nec dividi nec ſeparari queat à ſe ipſo, ne alioqui ſit, quod nō eſt. Unde meritò cōtradictorium cavillo præſenti docuit noſter Beatus Joannes à cruce. *Quantū*, inquit, *ad memoriam, adorationem, & aſſi-*

Aſcenſ. Montis Carmeli lib. 3. c. 15.

Digitized by Google

æſtimationem imaginum, quam nobis Sancta Mater Eccleſia noſtra Catholica proponit, attinet, nulla deceptio, nullumque periculum indè emergere poteſt, neque illarum memoria poterit animæ non prodeſſe: memoria ſiquidem illa ſemper eſt annexa amori rei illius quam repræſentat, & quamdiu utetur imaginibus ad iſtum finem, ſemper promovebunt illam ad unionem cum Deo: tantum abeſt ex mente hujus beati & illuminatiſſimi Patris, ut imagines memoriam ac affectum dividant ac ſeparent à Deo.

Hujus unitivi cum Deo effectus, cauſati à ſacris imaginibus, non ignara ſoror noſtra Seraphica Tereſia, eximiâ ſemper devotione totius vitæ ſuæ curſu in illis coluit nedum Chriſtum, ſed & amabilem noſtram Dominam, cæteroſque Sanctos, quatenus ſingulari hoc adjumento unio cum Sponſo ſuo evaderet arctior ac ſtrictior; fuitq; ea, dubio procul, ſpecialis Dei prævenientis benedictio: nam eximiè erga Sanctos ac ſuperos affici, ut benè dicitur in vita hujus Sanctæ Sororis noſtræ, inſigne Dei ſine cõtroverſia eſt donũ, & gratia quædam ſingularis collata illi, cui hunc ipſe affectum concedit, nec non de certiſſimis, quæ ſalutis ſuæ habere homines in terra poſſunt, indiciis ac pignoribus. *Ribera lib. 4. cap. 13.* Sancti quippe amicis & clientibus ſuis per amicos ſe exhibent, Sanctis porrò ſe Deus viciſſim amiciorem multò & benevolentiorem: non enim hi pro eorum Deum deprecari in cœlo ſalutę negligunt, qui ipſorum patrociniũ & favorem expoſcunt; neve Deus ſuos adeò intimos & fideles amicos exaudire. Hoc porrò Dei donum beatæ huic animæ minimè defuit, ut cui etiam alia majora multò contulerat: quin imò in ipſa jam inde uſque à prima converſione ſingulari quodam modo eluxit. Ipſorum namque vitas adhuc puerula quam libentiſſimè pervolvebat, quarum lectione animum ſuum & ſolabatur & extimulabat. Hujus erga Sanctos, eorumque imagines, maximèque amabilis noſtræ Dominæ devotionis, quædam hic ſubjiciam ſpecimina. *Primum.* Ob deceſſum Matris, puellula duodecim ferme tantum annorum, mœrore proſtrata, ante quandam Deiparæ imaginem ſeſe abjecit, multiſque cum lachrymis illi ſupplicavit, ut cum Matre jam orbata viveret, ſui ipſa deinceps ut Mater, curam gereret, ſeſe in filiam haud gravatè admitteret. *Lib. 1. cap. 4.* Tam opportuno fuit hæc oratio tempore, & tam ſincero ardentique fuſa pectore, ut ejus reipſa effectum ſenſerit, à clementiſſimâ illâ Matre ex eo tempore in filiam ſuſceptâ, uti poſt tum ipſa in omnibus neceſſitatibus, tum & mundus univerſus in mirabilibus, quas ejus operâ Deus, Sanctiſſimæ Matris ſuæ interventione operari dignatus eſt, rebus, ac in his mirabili cum Deo unione jugique adhæſione, quam clariſſimè perſpexit. *Secundum.* Ut ad converſionem ejus veniamus, ſanctis hæc eſt adſcribenda imaginibus, quarum aſpectu multas Redemptor animas ad ſanctiorem vitam, vitæ emendationem provocavit, ut patet in famoſa illa peccatrice Maria Ægyptiaca, quæ occultâ Dei virtute templum ingredi prohibita, *Lib. 1. cap. 9.*

ſenda. ta, fuſâ ad imaginem Deiparæ prece in ipſius templi porticu, & Dei ad ſe ingreſſum, ac ſui in templum impetravit: quas proindè non ſine ratione Sancta illius Eccleſia & ſervat & veneratur. Tereſia igitur quodam die ſuum ingreſſa oratorium, in vulnerati confoſſíque Salvatoris imaginem fortè fortunâ oculos conjicit; quâ conſpectâ inſolito turbari motu in animo repentè cœpit, tot illum oppletum plagis, ac livoribus cernens: Inde ſecum ipſa mente cogitare, quàm huic poſt tot plagas Domino ingrata hactenus extitiſſet, atque adeò vehementi cordis dolore compungi, ut ipſum diſſecari medium videretur. Hoc pii doloris ſenſu ante imaginem ſupplex ſeſe proſternit, cùm magnam lachrymarum vim effundens, tum Dominum quam poterat maxima animi demiſſione obteſtans, tantam ſibi ut daret fortitudinem, qua fieret, ut numquam in ipſum deinceps peccando delinqueret. Adeò ſincera ac fervens hæc fuit ante imaginem deprecatio, ut ſingulari in Deum accedente fiducia, & deſiderio quo jam tota ipſius eſſe cupiebat, plena, audacter non ſe ante indè ſurrecturam diceret, quàm votorum compos reddita foret, & facta eſt, nam exindè arctiore ac intenſiore ſe amore

Lib.1.c.11. ſuo dilecto conjunxit. *Tertium.* Duas Virgo Sancta iconculas continenter penes ſe habebat: in quarum una Redemptor Chriſtus à mortuis reſurgens, in altera verò beata illius Mater ſpectabatur. Has ipſa Tereſia ad inſculptarum memoriæ ſuæ ideatum, quas è viſionibus habuerat, figuras ac notiones, juſſerat efformari: undè & pictori adfuerat, & quales hæ, & quomodo exprimendæ eſſent, ipſa ſuggeſſerat: undè apparet mira hujus ſanctiſſimæ ac illuminatiſſimæ Virginis erga Chriſti Chriſtiparæque imagines devotio, cumque eam è divinis reportarit revelationibus, Deo

gratiſſima eſt cenſenda. *Quartum.* *Lib 3. c.1.*
Monaſterii cujuſdam inſtituens fundationem, ante omnia inſtituit, ut in cathedra priorali, in choro conſtituta, quædam Deiparæ Matris effigies collocaretur, cui tum ipſa domum & ejuſdem claves concredidit; exindéque ſe nullius eſſe numeri apud ſuas dicens, Sanctiſſimam Virginem, cujus in tutela familia hæc verſabatur veram ejuſdem Antiſtitam ac præpoſitam, quæ ipſas gubernatura eſſet, pronunnuntiavit. Quàm hoc acceptum Dei Matri fuerit obſequium, haud multum poſt diebus id ipſa Tereſiæ manifeſtavit, quæ hanc ab illa factam ſibi apparitionem ſcripto etiam commiſit, in quò, inter cætera, hæc ſibi revelata narrat Tereſia: *Toto illo quo laudes decantabantur tempore hunc Beatiſſima Virgo locum occupavit, & mihi tandem ait: Optimè à te id inſtitutum & opportune, quòd hoc me loco conſtitueris. Equidem quæ hic filio meo laudes decantabuntur, præſens adero, eáſque illi offeram.* Hinc diſcimus, gratiſſimam fore Chriſto Chriſtiparæque imaginum ſuarum cultum, eúmque nos Deo conjungere, non ab

eo ſeparare. *Quintum.* Una è cauſis, *Lib.4.c.10*
ob quas maximo in imagines ſtudio rape-

Digitized by Google

rapiebatur, hæc erat, quod ardentiſſimo in Deum & Sanctas deſiderio raperetur: hinc cum aliquando Redemptoris, vel Sanctiſſimæ Matris ejus in manus imagines acciperet, jucundum erat audire, quibus eamdem compellabat verbis, tantum amorem & cordis teneritudinem ſpirantibus, ut anima ejus dilectione liquefieri videretur: quomodo autem hoc poſſibile, ſi imagines diligentis animæ à Deo dividant ſeparéntque affectum. *Sextum.* In Breviario ſuo Catalogum
Lib. 4 c. 13 gerebat eorum, in quos peculiari affectu ac ſtudio ferebatur Sanctos, quos inter recenſet primo noſtrum Sanctum Albertum, Sanctum Cyrillum, Sanctos omnes Ordinis noſtri, Sanctum demum Angelum. Si igitur Sanctiſſimæ Sorori noſtræ à Deo inſtructæ habenda fides, nequaquam credendum Sanctos, aut quaſcúmque Sacras imagines à nobis veneratas affectum noſtrum à Deo ſeparare, at contra ad eum reducere eíque unire.

Quæ omnia clariſſimè, & citra omnem controverſiam demonſtrant, animo cuvius ovinæ veritatis amplexui accommodo, devotionem erga Sanctorum imagines cum Chriſto in proceſſionibus circumlatas, affectum in eas non dividere, at verò recolligere: qui proindè clanculariò huic fundatiſſimæ Catholicæque doctrinæ obmurmurant, è latebris latrant, plebémque circumveniunt, more earum de quibus ait Propheta: *Ecce peccatores intenderunt arcum: paraverunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde.* Pſalm. 10.

CAPUT XXXV.

Iteratis adverſus Agni Euchariſtici expoſitionem ac circumlationem reſpondet querelis.

CAVILLUM.

NUmquid inſuper fateri debemus præſentis Eccleſiæ indulgentiam tam irrationabiliter hiſce in partibus verti in abuſus, ut quilibet Pater, Sacellanus, imò fere Eccleſiæ cuſtos, in ſua Eccleſia Sanctiſſimum Sacramentum ſecundùm ſuum beneplacitum curaret exponi, ac multis in locis etiam in proceſſionibus circumferri, prout conſultum judicabat? quodque tam longè deperditus ſit reſpectus erga Sanctiſſimum Sacramentum in populo, ut perquam commune ſit, etiam in ejuſdem conſpectu gravia mortalia perpetrare peccata. Imò quod locus ille ſpecialiter eligatur, ut ibi faſtus

Digitized by Google

ſtus ac vanitas mundi quaſi in comedia exhibeatur. Foretne igitur mirum, ſi Prælati omnibus aliis adhibitis mediis contra tam horrendos abuſus, tamdem probarent reſtituere particulam aliquam antiquorum Canonum Eccleſiæ? in qua reſpectus erga Venerabile adeò eminebat, ut homo mortali inquinatus culpâ idem ne adſpicere quidem permitteretur.

RESPONSIO.

Re adverſus laudabilem antiquiſſimámque Sacrarum imaginum cultum confectâ, ut arbitraris quidem fideles deinceps in ſua erga Sanctiſſimum Sacramentum devotione laceſſis, ac cœpto gradiens tramite, ab abuſibus rurſum procedis ad abrogandos uſus, planè ignarus regulæ Sancti Hieronymi quam præſcripſit Vigilantio item varios abuſus adverſus Catholicorum ritus ac devotionem corradenti: *paucorum culpa non præjudicat Religioni.* Inquiramus nihilominus an non trepides timore ubi non eſt timor, an omnes abuſus ſint, qui tibi videntur, quoſque nobis appingis. Igitur, quaſi è Tripode pronunties oracula, aſſeris quemlibet obligari fateri, indulgentiam præſentis Eccleſiæ irrationabiliter hiſcè in partibus verti in abuſus, idque non alio probas teſtimonio, quàm tuis ignotæ authoritatis ac veritatis verbis, ipſe accuſans, teſtificans, judicans, condemnans inauditos innocentes: non enim adeò prætenſi tui abuſus ſunt evidentes ac propatuli, ut nec tu, nec alius quiſquam de quoquam meritò poſſit ambigere. Imprimis enim quòd ais quemlibet Patrem in ſua Eccleſia Sanctiſſimum Sacramentum pro ſuo beneplacito exponere ac in proceſſione circumferre, ſplendida eſt calumnia: non cuilibet in Monaſteriis licet quidlibet, non ad ſuum beneplacitum agunt quod libet, qui ſuam voluntatem ſanctè Superioribus ſubjecêre: neque Superiores eorum omnibus indiſcriminatim committunt omnia, at quòd rationi Religioníque conveniens, determinatis idoneíſque injungunt ſubditis: quàm circumſpectam prudentiam cum accuratè ſervent in omnibus, tum maximè in pertinentibus ad publicum divinum officium, atque ſuper omnia in Sanctiſſimi Sacramenti diſpenſatione ac expoſitione. Cùm igitur Pater aliquis Sanctiſſimum Sacramentum exponit, aut in proceſſione circumfert, hoc facit ex ſui legitimi Superioris ordinatione, & ſecundùm approbatam Eccleſiæ ſuæ conſuetudinem. Laboras igitur curâ ſuperfluâ, eſſet autem operæ pretium, ſi, Patribus ſuis commiſſis Superioribus, quid domi tuæ geratur diligentius conſiderares, & ad legitimi Superioris Decretum corrigeres. Eſt profectò ea inſolita qualibet reprehendendi audacia, quòd aliquis, neſcio quis, ipſa audeat penetrare Monaſteria, ibique ſe maximum facere cenſorem.

Quod ſubnectis de irrationabilibus abuſibus Sacellanorum & Cu-

ſtodum hac in re, eorum relinquo præpoſitis, non tecum alienæ me ingero curæ: mihi interim non perſuadeo Paſtores Eccleſiarum adeò in ſuo munere fore deſides ac incurios, ut irrationabiliter ſuis Sacellanis ac Cuſtodibus permittant Sanctiſſimi Sacramenti expoſitionem aut proceſſionalem circumlationem juxta ipſorum beneplacitum: comminiſci hoc tantum eſt: ſi tamen quidam hic committerentur abuſus (ubi enim in rebus humanis omnes abſunt?) debebat tua nihilominus reformandi licentia metiri regulis prudentiæ, quæ præſcribunt: *maneant uſus, tollantur abuſus*: Et: *paucorum culpa non præjudicat Religioni*, inquit indomito reformatori Vigilantio Hieronymus: habendáque præ oculis alia ejuſdem ſancti inſtructio: *quòd enim ſemel feciſſe bonum eſt, non poteſt malum eſſe, ſi frequenter fiat*: (de per ſe) *aut ſi aliqua culpa vitanda eſt, non ex eo quòd ſæpè, ſed ex eò quòd fit aliquando culpabile eſt.* Non ergò aliorum abuſus, aliorum deſtruunt uſus, diſcurrit rurſus Hieronymus contra Vigilantium, qui ob vigilias impudicorum, pudicorum volebat abrogatas in Baſilicis Martyrum.

Adverſ. Vigilantium.

Quidquid igitur ſit de abuſibus intentatis Sacellanis ac cuſtodibus: nequaquam inficior abuſus execrandos, quibus perverſi quidam in conſpectu ſui Creatoris, Redemptoris, Judicis conſpicientis è Sacramentalibus ſpeciebus, enormia perpetrant ſcelera: At verò (quod gemens ediſſero) nil tam per ſe bonum, nil umquam tam ſanctè inſtitutum, quòd in hac tantæ pravitatis natura homines ſive per imprudentiam ſive per malitiam ad peſſimos uſus non rapiant: non eſt hæc pietas felicior cæteris Sacramentis: quanti verò in illis abuſus? non eſt felicior divinâ fide: quòd autem eâ non abutuntur hæretici, qui mortuâ fide æternum ſe victuros credunt? non felicior eſt eleemoſynâ: quantis tamen eâ polluitur criminibus, luxuriâ, jactantiâ, aliíſque. Non felicior eſt aliis Sacris inſtitutionibus, non Feſtivitatibus Chriſti Domini, non Chriſtiparæ, non aliorum Divorum quæ cum Sanctis operibus forent celebrandæ, in ipſis Catholicorum plurimi luxui, licentiæ, comeſſationibus, ebrietatibus indulgent: Non felicior eſt Ritibus Baptiſmi, quibus admiſcentur à pravis Chriſtianis lauta convivia, ſuperflui ſumptus, crapulæ ac ebrietates: Non felicior Sacris nuptiis, in quibus pompæ, ebrietates, ſcortationes, adulteria perpetrantur: Non deníque felicior eſt hæc pietas dono Spiritus Sancti, & hoc Simon ille magus parabat abuti. Fateor igitur in piiſſimo uſu expoſitionis ac circumlationis Auguſtiſſimi Sacramenti abuſus quoſdam irrepſiſſe, uti in dictis aliiſque rebus Sanctiſſimis: quid indè porrò? numquid propterea ſanctam autumas abrogandam conſuetudinem? Numquid boni privandi ſunt ſuâ devotione, piíſque exercitiis, quia iis abutuntur mali? anne ægris ſubtrahenda medi-

Digitized by Google

medicina, quia illam reſpuunt phrenetici? anne mœſtis, lugentibúſque animis negandum ſolatium quod capiunt ex Agni Euchariſtici adſpectione, benedictione, adoratione, quia hoc faſtidiunt ii, qui gaudent in mundo, in ollis Ægypti, qui *tenent tympanum, & citharam, & ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Qui dixerunt Deo* (etiam Euchariſtico) *recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus*, non quærimus toties confiteri, toties communicare, toties benedictionibus, ac proceſſionibus intereſſe, nobis domi in epulis, in luſibus, in acceptiſſimis converſationibus res agitur, majoris ponderis nos detinent negotia, monachorum, Devotarum iſta ſunt impedimenta, emolumentáque. *Quid nobis prodeſt ſi oraverimus illum?* ſi proceſſioni, ſi benedictioni interfuerimus; anne, inquam, ob hujuſmodi faſtidioſos veris Iſraelitis Deum quærentibus eximiè amare, clarè videre, ſub ſpeciebus Euchariſticis ſeſe benigniſſimè communicantem, adorare, coram gratias agere deſiderantibus, cœleſte Manna, divinum ſolatium, copioſam merendi meſſem cenſet ſubtrahendam? numquid imperitos crudeléſque vis imitari medicos, membra putrida reſecantes cum ſanis & integris, oculos propter ſuffuſionem, pedes ob podagram? triticum vis extirpare cum zizaniis? vinum, propter naſcentem inde luxuriam? gladios, quia iis multi injuſtè occiduntur? divitias, quia iis plerique cor apponunt? veſtes, quia indè vani ſuperbiunt? viſnè propter relatos abuſus interdicta dona Spiritus Sancti, Eccleſiæ Sacramenta, Fidem, Eleemoſynas, Feſta, Miſſas, imò & mundum totum, *& totus mundus in maligno poſitus eſt*, inquit Joannes? *Hoc non ipſe ſentis, ſed hoc ſequitur illa quæ ſentis: muta ergò antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.* Audias modò noſtrum ſapientiſſimum ac religioſiſſimum Sylveiram ex tomo nono ſuorum operum, per univerſum Chriſtianis celebrem: *Ad id quod dicitur, quòd ad reverentiam, ac venerationem tam altiſſimi Sacramenti ſpectat, quòd non multoties, ac frequenter exponatur. Tale aſſertum valdè mirum apparet: Nam Romæ, ubi adeſt ſummus Pontifex caput totius Eccleſiæ, abhinc multis jam annis elapſis uſque in præſentem diem ſervatur, quòd in unaquáque Eccleſia per ſpatium quadraginta horarum, ſuo ſucceſſivo, & alternativo ordine S. Euchariſtia omnibus diebus eſt expoſita, & ad magis excitandam devotionem, ac frequentiam populi: Romani Pontifices concedunt indulgentias, inſuper & multas gratias; quo ergo fundamento dicitur, quòd ad venerationem hujus diviniſſimi Sacramenti maximè pertinet, quod non frequenter exponatur?* Hoc tibi non poteſt non eſſe gratum, qui tanto zelo æmularis praxim Eccleſiæ Romanæ, omnium Eccleſiarum Matris ac Magiſtræ; igitur & hìc *Romano vivito more.* Eamdem praxim ſervat quoque inclyta civitas Colonienſis, ut per totum annum quotidie in aliqua Eccleſia celebrentur preces coram expoſito Venerabili Sacramento: quam

Job. 21.

1. cap. 5.

S. Auguſt. lib. .. de nupt. adul. cap. 4.

Opuſc. 2. reſ. 36.

Digitized by Google

ſcio à quodam optatam in Belgio introductam, niſi obſtaret *Novitas*, avitæ Religionis tenacibus ſemper odioſa.

Poſt hæc inaniter te jactas, quaſi Prælatorũ præſederis Conciliis; at interfuiſtine illis? non mihi hoc perſuadeo: quid igitur tam fidenter pronuntias, omnia ipſos adhibuiſſe remedia contra tam horrendos abuſus? erras, falliſque, plura Prælatorum ſagax prudentia poterit adinvenire, aut adinventa renovare, ut bonis ſervatis uſibus pro bonis, tollantur, aut ſaltem minuantur (hoc enim tantum poſſibile, in hac naturæ corruptione) introducti à malis: placuit nihilominus tibi, plebi imponere, omnia media contra abuſus fuiſſe adhibita, ut faciliùs perſuadeas uſus tollendos cum abuſibus, imperitum imitatus medicũ, qui cum neſciat curare vulnus, vulneratum reſecat membrum. Eſto interim Prælatos nihil profeciſſe adverſus abuſus, omnibus adhibitis mediis, minimè enim hinc conſequitur, laudabiles tollendos uſus, niſi velles conſequenter abrogandum uſum Sacramentorum, Sacros Ordines, ſacrificii oblationes, Paſtorum Officia, Eccleſiaſtica beneficia, aliaque ſanctiſſima inſtituta, plurimi enim, nec leves, in his irrepſêre abuſus, contra quos non tantum particulares Prælati, ſed & univerſalis Eccleſiæ Paſtor plurima fruſtra adhibuit remedia, quot non fuêre adhibita contra abuſus intruſos in uſibus à te impugnatis, quique non ſunt tanti, actu exaggeras. *Hoc tu ipſe non ſentis, ſed hoc ſequitur illa quæ ſentis; muta ergò antecedentia, ſi vis cavere ſequentia.* S. Auguſt. ibidem.

Cum vero antiquos rurſum moliris reſtituere Canones, iterùm cum Sancto Auguſtino reſpondeo: diſcurris igitur perquam lepidè, *tanquam ſi quis neſcius in armamentis, quid cuique membro accommodatum ſit, ocreâ velit caput contegi, & galeâ calceari, & murmuret quod non aptè conveniat: aut in uno die indicto à pomeridianis horis inſtituo, quiſquam ſtomachetur, non ſibi concedi quid venale proponere, quia mane conceſſum: aut in una domo videat aliquid tractari manibus, à quoquam ſervo, quòd facere non ſinatur qui pocula miniſtrat: aut aliquid poſt præſepia fieri, quòd ante menſam prohibetur, & indignetur, cùm ſit unum habitaculum & una familia, non ubique atque omnibus idem tribui. Sic ſunt iſti qui indignantur, cùm audierint illo ſæculo licuiſſe, juſtis, quòd iſto non licet juſtis.* Lib. 6. c. 2. con. Fauſtum. Sic etiam es tu, qui vis non licere hoc ſæculo, quod fortè non licuit ſæculis Eccleſiæ antiquæ, atque ita cum ignaro illo rurſum convinceris pedes velle galeâ calceari. Quapropter nedum foret mirandum, ſed & deplorandum, ſi Prælati Eccleſiarum hujuſmodi diſtortas inducere attentarent reformationes: quid enim effecerunt attentatæ quorumdam Novantium reformationes per prætenſam reſtitutionem praxis, ac Canonum antiquæ Eccleſiæ? non reformationem induxerunt, at horrendam difformationem, turbationes & ſchiſmata quibus vix ulla ætas vidit magis execranda, Calvini, Lutheri & hujuſmodi peſtium conſulas attendáſque

dáſque factiones, & me intelliges: prætextu namque reſtitutionis puritatis fidei, Canonumque antiquæ Eccleſiæ, & antiquæ & modernæ fidem ſubverterunt. Hæc dixerim non quod cenſeam laudabiles antiquæ Eccleſiæ mores à moderna non fore æmulandos, dum opportunum id judicaverint legitimi Superiores, ſed quia non ſemper omnia omnibus conveniunt aut expediunt temporibus, perſonis ac regionibus, prout non ſemel ex ſanctis Patribus in Superioribus relinquo demonſtratum.

Quocirca reor amplectendũ conſiliũ Sancti Auguſtini, quo diremit litem inter unum contendentem Sacram Euchariſtiam frequenter ſumendam, *Epiſt.* 118. atque alium rarius id fieri oportere: *Rectius*, inquit ſanctus Doctor, *inter eos quiſque fortaſſe dirimit litem, qui monet ut in Chriſti pace permaneant: faciat autem unuſquiſque quod ſecundùm fidem ſuam piè credit eſſe faciendum. Neuter enim eorum exhonorat Corpus & Sanguinem Domini: Si ſaluberrimum Sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigaverunt inter ſe, aut quiſquam eorum alteri ſe præpoſuit Zachæus & ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domum ſuam ſuſceperit Dominum, alter dixerit, non ſum dignus ut ſub tectum meum intres: ambo Salvatorem honorificantes, diverſo & quaſi contrario modo, ambo peccatis miſeri, ambo miſericordiam conſecuti. Valet etiam ad hanc ſimilitudinem, quod in primo populo Manna ſecundum propriam voluntatem in ore ſapiebat, ſic in ore uniuſcujuſque Chriſtiani, Sacramentum illud quo modo ſumatur æſtimandum. Nam & ille honorando non audet quotidiè ſumere, & ille honorando non audet ullo die prætermittere. Contemptum ſolum non vult iſte cibus, ſicut neque Manna faſtidium.* Hoc, inquam, conſilio ſtandum in præſentiarum, ut videlicet quælibet Regio ac Provincia in ſua maneat pace, faciatque quod pii prudenteſque majores faciendum credidêre, ac certatim ſaluberrimũ Sacramentũ honorare côtendant, ſi frequenti expoſitione ut adoretur, laudetur & ametur; Et (ſi Provinciæ vicinæ ſint hæreticis modernis negantibus diviniſſimum hoc Sacramentum) ut publicâ ejuſdem frequenti veneratione conſervetur & foveatur vera fides de præſentia Chriſti Domini, etiam extra uſum Sacramenti, contra Lutheranos: deque juſtiſſima ratione adminiſtrandi ſacram Euchariſtiam, ſub una duntaxat ſpecie, contra Calixtinos, qui ſub utraque ſpecie illud volunt diſpenſari. Denique contra Sacramentarios ſententia Catholica de reali præſentia Chriſti in hoc ſanctiſſimo Sacramento. Ob quas, aliaſque rationes nequaquam convenit radicatam dudũ conſuetudinẽ frequenter exponendi Venerabile in hiſce regionibus abrogari, hoc enim ſine gravi fideliũ perturbatione, ac hæreticorũ inſultatione fieri non poſſet. Alii autẽ diviniſſimum Sacramentum honorent rariore expoſitione, ſi inde ob alias rationes ac circumſtantias major ejuſdem ſperetur honos, major fructus ac devotio fidelium, contemptum ſolum non vult ſaluberrimum

hoc Sacramentum, qui ſi à quibuſdam malevolis in ejus præſentia committatur, increpationibus pœniſque emendetur, ut apud nos conſuevit, ne ob horum malitiam boni devotique erga ſanctiſſimum Sacramentum ſpirituali ſuo priventur profectu ac proventu.

Serviunt in hanc rem, quæ nuper R. Pater Payez, Ordinis Seraphici ſacrarum litterarum interpres optimè meritus, ac ſanctiſſimi Sacramenti zelotes laudabiliſſimus, commiſit publicis diſputationibus in urbe Principe Bruxella, præſente Reverendiſſimo Patre ſuo Gulielmo Herinx, modò Illuſtriſſimo Iprenſium Epiſcopo, ſcriptis, zeloque avitæ Religionis per orbem Catholicum celebratiſſimo, quē, precor omnipotentem, ut Eccleſiæ ſuæ annis plurimis ſervet incolumem. „ *Erat autem*, inquit, *(ô aurea naſcentis Eccleſia ſacula!) ſanctiſſima multitudinis* credentium cor unum & animaa una. Unde hoc? Liceat mihi nunc è Catechiſmo Romano reſpondere. Quidquid *illo*, & hoc tempore ſanctitatis, pietatis, & religionis in Eccleſia ſummo Dei beneficio *fuit* & conſervatum eſt, id magna ex parte confeſſioni *& Venerabili Euchariſtia* tribuendum: ut nulli mirandum ſit humani generis hoſtem, cum fidem Catholicam funditùs evertere cogitat, per miniſtros impietatis ſuæ, hanc veluti Chriſtianæ virtutis arcem, totis viribus oppugnare. *Unde pudor & dolor eſſet hodie obeſſe nonnullos horũ frequentia Sacramentorum. Quibus porrò de cauſis? Fors, quia lethalibus obſtricti delictis admodum lentè convertuntur, inſignis praeat vita mutatio, venialibus impliciti ſanctitate emineant, ut abſolvantur, neceſſe eſt. Ut non indignè communicent, præcipitur Angelica puritas, & præteritorum defectuum nè vel idea ſuperſit in nobis. Vis eloquar? Leo Iſaurus Imperator (ut refert Baronius anno Chriſti 726.) moliebatur ſacras imagines prorſus abolere: ad execrabile Decretum conqueritur Oriens: reponit ille, ſe non imagines tollere, ſed attollere tantum, ne deinceps halitu, oſculis ſordidarentur & manibus. Hoc interea prætendebat Cæſar hæreticus, ut à ſenſu remota removentur à corde. Capin?*

Part. 2. cap. 5.

Hæc ille minutus authoritate ac eximia ſapientia ſui Illuſtriſſimi Epiſcopi, quibus promptus ſubſcribo: iis autem edoceris, Cavillator, alia via optatum fructum ex Venerabilis Sacramenti aſpectione procurandum, quam remotione ejuſdem ab oculis peccatorum, ne remotum ab oculis, & à mente removeatur, ſunt enim ſenſus mentis oſtia & aditus: alioquin loquar tibi cum noſtro ſtrenuiſſimo hæreticorum Maſtige Hecquetio: *quidam tecti ſunt hæretici, & hæreſeos toxica in ſimplicium animos tacitus & ſenſim, vulpina quadam aſtutia, transfundunt: multorum pixides venenum intus latens tegunt: variique ſunt ſcriptores, in quorum hortulis, urticæ, vepres, ſpinæ, paſſim obvia occurrunt.* Et infrà. *Linguâ Chriſtiani ſunt, operibus Chriſtum negant, quo genere ſcriptorum, quid exe-*

In peripa. taſ. de gentilis & Ph loſ.

Digitized by Google

execrabilius, quid orbi peſtilentius? quis hic pietatem & ſobrietatem non deſideret? Aut quorſum tanta inſolentia iis qui Chriſtiani & dici & haberi volunt?

CAPUT XXXVI.

Argumenta ulteriora pro Agno Euchariſtico, in Catholicorum Proceſſionibus cum ſuis Sanctis, in eorum imaginibus, triumphante.

QUatuor hactenus pro Triumpho Agni propoſui argumenta, quæque occaſione illorum adverſus eum fuêre objecta, funditus everti: nunc animus mihi eſt, novis divino Triumphatori militare armis, novis ipſi obſequi argumentis: unde procedo poſt tantam remoram ad

Quintum Argumentum.

Hoc deſumo ab illa ſummè admiranda unione Chriſti cum ſuis *Sanctis*, cujus notitia, ad ritè percipiendum univerſalem Catholicam doctrinam de veneratione ac interceſſione Sanctorum, unicè eſt neceſſaria; quam proinde accuratè hic exhibebo expoſitam verbis Rev. & Illuſtr. Dominorum Canonicorum Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis adverſus Bucerum, quorum Judicium propugnat ſpeciali Libro noſter Illuſtriſſimus Billichus Colonienſis Suffraganeus. *In Antididagm.*

„ Hæc *unio* primum percipitur ex „ oratione Chriſti, quam poſt ſacram „ cœnam ante paſſionem ſuam pro „ credentibus dixit Joan, 17. his verbis: Rogo te Pater, ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & „ ego in te, ut & ipſi in nobis unum „ ſint, ut credat mundus, quia tu me „ miſiſti. Et ſequitur: & claritatem, „ aut (ſicut interpretatur Hilarius) „ honorem quem dediſti mihi, dedi „ eis: ut ſint unum, ſicut & nos „ unum ſumus. Ego in eis, & tu in „ me, ut ſint conſummati in unum, „ & cognoſcat mundus, quia tu me „ miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut „ & me dilexiſti. Volo Pater, „ ut ubi ego ſum, & illi quos dediſti „ mihi ſint mecum, ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi, &c. „ *Lib. 8. de Trin.*

Hæc Chriſti verba eximiâ quâdam „ conſolatione & delectatione plena, „ ſanctus Pater Hilarius lib. 8. de Trinitate ita intellexit, ut ſancti non „ voluntate mentis tantum unum cum „ Chriſto, propterea quod unius ſint „ voluntatis cum eo, putandi & exiſtimandi ſunt. Verum etiam ut, „ intelligantur eſſe unum cum eo naturali quâdam per gratiam tamen ipſis impartita unione, ita „ mirum

„ nimirum, ut quomodo ipſe vi-„ vit per Patrem, vivant Sancti per „ eum. Quemadmodum & Beatus „ Apoſtolus Petrus teſtatur 2. Pet. 1. „ & quod per Chriſtum maxima & „ pretioſa promiſſa credentibus do-„ naverit Deus, ut per ea efficiantur di-„ vinæ conſortes naturæ. Et huc „ pertinet quod Chriſtus ait Joan. 15. „ ego ſum vitis, vos palmites: in quem „ locum ita Beatus Auguſtinus ait: „ unius quippe naturæ ſunt vitis & pal-„ mites: propter quod cum eſſet Deus, „ factus eſt homo, ut in illo vitis eſſet „ humana natura, cujus & nos homi-„ nes palmites eſſe poſſimus.

„ Summam iſtam & admirandam „ unionem Apoſtolus Paulus pluri-„ mis in locis eximiè prædicat 1. Co-„ rinth. 12. Sic habet: ſicut corpus „ unum eſt, & membra habet multa, „ ita & Chriſtus. Quod dictum S. „ Auguſtinus in lib. de Trinitate: „ Item in Pſalmo 130. & 142. diligen-„ ter expendit, exponitque, ut quod „ Apoſtolus non dixerit: ſicut corpus „ multa habet membra, ita ſunt multi „ Chriſti: Verum, ita & Chriſtus. „ Quo ſignificavit caput cum corpo-„ re ſimul & unà Chriſtum appellari. „ Sicut idem Apoſtolus alibi dicit: vos „ eſtis Corpus Chriſti & membra ejus. „ Qua in re cognoſcitur excellentiſſi-„ ma & maxima gratia, quam Chriſtus „ nobis exhibuit, in eo quod voluit u-„ num eſſe nobiſcum, qui eſt cum Pa-„ tre unum. Et ſicut ipſe ait: ego „ & Pater unum ſumus, ita teſtatur „ Apoſtolus quod credentes ſint u-„ num cum eo. Non dicit (inquit) Apoſtolus ad Galatas tertio in ſemi-„ nibus, quaſi in multis, ſed quaſi in „ uno, qui eſt Chriſtus. Et ad Ephe-„ ſios quinto: membra ſumus corpo-„ ris ejus, de carne ejus & oſſibus ejus. „ Ita ad Epheſios ſecundo: Deus con„ vivificavit nos Chriſto, & conre-„ ſuſcitavit, & conſedere fecit in cœ-„ leſtibus in Chriſto Jeſu, ut oſtende-„ ret in ſæculis ſupervenientibus, ab-„ undantes divitias gratiæ ſuæ in bo-„ nitate ſuper nos in Chriſto Jeſu. Non „ eſt putandum omnia iſta dicta eſſe „ de iis tantum Sanctis, qui adhuc in „ hoc mortali corpore agunt: quin „ etiam multo potius de illis, qui jam „ morte temporali tranſierunt in vi-„ tam, ſuntque cum eo præſentes. Ita „ enim Chriſtus ait Joannis decimo-„ ſeptimo: Claritatem quam dediſti „ mihi, dedi eis, & volo, ut ubi ego „ ſum, ſint & illi mecum. Item Joan-„ nis duodecimo: ubi ſum ego, illic „ & miniſter meus erit, & ſi quis mi-„ hi miniſtraverit, honorificabit e-„ um Pater meus. Sic Matthæi vi-„ ceſimo ſecundo: non legiſtis? E-„ go ſum Deus Abraham, & Deus „ Iſaac & Jacob? non eſt Deus mor-„ tuorum, ſed viventium. „

Ratione hujus tam admirandæ ac gratioſæ unionis capitis Chriſti cum ſuis Sanctis membris, & eorundem membrorum inter ſe, de vero Sanctorum cultu & veneratione, ita ſemper tradit eſt in Catholica Eccleſia, quod nos oporteat in ipſis laudare Deum, qui tam intimè eos ſibi univit; tantaq; mirabilia in ipſis & per ipſos eſt operatus: deinde etiam Sanctos ipſos tan-

quam

Digitized by Google

quam fidiſſimos gratiæ Dei cooperatores: nec hoc ſolum, verum etiam, quia eorum jam in cœleſtibus Chriſto conſedentium ſumus clientes, adeoque cultu honorariæ ſubjectionis à nobis honorandi. Quæ cum Catholica ſit doctrina, nequaquam cenſeri poteſt, Sanctos cum Chriſto in proceſſionibus honoratos ejus detrahere honori aut amori, quin potius eum Chriſto fore gratiſſimum erga Sanctos affectum, qui eos unum voluit eſſe ſecum, adeoque ubicumque ipſe eſſet, & eſſe ipſos: amplectamur ergo cum Chriſto Sanctos, non ſeparemus ab ipſo quos ſibi inſolubili nexu u-
Matth. 19. nivit: *quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.*

Argumentum ſextum.

Cap. 3 & alibi. In Exodo & aliàs ſæpius ſe Deus nuncupat, *Deum Abraham, Deum Iſaac, Deum Jacob*, quaſi tantorum Deum exiſtere Sanctorum ſit gloria, & quaſi ſuum, nominando ac memorando tam egregios ſuos Patriarchas, augeret honorem: Si memoria Sanctorum ſit gloria, laus & honor Chriſti, mandandi igitur memoriæ in ipſius Triumpho, non amandandi, ipſi aſſociandi, non ab eo removendi.

Argumentum ſeptimum.

Iob. 24. Amicis Prophetæ Job quærentibus reconciliari Deo, ipſe præcepit, ut pro peccatis offerrent ſacrificiū, adhibitis adjunctiſque precibus & interceſſione ſancti Prophetæ: *ite*, inquit Dominus, *ad ſervum meum Job, & offerte pro vobis ſacrificium: Job autem ſervus meus orabit pro vobis, faciem ejus ſuſcipiam, ut non imputetur vobis ſtultitia.* Unde diſcimus, idque ſentit in hunc locum, ſanctus Gregorius, quod peccatorum iſtorum ſacrificium non placuiſſet Domino, niſi oblatum precibus & interceſſione Dei amici beatiſſimi Jobi. Et ſi noſtrum ſacrificium peccatores Deo placitum reddere cupiamus, idem per interceſſionem Sanctorum offeramus, ſive ſit ſacrificium laudis, ſive Chriſti corporis: Ideò enim ſancta Mater Eccleſia aras, in quibus incruento modo Chriſtus pro peccatis noſtris quotidiè immolatur ac ſumitur conſecrat dedicatque Deo, & Sanctis ejus. Ob eamdem rationem ſeptima generalis Synodus ſingulis Epiſcopis, ſub pœna privationis officii, præcipit, nulla conſecrare altaria abſque Reliquiarum Sanctorum appoſitione. Eadem de cauſa ſacerdos à *Confiteor* ſacrum inchoat, id eſt, à confeſſione peccatorum ſuorum Deo, Virgini Matri Mariæ, & Sanctis omnibus, ut ipſis intercedentibus à Deo veniam mereatur impetrare. Prætereà laudat, interpellatque per totum ſacrum Sanctorum interceſſionem ſacerdos, ut ſic ſacrificium ſuum acceptabile ſit apud Deum Patrem omnipotentem. Ex quibus evidenter iterum patet, Chriſtum & Sanctos ſimul poſſe, imò debere abſque honoris Chriſti detrimento honorari, cum Eccleſia in Sanctorum cultu errori nequeat eſſe obnoxia. Sin autem Chriſtus Sanctorum ſuorum velit ha-

35. Moral. cap. 7.

Can. 7.

 beri

Digitized by Google

beri memoriam, dum offertur ac conſecratur, non eos excluſos volet cum circumfertur: imò à fortiori hoc concluditur, cum circumlatio Corporis Chriſti non ſit actio tam ſacra, ſublimis ac divina circa Corpus Chriſti, quàm conſecratio ejuſdem, oblatio, ac ſumptio.

Argumentum octavum.

Luc. 2. Habemus in his omnibus exemplum ipſiuſmet glorioſi Triumphatoris; primò: proceſſionaliter ipſo purificationis die Jeroſolymæ templum adiens, aderant Beatiſſima Mater Matriſque Sponſus, juſtus Simeon, & Anna Propheti ſſa. Secundò: Triumphalem Dominica palmarum proceſſionem faciens, ac honorabilem in civitatem Solymorum ingreſſum, aderant ſancti Apoſtoli. Tertiò: glorioſa Aſcenſionis in cœlum proceſſio præſentibus eiſdem Apoſtolis facta narratur in Actis. Quartò: doloroſam peragentem in paraſceve proceſſionem ſequebatur Mater, comitante ſanctiſſimo Joanne, aliiſque Sanctis & fidis diſcipulis: quin & Mater, & Joannes juxta crucem perſeveranter ſteterunt, cum in ejus ara Chriſtus ſe cruentum, in humani generis redemptionem offerret ſacrificium. Quintò: dum operaretur ſalutem in medio terræ, quæreretque per civitates & vicos ovem perditam, comites habuit Sanctos diſcipulos. Videtis devoti Chriſto fideles? Proceſſiones celebrat Chriſtus, ſed Sanctis præſentibus, ubi ſacrificat, inveniuntur Sancti: & cum ille dixerit: ***exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis***, nos Chriſtum à Matre, Sanctiſque in proceſſionibus ſejungere, aut eumdem incruentum in aris, abſentibus in imaginibus Sanctis offerre, decens non eſt. Hæc proceſſionum noſtratum exempla caput ſequens dilatabit.

Ioan. 12.

Act. 1.

Ioan. 13.

Argumentum nonum.

Archangelus Gabriel hoc de ſancto Joanne Baptiſta perhibuit teſtimonium: ***Erit magnus coram Domino.*** Et Chriſtus eum, adhuc Matris ſuæ latitantem in utero, ſuâ cohoneſtavit viſitatione; implevitque gratiâ ac ſanctificatione: ſuumque elegit præcurſorem, ac Baptiſtam: nec non ſingulari illo extulit encomio: ***inter natos mulierum non ſurrexit major Joanne Baptiſta***: cùm, inquam, tantus Joannes ſit ***coram Domino***, non longè ab ipſo remotus, cùm ipſemet Joannis quæſierit præſentiam, æquum profectò non eſt, ut nos Sanctum præcurſorem, aut quemquam aliorum, qui Agno Euchariſtico juxta antiquam Eccleſiarum praxim in proceſſionibus conſueverunt adjungi, ipſi rapiamus: ſi enim perperam Chriſtus ſub ſymbolo Agni, aut ſub ſpeciebus Euchariſticis cum Joanne honoraretur, non eos Eccleſia ſimul in eadem imagine depingi pateretur, quod tamen paſſim videmus. Hinc ſit Luc. 1. Matth. 11.

Argumentum decimum.

Antiquiſſima Eccleſiæ eſt praxis ab Apoſtolis trahens originem, de qua etiam frequens mentio eſt in Synodo ſeptima, pingendi aut ſculpendi in eadẽ imagine amabilem noſtrã Dominam filio-

filiolum ſuum geſtantem ac amplectentem, item Chriſtum cum Apoſtolis: imò ipſe Evangeliſta Lucas Matrem Domini Agnum ſuum ſuaviſſimè in ulnis geſtantem depinxit, cujus originale unum religioſiſſimè aſſervatur, ſummaque fidelium devotione in noſtra Eccleſia magni conventûs Neapolitani colitur: hujuſque copiæ in omnibus Belgicæ noſtræ Provinciæ Eccleſiis ad fidelium ſolatium ſolemniter ſunt erectæ, coluntur que, præſertim feriâ quartâ eidem Patronæ noſtræ dedicatâ, cum magno devotorum fructu ac profectu: & ſummus Pontifex ad ejuſdem devotionis incrementum conceſſit centum amorum indulgentiam iis, qui devotè interfuerint ejuſdem Deiparæ Litaniis, quæ ſingulis feriis quartis tono ſolemni & extraordinario ſub completorio decantantur, in præſentia Venerabilis Sacramenti, in eodem altari cum imagine Divæ Neapolitanæ expoſiti. Si igitur Chriſtus cum Matre ſua ab Eccleſia ſimul effigiatur, ſi Matri in præſentia ſui Agni Euchariſtici laudes ſolemnes decantentur in templis, quidni hoc fiat in proceſſionibus? hinc affine ſequitur:

Argumentum undecimum.

In libris, in panegyricis concionibus ſimul exhibentur geſta & laudes Chriſti & Sanctorum: adeoque ſimul honorantur: quid igitur vetat idem præſtare in publicis ſolemnibuſque proceſſionibus?

Argumentum duodecimum.

Nonnullæ Chriſtianiſmi Religiones in ſacrarum Euchariſticarum hoſtiarum formulis effigiant Chriſtum crucifixum cum quibuſdam Sanctis, nominatim Sanctiſſima Matre, ac dilecto diſcipulo. In noſtris autem Belgicis Provinciis Sanctiſſimi Sacramenti Remonſtrantiis adnectimus & aliorum Sanctorum imagines, ſeu hominum, ſeu Angelorum, v. g. nos Carmelitæ, Sanctiſſimi Patriarchæ noſtri Eliæ, Eliſæi, Alberti, Angeli, aliorumve: idem in ſacris fit calicibus, quibus ſacrificamus Agnum Euchariſticum. Saltem, quocumque nos vertamus, ſi recognoſcamus extremum nobis à Dei Filio in ſacro convivio monſtratum, impenſumque amorem, debemus cum Venerabili Sacramento, quo *recolitur memoria paſſionis ejus*, venerari imaginem crucifixionis ejus: Si verò eo quiſpiam deveniret inſolitæ temeritatis, ut & conſuetas formulas ſacrarum hoſtiarum præſumeret immutare, delereque in eis quaſlibet imagines, deberet nihilominis retinere ſpecies, ſeu accidentia panis & vini. Ex his præmiſſis, hanc elicio concluſionem: honor ſacrarum imaginum appoſitarum formulis, aut Remonſtrantiis ſanctiſſimi Sacramenti, vel Euchariſticis exhibitus ſpeciebus, non dividit in imagines, aut ſpecies fidelium devotionem, nec Agni Euchariſtici detrahit venerationi: igitur nec honor ſacrarum imaginum in proceſſionibus cum Agno Eu- *Novar. Agn. Euchar.*

Digitized by Google

Euchariſtico circumlatarum, cum utrobique, imò ubique honor Sanctorum, honor ſit Sancti Sanctorum.

Argumentum decimumtertium.

Conſideramus atque laudamus in conſpectu Dei opera ejus, & mirabilia quæ fecit filiis hominum, & ex iis quæ facta ſunt authorem eorum cognoſcentes, ſempiternam quoque ejus virtutem ac divinitatem laudamus, magnificamus, ac honoramus Deum, qui fecit ea: & non licebit in præſentia Chriſti, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis, extollere dona gratiæ ac gloriæ eximia, planè ac mirabilia, quæ contulit ipſis paternè & liberaliſſimè?

Argumentum decimumquartum.

In præſentia Chriſti præcipimur à Chriſto honorare parentes miſeros, peccatores, exules à cœleſti Patria. Et prohibebimur in ipſius præſentia honorare glorioſos Patres noſtros, qui in Chriſto Jeſu nos genuerunt, intimos ipſius amicos, filios, imò Deos adoptivos?

Argumentum decimum-quintum.

1. Pet. 2. In præſentia Chriſti jubemur omnes obedire, ac honorare præpoſitos noſtros, obedire Dominis, *non tantum bonis, ſed etiam malis, & diſcolis*: quis igitur ſibi perſuaſerit, prohibere Chriſtum, ne in ſuo conſpectu veneremur noſtros Sanctos in cœli curia Patronos, ne ipſius legatis, noſtris magiſtris ac Superioribus honorem exhibeamus?

Argumentum decimum-ſextum.

Univerſus Chriſtianiſmus colit in omnibus proceſſionibus imaginem ſanctæ Crucis, ac Crucifixi, in pleriſque quoque ac ſolemnioribus vexilla inſignita imaginibus Sanctorum, cum Sanctiſſimum etiam Sacramentum defertur: qui autem univerſalem hunc Ritum attentaret reformare, Chriſtianiſmum enormiter deformaret, ac Sataniſmum inſigniter reſtitueret. Quid autem intereſt, ſive Sanctorum imagines circumferantur cum Agno Euchariſtico in vexillis, ſive in alia forma ac figura?

Argumentum decimum-ſeptimum.

Chriſtus non ſemel in Evangelio legitur ſua præſentia honoraſſe peccatores, cum illis manducaſſe, colloquia miſcuiſſe: & nos reprehendemur quod in præſentia ejuſdem Salvatoris honoremus ipſius amicos ac filios? Sanè non huc uſque ſe extendit ſcribarum ac Phariſæorum præſumptio.

Argumentum decimum-octavum.

Aulici Regum mundi hujus in præſen-

ſentia ſuæ Majeſtatis honorant invicem abſque diminutione ipſius honoris: quidni igitur in præſentia Regis cœleſtis liceat honorare ipſius cœleſtis curiæ milites, nobiles, legatos miniſtros, Sanctos, inquam?

Argumentum decimum-nonum.

Non derogat honori parentum, probarum præſentia prolium, *honor* enim *patris eſt filius ſapiens:* non ergò honoratum reddet Chriſtum præſentia ſuorum filiorum adoptivorum, ſive extra, ſive intra proceſſiones Catholicorum Chriſto devotiſſimorum.

Argumentum vigeſimum.

In præſentia Prælatorum Eccleſiæ debito honore eorum honorantur famuli: ergo in præſentia Chriſti, totius Eccleſiæ Capitis ſupereminentis ac undequaque independentis licet honorare ipſius fidiſſimos, ac cohæredes ſervos, Sanctos.

Argumentum vigeſimum-primum.

Juxta infallibilis Eccleſiæ Ritualia, honorantur in Eccleſiis, in feſtis ſolemnioribus, adſtantes divinis officiis miniſtri, Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus, Thuriferarius, Ceroferarii, cæteriq; præſentes de Clero inſigniores, Canonici, & alii; quin imò & quidam eminentes ſæculares Principes, hi, inquam, in præſentia Agni Euchariſtici honorantur publico honore, inclinatione, genuflectione, qua & populus præſens incenſatur: hæcque fiunt ad augmentum cultus Agni Euchariſtici: & adhuc audiemus, non licere in ipſius præſentia honorare ipſius intimos, ſanctos? Immanis hollucinatio.

Argumentum vigeſimum-ſecundum.

In Apocalypſi Joannis quatuor animalia, & Seniores obtulerunt coram throno Agni Phialis aureis orationes Sanctorum, qui procul omni dubitatione, eſt inſignis Sanctorum coram Agno honorificatio: quid igitur prohiberemur in Eccleſia militante offerre Agno Euchariſtico præſenti orationes Sanctorum, tamquam noſtrorum Advocatorum, cum nobis hoc præſtent obſequium cæteri Patroni noſtri præſignati per quatuor animalia, & Seniores? *Cap. 5.*

Argumentum vigeſimum-tertium.

Apoſtoli in ultima cœna præſente Chriſto recurrerunt ad Joannem, eique petitionem ſuam Chriſto faciendam inſinuarunt; ſimiliter Gentiles cupientes videre Jeſum, adhibuerunt interceſſores Apoſtolos: ergo & nos poſſumus in præſentia Chriſti honorare ipſius Sanctos ſive in Eccleſiis, ſive aliis in locis. *Ioan. 13.* *Ioan. 12.*

Argumentum vigeſimum quartum.

Meditantibus abrogationem cultus ſimultanei Agni Euchariſtici & ſacrarum imaginum Sanctorum, unicè eſt hæc conſideranda circumſtantia, quod plures Chriſtiani orbis partes, & nominatim Belgium noſtrum, ſint cinctæ hæreticis, quorum præcipui errores conſiſtunt

Digitized by Google

circa Venerabile Sacramentum, cultúmque Sanctorum, in quibus occaſione bellicorum tumultuum liberius verſantur, & Catholicos in eandem hæreſim pertrahere moliuntur. Contra horum venena tum Præſules, tùm Principes Belgii, nominatim piiſſimus Imperator Carolus V. aptiſſimum judicarunt, & hactenus practicarunt remedium, inculcare cultum iſtius Sanctiſſimi Sacramenti & Sanctorum, præſertim ſolemniſſimas proceſſiones in quibus Venerabile Sacramentum in unâ cum Sanctorum imaginibus circumfertur: *Atque ſic quidem*, inquit Concilium Tridentinum, *oportuit victricem veritatem de mendacio & hæreſi triumphum agere; ut ejus adverſarii in conſpectu tanti ſplendoris, & in tanta univerſa Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati, & fracti tabeſcant, vel pudore affecti, & confuſi aliquando reſipiſcant.* Nequaquam igitur antiquiſſima devotio tot, tantiſque probata Præſulibus ac Pricipibus abroganda, quin potius, ſi in vigore non eſſet, inſtituenda.

Seſſ.13.c.5

Argumentum vigeſimumquintum.

Uſus laudabiliſſimæ hujus devotionis viguit in Belgio, Germania, Polonia, Hiſpania, aliiſque in Chriſtianiſmi partibus à tempore immemorabili: cùm autem ſapientum omnium judicio, conſuetudo tenaciter retenta obtineat vim legis, & uſus communis non debeat abſque evidenti neceſſitate immutari: evidens eſt, nihil fore circa hunc uſum innovandum, niſi ut magis augeatur ac firmetur. Et ſanè durum eſſet fideli populo in Belgio præſertim, ubi tot, tantóque tempore, præclariſſimi, doctrinâ & pietate Illuſtriſſimi Antiſtites, Doctores, Paſtores, Imperatores, Principéſque uſum iſtum tamquam piiſſimum frequentarunt, & commendarunt, quòd uſus ille ſubito tolleretur, imò ut abuſus intolerabilis traduceretur.

Argumentum vigeſimumſextum.

Si uſus iſte abrogaretur ut abuſus contrarius honori Chriſti, inſultarent nobis hæretici, quaſi revera, ut ipſi blaſphemant, cultus Sanctorum impediat cultum Dei, ſi enim id faciat in Proceſſionibus, faciet & ubique, ac omni tempore: ſimpliciores verò Catholici poterunt idipſum ſuſpicari, ſi hæc tollatur conſuetudo: imò ex nunc audivi dicentes: *Neſcimus quid debeamus credere circa cultum Sanctorum*: tùm ego reſpondeo, quòd hactenus docuit Eccleſia: & majorum Sancta traditio.

Argumentum vigeſimumſeptimum.

Hoc deſumitur ex Regiſtro inſignis Eccleſiæ Collegiatæ Sanctorum Michaelis & Gudulæ Bruxellis, ubi hæc verba habentur. *Item Auguſti* 1624. *Domini cupientes, quantum in ipſis eſt, omnia ordinatè fieri intuitu præſentis neceſſitatis, ac propter præſentiam*

Digitized by Google

tiam Sereniſſimæ Infantis, conſentiunt, ut in Dominica infra Octavam Aſſumptionis B. M. V. cùm imagine ejuſdem Deiparæ unà circumferatur Venerabile Sacramentum ex hac Eccleſia per viam ſolitam, quò populus Chriſtianus per hoc excitetur ad ferventius Dei miſericordiam implorandam. Ubi maximè obſervandum, quòd ſi tunc cum imagine Deiparæ unà circumferre Venerabile Sacramentum, erat *omnia ordinate fieri*, ex mente tam præclari Capituli, & *ut populus Chriſtianus per hoc excitetur ad ferventius Dei miſericordiam implorandam:* quomodo jam, quo colore dicuntur tales proceſſiones intolerabiles abuſus, repugnantes honori Chriſti, ac Apoſtolico Oraculo: *Soli Deo honor & gloria*? numquid eadem hodie eſt Deipara, idem Venerabile, eadem erga illud devotio? quid igitur modò Venerabile Sacramentum dehonoraret præſentia Deiparæ in ſua imagine, quòd à tanto non fecit tempore? an fortè quia tunc temporis imago Deiparæ erat Veneranda, nunc puerilis pupa? an quia tunc honor Matris redundabat in Filium, nunc hæret in Matre? an quia tunc imago Deiparæ erat repræſentativè ipſa, nunc autem præter materiam in ea nihil relucet? an quia tunc populus Chriſtianus ſciebat non eſſe B. M. V. Deam ſubalternam, quàm modo ut idolum adorent? an quia tunc ſciebant imagini Deiparæ non ineſſe divinitatem, ut exiſtimant modò, præſertim quædam muliercula circa hoc interrogata in Eccleſia de Laken propè Bruxellas à quodam Lectore monitorum nuper damnatorum encomiaſte? an quia tunc populus ſciebat quod *ſoli Deo* deberetur ſupremus *honor & gloria*, nunc autem & Dei Matrem ut Deam honoret? an quia tunc erat populus Chriſtianus ſpiritualis *adorans Deum in ſpiritu & veritate*, nunc autem ſenſualis ac Judaicus? Commenta ſunt omnia iſta, & quædam Hagiomachorum fundamentales blaſphemiæ, moderno populo Chriſtiano affictæ. At, inquies, non eſt opus imaginibus ut in iis adoretur, aut honoretur Chriſtus, qui in proceſſionibus realiter præſens eſt ſub ſpeciebus Euchariſticis: hoc Catholicè credo: ſed numquid & tempore Sereniſſimæ Infantis erat Chriſtus realiter præſens in proceſſione ſub ſpeciebus Euchariſticis? & tamen ipſa voluit, & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Sanctorum Michaelis & Gudulæ conceſſit, tamquam ad debibitum ſpectans ordinem, ut divina Agnipara ſequatur Agnum ſuum, & devotionis incitamentum, ut imago Deiparæ cum Venerabili Sacramento unà circumferretur. Ad hæc, ſequeretur indè, & crucem, & figuras Angelorum appoſitas Remonſtrantiis à proceſſionibus amandandas, imagines quaſcumque detrahendas ex altaribus, Sanctorum nomina radenda in Sacro Canone, ibi enim Chriſtus realiter eſt præſens ſub ſpeciebus Sacramentalibus, imò nullibi licebit colere Sanctum aliquem, aut imaginem Sacram, cùm Deus realiter ubique ſit præſens, de his enim interrogari poterit; quid opus cruce? quid imaginibus?

Digitized by Google

ginibus? quid Sanctis, ut in iis adoretur Jeſus Chriſtus, cum ſecundùm humanitatem & divinitatem realiter in Eccleſiis ſit præſens, & ſecundùm divinitatem ubique? Quilibet poteſt conſiderare, an deceat Catholicos talia ſuggerere Catholicis Prælatis, & hujuſmodi næniis implere aures plebis imperitæ, quibus omnis Sanctorum cultus ſubvertitur.

Argumentum vigeſimum-octavum.

Chriſtus tanto ſuos proſequitur affectu, amore, honore Sanctos, ut ipſe promiſerit teſte Evangeliſta, quòd *tranſiens miniſtrabit illis.* Imò apud Joannem in Apocalypſi teſtatur, *qui vicerit dabo ei ſedere in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus. Qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis.* Si enim tam eximio Chriſtus Sanctos ſuos afficiat honore, ut eſt in eodem ipſi conſedere throno, ſanè gratiſſimum ipſi erit, ſi & nos pro modulo noſtro, & poſſe, Sanctos cum ipſo ſtudeamus exaltare ac honorare.

Luc.12.

Cap.3.

Argumentum vigeſimum-nonum.

Chriſtus Dominus modò Agnus manſuetus realiter præſens ſub ſpeciebus Sacramentalibus, venturus aliquando ad extremum univerſale totius mundi judicium, judicaturus de univerſis ſibi, Sanctiſque ſuis illatis injuriis; procedet in ſumma gloria & Majeſtate cum ipſis Sanctis, quibus modò invidetur, detrahitur, ac toto die in eis nomen Chriſti blaſphematur, eoſque tum ſuos aſſumet Aſſeſſores, ut & ipſi ſuos judicent, condemnentque inimicos: ſolemnis enim hæc eis ab ipſo eſt facta promiſſio: *Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit Filius hominis in ſede Majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael.* Hunc Sacrum textum exponens noſter Illuſtriſſimus Epiſcopus Guido, & Evangeliorum eximius explanator, & hæreſum ſtrenuiſſimus expugnator, zelo Elianæ familiæ hæreditario ſubdit: „ *Hinc per Salomonem dicitur: Proverb.* 31. 23. Nobilis in portis vir „ ejus (*ſcilicet Chriſtus ſponſus Eccleſiæ*) „ quando ſederit cum Senatoribus „ terræ. *Iſaias etiam ait:* Iſa. 3. 14. „ Dominus ad judicium veniet cum „ ſenioribus populi ſui. *Seniores vita* „ *perfectione Apoſtolus dicit, quos* con- „ ſtituit Principes ſuper omnem ter- „ ram *Pſ.*44. *quos veritas jam non ſervos, ſed amicos dicit: quos Propheta intuens ait: Pſalm* 138. 17. Nimis honorificati ſunt amici tui Deus, „ nimis confortatus eſt principatus „ eorum. „ Hæc Guido Carmelita. Si igitur Chriſtus ad honoris ſui ac gloriæ magnificentiam procedat in conſpectu omniũ hominum ac Angelorũ in actu ſupremæ ſibi commiſſæ poteſtatis, ſummæq; ſuæ gloriæ ac Majeſtatis, cùm ſuis Sanctis ut Aſſeſſoribus ac Conjudicibus, quis, intelligens hæc, judicare poterit præjudicari honori Chriſti, ſi Sanctos ipſi ſimpliciter in

Matth.19.

Digitized by Google

noſtris proceſſionibus aſſociemus ut ipſius adoptivos filios, noſtróſque Patronos?

Argumentum trigeſimum.

Hoc conficiunt omnes Romano-Catholici, omni ſanè exceptione majores, qui hanc devotionem approbarunt, frequentarunt, commendarunt. Approbarunt, imò frequentarunt ſummi Romani Pontifices, qui in ſua præſentia in Urbe ordinarunt in proceſſionibus deferri Venerabile Sacramentum cum imaginibus Sanctorum penicillo pictis, aut acu textis. Capiti adjunxerunt ſe per univerſum Chriſtianiſmum prima membra, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Præpoſiti, Abbates, Decani, Parochi: univerſi religioſi Ordines; Principes ſæculares ab Imperatoribus ad prætores uſque, cùm univerſo populo Dei: qui omnes vel formaliter noſtrum hunc ſervant Ritum, vel æquivalenter, vel eminenter, dum Sanctos honorant cum Chriſto in Eccleſiis, & ſacrificio Miſſæ, ſed, dicent, iſti ſunt termini Scholarium: fateor: cùm abſque terminis docueritis nos, terminos abrogabimus: artem diſcis, & inſtrumenta abjicis, quæ hæc extravagantia?

Argumentum trigeſimum-primum.

Iſtud nobis ſubminiſtrat viſio quædam facta cuidam ſanctæ, quàm in huncmodum deſcribit præclarus author Cæſarius, & refert ac recipit Juſtinus Michovienſis. In Regno Franciæ, in villa quæ dicitur Guido, Virgo quædam nobilis & religioſa, ſed paralytica fuit, quæ orationibus, jejuniis, & divinæ contemplationi adeò operam dabat, ut corporalis cibus ei in nauſeam verteretur, nec aliquid ex eo ſumere poterat, niſi modicum ſuccum uvarum: hoſpitalis erat valdè, ac proptereà etiam ſpiritum meruit prophetiæ, cui ejus Pater ſacerdotem, qui ei divina celebraret, cùm Miniſtris inſtituit. Hæc cum die Purificationis Dominæ noſtræ Sanctæ Mariæ Virginis, Clericis, aliíſque Miniſtris divino nutu abſentibus, ſola jaceret: intra ſe triſtis dicebat: *modò hic ſola jaces, nec aliquid obſequii more Eccleſiæ univerſalis hodie Beatæ Dei genitrici Mariæ impendis.* Dum talia in mente volveret, ſpiritus ejus mirabili Dei virtute de corpore eductus, ab Angelo in cœleſtem Jeruſalem eſt deductus, in qua maximam vidit proceſſionem, ex diverſis ejuſdem beatæ civitatis Ordinibus, Patriarchis videlicet, Prophetis, Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, Virginibus, cæteríſque fidelibus, ex quibus bini, ac bini ſimul incedebant, & candelas ardentes in manibus geſtabant, Antiphonas, ſive Reſponſoria ad diem pertinentia, more Eccleſiæ militantis, omnes decantabant, & ſtationes debitas obſervabant. Angelus verò Virginis ductor alteri cuidam, quam noverat eſſe conſimilis meriti, illam ſociavit, candelam porrigens ardentem. Tantus erat decor omnium, tanta

Lib. 7. miracul. c. 2.
Tom. 2. diſc. 223.

tanta gloria in diſpari tamen claritate ſingulorum, ut nullâ linguâ fari ſufficeret. Salvator verò, qui caput eſt omnium Sanctorum, ſplendor gloriæ, & Sol juſtitiæ, indutus Pontificalibus, Mytram geſtans in capite ſuo, cum baculo, chirotecis, & annulo, & reliquis Epiſcopalibus ornamentis, noviſſimum locum cum Sanctiſſima Matre ſua Maria tenebat, cujus pulchritudinem omnis ille cœleſtis exercitus mirabatur: qui cùm poſt tertiam ſtationem inchoaret Antiphonam: *hodie Beata Maria puerum Jeſum præſentavit*, &c. Ingreſſi ſunt templum ex auro, gemmiſque conſtructum: ubi Miſſa more Eccleſiæ militantis decantata, Sacerdote Christo Domino, prædicta Virgo ad corpus eſt reverſa. Tam manifeſta & ſublimis erat viſio, ut modum ejus minimè intelligeret, dicens illud Apoſtoli, cùm de ea interrogaretur: *ſive in corpore, ſive extra corpus, neſcio, Deus ſcit.* Si igitur ſic Chriſtus in proceſſione illa cœleſti honoret Matrem ſuam Sanctiſſimam, ſi eam cœleſtis exercitus admiretur, ac honoret juxta Chriſtum incedentem, manifeſtum eſt honorem Deiparæ in præſentia Chriſti exhibitum, honori, ipſius non detrahere, at augere, proindéque Eccleſiam militantem optimo jure in hoc Ritu imitari Sororem ſuam triumphantem. Nec audiendus hîc neſcio quis Monitor, & hanc fortè apparitionem de illuſione ſuſpectans, cùm ſapientioribus ſit probata. 1 Corinth. 12.

CAPUT XXXVII.

Argumenta ulteriora pro Agno Euchariſtico in Catholicorum proceſſionibus cum ſua divina Agnipara, in ejus imagine, triumphante Cruce.

Ritus triumphi Mariani prævie exponuntur.

NE quid deſideretur ad triumphum Agni Euchariſtici cum glorioſâ ſua Matre, exhibebo ante omnia Ritus, delationem Venerabilis Sacramenti præcedentes. De Judith victrice Holofernis ſacer teſtatur textus, quòd *erat diebus Feſtis procedens cum magna gloria*: honoratur tam magnificâ proceſſione interemptrix hoſtis Iſraëlitarum, cùm quantâ gloriâ, lætitia ac feſtivitate nos decet celebrare triumphum fortis iſtius mulieris Judith. 16.

lietis quæ contrivit caput ſerpentis, totius humani generis hoſtis jurati ac capitalis? At ſi victorioſa ac glorioſa noſtra Redemptrix *cum magna ſit proceſſura gloria*, anne præcedente cruce? imò verè: quemadmodum enim crux Chriſto eſt verſa in triumphale vexillum, ita & Matri ejus, olim utrique ignominioſum patibulum, modò glorioſum eſt trophæum. Proceſſuram Crucem marianum Triumphum prædixit olim ipſi juſtus ille Simeon, cùm primam cum nato ſuo
Luc. 2. Agno faceret proceſſionem: *tuam*, dicebat, *ipſius animam pertranſibit gladius*: quis verò modò eſt gladius *ipſius*, Chriſti, qui tranſit animam Matris ejus? ille, quia videt honorem Matris ſuæ labefactari, gloriam obſcurari, famam diminui, nunc ipſam appellitari, inſtar prophanæ abjectæque fœminæ, *Mariam fabri*; nunc ipſius imagines ſacras, ac venerandas, loco *infantium pupularum* haberi, nunc ſe inter homines à ſua Matre ſeparari, Feſtivitates, Laudes, ſymbola ad honorem Matris geſtata petulanter exſibilari, hic eſt crux & gladius Chriſti, qui tranſit animam Matris: ita ut modò jure poſſit conqueri: *percuſſerunt me & vulneraverunt me*, gladio linguæ, *tulerunt pallium meum mihi* honoris ac laudis: nec non Sacrum meũ Scapulare Ordini meo Carmelitico à me conceſſum in ſingularis affectus teſſeram, quàm pii fideles ad meum gerunt honorem ac amorem, *cuſtodes murorum*, qui ſe Eccleſiæ, honoris filii mei, ac mei ipſius falsò ſe jactant defenſores, cùm & gregem Filii mei perturbent ac diſſipent, meum honorem non tantum tollant, ſed quaſi honori Filii mei contrarium traducant, cùm in omni mihi exhibito honore ac cultu *magnificet anima mea*, & animæ devotorum meorum, *Dominum*.

Clerus crucem ſequens, ac laudes Triumphatrici decantans.

Crucem vexillo divinæ Triumphatricis inſignem ſequimur ejuſdem aulici ac ſervi fidiſſimi, qui ſub ejuſdem Auguſtiſſimæ Cœli terræque Dominæ ac Reginæ ſignis præliamur bella Domini ac Domino? figuram, ac exemplum hujus Ritus reliquit piiſſimus Rex David, qui ad honorandam 1. Paralip. 15.
proceſſionem Arcæ Domini, convocavit Levitas ac Sacerdotes, qui ante Arcam cum Davide luſerunt, tubis, aliiſque inſtrumentis cecinerunt. Factum hoc figuræ: & minus faciemus veræ Arcæ Mariæ, non ſtabimus, nos maximè Carmelitæ, *circa illam* Eccli 50.
corona fratrum? non ei ex Eccleſiæ more decantabimus laudes ac epinicia? cantabimus ſanè, offeremúſque ipſi *hoſtias vociferationis*: quid Pſalm. 26
porrò cantabimus glorioſiſſimæ Triumphatrici? quòd ſalvati Iſraelitæ ſervatrici ſuæ Judith: *Joachim autem* Judith. 15.
ſummus Pontifex de Jeruſalem, venit in Bethuliam cum univerſis Presbyteris ſuis ut videret Judith. Quæ cum exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes una voce, dicentes: Tu gloria Jeruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti viriliter. Si hæc Sacerdos cum Presbyteris Judith tam-

quam liberatrici ſuæ, non me hîc carpat Triumphi Mariani Momus, quòd eam vocaverim Redemptricem, id eſt, Redemptoris Matrem, redemptorum ſingularem Patronam ac refugium: quo titulo ab Eccleſia invocatur *vita, dulcedo, & ſpes noſtra, refugiúmque peccatorum, genitrix vitæ, quæ ſalutem intulit mundo:* præſertim quia & aliis hominibus amabili noſtrâ Triumphatrice longè inferioribus Scripturæ idem, aut nobilius attribuit nomen;

Gen.41. Joſeph vocatur *Salvator mundi.* Moyſes, *Deus Pharaonis.* Apoſtoli, *lux*

Exod.7. *mundi.* Hæc igitur læti acclamemus Triumphatrici noſtræ, ringantur, crepent Antimariani: quin & addamus

Matth.5. cum Ozia, principe populi Iſrael: *Benedicta es tu filia à Domino Deo excelſo præ omnibus mulieribus ſuper terram. Benedictus Dominus qui creavit Cœlum & terram, qui te direxit in vulnera capitis Principis inimicorum noſtrorum, quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum qui memores fuerint virtutis Domini in æternum.* Quæ laus jure longè potiori tribuenda noſtræ liberatrici Sanctiſſimæ Deiparæ, quàm Deus direxit in vulnera capitis inimicorum totius ſtirpis Adamicæ. Piè quóque credendum eſt, Angelos aſſiſtere Reginæ ſuæ Triumphanti, eíque laudes decantare, licet à nobis non audiantur, ſicut tempore Sancti Gregorii in proceſſione qua ejuſdem Angelorum Reginæ imago deferebatur, auditi ſunt cantare: *Regina Cœli lætare.*

Faces. Roſæ.

Si redeunte Judith à cæde Holofernis, cives Bethulienſes occurrerunt ei *& accedentes luminaria gyraverunt circa eam:* decens non eſt, Triumpho victricis Principis tenebrarum hinc deeſſe ſplendorem: quæ porrò luminaria noſtra erunt? imitabimur exemplum noſtra Triumphatricis, quæ in proceſſione ſuæ Purificationis manibus tulit *lucem mundi,* Jeſum Filium ſuum: noſtra igitur luminaria erunt Jeſus *Lux,* & Maria *Illuminatrix,* cordium noſtrorum geſtati amplexibus: ſeu fervens devotio erga Jeſum Triumphantem ſub ſpeciebus Euchariſticis, & Mariam cum ipſo Triumphatricem in ſua imagine. At videamus, nè procedámus cum exiguis candelis, parvâ, inquam erga Mariam devotione, verum cum ſpiſſis facibus, ardenti nempè ac conſtanti erga ipſam affectu: hac enim tempeſtate frigidus deſævit turbo, undíque fideles à cultu Sanctiſſimæ Deiparæ revocantur, & qui eam exiguis honorant luminibus in tanta tempeſtate, qui inquam, tepido eam colunt affectu, planè eorum devotio extinguetur: undè ardeat in rubo, in face flamma devotionis noſtræ erga amabilem noſtram Dominam cum ſuo Agno Euchariſtico Triumphantem, ut venti tentationum, calumniarum contra diſcretas cultores Beatæ Mariæ Virginis, ac blaſphemiarum contra venerandas ipſius Sacráſque imagines ac Confraternitates, flammâ devotionis non extinguant, ſed amplius accendant. Suaveolentas ſpargimus in Mariano Triumpho roſas, dum devotè recitamus Angelicam ſalutationem juxta Sacri Roſarii diſtributionē.

Thronus

Thronus triumphalis.

Regum Sapientiſſimus ac Auguſtiſſimus Salomon ſedens aliquando ad audientiam, mandavit juxta ſe collocari thronum Matri ſuæ: *poſitúſque eſt thronus Matri regis, quæ ſedit ad dexteram ejus.* Sanè haud minus Chriſto, qui pluſquam Salomon in affectu erga Matrem, gratiſſimum præſtabimus obſequium, ſi juxta illum in ſuo Euchariſtico Triumpho, in quo ad magnificentiam ac audientiam circumfertur, Matri ipſius fulgidum extruamus thronum, dignum tanti Triumphatoris Genitrice ſublimiſſimâ: atque optandum foret, talem nos poſſe conficere, quales plurimi Principes Catholici Deiparæ devotiſſimi ipſi adornarunt. Emanuel Græcorum Imperator poſt devictam à ſe Pannoniam, hoc modo Conſtantinopoli triumphavit. Currum partim aureum, partim argenteum fieri fecit, cui imaginem Deiparentis impoſuit: Equi albi currum trahebant, quem Imperator ipſe, Imperatoriſque propinqui, amici, Duces, Senatus univerſus, quique Magiſtratu aliquo ſeu honore fulgebant venerabundi ſequebantur: ut refert Nicetas in ſuis annalibus. Conſtantinus Palæologus cum Urbem Imperii Sedem amiſiſſet, amiſſámque feliciſſimo eventu recuperaſſet, ut primùm Conſtantinopolim venit coram D. Deiparæ imagine illa cujus pictura Sancto Lucæ tribuitur, gratias primum egit, & præ lætitia lachrymas fudit. Mox eamdem triumphali religioſáque pompâ circumlatam, pedes ipſe proſequitur pius, & gratus Imperator, iconem B. Mariæ triumphare voluit, cui victoriam acceptam referebat. Si horum, ac plurium erga Sanctiſſimam Deiparam imitaremur Principum devotionem, liceret in hiſce belli anguſtiis confidentius ejuſdem ſperare præſidium. Spiritualiter currus ac thronus triumphalis Sanctæ Deiparæ, ſunt pii ipsique devoti fideles ipſam in ſuo triumpho currus inſtar ſtipantes, pióque affectu geſtantes, ac de gloria ipſius lætantes: juxta hanc jubilantis Prophetæ cantionem: *Currus Dei* (& Deiparæ) *decem millibus multiplex millia lætantium: Dominus* (& Domina) *in eis.*

3 Reg. 2.

Pſalm. 6.

Reliqui Mariani Triumphi Ritus expoſuit *præludium primum* ad Triumphum Agni Euchariſtici *cap.* 16. Supereſt hîc Ritus ordine ultimus, dignitate primus, delatio Agni Euchariſtici cum imagine ſuæ Sanctiſſimæ Matris, pro quo inchoata proſequor argumenta: *Si enim*, ait D. Damaſcenus, *ubi ego ſum, illic & Miniſter meus erit, inquit vita & veritas Chriſtus: quomodo non potius Mater cum ipſo erit.*

S. Damaſc. de dorm. Deip.

Argumentum trigeſimum-ſecundum.

Iſtud ſumitur à facto Salamonis jam jam præmiſſo, qui Matri ſuæ juxta ſe collocavit Thronum, minimè judicans indè ſuo præjudicatum iri honori: cùm verò præclari Doctores figuram illam ac-

commodent honori, quo Chriſtus ſuam afficit Sanctiſſimam Matrem: ego eamdem meo inſtituto applico, indeque concludo, nos optimo jure in proceſſionibus circumferre Matrem veri Salomonis in ſua imagine juxta thronum in quo ipſe, ſub ſpeciebus Euchariſticis præſens realiter, circumfertur.

Argumentum trigeſimum-tertium.

Plurimis jam evici argumentis, Sanctorum imagines cum Agno Euchariſtico in triumpho ipſius, circumlatas, ad ejuſdem conducere ſplendorem, noſtramque utilitatem: multò ergo copioſius hos conſequemur effectus, ſi imaginem Matris Agni cum ipſo circumferamus, ipſa enim eſt Regina Sanctorum omnium, arctior inter ipſos eſt unio, nedum affectuum, ſed & naturarum, *caro enim Chriſti caro Mariæ eſt*, inquit Auguſtinus, efficaciuſque ipſius pro nobis eſt patrocinium: Ut egregiè declarat Concilium Baſilienſe, in devotione ergà ſanctiſſimam Deiparam jure laudandum. *Inter aſſiduas militantis Eccleſiæ turbationes & procellas, quibus ipſa dietim affligitur, illa ſingularis jucunditas, & egregia exultatio communitati fidelium relicta eſt, ut Dominum creatorem noſtrum intimis præcordiis diligentes, eumdem in Sanctis ſuis devotè glorificent. Per hoc enim & ipſe Dominus, qui gratiam illis præſtitit, dignè collaudatur, & ipſorũ Sanctorũ promptiora ergà nos reddimus patrocinia. Quod quidẽ ſingulariter eſt agendum, cum calamitates irruunt, quæ abſque demeritis hominum non contingunt, ut per ipſorum Sanctorum preces & merita, miſericordia Domini ſuper peccatis hominum imploretur, & humanum genus ab imminentibus malis & innumeris periculis præſervetur. Inter autem omnes qui cæleſtem regem pro nobis interpellent, præcipuè ad glorioſiſſimam illam & omni laude digniſſimam Dei genitricem Mariam eſt recurrendum, quæ quantò altior exiſtit, tantò humilius ad nos reſpicit, omnes ad ſe trahere cupiens, pro quibus in utero geſtavit Salvatorem. Hæc apud Deum quem ipſa peperit, ſedula pro nobis advocata, nos juvat, nos tuetur, nos protegit, nos exaltat: hæc omnibus qui ad eam recurrunt, promptiſſimum exhibet patrocinium.* Hæc obſervent attentius, qui aliàs nimium huic Concilio attribuunt authoritatis. Cum igitur in Virgine Beatiſſima plura reluceant gratiæ dona à Filio ſuo ſibi collata, quàm in reliquis ſimul Sanctis, amplius quoque in ea magnificatur, quam in aliis omnibus, adeòque ſupereminentem Filii ſui Triumpho addet ſplendorem: jungenda igitur, non ſeparanda ab eo.

Argumentum trigeſimum-quartum.

Proceſſionum Catholicarum finis eſt, ut Redemptionis humanæ myſteria præcipua, piâ recolantur memoriâ, cum verò eorum plurima in Virgine glorioſiſſima, per ipſam, ac cum ipſa fuerint completa, convenientiſſimè

ſervant

Digitized by Google

ſervant Catholici, ut Matrem Redemptoris in ſuis ſacris adjungant Redemptori, ac utriuſque ſimul agant memoriam tum in Eccleſiis in laudibus divinis, & incruento ſacrificio, tum in ſolemnibus proceſſionibus.

Argumentum trigeſimum-quintum.

Ritus hujus colendi unà in proceſſionibus Chriſtum, ejuſque dulciſſimam Matrem, varia ipſi nobis reliquerunt formas & exempla. Numquid Ritus hujus nobis dederunt exemplum, cùm Virgo puriſſima verbo æterno fœcunda ſancto Spiritu *exurgens abiit in montana cum feſtinatione in civitatem Juda*? Quænam pars illi proceſſioni ex noſtris deerat? Procedebat in ea Regina cœli, quam in imagine ſua circumferimus, & corpus hoc Sanctiſſimum quod nos ſub ſpeciebus panis velatum circumferimus, in ſuo Sanctiſſimo utero, velut in Remonſtrantia, ex auro optimo divinorum chariſmatum, arte manuque Dei fabrefacta illud recondidit, ac proceſſionaliter deportavit. Quis neget eam habuiſſe comites ac miniſtros Angelos quæ Regina eſt Angelorum, & Regem eorum geſtabat? Si enim ſedenti in throno cœleſti aſſiſtant, ac miniſtrent, cur in utero Virginis quaſi in cœlo animato requieſcenti non adſtarent? Ita ſanè
Hebr. 1. Apoſtolo atteſtante: *cum iterum introduxit primogenitum in orbem terræ, dixit: & adorent eum omnes Angeli Dei.* Et verò ubi diviniſſima proceſſio in præfixum devenerat ſtationis locum, ò qui cantus auditi Virginis Deiferæ! qui applauſus Eliſabethæ! quæ præcurſoris exultatio!

Argumentum trigeſimum-ſextum.

An non proceſſionis noſtræ exemplum accepimus, quando Virgo Dei Filii bajula cum ſuo Sponſo Joſeph profecta eſt in Bethleem, quando ſtabulum convertit in templum, in quo æterni Patris, ſuumque Filium peperit, & in præſepio, velut altari, cœlo ac terræ adorandum expoſuit? Auditi ibi ſunt cœleſtes choraules, viſa Paſtorum lætitia ac debita Regum orientalium adoratio, ac myſtica munera.

Argumentum trigeſimum-ſepmum.

Quid de Chriſti in templo à Virgine puerpera opinabimur præſentatione? An non ibi proceſſionum noſtrarum, in quibus deferemus Iconem Deiparæ cum Agno Euchariſtico ſpecies pulcherrima? Ex natali ſtabulo progreditur Virgo, comitatur Sponſus Joſeph, effertur natus Salvator, infertur in templum, ſiſtitur, offerturque Domino: Proceſſioni occurrit Simon cum Anna propheti ſſa; ille cygnæa voce canit: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine*, &c. Hæc prophetat, ambo Deo laudes dicunt. *Ab his quatuor*, inquit, Doctor mellifluus, pro-

proceſſio eſt, quæ per quatuor orbis climata, ſolemnibus hodiè gaudiis ad memoriam revocatur. Qui autem aptè ad memoriam revocabitur, ſi non ea quæ in illa peracta ſunt repræſentemus, ſi non, inquam, Filium & Matrem in noſtris proceſſionibus ſimul honoremus? Hinc pulchrè Thomas à Kempis Virginem Matrem inducit monentem: *Benedic filium cum Matre, & eris dilectus à Patre. Da ei honorem & gloriam, quoties mihi aliquam exhibueris reverentiam, eius gloria, mea lætitia, & mea laudatio eius eſt veneratio: Pone me & Jeſum ut ſignaculum ſuper cor & ſuper brachium tuum. Creber in ore, ſemper autem in corde Jeſus verſetur & Maria.* Conjungendos monet hic diſcretiſſimus cultor Virginis & Filii Virginis, Matrem & Filium in ore, in corde, in opere: *ſtans igitur*, ait, aut procedens, *aut orans, aut legens, aut ſcribens, aut operans, ſemper in corde verſetur Jeſus & Maria.*

Solilq. cap. 24.

Argumentum trigeſimum-octavum.

Matth. 2. Novum ſimultaneæ circumlationis Deiparæ ac Agni Euchariſtici ipſimet dederunt exemplum, cùm Mater & Sponſus, cum filio fugerunt in Ægyptum. Is autem hujus proceſſionis fuit fructus, ut Ægyptiorum idola ad divinæ hujus proceſſionis tranſitum corruerint, ut teſtes ſunt ſanctus Epiphanius, & Dorotheus, & prædixit Iſaias: *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem* (id eſt, ſecundum ſanctum Ambroſium, ſuper Mariam) *& ingredietur Ægyptum, & commovebuntur ſimulacra Ægypti à facie ejus, & cor Ægypti tabeſcet in medio ejus.* Qui fructus ex noſtris proceſſionibus meritò ſperandus, ut tranſeunte Domino cum Matre ſua plateas, commoveantur in corde ſimulachra Veneris procumbentia cum Michole ad feneſtras, aliaque, dum vident puriſſimam Virginem cum ſuo filio Sponſo Virginum pro ſua ſalute obambulare plateas, perditas requirentes oves: atque hæretici ad tantum Religionis noſtræ erga Venerabile Sacramentum ac Sanctos affectum, ac ſplendorem, tabeſcant.

Argumentum trigeſimum-nonum.

Rurſus habemus exemplum, quando ſanctiſſima Deipara cum Joſepho Sponſo, ac filio duodenni annuatim in die ſolemni Paſchæ, ſecundùm conſuetudinem, in Jeruſalem ibant adoratum. Luc. 2.

Argumentum quadrageſimum.

An non Jeſus & Maria noſtras exhibuerunt proceſſiones, cum ſimul, comitibus Apoſtolis, Judæam ac Galilæam obambulabant pro incolarum converſione ac ſalute?

Argumentum quadrageſimum-primum.

An non illa noſtra fuerit proceſſio,

Digitized by Google

ſio, etſi luctuoſa, cum Mater amantiſſima Filium ſuum crucem bajulantem in Montem Calvariæ eſt ſubſecuta, morienti adſtitit, mortuum in ſinum ſuſcepit, ac tumulo mandavit?

Argumentum quadrageſimum-ſecundum.

An non denique doceamur proceſſionibus noſtris honorare Deiparam cum Dei Filio, quando Virgo glorioſiſſima ex hac lachrymarum valle ad æthereum pervenit thalamũ, quam tota cœleſtis curia unà cum Chriſto eſt comitata, & ad Filii dexteram in throno collocavit. Cum igitur has proceſſiones Chriſti cum Matre ſua repræſentemus proceſſionibus noſtris, non ſunt in iis ſeparandi, qui ipſi proceſſerunt, noſque præceſſerunt ſimul.

Argumentum quadrageſimum-tertium.

Non defuerunt, nec deſunt hodie Antidicomarianitæ, qui honorem Dei Filio debitum nos Matri exhibere calumniantur. Contra quos ut probemus, nos infinitè inferiori cultus gradu honorare Deiparam, quam Filium ejus, nimirum hunc ut Deum ac Redemptorem, illam ut creaturam, ac redemptam, ideò Corpus Chriſti ſanctiſſimum, ex Virgine Maria natum circumferimus unà cum imagine Matris, at cultu longè diſpari honoramus; deferimus Venerabile Sacramentum in loco digniori, ſub Baldachino ſeu umbella ampla & magnifica, in Remonſtrantia aurea aut deaurata, ſæpè pretioſiſſimis lapidibus exornata, idque manibus dignioris de Clero Archiepiſcopi, Epiſcopi Provincialis, aut Prioris, vel Paſtoris, aut Decani, aliis aſſiſtentibus miniſtris; ſolemni quoque honoramus thurificatione, aliaque ſupremi cultus exhibemus indicia, canimus enim vocibus altiſonis filio, *Fili Redemptor mundi Deus, miſerere nobis*: at verò imago Deiparæ in ſimplici deferimus throno humeris plerumque laicorum, thus ante illam non offerimus, ipſi non cantamus *miſerere nobis*, ſed, *ſancta Maria ora pro nobis.* Ad hæc omnia, hoc ipſo Ritu ſimultaneæ circumlationis Venerabilis Sacramenti cum imagine amabilis noſtræ Dominæ oſtendimus, nos omnem cultum, ac honorem Matris referre in Filium, cujus honoris augendi gratià glorioſam ipſi Matrem aſſociamus.

Argumentum quadrageſimum-quartum.

Quotieſcumque circumferimus Venerabile Sacramentum cum imagine Deiparæ, toties nobis in memoriam revocatur, hoc idem eſſe ſanctiſſimum Corpus quod ex puriſſimis Sanguinibus ipſius in imagine præſentis, Verbum Patris amore noſtri aſſumpſit, in utero crevit, & natum, lacte nutritum fuit à dulciſſima Matre præſente: quæ pio affectu meditantes, non poſſumus non accendi ad amorem reciprocum exhibendum tam incompa-

tabili

rabili amori Dei Filii. Si ſolum ad hunc infinitum erga nos Dei Filii amorem altius fidelium cordibus imprimendum, Venerabile Sacramentum cum imagine Deiparæ circumferretur, neſcio quis piiſſimum hunc uſum, niſi in Chriſtum ingratus, ac in Matrem indevotus poſſet calumniari.

Argumentum quadrageſimum-quintum.

Docent ſancti Patres ſanctiſſimam Deiparam nobis produxiſſe Sacramentum diviniſſimum Euchariſtiæ: ſanctus Bernardus inquit. *Felix mulier, benedicta in mulieribus, in cujus caſtis viſceribus ſuperveniente igne ſancti Spiritus, coctus eſt panis iſte.* Unde ſanctus Epiphanus eam hiſce verbis ſalutat: *Ave clibanus intellectualis qui ignem, & panem vitæ calidum, mundo in eſum attulit, de quo Salvator mundi Chriſtus: accipite & manducate; hoc eſt Corpus meum.* Si igitur Chriſtus *Panis vivus qui de cœlo deſcendit*, voluerit in ſanctiſſimo utero Virgineo formari, eamque infinito illo honore afficere, quis prudens ac pius credat Chriſtum in Sacramento Euchariſtiæ ſub ſpeciebus panis latentem tam amantiſſimæ Matris averſari præſentiam, nec eam ſua velle honorare præſentia, quam novem menſibus inhabitavit? Indigna eſt hujuſmodi Chriſtiano pectore cogitatio.

Serm. 2. de natal. Dom.

Serm de Laud. Deip.

Argumentum quadrageſimum-ſextum.

Ibidem.

Tradunt præterea ſancti Patres Virginem Deiparam functam fuiſſe munere ſacerdotis intuitu Sacramenti Euchariſtiæ: ſic eam appellat ſanctus Epiphanius: *Virginem*, inquit, *appello velut ſacerdotem pariter & altare, quæ quidem menſam ferens, dedit nobis cœleſtem panem, in remiſſionem peccatorum.* Sanctus Methodius eam vocat, *altare animatum panis vitæ.* Erubeſcetne igitur ſacrificium ſuum ſacerdotem ac altare, panis menſam ſuam ſanctiſſimam, Chriſtus, inquam Matrem, ut non cum ea dignetur circumferri cum debito honore & reſpectu utriuſque?

In Hypapante.

Argumentum quadrageſimum-ſeptimum.

Poſt Deum Deiparæ Virgini debemus quod cœleſti hoc pane nutrimur, eoque libentius Filio ſuo Virginea præbuit ubera, quod ſciret ſuum lac vertendum in carnem ac ſanguinem, quo fideles eſſent nutriendi ac redimendi; *ô beata ubera*, exclamat ſanctus Petrus Damianus, *quæ dum tenue lac puerilibus labris infundunt, Angelorum cibum, & hominum paſcunt. Hîc dilectiſſimi fratres, hîc rogo perpendite quam debitores ſimus huic Beatiſſimæ Dei Genitrici, quantaſque illi gratias poſt Deum agere debeamus; illud ſiquidem Corpus Chriſti quod Beatiſſima Virgo genuit, quod in gremio fovit, quod faſciis cinxit, quod materna cura nutrivit, illud, inquam, abſque ulla dubietate, non aliud nunc de ſacro altari percipimus; & ejus Sanguinem in Sacramentum noſtræ redem-*

Ser. de Nat. B. V.

Digitized by Google

demptionis haurimus. Adeone verò ipſi erimus ingrati, ut eam à ſuo gratiſſimo ſeparemus pignore, dulciſſimo Filio, cujus cum deliciæ ſint eſſe cum filiis hominum, tum ſumma voluptas eſſe cum Matre Filii hominis, qui eſt ipſe Chriſtus, Chriſtus, inquam, cum Matre ſua eſſe gaudet.

Argumentum quadrageſimum-octavum.

Orat. 1. de Nat. B. V. apud But. 22. Jan. Non ſemel ſanctiſſima Deipara à ſanctis appellatur *Agna*: à ſancto Damaſceno dicitur *Agna, ex qua Paſtor ovem induit, veteris mortalitatis tunicis laceratis.* In hymno Græcorum: *Agna genitrix Agni Dei, totius mundi peccata tollentis.* In Menæis: Agna gravida *Agno Dei noſtri.* Non patiuntur autem abſentiam mutuam *Agnus* & *Agna*, hoc natura docet bruta, gratia homines: hinc de noſtro *Agno* ac *Agna* piè ſcribit noſter Sylveira in *Tom. 2. in cap. 14. verſ. 5. q. 13.* Apocalypſim: *Dicamus*, inquit, *quod hæc eſt magna prærogativa Virginum, ut Agnum ſequantur quocumque ierit. At in Virgine Maria multo quid eſt amplius, quod Agnus ipſam ſecutus ſit. Profero teſtem Richardum à Sancto Laurentio Lib. 1. de Laud. Virg. cap. 5.* In laude, *inquit*, aliarum Virginum dicitur quod ſequuntur Agnum quocumque ierit, de illa autem ſecurè poteſt dici, quod Agnus ſequebatur eam quocumque ivit. *Unde Luc. 2. numero 51. ſcribitur:* Deſcendit cum illis Nazareth, & erat ſubditus illis. *Agnum ſubſequi, paris gloriæ eſt, in cœlo; & ipſe partem gloriæ ſuæ reputat in terris; Matrem Virginem ſequi quocumque ierit. Ille, quem Virgines glorioſè ſequuntur, Virginem Virginum glorioſe ſequitur.* Nec mirum, nam humanâ in Chriſto, Agno noſtro, ſpectatâ naturâ (cujus nec ipſe violat jura) Agnus ſubjicitur Agnæ, cujus & reliquæ Virgines ſunt pediſſequæ, juxta illud Davidicum: *Adducentur Regi Virgines poſt eam*: arctiorque eſt unio inter Chriſtum & Matrem, quam alios *Pſal. 44.* Sanctos, minus proinde etiam ab ipſo *Pſal. 33.* ſeparanda. Huc duco verba illa Pſalmi expoſita à laudato Richardo: *Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen ejus in idipſum. Nota*, ait Richardus, *quod pura laudatio non ſufficit, niſi ſit & collandatio; ut ſcilicet unanimiter collaudentur Chriſtus & Maria.* Conſentit Gulhelmus: *Surgamus, inquit Mater ad filium, ad vineas, hoc eſt Eccleſias per orbem plantandas, quæ in unam magnam vineam, id eſt Catholicam Eccleſiam redigantur: ſequitur, videamus ſi vinea floruit. Tuum eſt, ô fili videre hæc, & tamen dixit, videamus, quia ego ſemper tecum, & ſequar te, ô Agne, quocumque ieris.* Et nos ſeparabimus in triumpho Euchariſtico, in quo maxima recolitur Agni Agnæque unio, alterum ab altera? Ordinem hoc eſt invertere gratiæ, & naturæ.

Argumentum quadrageſimum-nonum.

Beatus Hieronymus audet adverſus Vigilantium Hagiomachum ita

Digitized by Google

De dormitione Deiparæ.

argumentari : *ſequuntur Agnum quocumque ierit. Ergo ſi Agnus ubique eſt, & hi qui cum Agno ſunt, ubique eſſe credendi ſunt.* Accinit opportunè Hieronymo Damaſcenus : *ſi enim ait, ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit, inquit vita, & veritas Chriſtus : quomodo non potius Mater cum ipſo erit ?* Erit utique ſive in proceſſione, ſive extra.

Argumentum quinquageſimum.

Ob ſpecialem quam divina Agnipara habet cum Agno Euchariſtico unionem, viſa aliquando ipſa eſt hoſtiæ inſidere : refert hujus veritatis teſtimonium Cæſarius : *Cum Adolphus*, inquit, *Miſſam celebraret, & ante Agnus Dei hoſtiam levaſſet & ad frangendum, in ipſa hoſtia Virginem in ſede reſidere, infantemque in ſinu ſervare contemplatus eſt.* Ut hinc diſcamus, Agnum noſtrum Euchariſticum Agnam ſuam ambire in Sacramento Venerabili præſentem, ſuumque inde augeri, non diminui honorem, adeoque ipſos nec intra, nec extra proceſſiones fore ſejungendos. Hinc etiam quædam Chriſtianiſmi partes in formis Euchariſticis eandem exprimunt cum Agno Agnam, comitantes invicem quocumque ierint.

Argumentum quinquageſimum-primum.

Huic affine argumentum colligo ex lyturgia ſancti Chryſoſtomi, quæ refert, quod Græcorum Epiſcopus, aut ſacerdos, ſtatim poſt conſecrationem ita ſalutaverit amabilem noſtram Dominam : *Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Choro reſpondente : *ut verè dignum & juſtum eſt, glorificare te Deiparam & ſemper beatiſſimam, & penitus incontaminatam Matrem Dei noſtri, honoratiorem Cherubim, & glorioſiorem incomparabiliter Seraphim, quæ citra corruptionem Deum peperit, verè Deiparam te magnificamus.* Licitum in in auguſtiſſimo Agni Euchariſtici ſacrificio tantis Matrem ejus extollere præconiis, & ejus derogabimus honori, ſi id ipſum faciamus in ejus proceſſione : Hoc eſt ſapere ſuprà Chryſoſtomum, & ſuprà ſobrietatem.

Argumentum quadrageſimum-ſecundum.

Eccleſia Catholica plurimum ſemper intenta ut unà honoret Agnum Euchariſticum & Agniparam, in omnibus conſecrationibus, ac benedictionibus, tam Eccleſiarum, quam Altarium multoties iterat poſt invocationem ſanctiſſimæ Trinitatis, nomen amabilis noſtræ Dominæ. In templi conſecratione, cum Pontifex ſacro chriſmate in templi parietibus duodecim cruces ungit, ad ſingulas hâc utitur verborum formâ : *Sanctificetur, & conſecretur hoc templum, in nomine Patris*

Pontificale Roman.

Digitized by Google

Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. In honorem Dei Genitricis Virginis Mariæ, atque omnium Sanctorum, & memoriam Sancti N. Pax tibi. In conſecratione autem Altaris: *Sanctificetur hoc altare in honorem Dei Omnipotentis, & glorioſæ Virginis Mariæ, atque omnium Sanctorum, & ad nomen, & memoriam Sancti N. Pax tibi.* Si igitur Eccleſia, columna, & firmamentum veritatis, Eccleſias, & altaria cultui ac venerationi Agno Euchariſtico & Agniparæ ipſius ſolemniter dedicet, conſecrétque; cur non liceat exemplo Matris noſtræ eidem Agno ac Agniparæ noſtras dedicare proceſſiones? Anne forte magis idololatremus in plateis, quàm in Eccleſiis.

Argumentum quinquageſimum-tertium.

Comparat Eccleſia Sanctiſſimam Virginem Lunæ, dum eam ſalutat, *pulchra ut Luna*: eámque laudat, *quia ex te ortus eſt Sol juſtitiæ Chriſtus Deus noſter*: eſt igitur Beata Virgo Luminare minus, majus Filius ejus, ipſa *Luna*, hic *Sol*. Dum terrâ interpoſitâ ſeparatur *Luna* ab aſpectu *Solis*, oritur Eclipſis, horrendæque ſuper terram tenebræ. Quot hodie Orbis non involvitur errorum nebulis, bellis, diſſidiis? quæ porro mali cauſa? unam arbitror, Eclipſim *Lunæ*, quia, inquam, Sanctiſſima Deipara, quæ *quaſi Luna plena in diebus ſuis lucebat*, (Eccli. 50.) quando in conſpectu *Solis juſtitiæ* Filii ſui pleno gaudebat honoris gloriæque lumine, nec lumen *Lunæ* minus æſtimabatur obfuſcare *Solis* majus, honor, inquam, Mariæ, honorem Chriſti, modo interpoſitis terrenis carnalibúſque Antidicomarianitis in honore patitur Eclipſim, hanc, inquam, unam credo præſentium malorum cauſam, ulciſcitur enim Filius injuriam illatam Matri, ac in ea ſibi: verè enim Auguſtinus: *Ad bonitatem Domini pertinet, Matris ſervare honorem: qui legem non ſolvere venit, ſed adimplere.* (Serm. de Aſſump.) Et cum Chriſtus à nobis multipliciter offenſus, Matris ſuæ interceſſione foret placandus, & Chriſtum laceſſimus & Matrem, Matri honorem ſuum invidendo, ejus imagines velut pupulas irriſui exponendo, Sacrum ipſius Scapulare Icari alis aſſimilando, aliíſque theoninis dentibus honorem ipſius arrodendo, quid igitur miri, ſi veniant ſuper nos tanta mala.

Niſi *Sol* & *Luna* ſimul moveantur, ſimúlque quieſcant, naturæ ordo perturbatur: hinc liber Joſue refert, (Cap. 10.) *ſteterunt Sol & Luna*: & poſtmodum pariter cœperunt rurſum moveri. Habacuc quoque ait: *Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo.* (Cap. 3.) Hunc ordinem invertunt qui ſeparant *Solem* à *Luna*, Jeſum à Maria, Filium à Matre, ancillam Domini à Domino. Scribuntur quoque in Scriptura *Sol* & *Luna*, ſimul illuminati, ſimúlque obſcurati: Iſaias ait: *erit lux Lunæ*; *ſicut lux Solis*. (Cap. 30.) Matthæus autem: *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum.* (Cap. 24.) Sic qui honorat Chriſtum, honorat Matrem ejus, & qui obſcurat honorem,

Digitized by Google

rem Matris, obſcurat honorem Filii:
:4. hinc Iſaias prædixit: *erubeſcet Luna, & confundetur Sol.* At ſciant Antimarianitæ, quòd ſi non accipiant lumen ac influxus à *Luna*, quòd nec accipient
110. à *Sole*, velècontra: Ezechiel enim ait: *Solem nube tegam, & Luna non da-*
0.8. *bit lumen ſuum.* Et Pſamiſta: *per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem.* Item Jeremias: *expandent ea* (oſſa mor-
n.37. tua) *ad Solem & Lunam*: quia Jeſus & Maria ſimul orant Patrem: *Joſeph vidit Solem & Lunam adorare:* ſimul
l'al 148. laudant Deum: *Laudate eum Sol &*
n.3. *Luna. Benedicite Sol & Luna Dominum.* Hæc omnia conformia ſunt ſententiis SS. Patrum. Germanus ait, quòd Deus *omnia nos habere voluit per manus Mariæ*: Bernardus autem *hinc lactor ab ubere, hinc paſcor à vulnere* & rurſum: *Nihil Deus nos habere voluit, quòd per Mariæ manus non tranſierit.*
n. de Sanctus Anſelmus in ſua ad Filium &
a. Matrem oratione, ita precatur: *Ecce coram bono Filio tuo, & coram te bona Mater ejus pœnitet & confitebitur, gemit & orat peccator homo.* Si igitur Chriſtus & Maria ſimul laudent, ſimul orent Deum: Si Sancti Patres ad utrùmque ſimul confugiant, à nobis non ſunt in proceſſionibus ſeparandi, nam & ibi Deum ſimul laudant & orant, noſque ipſos convenit ſimul honorare atque orare. Et certè non videtur cedere ad honorem Filii, ſi, poſtquam cum Matre in Eccleſia fuit ſolemniter honoratus, recludatur in tabernaculo, & Mater ſola cum omni populo, multis cincta Miniſtris, lumine copioſo, ac reliquo magnifico apparatu, triumphatura ex Eccleſia efferatur: indicant quidam derogari honori Venerabilis Sacramenti, ſi nonnullæ faces in ejus præſentia ferantur juxta imaginem Deiparæ, & exiſtimant ſervari reſpectum eidem Sanctiſſimo Sacramento, ſi eo in tenebris relicto, omnia luminaria præferantur imagini Beatiſſimæ Virginis: nonne hæc diſtorta eſt reformatio?

Argumentum quinquageſimum-quartum.

Eccleſia ſæpius canit triumphum glorioſiſſimæ Virgini hiſce Verbis: *Gaude Maria Virgo, cunctas hæreſes Sola interemiſti in univerſo mundo.* Et ut quaſdam recenſeam, quæ in ipſius involarunt honorem. Interemit Ebionem, & Cherintum negantes ejus veram Virginitatem ac Maternitatem. Interemit Collyridianos, qui volentes in eam videri nimis pii, Deam faciebant: quaſi plus ſit, fictam eſſe Deam, quàm veram Dei Matrem. Unde Maria ab Eccleſia habetur creatura per naturam, & Deo proxima per gratiam. Interemit Neſtorium, qui ei Dei Matris titulum voluit rapere. Interemit prætermiſſis innumeris, noviſſimos ſuos hoſtes Lutherum, Calvinum, Eraſmum, Bucerum, & aſſeclas, quid enim effecerunt ſuis adverſus Dei Matrem præliis? ut numquam magis pro ipſius honore fuerit decertatum linguâ, calamo, gladio, numquam ipſius gloria evaſerit illuſtrior? Si igitur Virgo potentiſſima omnes hære-

hæreticos interemerit in univerſo mundo, idque per Filium, & propter Filium, igitur & cum Filio triumphet: *Sic enim oportet veritatem de mendacio & hæreſi triumphum agere*, ut qui ſimul vicerunt, ſimul triumphent. *Et* (hortatur Thomas à Kempis) *exultent omnes devoti coram te*, Maria, *& Agno Jeſu Chriſto Filio tuo, Domino noſtro. Amen.*

Trid. Seſſ. 13.

Soliloq. cap. 24.

CAPUT XXXVIII.

Amabilem noſtram Dominam ab initio ſæculorum, tum in Eccleſia triumphante, tum in militante exhibet honoratam.

DIvinâ Agniparâ Agno ſuo Eucharistico individuo ſociatâ nexu, eúmque, quocúmque ierit ſequente, ſubſequor, ac obſequor: atque Agni vindicato Triumpho, ad Agnæ me confero propugnandum cultum ac venerationem, adverſus novellorum Antidicomarianitarum murmura, ac querelas, *qui* teſte viro Illuſtriſſimo Ludovico Abelly, *ſpecie quidem ſunt Catholici, at reipſa multorum circa fidem & Religionem, ac nominatim circa cultum amabilis noſtræ Dominæ, nocumentorum machinatores, cauſantes eum cultum apud Catholicos eſſe nimium, & hac in parte hodiernam Eccleſiam non conſentire cum primitiva, quæ moderatius colebat* Deiparam, *actaliter ut Dei honori non officeretur, quòd fieri contendunt per hoc recens adeò flagrans, & incenſum ſtridium erga glorioſam Virginem*: nam quantum erga eam æſtuant fideles, tantùm ipſi æſtimant remitti de ſtudio quod ex toto animo debetur Deo. Hæc, inquit Raynaudus, non tam eſt anomalia pietatis, quàm Satanæ verſutia ad eripiendum fidelibus Præſidium à Deo proviſum in protectione Deiparæ quæ ſuis cultoribus atque clientibus non deeſt. Itaque non modò audiendi non ſunt qui talia inſuſurrant vulgo ac mulierculis, ſed etiam maximè averſandi ac repellendi: huic obtempero conſilio, adverſus iſtos conteſtor cum Petro Cellenſi: *Cataractas Cæli, & fontes abyſſi, libentius in obſequium Virginis ſolverem, quàm clauderem. Et ſi Filius ejus Jeſus aliquid omiſiſſet in prærogativa exaltationis ſuæ Matris, ego ſervus, ego mancipium, non quidem effectu, ſed ſaltem affectu ſupplere geſtirem. Mallem certè non habere linguam, quàm aliquid dicere contra Dominam noſtram. Ante eligerem non habere animam, quàm ejus extenuare gloriam.*

In præfat. lib. de tradit. Eccleſ. circa venerat. Deiparæ

Diptycha Mariana.

Lib. 6. epiſt. 23.

Digitized by Google

Ser. 4. ſuper Miſſus. *riam.* Agnoſco interim cum Sancto Bernardo *imperitiam meam, puſillanimitatem populo non abſcondo.* Confiteor cum Sancto Auguſtino: *Ser. 2. de aſſumpt.* *Quid dicam pauper ingenio, cùm de te Maria quidquid dixero, minor laus eſt, quam dignitas tua meretur? Si Cœlum te vocem, altior es; ſi Matrem gentium dicam, præcedis: ſi formam Dei appellem, digna exiſtis: ſi Dominam Angelorum vocitem, per omnia eſſe probaris. Quid ergo de te dignè dicam, quid referam, cùm non ſufficiat lingua carnis tuas enarrare virtutes?* Repetam igitur tantum Sanctorum Patrum in eam encomia, ac pro pio in munificentiſſimam Virginem affectu ac debito ſpeciali, honorem ejus defendam, quantum Filii favor, Matriſque dederit Patrocinium, Catholicæ Eccleſiæ, Sanctorùmque Patrum inſiſtendo traditioni, ac ſententiæ.

Initio velut fidei Catholicæ dogma præſuppono, Sanctiſſimam Deiparam cultu, honore, ac laude dignam, adeóque colendam, honorandam, ac laudandam: *Act 4. 6. 7. Seſſ. 25.* Hæc eſt Eccleſiæ traditio, ac definito in variis Conciliis, nominatim in ſeptimo univerſali, & noviſſimo Tridentino, in Decreto de Reliquiis, & veneratione Sanctorum. Patres autem qui Sanctiſſimæ Deiparæ videntur negare cultum & adorationē, loquuntur de cultu & adoratione in ſpecie, ſumpto pro *latria* contra Collyridianos Deiparam ut Deam colentes, à qua hæreſi longiſſimè abeſt Eccleſia, quidquid eam calumnientur *Hæreſ. 78.* Eccleſiæ Momi. Sic nominatim exponendus S. Epiphanius cultui B. Mariæ Virginis addictiſſimus.

Retro deindè eundo, ac quantum poſſumus aſcendendo, inveniemus glorioſiſſimam, ac laude omni digniſſimam Deiparentem ſemper fuiſſe honoratam: honoravit eam ab æterno Deus, qui illam ab æterno ex omnibus creaturis elegit in Matrem: quòd omnis honoris, qui eidem poteſt exhiberi fundamentum eſt, & culmen ac apex: Undè dum honoramus Deiparam, Dei ſequimur exemplum, nec aliud, niſi infinitè minus, ipſi exhibemus æſtimationis teſtimonium.

Accedendo autem ad creaturas, piè credi poteſt, Beatam Virginem ab initio ſæculorum tam in triumphante, quàm in militante Eccleſia honoratam fuiſſe ac cultam; ſic ſentiunt inter alios Illuſtriſſimus Rutilius Benzonius, & *In cant. Magnif. lib. 2. c. 28. dub. 9. in 3 p q 37. art. 4. diſp. 22. ſec. 1.* Suarez. Probatur autem: quia Angeli in ſtatu viæ ab initio ſuæ creationis Chriſtum fide cognoverunt: à principio autem ſuæ beatitudinis, eumdem in Verbo viderunt: fidei enim ſuccedit viſio; ſpectabátque maximè ad eorum ſtatum ſuum cognoſcere Regem ac Dominum: hinc verò haud obſcure concluditur, Sanctiſſimam Chriſti Matrem ab initio Angelis fuiſſe cognitam: vel in ſtatu viæ conceptu communi, credendo Deum ex fœmina naſciturum, vel in ſtatu beatitudinis propriâ ac clarâ viſione in Verbo intuendo fœminam ex qua erat incarnandus, hoc enim perſuadet viſionis beatificæ perfectio & claritas, ut non tantum repræſentet Angelis Verbum incarnandum in confuſo, ſed etiam fœminam illam, ex qua erat carnem aſſumpturum, & futura

erat

Digitized by Google

erat in perpetuum eorum Domina & Regina: Perſuadet idipſum objecti perfectio, undè credibile non eſt, ab aliquo Beatorum non videri in Verbo ſuperdigniſſimam Verbi Matrem, ſi verò ab omnibus videtur, maximè ab Angelis. Si igitur Angeli Dei Matrem ab initio cognoverunt, ab initio quoque eam adoraverunt ac coluerunt. Et ſicut Chriſtus vel fide creditus, vel clarè in Verbo viſus ſemel ab Angelis eſt adoratus ab initio ſuæ cognitæ creationis, & iterùm cùm reipſa erat incarnatus: ſic etiam Chriſti Mater, cùm primò Angelis Sanctis fuit cognita, ab eis fuit adorata, & rurſus cum in ea fuit Verbum caro factum. Fuit enim cognita, ut Dei Mater, & Domina omnium, adeóque ut honore ac adoratione digna: *Decet enim*, inquit Damaſcenus, *Dei Matrem ea, quæ Filii ſunt poſſidere, & ab omnibus adorari.* Et Sanctus Bernardus: *In nomine Mariæ ſicut in nomine Jeſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Item S. Bernardinus: *Tot creaturæ ſerviant Mariæ, quot ſerviunt Trinitati.* Hæc de cultu quem Eccleſia triumphans ſuæ exhibuit Reginæ.

Orat. 1. de Nativit. B. Mariæ. & 2. de aſſumpt.

Tom. 1. conc. 61. a. 1. cap. 8.

In Eccleſia vero militante, Sanctam Deiparam ſemper fuiſſe ab hominibus cultam & adoratam ſimili ferè probatur diſcurſu: ab initio enim mundi prophetiis & figuris fuit prædicta ac præcognita ut Dei Mater, quæ mundi Redemptorem erat paritura, adeóque ut talis adorata ac culta, non ab univerſa plebe, quæ valdè implicitè, confuſè, ac imperfectè cognóſcebat Verbum incarnandum, ſed à Sapientibus, Patriarchis, ac Prophetis. Imprimis in teſtamento veteri, frequens eſt Sanctæ Deiparæ mentio prophetica, vel apertè, vel in figura: Hinc Sanctus Hieronymus illam vocat, *Vaticinium Prophetarum.* Andreas verò Cretenſis, *ſummam divinorum oraculorum.* Et Sanctus Bernardus ait: *longè ante Patribus eſt cœlitus promiſſa, myſticis præfigurata miraculis, oraculis annunciata propheticis.* Item Sanctus Auguſtinus, *Sola*, inquit, *meruit Deum, & hominem paritura ſuſcipere, facta thronus Dei, & aula Regis æterni, ſecundùm quod nos docuiſti per Sanctos tuos Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, figuris, & ſermonibus quibus credimus & certi ſumus quia numquam feſelliſti.* Quinimò addunt Benzonius & Suarez, ſicut Paulus de Chriſto dicit, in capite libri de illo eſſe ſcriptum; ita de Beata Virgine in Sacræ Scripturæ initio ſcriptum eſſe: *inimicitias ponam inter te, & mulierem; ipſa conteret caput tuum.* His enim Verbis Deum ipſum Mariam Virginem prædixiſſe, communis eſt Sanctorum Patrum ſententia.

In Mich.

Serm. de aſſumpt.

Serm. ſignum magnum.

Lib. de aſſumpt. init.

Gen. 3.

Poſt Chriſti verò adventum, dum adhuc in hac vita verſaretur Beata Virgo, à fidelibus omnibus in ſumma habita fuit veneratione, ut antiquæ docent hiſtoriæ, & ad plenam adſtruendam fidem, ſolæ ſufficiunt Sancti Martyris & Antiocheni Archiepiſcopi Ignatii Epiſtolæ ad Sanctum Joannē Evangeliſtam, & ipſam Dei Matrē,

Digitized by Google

quas hîc in ſolatium devotorum erga amabilem noſtram Dominam ſubnecto, ex Bibliotheca Sanctorum Patrum.

Tom 1. init.

EPISTOLA PRIMA.

Ioanni Sancto ſeniori Ignatius & qui cum eo ſunt.

,, FRater, de tuâ morâ dolemus graviter, allocutionibus & conſolationibus tuis roborandi. Si tua abſentia protendatur, multos de noſtris deſtituet: properes igitur venire, quia credimus expedire. Sunt & hic multæ de mulieribus noſtris Mariam Jeſu videre cupientes, & quotidie à nobis ad vos diſcurrere volentes, ut eam contingant, & ubera ejus tractent, quæ Dominum Jeſum aluerunt, & quædam ejus ſecreta percunctentur ipſam Mariam Jeſu. Eſt & Salome quam diligis, filia Annæ Hieroſolymis, & quinque menſibus apud eam commorata. Et quidam notificavêre eamdem Matrem Dei omnium gratiarum eſſe abundantem, & omnium virtutum more Virginis, virtutis & gratiæ fœcundam, quæ, ut dicunt, in perſecutionibus & afflictionibus eſt hilaris, in penuriis & indigentiis non querula, injuriantibus grata, & moleſta in re lætatur. Miſeris & afflictis condolet coafflicta, & ſubvenire non pigreſcit. Contra vitiorum autem peſtiferos conflictus in pugna fidei diſceptans, eniteſcit. Noſtræ novæ Religionis, & pœnitentiæ eſt Magiſtra, & apud fideles omnium operum pietatis Miniſtra. Humilibus quidem eſt devota, & devotis devotius humiliatur, & mirum ab omnibus magnificatur, cùm à Scribis & Phariſæis ei detrahitur. Præterea multi multa referunt de eadem, tamen omnibus per omnia non audemus fidem concedere, nec tibi referre: ſed ſicut nobis à fide dignis narratur, in Maria Matre Jeſu humanæ naturæ natura Sanctitatis Angelicæ ſociatur. Et hæc talia excitaverunt viſcera noſtra, & cogunt valdè deſiderare aſpectum hujus (ſi fas ſit fari) cœleſtis prodigii & Sacratiſſimi ſpectaculi. Tu autem diligenti modo diſponas ſuper deſiderio noſtro, & valeas. Amen. ,,

EPISTOLA SECUNDA.

Ioanni Sancto ſeniori Ignatius.

,, MIhi ſi licitum eſt à te, ad Hieroſolymæ partes volo aſcendere, & videre Fideles Sanctos, qui ibi ſunt, præcipuè Mariam Jeſu, quam dicunt univerſis admirandam, & cunctis deſiderabilem; quem enim non delectet videre eam & alloqui, quæ verum Deum de ſe peperit, ſi noſtræ ſit fidei & religionis amicus? ,,

EPI-

EPISTOLA TERTIA.

Chriſtiferæ Mariæ Ignatius.

„ ME Neophytum Joannìſque „ tui diſcipulum confortare & „ conſolari debueras. De Jeſu enim „ tuo percepi innumera dictu, & „ ſtupefactus ſum ex auditu, à te „ autem, quæ ſemper ei fuiſti familia- „ ris conjuncta, & ſecretorum ejus „ conſcia, deſidero animo fieri certior „ de auditis. Scripſi tibi aliàs & ro- „ gavi de eiſdem. Valeas, & Neo- „ phyti qui mecum ſunt ex te, & per te, & in te confortentur. „

Ex hiſce inclyti Martyris Verbis liquidò conſtat cuilibet Sanctiſſimæ Deiparæ devoto cultori, quàm celebre fuerit ipſius adhuc viventis nomen, quàm publica ac magnifica de ea fama & æſtimatio, ex auditu enim didicerat Sanctus Ignatius, *in Maria Matre Jeſu humanæ naturæ, naturam Sanctitatis Angelicæ ſociatam.* Eam *cœleſte fore prodigium, & Sacratiſſimum ſpectaculum. Univerſis admirandum, & cunctis deſiderabilem.* Et cum ipſemet ſcribat Chriſtiferæ Mariæ: *Neophyti qui mecum ſunt ex te, & per te, & in te confortentur,* perſpicuum evadit, Deiparam fuiſſe habitam ut Eccleſiæ Magiſtram Sapientiſſimam, à qua regulas, inſtructiones, ſanúmq; fideles hauſere conſilium. Quod luculentiſſimo confirmat teſtimonio Sanctus Archiepiſcopus Thomas à Villanova: *Mariæ,* inquit, *propter ſingularem, & ex-* (Ser. 3. de aſſumpt.) *cellentem eruditionem, cœleſtis Magiſter ad Patrem, unde venerat, rediturus, Scholam, & cathedram ſuam reliquit, non quidem ut oves ſuas regeret ſicut Petrus; ſed ut diſcipulos ſuos cœleſti ſapientia, quàm ab initio didicerat, erudiret: quoniam & propter ingenii vivacitatem, & diuturnioris Scholæ aſſiduitatem, cæteris omnibus condiſcipulis ſapientior, & doctior habebatur. Quam quidem Scholam duodecim annis, ut fertur, rexit, ac tenuit, Apoſtolorum omnium, & Diſcipulorum Chriſti, Eccleſiarúmque Magiſtra; unde & cunctas hæreſes ſolam interemiſſe in Eccleſia Dei meritò decantatur.* Nec deſierunt tantæ Magiſtræ diſcipuli eximio eam proſequi pietatis affectu, obſequendo, ejuſque elogia, laudes ac excellentias per orbem divulgando: *Mariam,* ait Hieronymus, *omnes venerati ſunt Apoſtoli, eique dilectionis affectu famulati.* (Serm. de aſſumpt.) Noſter Sanctus Cyrillus Alexandrinus eam in hunc modum ſalutat: *Tu ſceptrum orthodoxæ fidei... Te Prophetæ prænuntiarunt, te Apoſtoli ſummis laudibus celebrarunt.* (Hom. 6. in Neſtor.) A Sancto Ephrem dicitur *Apoſtolorum præconium,* A Sancto Bonaventura, *jucundiſſima Apoſtolorum laus.* (Serm. de laud Virg. Hym ſuper Salve Regina.)

Non exiguum quoque cultus ac obſervantiæ Apoſtolorum, aliorúmque fidelium erga viventem adhuc Dei Matrem exiſtit indicium, quòd ei adhuc in hac degenti vita, varia extruxerint templa, ac varias erexerint imagines: de templis fide digniſſimi teſtantur Hiſtorici: & quidem Sanctum Pe-

Digitized by Google

Petrum Principem Apoſtolorum in Syria, in civitate, modò dicta Tortoſa, Deiparæ adhuc in terris verſanti ſacellum ædificaſſe, teſtes ſunt Jacobus de Vitriaco Cardinalis in ſua

Cap. 44.

hiſtoria Orientali. Adrianus Junius, in ſua nomenclatura. Raphael Vollateranus libro ſecundo Geographiæ, ubi addit: in eodem ſacello Sanctum Petrum primùm ſacrificaſſe. Primus quoque in ſacrificio Miſſæ commemorationem Virginis introduxit, ut conſtat ex Liturgia Latina, ſeu

In epiſt. ad Michael.

Romana, quàm Beati Petri eſſe tradit Leo III. Pontifex Maximus, &

3 p. q. 78. a. 2 ad 5.

poſt illum Sanctus Thomas. Sanctus Jacobus Major viventem etiam honoravit Dei Matrem templi Cæſarauguſtani in Hiſpania erectione, quòd etiamnum *Sancta Maria in Columna* nuncupatur: hoc narrant

Chro. hiſp. cap. 23. Monarch. Eccleſ. lib. 1. c. 2. §. 4. Ad an. D. 1118. lib. 2.

Antonius Beuterus: Joannes de Pineda: Vaſæus in Chronico Hiſpaniæ. Hieronymus Blanca in Commentariis rerum Aragoniæ. Sigonius in Hiſtoria Italica. Bozius de ſignis Eccleſiæ. Sanctus Jacobus Minor quo ſtudio coluerit Sanctiſſimam Virginem, liquet ex Sacra illius Liturgia, in qua amabilis noſtræ Dominæ honorificentiſſimè meminit, ejuſque laudes mirum in modum prædicat: poſt preces aliquot ita ejus implorat opem: *commemorantes Sanctiſſimam, immaculatam, glorioſiſſimam Dominam noſtram Matrem Dei, & ſemper Virginem Mariam.* Quàm intenſo amoris affectu Sanctus Joannes Evangeliſta ipſam honoraverit, ex eo relinquo conjiciendum, quòd fuerit ejus adoptivus filius, quem illa ex morientis Jeſu ordinatione ſuſcepit in filium, & ipſe viciſſim illam in Matrem: undè *non mirum*, inquit Sanctus Ambroſius, *præ cæteris locutum myſteria divina, cui præſto erat aula cœleſtium Sacramentorum.* Sed opus non eſt longum hic contexere ſermonem, ut probemus piis fidelibus Sanctiſſimam Dei Matrem in ſummo ab omnibus Apoſtolis ac diſcipulis habitam honore, cùm omnes eam dixerint, aut ſcripſerint *Matrem Jeſu, de qua natus eſt Jeſus, qui vocatur Chriſtus.* Omnia enim ejus privilegia, omnes prærogativas, & laudes complexi ſunt, cum *Matrem Dei* dixerunt, ut præclare ponderavit Sanctus Thomas de Villanova ad verba relata: *ſufficit*, inquit, *ad ejus plenam hiſtoriam, quòd ſcriptum eſt, quia de illa natus eſt Jeſus: quid ampliùs, quid ultrà requiris in Virgine? ſufficit tibi quòd Mater Dei eſt.* Hæc eſt Virgineæ laudis ſumma, quibus hæc non ſufficit, ut aſſentiantur glorioſiſſimam Deiparam magnifico ab Apoſtolis affectam honore, nec infinita elogia ſatis erunt, & de facto ſatis non ſunt. Sed revertamur unde digreſſi ſumus.

Lib. de inſtit. Virg. cap. 7.

Matth. 1.

Ser. 2. de Nativ.

De imaginibus igitur, in quibus amabilis noſtra Domina adhuc in terris converſata fuit honorata, ſi loquamur, inveniemus eam multoties à Sancto Luca Evangeliſta medico & pictore depictam: *cùm enim multorum incenſus eſſet animus*, inquit graviſſimus author Marianus Caniſius, *ut Domini ac Dei ſui in Cælo*

Lib. 6. de Deip. c. 28.

Cœlo regnantis Matrem coram viderent, & videntes jure ſuſpicerent atque reve- rerentur, nec omnes tamen undique ad eam proficiſci, ſuoque deſiderio ſatisfa- cere poſſent, prudens ac pium conſilium inventum eſt, ut Mariæ vultum ſal- tem in tabella depictum exciperent, hócque perenne monumentum, tum præ- ſentes, tum abſentes ad ſuum ſolatium retinerent, aliíque aliis invicem com- municarent. Neque verò, ait idem au- tor, *aut recens aut dubia, ſed benè vetus & conſtans eſt iſthæc Eccleſiæ traditio, quòd Lucas Evangeliſta Mariæ fami- liaris, tum Chriſti, tum Genitricis ejus imagines ſuo penicillo pinxerit.* Præter traditionem hoc ipſum te- ſtantur Sanctus Germanus apud San- ctum Damaſcenum in actis Stephani & ſociorum Martyrum. Theodorus Lector in libro Collectaneorum, qui ante mille annos floruit. Simon Metaphraſtes in vita Sancti Lucæ, Sanctus Thomas, & alii plurimi. Hujuſmodi imagines plures adhuc hodie veneratur orbis Chriſtianus, Roma, Ordo noſter Marianus Nea- poli in majori Conventu, & aliæ Chri- ſtianiſmi partes, in quibus ex autho- ribus fide dignis, quatuordecim ad- huc coli Sanctæ Deiparæ imagines à Sancto Luca pictas probat exi- mius Mariæ encomiaſtes Juſtinus Miechovienſis Dominicanus S. Theologiæ publicus Profeſſor, & di- vini verbi præco celebris.

In 3. de 9. q. 2.

Super lit. tom. 2. d. 210.

Dum hos, aliis, brevitatis gratia, prætermiſſis, ſummos, qui puræ crea- turæ poſſunt exhiberi, honores, pu- blicis ſignis, templorum erectio- nibus, imaginum dedicationibus, communi omnium fidelium vo- ce, & acclamatione, confluxu, & fama glorioſiſſimæ Deiparæ ad- huc in terris degenti demonſtratos, haberem præ oculis, attentáque perpenderem mente, ingens a- nimum meum ſubiit ſtupor, quòd nonnemo perſuadeat Catholicæ plebi, quòd *Maria etiam poſt Filii ad Cœlos aſcenſionem vixit, ignota mundo.* Quòd *erat Sancta, ſed ſine fama ſanctitatis.* Quòd *non fuit culta dum viveret.* Quòd *non ſolum tempore, quò Maria cum Filio vixit, vixit abjecta.* Itanè, quæ priuſquam nata, nota fuit Angelis, Patriarchis, & Prophe- tis, etiam poſt Filii glorioſam a- ſcenſionem vixit *ignota mundo*? quî potuit tanto tempore tanti Filii latere Mater? quî potuit tantus, & tam excelſus ſplendor mundi, la- tere mundo? potuitnè eſſe *ignota mundo* Mater Chriſti, quæ jam tri- ginta cum ipſo in mundo degerat an- nos, variáſque terras perambulave- rat? quæ ipſi morienti in oculis in- numeræ variarum nationum multitu- dinis adſtiterat? Potuitnè eſſe *San- cta ſine fama ſanctitatis*, quæ ab u- niverſis fidelibus credebatur, ſuſpi- ciebatur, ac venerabatur parens Re- demptoris mundi, jam glorioſi, ac ſe- dentis ad Dei Patris dexteram. Fuit- ne *Sancta ſine fama ſanctitatis*, quam *ex publica fama ſanctitatis* Sanctus Martyr Ignatius cognovit adhuc vi- ventem, *Matrem Dei, omnium gra- tiarum eſſe abundantem, & omnium vir-*

Digitized by Google

virtutum more Virginis, virtutis & gratiæ fœcundam? Vixitne *ignota mundo* Chriſtiano, quæ *contra vitiorum peſtiferos conflictus in pugna fidei diſceptans, eniteſcebat?* Vixitne *ignota mundo* fideli, quæ, eodem ſancto Martyre teſte, *noſtra nova Religionis & pœnitentiæ eſt Magiſtra, & apud fideles omnium operum pietatis miniſtra?* Vixitne *ſancta ſine fama ſanctitatis*, de qua rurſum ſcribit: *ſicut nobis à fide dignis narratur, in Maria Matre Jeſu humanæ naturæ, natura ſanctitatis Angelica ſociatur?* Eratne *Sancta ſine fama ſanctitatis*, quæ adhuc vivens prædicabatur *cœleſte prodigium*, & *ſacratiſſimum ſpectaculum?* Vixitne *ignota mũdo*, quæ habebatur *univerſis admiranda & cunctis deſiderabilis*, ad quam propterea cuncti fideles undique concurrebant? Eratne *Sancta ſine fama ſanctitatis*, cujus imagines à fidelibus ſtudioſiſſimè requirebantur, ac venerabantur? Eratne *Sancta ſine fama ſanctitatis*, cui publica erant conſecrata templa? Sanè vix poterat ejus ſanctitas ac ſupereminens dignitas pro ea temporis circumſtantia amplius publicari ac celebrari: & cur, quæſo, cui bono, primi illi Evangelici ſeminis ſatores tantum lumen poſuiſſent ſub modio? Tantam Matris Redemptoris ſanctitatem ac excellentiam novos Chriſticolas non edocuiſſent? Imò verò plurimum pertinebat ad Chriſti nominis exaltationem, & fidei Chriſtianæ confirmationem, quod Chriſtus in chariſſima ſua parente, creaturarum omnium longè præſtantiſſima, laudibus eveheretur, & ipſa ut communis omnium magiſtra, ac Chriſti Salvatoris Mater digniſſima, ac redemptionis cooperatrix coleretur, nõ enim eſſe potuiſſet neglectus honoris Chriſtiparæ, abſque diminutione famæ nominis Chriſti, ac Chriſtianæ Religionis, uti enim honos, ita & vilipenſio Matris redundat in filium. Nec æſtimet quiſpiam Beatam Virginem paſſam jacturam famæ aut honoris apud fideles ex blaſphemiis infidelium, at tanto apud illos fuiſſe in majori gloria, quo apud hos magis abjecta; docet hoc luculenter laudatus Martyr Ignatius ſcribens Sancto Joanni Evangeliſtæ: *Mirum*, inquit, *ab omnibus magnificatur, cum à ſcribis & Phariſæis ei detrahatur mirum. Magnificatur ab omnibus:* Et adhuc vixit, *ignota mundo? Sancta ſine fama ſanctitatis?* Et addit: *in perſecutionibus & afflictionibus eſt hilaris*, quæ laus Virginis parta ex ipſius contemptu, voce populi fidelis ad Ignatium fuit delata. *Fuit igitur cunctis venerationi & admirationi*, aſſerit Hildephonſus. *Ser. 5. de Aſſumpt. Virg.*

Objicies primò: Apoſtoli fulgent miraculis, Maria nullum edit miraculum: Ergo Maria etiam poſt Filii ad cœlos aſcenſionem vixit, *ignota mundo*. Confirmabis ex ſancto Thoma *3.p.q.27.ar.5.ad 3.* cujus hæc eſt ratio: *quia tunc temporis confirmanda erat doctrina Chriſti miraculis, & ideò ſoli Chriſto, & diſcipulis ejus, qui erant bajuli doctrinæ Chriſti, conveniebat miracula facere.* Addit Cajetanus, ex Sacra Scriptura non haberi B. Virginem dum vixit, feciſſe miracula. Reſpondeo negando antecedens *p.tit.15. §.5. & 6.*

T.2.in 3 p. d.21 ſec. 3. To.1.diſc. 134. cedens pro ſecunda parte, cum ſancto Antonino, beato Alberto Magno in Mariali, Suareque, & Miechovienſi, qui à nobis ſtare aſſerit omnes fere recentiores Theologos. Veriſimile enim eſt, & piè credendum, Beatam Virginem poſt Chriſti ſaltem aſcenſionem multa miracula perpetraſſe, quia licet ad eam non pertineret, publicè concionari fidem, tamen pertinebat ad magnum Eccleſiæ bonum, & profectum, quod agnoſceretur, ac coleretur ut Dei Mater. Quod totum in Chriſti Domini manifeſtationem redundabat, & fidem in Chriſtum confirmabat, non igitur fuit præter ſtatum, & conditionem Virginis, ut eo tempore miracula faceret, quibus fides, & fidelium devotio augeretur. Hinc Damaſcenus Deiparam vocat *miraculorum abyſſum.* Et Andreas Cretenſis, *miraculorum effectricem, poteſtatem habentem, quæ nequeat labefactari.* Nec ratio divi Thomæ contra hoc concludit, ait Suarez, quia etiam Beata Virgo fuit illo tempore magiſtra fidei, imò ut hic ſuprà probavi, Doctrix Apoſtolorum, & ejus miracula, haud minus quam Apoſtolorum, cedebant in gloriam Chriſti, & fidei incrementum. At propter reverentiam Angelici Doctoris aliter reſpondeo cum Miechovienſi, videlicet ſanctum Doctorem noſtræ opinioni non adverſari, nam ſolum negat beatæ Virgini virtutem miraculorum, pro eo tempore quando omnes Chriſto erant intenti. Unde etiam dicit ſanctum Joannem Baptiſtam tunc *nullum feciſſe ſignum, ut ſcilicet omnes Chriſto intenderent*: At poſt aſcenſionem non ſic Chriſto intendebant, cujus corporali præſentia in propria ſpecie carebant; magiſque tum erat in Chriſtum inculcanda ac confirmanda fides miraculis in nomine ejus factis, unde etiam tunc *fiebant per manus Apoſtolorum prodigia & ſigna magna in plebe*, qualia per ipſos non legimus facta Chriſto nondum glorificato. Solum ergo negat ſanctus Thomas Divæ Virgini miracula publica, tempore antecedente Chriſti aſcenſionem. Ratio autem Cajetani eſt nulla, utpote deſumpta ab authoritate negativa Sacræ Scripturæ, à qua nullum argumentum ſumunt Catholici Doctores, ut patet ex iis quæ de traditionibus Eccleſiaſticis contra hæreticos docent hæreſeologi, de quibus redibit ſermo: iſtud hic adjicio, quod Joannes ſcribat de Chriſto: *multa quidem & alia ſigna fecit Jeſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc*; nam & Matrem Jeſu multa feciſſe ſigna quæ non ſunt ſcripta, dubitandum non eſt, pauca enim de ea loquuntur Evangeliſtæ. Unde exſibilandæ hæ nugæ Marbachii hæretici: *Maria in nullo fuit umquam Eccleſiæ miniſterio, nec ſcriptura meminit alicujus miraculi ab illa perpetrati.* Quaſi donum miraculorum alligetur miniſterio Eccleſiæ, aut Mariæ non fuerit ſummum miniſterium Eccleſiæ demandatum. At demus tandem gratis, Mariam nullum edidiſſe miraculum, nequaquam enim hinc conſequens eſt, eam vixiſſe *ignotam mundo*, aut *Sanctam ſine fama ſancti-*

Serm. 1. de Nat. Virg. Serm. de Aſſumpt. Ioan. 10. Act. 5. Ioan. 20.

ſanctitatis, non ſola ſunt miracula quæ ipſi publicam poterant conciliare famam, verum maximè excellentes ejus virtutes, gratiæ ſcientiæ & ſapientiæ, imò omniũ gratiarum abundantia, ait enim ſanctus Athanaſius, *Virginem omnibus gratiis abundaſſe.* Fecit ipſam notam mundo ſollicitudo fidelium, imò magiſterium Apoſtolorum: non opus ei erant miracula ut fieret nota mundo, quæ ipſa erat miraculum planè divinum ac ſingulare, ac cœli terræque prodigium, hoc eſt vera Mater Dei.

Ser. de Dei para.

Objicies ſecundò: Apoſtoli prædicant, Maria ſilet. Apoſtoli veluti orbis magiſtri magnificantur à populo, de Mariæ laudibus ſilent Acta. Ad Apoſtolos confluunt populi, alii ut eos linguis audiant loquentes, alii ut illorum umbra adumbrati à morbis liberentur, alii ut ſalutis audiant doctrinam, alii invictam eorum mirentur conſtantiam, quia nunc dicunt Principibus ſacerdotum, *obedire oportet Deo magis quam hominibus*; nunc *eunt gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati.* At circa Mariam nullus legitur concurſus: manet illa in ſuo ſeceſſu, in ſuo ſilentio. Et ſic decebat: nam docere Mariæ, quia fœmina erat, non conveniebat.

Act. 5.

Reſpondeo: itane *Maria ſilet*? Non vox eſt, non loquela Matri Verbi æterni? Loquuntur in ſchola Chriſti diſcipuli, & Magiſtra *Maria ſilet*? Loquuntur in familia Redemptoris ſervi, & Domina *Maria ſilet?* Apoſtoli prædicant, & Regina Apoſtolorum, Magiſtra, & Doctrix *Maria ſilet*? Si Eccleſiaſticas traditiones, ſi Sanctorum Patrum reveremur authoritates, ſi Theologorum irrefragabilium deferamus reſpectum argumentis, docebimur, quod *in omnem terram exivit ſonus ejus, & in fines orbis terræ verba ejus.* Exordior cum Doctore Extatico divino Dionyſio Carthuſiano. „*Egredimini & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum Mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus.* Agnovit & ſapientiſſimè ac frequentiſſimè conſideravit illuminatiſſima Virgo Maria unigenitum Dei Patris ideò hominem factum, quatenus ſuæ incarnationis myſterio homines deificaret, ſuæque mortis merito ac Sanguinis pretio genus liberaret humanum à poteſtate diaboli & jugo peccati, & pœnis inferni, & cœleſtis beatitudinis eidem mereretur coronam. Ad hæc peragenda, ad mundum ſalvandum, ad convertendum Judæos & Paganos, ad conſtituendum ex omnibus unum ovile, & unam Eccleſiam, noverat juxta Prophetarum oracula ſuum filium advenîſſe, Deique Filium ſuum filium factum eſſe: Sicque cognovit ſe, propter perditorum reparationem ad tantam excellentiam, ad Dei maternitatem aſſumptam: atque ex hoc quodam debito, ſaltem condecente ſe aſtringi peccatoribus miſereri, & eorum optare ac procurare ſalutem. Hinc jugiter, præſertim ex ea hora qua Filium Dei concepit,

Pſal. 17.
De Laud. glor. Virg. Lib. 3. art. 5. Cant. 3.
Ioan. 1.

pit, zelo ſalutis proximorum vehe-„ mentiſſimè fuit accenſa. „ Et adhuc *Maria ſilet*? Non prædicat? non fideles quorum *procurat ſalutem* de Filii ſui myſteriis inſtruit? Non Apoſtolos, ea quæ & experientiâ, & Filii voce didicit, docet? Proſequamur cum Doctore Extatico. „ Præterea, „ feliciſſima Maria ſicut corpore fuit „ pulcherrima complexioniſque op- „ timæ, ita ingenioſiſſima fuit mente, „ ſtudioſa ac docilis valdè: idcircò „ ad recipiendum copioſiſſimas illu- „ minationes à Spiritu ſancto fuit „ aptiſſima. Nec dubium, quin eam „ quotidiè affluentiſſimè illuſtravit, „ quæ eum concepit & peperit, lacta- „ vit & enutrivit, à quo ipſe verè æter- „ naliterque procedit. Amplius pu- „ ritas mentis efficit hominem divi- „ næ illuſtrationis capacem, & quò „ intellectus extiterit purior, eò ad „ ſapientialem illuminationem diſpo- „ ſitior digniorque conſiſtit. Ideò „ ſicut præſtantiſſima Virgo Maria „ fuit poſt Chriſtum ſummâ & in- „ comparabili puritate ornata, ſic „ & in ſapientia, & ſcripturarum no- „ titiâ, omni quoque illuſtratione „ supernâ fuiſſe excellentiſſima eſt „ credenda. Adhuc autem, ſicut „ Evangeliſta teſtatur, benedicta Vir- „ go Maria conſervabat in corde ſuo, „ non dubium quin cum diligentia „ maxima, omnia verba quæ erant de „ Chriſto, quæ ipſa à Paſtoribus, ab „ Eliſabeth, à Magis, à Simeone, ab „ Anna, & præſertim ab Angelo ſan- „ cto audivit, & ea in ſuo contulit „ corde. Denique certiſſimum eſt,

Ibidem lib. 2. art. 4.

Luc. 2. Matth. 2.

quod verba ab ore Unigeniti ſui præ-„ dicando prolata, diligentiſſimè auſ-„ cultavit, atque præ cæteris ſapientiſ-„ ſimè intellexit, ſicque per iſtam aſſi-„ duam, ſerioſam ac fervidam divino-„ rum eloquiorum conſervationem,„ revolutionem, collationem, ſummè „ profecit in ſapientiali intelligentia „ ſcripturarum, tum ex naturalis inge-„ nii acumine, tum ex ſupernaturali „ gratiæ lumine, tum ex habitibus ſa-„ pientialibus ac ſcientialibus acqui-„ ſitis atque infuſis, potiſſimè verò ex „ frequentiſſima, gratioſiſſima, ac „ prorſus pleniſſima illuſtratione æ-„ ternæ & increatæ ſapientiæ, quam „ concepit, peperit, & nutrivit. In-„ ſuper, in omni genere Principium „ eſt maximum, & in ordine ſuo po-„ tiſſimum; & quod illi extat vicinius, „ eſt ei ſimilius. Chriſtus autem fons „ ſapientiæ in excelſis, in univerſitate „ fidelium & ſapientium ac legiſla-„ torum eſt caput & vertex, cauſa u-„ niverſaliſq; dator illuminationis to-„ tius. *Hinc deificatiſſima Mater* „ *ipſius, poſt eum in omni Eccle-*„ *ſia præ cunctis præfulſit in omni* „ *ſapientia, ſcientia, intelligentia-*„ *que ſcripturarum .... Hinc* „ *electiſſima Virgo Maria paratiſ-*„ *ſima & ſummè idonea fuit ad* „ *reddendum rationem omni poſ-*„ *centi ſe de fide & ſpe, omnique* „ *doctrina & prædicatione Evan-*„ *gelicæ legis.* „ Etiam nunc *Maria ſilet?* Quî ergo poſt Chriſtum *in omni Eccleſia præ cunctis præfulſit in omni ſapientiâ, ſcientiâ, intelligentiâque*

Eccli. 1.

 ſcrip-

Digitized by Google

ſcripturarum? Quî *fuit ad reddendum rationem omni poſcenti ſe de fide, ſpe, omnique doctrina & prædicatione Evangelicæ legis, paratiſſima, & ſumme idonea;* ſi manet illa in ſuo ſeceſſu, in ſuo ſilentio, & ſi ſic decebat? Sanè, quàm decet in ſuo ſeceſſu ſilere, eam non decet eſſe paratiſſimam ad reddendam omni poſcenti rationem de Evangelica lege, niſi ſilentium finxeris linguatum.

De Laud. Virg. l. 2. art 5. Luculentius, expreſſiuſque demonſtrat eximius, illuminatuſque Doctor *non ſiluiſſe Mariam*, prædicantibus Apoſtolis, alio loco. „ *Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex Clementiæ in lingua ejus.* *Prov. 31.* Videntur „ quidam Doctores ſentire, quod be- *1. Tim. 2.* „ nigniſſima Virgo Maria, ſapientia „ & ſcientia, prout ſunt dona gratiæ „ gratis datæ, uſa non fuerit ad aliorum miniſterium, informationem, „ profectum; quoniam mulierum „ non eſt evangelizare, dicente Apoſtolo: Mulierem docere non permitto, ſed eſſe in ſilentio. Hinc „ in tertia parte ſummæ ſuæ, quæſt. „ 26. aſſerit Thomas: Virgo beata „ habuit uſum ſapientiæ in contemplando, non autem in docendo, „ quia non conveniebat ſexui muliebri. Albertus quoque in libro de „ laudibus Beatiſſimæ Virginis: Quædam (inquit) dona gratiæ gratis „ datæ dantur in proprium profectum „ ſui & non aliorum, ut dona inſtructionis Beatiſſimæ Dominæ. Sed *Luc. 2.* „ his obviare videtur; quod ſuper „ verba, Maria conſervabat omnia „ verba hæc, aliqui dicunt expoſitores, quod ideò verba illa memoriter „ tenuit, ut ea poſtmodum aliis, tempore opportuno exponeret ac doceret: imò ſecundùm Bedam, & alios, Lucas Evangeliſta ſpecialiter „ creditur à feliciſſima & ſereniſſima „ Maria inſtructus, de his, quæ ipſe „ ſolus de ea & myſteriis Filii ejus „ conſcripſit. Hinc & Lyra ſuper „ prætacta aſſerit verba: Maria prudenter attendebat quomodo Prophetiæ implebantur in puero nato, „ & iſta collatio erat ei valdè delectabilis, ac toti Eccleſiæ valdè utilis: „ quia ſecundùm Hieronymum in „ Sermone de Beatæ Virginis Aſſumptione, ipſa poſt Filii Aſcenſionem „ remanſit ad tempus in terris cum „ ſanctis Apoſtolis, ut eos plenius de „ verbo inſtrueret incarnato, de quo „ ipſa plenius fuit edocta per Spiritum Sanctum, quod ipſa familiarius „ viderat atque tractaverat: propter „ quod de ipſo melius exprimere poterat, ſecundũ quod ait Hieronymus, „ quod melius novimus, melius & proferimus. Hæc Lyra...... Porrò ad verba Thomæ poterit dici, quod intelligenda ſint de publica prædicatione „ & doctrinatione, ad populum, non „ de inſtructione privata. „ In hunc *1. Tim. 2.* ſenſum exponunt quoque Apoſtolum Miechovienſis, Suarez, & alii: *Tom. 2. diſſ 375. Tom. 3. p. p. diſp. 21. Sect. 2.* licet enim Beata Virgo non eſſet miſſa ad docendas varias gentes ac nationes, aut ad evangelizandum publicè ſuggeſtu, tamen ex ſanctis Patribus, & Hiſtoriis colligitur, eam *Cap. 18.* Apoſtolos, alioſque fideles undique ad eam confluentes in fide confirmaſſe,

Digitized by Google

maſſe, ac fidei myſteria plenius docuiſſe. Sic etiam legimus in Actis Priſcillam privatim in fide inſtruxiſſe Apollo: Sic Cecilia evangelizavit Valeriano Sponſo ſuo: Monica Patritio ac Auguſtino, ac multæ aliæ zeloſæ mulieres privatim leguntur infideles convertiſſe, ac in fide confirmaſſe; quæ proindè prærogativa non eſt deneganda feminæ quæ eſt ſuper omnes feminas, & Regina Apoſtolorum. Hinc meritò docet laudatus Carthuſianus, improbabiliter dixiſſe Albertum, *Beatiſſimam Virginem non accepiſſe dona inſtructionis ad aliorum profectum.* Cujus ulterior ratio eſt, nam Beatus Lucas, cui inter cæteros Evangeliſtas deſcriptio Dominicæ Incarnationis attribuitur, *Evangelii ſeriem à te Virgine Maria didiciſſe traditur,* ait doctiſſimus Idiota. Prætereà, quia in Epiſtola ſancti Ignatii qui viventi adhuc Deiparæ ſcripſit, vocatur *Religionis noſtræ & Pœnitentiæ Magiſtra*, ad quam inviſendam velut ad cœleſte prodigium, & ſacratiſſimum ſpectaculum fideles avidè properarent: cum univerſis admiranda eſſet atque deſiderabilis, ut eam videre gauderent & conſulere. Inter hos (præter ſanctum Ignatium, qui Epiſtolis duabus ſcriptis ſancto Joanni Evangeliſtæ, & una ipſi ſanctiſſimæ Deiparæ, rogavit opportunitatem eam conſulendi) recenſetur Dionyſius Areopagita, qui cum ad Mariam veniſſet, neque tam formam corporis, quàm morum ſanctitatem, & divinum quemdam in ea fulgorem ſpectaſſet, hoc dixiſſe fertur: *Niſi mihi de filio tuo eſſet revelatum, facilè crederem, alium præter te, non eſſe Deum.* Digna autem eſt Hiſtoria, quæ pluribus verbis è viro docto & ſancto (ait Caniſius) Dionyſio Richelio repetita, hoc loco adſcribatur. *Beatus Dionyſius*, inquit, *legitur à Græcia perveniſſe in Judæam, ac exoraſſe Joannem Apoſtolum, ut ei dignaretur præſtantiſſimam illam oſtendere fœminam, ex qua univerſorum principium naſci & prodire dignatum erat. Cumque ſacra Virgo ſuam illi præſentiam exhibuiſſet. Dionyſius in claritate, luce, & gloria ipſam intuebatur, quod præ admiratione deficiens mox in terram corruit, ac tandem ad ſe reverſus dixit: Niſi ex ratione naturali, & fide noviſſem, eſſe aliam Deitatem, non putaſſem præter hanc eſſe aliam. Hoc idem recitat Ubertinus libro de vita Salvatoris*, *addens quod Dionyſius circa præclariſſimam Virginem vidit innumerabilem exercitum Angelorum.* Adeò venuſtum & perfectum fuit hoc cœleſte prodigium, mundique ſpectaculum, ut etiam ſanctiſſimos ac illuminatiſſimos in admirationem ac ſtuporem raperet, velut nihil in terris vel ſpectabilius, vel venerabilius eſſe videretur: & hodie tantum, tamque fulgidum ſidus effertur *mundo ignotum*, dum tantopere in oculis Principum Eccleſiæ fulgeret; & *Sanctum ſine fama ſanctitatis*, ad cujus contemplationem cæterorum Sanctorum deficiebat, obfuſcabaturque ſanctitas: ſic inſidiatur ſerpens Virginis calcaneo. Dicta hactenus luce meridianâ clarius demonſtrant hoc effatum: *Circa Mariam nullus legitur con-*

Lib. 2. de Laud. Virg. art. 19.

Orat. 1. de Virg. excellentia.

In elucidat. cap. 3. de div. nu nomin.

concurſus, affectatâ laborare ignorantiâ, ſunt enim Hiſtoriæ dictæ, Patrumque relata teſtimonia ſatis obvia, ac pervia cuivis: Et hæc ſi non ſufficiant, adjiciam multò majora. Audiatur igitur rurſum Sanctus & doctus Carthuſianus. *Sed & ait ſanctarum Collegium Virginum, glorioſiſſima Domina cohabitantium, poſt Chriſti aſcenſionem inſtruebatur ab ea aſſiduè: multæque aliæ mulieres devotæ, confugientes & accedentes ad ipſam aſſiduè. Præterea, quemadmodum juxta divini Dionyſii documenta univerſi chori & ordines Angelorum non ſolum à Chriſto ſecundum naturam aſſumptam, ſed à præſtantiſſima quoque Maria, purgationem, illuminationem & perfectionem ſuſcipiunt in triumphante Eccleſia, ita in militante Eccleſia etiam ſummi in primitiva Eccleſia, puta Apoſtoli, purgationem, illuminationem, & perfectionem ſortiebantur ab ipſa, atque in dubiis & arduis recurſum habuerunt ad eam tamquam ad omnium ſapientiſſimam & excellentiſſimam Dei Matrem, ſuamque Dominam, ut ſuprà ex verbis Hieronymi quoque eſt oſtenſum. Amplius, ſicut eſt prainductum, multæ perſonæ ſublimes ex Paganiſmo converſæ in primitiva Eccleſia, ſcientes præclariſſimam incomparabilemque Mariam Dei Matrem adhuc in carne mortali viventem, ipſius ſanctitatem & excellentiam vehementiſſimè mirabantur, utque deſiderio eam videndi ac audiendi ex remotis ac variis locis venerunt ad ipſam, prout ante ex Epiſtolis ſancti Ignatii eſt oſtenſum, ac de divino Dionyſio recitatum: nec dubium, quin mitiſſima, humillima, & affectuoſiſſima Virgo Maria, ex ineffabili charitate, pietate, & humilitate præbuerit ſe illis conſpiciendam, roboravitque ipſos in fide, ſuo aſpectu, ſermone, exemplo: imò & innumerabiles ex Judaiſmo converſos, ut etiam in revelationibus ſanctæ Brigittæ continetur. Hinc reor, quod & dono linguarum ad converſos gentiles interdum ſit uſa Virgo dulciſſima, præſertim quia ipſa Maria piiſſima ſcripſit Ignatio, ſe venturam ad ipſum, & ad exiſtentes cum eo ex gentilitate converſos, pro confirmatione, conſolatione & inſtructione ipſorum.* Poſt hæc objicit ſibi ſanctum Thomam, dicentem, quod Beata Virgo acceperit excellenter donum ſapientiæ, gratiamque virtutum, & etiam gratiæ prophetiæ, non tamen ad docendum, ſecundùm illud Apoſtoli: *mulieri docere non permitto*, nec ad miraculis utendum. Reſpondet autem: *Hæc Thomas, cujus verba incerta ſunt, & forſan nec vera. Jam enim oſtenſum eſt, quod ſacratiſſima Virgo Maria multos edocuit: nec talem privatam doctrinationem, quæ etiam actus eſt ſapientiæ, quæ eſt donum gratiæ gratis datæ, non prohibuit mulieribus Paulus: quamquam etſi eam illis prohibuiſſet, non tamen ſuper excellentiſſimam Dei Matrem cecidiſſet prohibitio illa, quippe ſuper quam Paulus jurisdictionem non habuit, & quæ eſt ſuper omnes magis quam omnium una. Poſtremo, quod aſſerit Thomas, ſolis diſcipulis Chriſti bajulis ejus doctrinæ conveniſſe miracula facere, non apparet, quoniam per Mariam Magdalenam Deus multa fecit prodigia, quæ & ſterilis*

Marginal notes: *Lib. 2. de laud Virg. art. 19.* — *3 p. q. 27.* — *1. Tim. 2.*

Digitized by Google

rili Principiſſæ fœcunditatem orando obtinuit; ut patet in ejus Legenda. Secundò, quoniam ſoror ejus Beata Martha inter cætera mortuum ſuſcitavit, draconem horrendum compeſcuit & ligavit, mortique tradidit: & iſta Apoſtolorum erant temporibus, & eorum diſcipula, imò & Chriſti. Conformiter per ſanctam Teclam, Apoſtoli Pauli diſcipulam, multa Dominus egit, quæ omnia patent in Aurea Legenda Sanctorum. Subjicio ſpecimen locutionis Mariæ, inſtructionis, ac confortationis in fide, tranſſumptum Epiſtolæ quam ipſa piiſſima Doctrix ſcripſit, ante conſulta, diſcipulo ſuo Ignatio, cujus Carthuſianus meminit.

Tom. I. Biblioth. SS. PP.

Ignatio dilecto diſcipulo, humilis ancilla Chriſti Ieſu.

De Jeſu, quæ à Joanne audiſti, & didiciſti, vera ſunt, illa credas, illis inhæreas, & Chriſtianitatis votum firmiter teneas, & mores, & vitam voto confirmes. Veniam autem una cum Joanne, te, & qui tecum ſunt, videre. Sta, & in fide viriliter age, nec te commoveat perſecutionis auſteritas, ſed valeat & exultet Spiritus tuus in Deo ſalutari tuo. Amen. Non hic Maria docet? Non animat? Non ad fidei conſtantiam accendit? Et fortè adhuc Maria ſilet? *Non eam ſiluiſſe, non ſilent Patres alii.*

Ser. 6. de temp. lib. de 4. virt. B.V. c. 3.

Sanctus Auguſtinus eam vocat, *Sponſam Chriſti, & gentium Magiſtram.* Sanctus Anſelmus, *Apoſtolam Apoſtolorum, Evangeliſtarum Evangeliſtam:* quod, præclara de omnium fidelium Præceptrice exclamatione, docet expreſsè quoque Euſebius Emiſſenus: *ô Mater*, exclamat, *ſapientiſſima! ô ſola talis filii digniſſima! quæ omnia verba hæc in corde ſuo ideò conferebat, nobiſque conſervabat, & memoriæ commendabat, ut poſteà ipsâ docente, ipsâ narrante, & nuntiante ſcriberentur, & univerſo mundo prædicarentur, cunctiſque nationibus nuntiarentur: ab ipſa hæc Apoſtoli audierunt, & ipsâ dictante ſcripſerunt, nobiſque legenda mandaverunt.* Sanctus Hieronymus eamdē proſequitur ſententiam: *Eximius*, ait, *Apoſtolorum Chorus, poſt Domini Aſcenſionem non deſeruit eam, inter quos ipſa poſt reſurrectionem intrans, & exiens, familiarius contulit de Incarnatione, tanto ſiquidem verius, quanto ab initio plenius per Spiritum Sanctum cuncta didicerat, & perſpexerat oculis univerſa.* Subſequitur ſanctus Bernardus, rem luculentius tractans: *Ideò*, ait, *conceptus Eliſabeth nuntiatur Mariæ, quia profectò decebat, ut verbum mox divulgandum ubique, prius ſciret Virgo per Angelum, quam audiret ab homine: ne Mater videlicet* Dei à *conſiliis Filii videretur amota, ſi eorum quæ in terris tam propè gererentur remanſiſſet ignara. Vel ideò potius conceptus Eliſabeth Mariæ nuntiatus eſt, ut dum nunc Salvatoris, nunc præcurſoris edocetur adventum, rerum tempus & ordinem tenens ipſa melius poſtmodum ſcriptoribus ac prædicatoribus Evangelii referet veritatem, quæ & plenè de omnibus à principio cœlitus fuerit inſtructa myſteriis.* Accedit ſanctus Anſelmus: *Licet ipſi,* ſcilicet Apoſtoli, *per revelationem Spiritus Sancti edocti fuerint in omnem veritatem: incomparabiliter tamen*

Ser. 2. de Nat. Dom.

Ser. de Aſſumpt.

Hom. 4. ſuper Miſſ.

Lib. de excellen. Virg. cap. 7

Digitized by Google

men eminentius, ac manifeſtius ipſa per eum Spiritum veritatis, illius veritatis profunditatem intelligebat, & per hoc multa eis per hanc revelabantur, quæ in ſe non ſolũ ſimplici ſcientiâ, ſed ipſo effectu, ipſo experimento didicerat. Eſtque hæc Anſelmi ſententia conformis Prologo Evangelii ſancti Lucæ, ubi dicit: *Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completa ſunt, rerum: Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt Sermonis.* Si enim Lucas ſuum ſcripſerit Evangelium, ſicut ipſi tradiderunt Apoſtoli, qui ipſi viderunt ab initio, quæ circa Chriſtum acta, geſtaque fuere, ſanè Beatiſſima Deipara, quæ ipſum concepit, in utero novem menſibus portavit, educavit, & ad uſque ultimum adfuit ſpiritum, imprimis hic venit intelligenda inſtructrix ac informatrix Evangeliſtæ, maximè, cum quædam ſcribat, quæ nemo, à quo potuiſſet audire, videre poterat, præter Virginem Chriſti Matrem, quale eſt illud, de mirabili conceptione, ortuque præcurſoris Chriſti. Nec refert, quod Apoſtoli per revelationem Spiritus Sancti, omnem veritatem, & omnia myſteria edocti fuerint: nam eodem Dei Spiritu ita diſponente, plenius, perfectius, credibilius, ac manifeſtius à Beata Virgine eadem didicerunt. Deinde, ſicut non deſinit fides eſſe donum Dei, quo ad impulſum & conſenſum dependentem à divina illuminatione, licet juxta Apoſtolum ſit *ex auditu*: ſic Apoſtoli,
Rom 10. quamvis ſcripſerint ex informatione Virginis Mariæ, ſcripſerunt tamen dictante ac movente Spiritu Sancto.

Patrum teſtimoniis conſonat revelatio ſanctæ Brigittæ: *Virgo Maria*, ait, *Ser. Angelico cap. 16* *erat Magiſtra Apoſtolorum, confortatrix Martyrum, Doctrix Confeſſorum, chariſſimum ſpeculum Virginum, Conſolatrix viduarum, in conjugio viventium ſaluberrima monitrix, atque omniũ in fide Catholica perfectiſſima roboratrix.*

Argumentor demum cum Doctore Extatico, à fortiori: *Amplius, in E-* *Lib. 1. de laud. Virg. art. 29.* *piſtola illa notabili de Martyrio Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ Dionyſio ſancto adſcribitur, inter cætera fertur: quemadmodum converſi ad fidem inter ſe dicere conſueverunt: eamus Romam videre Magiſtros noſtros Petrum & Paulum, quantò magis profundiores ex illis frequenter collocuti credendi ſunt: eamus in Judæam videre glorioſiſſimam Dei & Salvatoris noſtri Matrem. At verò ipſemet Paulus vas electionis de* *Act. 9. Galat. 1.* *ſeipſo fatetur: Veni Jeroſolymam videre Petrum & manſi apud eum diebus quindecim. Si tanta reputationis & eminentiæ extitit Archi-Apoſtolus Petrus, ut Co-Apoſtolus ejus Paulus deſiderio videndi tantum Chriſti Vicarium, à remotis locis venerit Jeroſolymam, quanto magis credendum eſt, tam Paulum Apoſtolum, quam alias quamplurimas utriuſque ſexus Sanctas & contemplativas perſonas ad locum præſentiæ Virginis Benedictæ multoties adveniſſe, deſiderio conſpiciendi eamdem.*

Nunc arbitror conſtare liquidò, Mariam poſt Filii ad cœlos aſcenſionem vixiſſe in mundo notiſſimam, ac famoſiſſimam: non abjectam, at honoratiſſimam: Apoſtolos fuiſſe miraculis,

Digitized by Google

raculis, at Mariam hoc fulgore Apoſtolos longè excelluiſſe: Mariam prædicaſſe, Apoſtolis avidiſſimè audientibus, ac interim altiſſimè ſilentibus: Apoſtolos magnificatos à populo, Mariam à Principibus populi, Apoſtolis: ad Apoſtolos confluxiſſe populos, ad Mariam populos, & Apoſtolos, eamque à cunctis fidelibus magnopere cultam fuiſſe. Nihilominus.

Dom. infrà Oct. Aſſumpt. B V. Mariæ.

Objicies tertiò: Maria à diſcipulis Chriſti non legitur in ſacris litteris magnopere culta fuiſſe: probabiſque ex ſancto Bernardo, qui circa Acta Apoſtolorum illud obſervat: *Legis*, inquit, *in actibus Apoſtolorum, quod redeuntes à Monte Oliveti unanimiter perſeverabant in oratione. Qui? Si forte Maria affuit, nominetur prima; quæ ſuper omnes eſt, tam Filii prærogativâ, quam ſuæ privilegio ſanctitatis. Petrus & Andreas, ait, Jacobus & Joannes, & cæteri, qui ſequuntur: hi omnes perſeverabant unanimiter cum mulieribus, & Maria Matre Jeſu. Itane & mulierum ſeſe ultimam exhibebat, ut noviſſima omnium poneretur. Verè carnales adhuc diſcipuli, quibus necdum Spiritus erat datus, quia Jeſus necdum fuerat glorificatus, quando facta eſt inter illos contentio, de primatu: cùm Maria, quantò major erat, humiliaret ſe, non modò de omnibus, ſed & præ omnibus.*

Tom. 5. l. 5. c. 23. q. 15.

Reſpondeo primò: non poſſe legi in ſacris litteris Mariam magis à diſcipulis Chriſti cultam fuiſſe, quam ab ipſis celebratam fuiſſe ut *Mater Jeſu*: Audiamus noſtrum Sylveiram ſuper Evangelia: „ Valdè mirabile eſt, *inquit*, quod ſacri Evangeliſtæ tam alto ſi- „ lentio tacuerint Virginis dona, mi- „ raculorum excellentiam, doctrinæ „ ubertatem, ejuſque, in gloria trium- „ phum glorioſum! pro quo Beatus „ Thomas à Villa Nova ſerm. „ 2. de nativitate ſic ait: *quid am-* „ *plius quæris, quid ultra re-* „ *quiris in Virgine? Sufficit tibi, quod* „ *Mater Dei eſt. Quænam obſecro, pul-* „ *chritudo, quænam virtus, quæ perfectio,* „ *quæ gratia, quæ gloria Matri Dei* „ *non congruit?* Quid enim majus, „ quid excellentius dici poteſt, quam „ quod Filii Dei generatio inter Pa- „ trem Deum, & Virginem Matrem „ ſit communis, ipſeque utriuſque pa- „ rentis ſit communis filius, ut per- „ bellè diſſerit Petrus Cellenſis lib. de „ panibus cap. 21. *A nobis eſt Virgo, à* „ *ſumma Trinitate Spiritus Sancti ob-* „ *umbratio: ab utroque partium, tam* „ *Patris ſcilicet quam Virginis Filii ge-* „ *neratio: nam Verbum de Patre, caro* „ *de Virgine.* Unde Filius Dei, in „ quo, & per quem facta ſunt omnia, „ ipſe eſt ex Maria natus. „ Cum verò diſcipuli Chriſti, Mariam talem ac tantam agnoverint Dominam ac Reginam, idque in ſacris legatur litteris, maximopere ab illis culta legitur. Nec minus Apoſtoli Mariam cenſendi ſunt coluiſſe, quã mulier illa, quæ eã publico extulit encomio, dicens Chriſto: *Beatus vẽter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti.*

Reſpondeo ſecundò: argumentũ ab authoritate negativa ſacrarũ litterarũ nullius eſſe roboris apud eos, qui præter Verbũ Dei ſcriptũ alias admittunt argumentorũ ſedes: non igitur ſequitur: Maria

Digitized by Google

Maria à diſcipulis Chriſti non legitur in Sacris litteris magnopere culta fuiſſe: ergò magnopere culta non fuit à diſcipulis Chriſti: nec ſequitur conſequenter: ergò *vixit ignota mundo, Sancta ſine fama ſanctitatis.* (Lib.1. in Cant.c.15.) Hinc ad rem præſentem appoſitè Rupertus: *An quia in Actis*, inquit, *Apoſtolorum nulla tui*, nempè Mariæ, *mentionem Scriptura fecit, idcircò putandum eſt, quòd conventus ille omiſerit, & ſanctum de tuo pectore, & de tuo ore ſcriptum non conſuluerit? imò, & illic, & in cæteris agendis, tu Princeps omnium ſolviſti quæſtionem.* Non quod ipſa, ait Cornelius, illi Concilio Apoſtolorum Hieroſolymis coacto interfuerit; ſed quòd privatim conſulta ab Apoſtolis, prima ſententiam de Legalibus pronuntiarit.

(Act.1.) Reſpondeo tertiò: Mariam Matrem Jeſu affuiſſe orantium Apoſtolorum ac mulierum congregationi, quaſi Matremfamilias familiæ Chriſti Filii ſui, qui eam novellis Eccleſiæ plantationibus reliquit directricem, ac conſolatricem: hinc illud Sanctæ Brigittæ: (Orat.1. revelat.) *Lætare Virgo Maria, & de ſua lætitia totus mundus lætetur, quia poſt Aſcenſionem ſuam ad amicorum ſuorum conſolationem, & fidei roborationem, & indigentium auxilium, & Apoſtolorum ſanum conſilium in hoc mundo Filius tuus multis annis te permanere permiſit.* (Cap.19.) Et in ſermone Angelico: *erat enim Magiſtra Apoſtolorum; Apoſtolis namque ad ſe venientibus, omnia quæ de Filio ſuo perfectè non noverant, revelabat, & rationabiliter declarabat.* Si igitur Maria Mater Jeſu ſacro iſti cœtui ac familiæ Chriſti interfuerit ut Mater, ac Magiſtra, dubium non eſt, quin ut talis magnopere fuerit culta: nec aliud indicant Acta Apoſtolorum, nam *etſi poſt viros hos nominetur*, inquit Carthuſianus ſuper Acta, (Cap.1.) *omnibus tamen præſtantior fuit, & ſanctior univerſis*, adeóque & præ omnibus, & ſuper omnes honorata. Deſcribit igitur Sanctus Lucas digniſſimam Dei Matrem, eámque eo ordine ponit, non quò habebatur ab Apoſtolis, ſed qualis ipſa erat in oculis propriis, qualémque ſe exhibebat, noviſſimam nimirum, quia noviſſimam ſe exhibebat: hincque amplius ab Apoſtolis fuit culta, virtus enim quo excellentior, eò ad majorem excitat admirationem ac venerationem: Undè Sanctus Bernardus non dicit, quòd Maria non magnopere fuerit ab Apoſtolis culta, ſed quod *ſe mulierum ultimam exhibebat.* Et ne quis forſan Deiparæ honori ſiniſtrè affectus, ex ordine quò Maria nominatur ultimo loco poſt Apoſtolos, ac mulieres, inferret eam à diſcipulis non magnopere fuiſſe cultam, admonet, præcavétque injuriam: *Qui?* inquit, *ſi fortè Maria affuit, nominetur prima, quæ ſuper omnes eſt, tam Filii prærogativâ, quàm ſua privilegio Sanctitatis*: Ac ſi dicat; licet Maria ſe exhibeat ultimo loco, & Evangeliſta ad illam exprimendam humilitatem, eam ultimo loco nominaverit, *tamen nominetur*, in noſtro affectu & æſtimatione, *prima, quæ ſuper omnes eſt.* Ad hæc, quòd perſona aliqua nominetur ultima, non infert eam habitam ultimam, cùm nonnum-

Digitized by Google

nonnumquam digniores & ultimo loco nominentur, & ultimo procedant, aut ſedeant, cujus quia exempla obvia ſunt, nullum adfero: hinc Hieronymus ſcribens Paulæ & Euſtochio, tractans ſubjectum Actorum textum, ait: *& ipſa teſtis, Reſurrectionis, converſatur cum Senatoribus Cœli intra curiam Paradiſi ſub Spiritus Sancti diſciplina, & Magiſterio divino totius Majeſtatis. Invenitur prima Beata Maria inter primas ſummi Regis cohortes.* Nihil igitur vult Sanctus Bernardus, quàm exemplo humilitatis Mariæ, nos provocare ad eamdem ſectandam virtutem: præmiſſis enim verbis ſubdit: *obſecro vos filioli, æmulamini hanc virtutem, ſi Mariam diligitis.* Probat Bernardus Mariam magnopere fuiſſe humilem, non dicit Mariam à Chriſti diſcipulis non magnopere fuiſſe cultam. Ex his, quæ huc uſque diſſeruimus, haud difficulter colligitur, Mariæ virtutes dum in terris viveret, fuiſſe manifeſtiſſimas.

Objicies quartò: Mariam laudavit Angelus, laudavit Elizabeth: ſed hæc ſine arbitris peracta ſunt. Ergo Mariæ in terris viventis virtutes occultæ.

Reſpondeò: initio admitto, Angelum laudaſſe Mariam ſine humanis arbitris: non enim viſum eſt divinæ Providentiæ, quæ diſponit omnia ſuaviter, altiſſimum Incarnationis Verbi myſterium mundo peccatis inquinato, variiſque erroribus præoccupato ſubito univerſim manifeſtare, at ſenſim ad ejuſdem cognitionem ac fidem inducere & diſponere animos; *Sap. 8.*

Nego verò quadantenus hinc inferri, Mariæ in terra viventis virtutes manſiſſe occultas: nam & Divinitas ac virtus Chriſti pro eo tempore laudata fuit ſine arbitris, qua poſtmodum in Nativitate per Angelos, in Adoratione per Magos ampliùs manifeſtata, etiam dignitas Mariæ Matris ejus unà in hominum accrevit notitia. Quantum ad ſalutationem ac laudes Elizabeth, quibus extulit Mariam Verbo æterno fœcundam, ea non legitur in Sacris litteris ſine arbitris peracta, nemine de domeſticis Elizabeth, nè quidem Zacharia viro præſente, & ſi tantopere ſuas laudes oportuiſſet occultari, non eas elatâ prompſiſſet voce, dicit enim Evangeliſta Lucas: *& exclamavit voce magna & dixit: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* *Cap. 1.* Undè noſter Sylveira colligit, prærogativas Beatiſſimæ Virginis Mariæ magnam vocem requirere, ut explicari aliquantulum valeant, & ideò *extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti.* *Luc. 11.* At hæc mulier diſcretionis limites exceſſit apud illos, qui Mariam mundi Illuminatricem machinantur ponere ſub modio, at quàm in vanum, amplius ſequens docebit ſolutum cavillum.

Objicies quintò: laudavit Mariam in publico mulier, exclamans: *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti*: *Luc. 11.* Sed mens mulieris erat à Filii magnitudine Matrem commendare; & quia illam à quadam carnis dignitate, & non ab animi præſtantia lau-

Digitized by Google

dabat, ad ejus encomium appoſuit Chriſtus: *quin imò Beati qui audiunt Verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Atque ita quodammodo obſcuravit, quòd mulier in ſuæ Matris laudem effuderat.

Reſpondeo ad ſingula: promptiſſimè admitto, ac per omnia probo, quòd mens mulieris erat à Filii magnitudine Matrem commendare, nam non aliundè poterat magis: hinc Petrus Damianus ait: *Cùm Deus in aliis rebus ſit tribus modis, in Virgine fuit quarto, ſpeciali modo, ſcilicet per identitatem, quia idem eſt, quòd ipſa. Hinc taceat, & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis immenſitatem.* Hinc eidem Superdigniſſimæ Deiparæ applaudit Eccleſia eiſdem penè iſtius laudatiſſimæ mulieris verbis: *Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium: & Beata ubera quæ lactaverunt Chriſtum Dominum.* Et aliàs: *Felix namque es Sacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima, quia ex te ortus eſt Sol juſtitiæ Chriſtus Deus noſter.* Et Sanctus Auguſtinus. *Hujus dignitatis, & gratiæ effectum, nec cor concipere, nec lingua valet exprimere.* Et Sanctus Anſelmus: *ſupereminentem omni, quod poſt hominem Deum creatum eſt, excellentiam Beatæ Matris Dei: quomodo utcumque & ſaltem lippienti oculo cordis contemplari anhelans, horreo, & valde timeo.* Et infrà: *Quamvis hoc ſolùm de Sancta Virgine prædicari, quòd Dei Mater eſt, excedat omnem altitudinem, quæ poſt Deum dici, vel cogitari poteſt.*

Ser. de Nativit. Mariæ. — *In Feſti B. V. M.* — *Lib. de aſſumpt. init.* — *Lib. de excellent. B. M. init.* — *Cap. 2.*

Subdis: *Mulierem Mariæ laudatricem, illam à quadam carnis dignitate, & non ab animi præſtantia laudaſſe:* at quis tibi genius hoc revelavit? Et Eccleſiæ, *cujus hæc mulier typum geſſit,* inquit Beda & Patribus relatis hoc poſſes imponere: nos verò ab Eccleſia, Sanctiſque Patribus edocti, ſcimus, Sanctiſſimam Dei Matrem laudatam à Maternitate Dei, laudatam quoque eo ipſo ab animi præſtantia, ac ab infinita quadam ſanctitate ac gratia; decet enim Matrem honorari à Filio, quæ ratione Maternitatis habet ſingulare jus ad bona Filii, & conſequenter ſecundùm ordinem divinæ Sapientiæ debentur Dei Matri dona & gratiæ in magna & ſpeciali plenitudine, qualis in nullâ purâ creaturâ reperiatur: quia ſicut ratione unionis hypoſtaticæ debetur Chriſti humanitati ſumma gratia, & gloria: ita ratione divinæ Maternitatis debetur Virgini Matri gratia poſt Chriſtum ſumma: ut exponit Sanctus Thomas, dicens: *in Virgine fuiſſe plenitudinem gratiæ, tali dignitati proportionatam:* & Sanctus Auguſtinus, dicens: *inde novimus tantam gratiam illi eſſe collatam, quia Deum concipere meruit, ac parere.* & Sanctus Athanaſius dicit, Beatam Virginem eſſe plenam gratia, quia *omnibus gratiis abundavit,* & cauſam ſubdit: *quia ex te prodiit Deus noſter, omnem tibi largiens gratiam.* Et quid opus pluribus, cùm à divino Nuntio ſalutata ſit: *Ave Maria gratia plena,* cùm Virgini Verbum ex ſe nuntiavit incarnandum. Adverte hic cum noſtro *Sylveira,* & Lyrano, nomen hujus

In c. 11. Luc. l. 4. cap. 49. — *3. p. q. 7. a. 10.* — *Lib. de nat. & gra. cap. 36.* — *Serm. de B. Maria.* — *Tom. 1. in Evang. l. 5. c. 2. 3. q. 2.*

jus

In cap. 1. Luc. jus Sanctiſſimæ mulieris communiter exiſtimari, Sanctam Marcellam famulam Sanctæ Marthæ: undè & Chriſti divinitatem juxta Bedam agnovit: imò nullus Patrum hactenus dubitavit, inquit Caniſius, *De Deip. l. 4. c. 25.* eam divino afflatam Spiritu de Chriſto, ejúſque naturali Matre rectè ſenſiſſe, ac pronuntiaſſe: Undè non immeritò eam laudat Beda: *In Luc. l. 4 c. 49.* *Magnæ devotionis & fidei hæc mulier oſtenditur, quæ Scribis & Phariſæis Dominum tentantibus ſimul & blaſphemantibus, tanta ejus Incarnationem ſinceritate cognoſcit, tanta fiducia confitetur, ut & præſentium procerum calumniam, & futurorum hæreticorum confundat perfidiam.*

Apud Caniſ. de Deip. loc. cit. Nihilominus adverſus piam ac laudabilem hanc mulierem inſolenter inſurgunt Antidicomarianitæ: Æmilius ei tribuit pium, ſed carnalem affectum: Sarcerius dicit eam prorſus carnaliter ſenſiſſe de regno Dei, & de Beatitudine, ſeu juſtitia regni gratuita. Sed & Lutherus in illa ſtultam & carnalem mulierculæ devotionem reprehendit. *In cap. 11. Luc.* Franciſcus autem Lambertus ait: *affectu carnis hæc protuliſſe videtur, quemadmodum & moris eſt fœminarum, eas felices prædicare, quæ filios cæteris honoratiores genuerunt. Undè Salvator, qui & affectus & laudes carnis deteſtatur, illi reſpondit.* Nec diſſentit Corvinus, qui fidem requirit in hac muliere, & carnali affectu præditam dicit in eo, quòd beatam Chriſti Matrem pronuntiat: proptereáque ait Lutherus, *In poſtilla maj. in Dom. P. Quadrag.* quòd *carnali & ſtulta mulierculæ devotioni, Chriſtus obviarit.* Undè alibi quoque mulierem eamdem, veluti à Chriſto rejectam, & deſpectam aſſerit: perindè ac ſi dixiſſet: *Gravant me carnales laudes, nec Mater mea hinc beata eſt: tua laus nullius momenti eſt, non enim adhuc ea quæ Dei ſunt aſſequeris; tu emolumentum & voluptatem carnis quæris, mire tibi hiſce muliebribus & noxiis cogitationibus places. Quocirca cor tuum ab his frivolis, inanibus & vanis cogitationibus avertas. Atque ita ait quidam, Chriſtus quodammodo obſcuravit, quòd mulier in ſuæ Matris laudem effuderat.*

„ Quæ omnia cum ſine probatione, *ut benè advertit Caniſius*, ſine „ judicio proferantur, ac temerè tan- „ tum effutian ur, ſuis authoribus „ relinquenda potius, quàm multis „ confutanda videntur. Nec ullus „ quidem ſapiens æquum cenſebit, „ bonam Matronam nunc primùm „ tot nominibus incuſari, quam or- „ nat Sacrum Evangelium, quam „ defendunt Patres, & res ipſa non „ obſcurè commendat, præſertim ſi „ adjunctæ circumſtantiæ, undè, cui, „ quò tempore, apud quos, & de „ qua perſona ſuum vel teſtimoni- „ um, vel elogium protulerit, ſe- „ dulo diſcutiantur. Nec enim ro- „ gata, ſed ſponte, cùm plena „ tumultus eſſent omnia in medio „ blaſphemantium hoſtium, ut „ Chriſti contempti & accuſati cau- „ ſam tueatur, muliebrem pudorem, „ humanúmque timorem exuit, ne- „ que apud ſe muſſitat, ſed vocem in- „ tendit, & ſola utitur ſingulari liber- „ tate dicendi, publicum de innocen- „ *Loc. cit.*

 „ tia

„ tia Chriſti teſtimonium ferens atque proclamans. Sunt autem iſti „ huic fœminæ propterea iniquiores, „ quòd haud obſcuræ cernant, illius „ teſtimonio Mariæ laudem illuſtrari, „ & in hac veneranda, veterum Catholicorum morem aliqua ex parte „ confirmari. Quidquid enim ad „ Virginis gloriam confert, mirum „ quam ferant impatienter Novatores, quámque illud ſtudiosè ſupprimant, lacerent, ac torqueant, „ itaut, ſi poſſent, id prorſus abolitum cupiant in Eccleſia Dei. Sed „ fruſtraneus hîc labor eſt Antidicomarianitarum, qui quantumvis honoris divini zelum ſuæ prætexant „ temeritati, dum Mariæ gloriam „ certatim deprimunt, & obſcurant, „ hoc tantum obſequuntur, ut quo „ ipſi Deiparæ laudem & venerationem oppugnant hoſtilius, eò plures & præſtantiores Marianæ dignitatis præcones & vindices emergant, qui non ſine Providentia divina hoc ſuſtineant, obeántque „ munus, quod Gabriel, Elizabetha, & hæc præſens mulier ad Virginem celebrandam præclarè ſanctè admodum inchoarunt. Nec aliter ſanè fieri poteſt, quin ſuum curſum & vigorem perpetuum habeat, „ quòd divino eſt oraculo prænuntiatum atque ſancitum, ut Mariam, *Luc. 1.* „ cui magna fecit qui potens eſt, beatam dicant omnes generationes. „

Hujus ſanctiſſimæ mulieris plurimi antiqui Patres æmulati exemplum, non aliter ac ipſa Deiparam celebrarunt: Gregorius Niſſenus ante mille annos hoc Mariam extulit præconio: *ô beatum uterum illum, qui bonitatis præſtantia ad ſe animi traxit bona! In reliquis enim omnibus vix animus purus Spiritus Sancti præſentiam capit: hic autem caro fit ſpiritus receptaculum.* *In natalem Dom.* Similiter Epiphanius à mille ducentis annis Mariam laudavit, *ô uterum impollutum habentem circulum cœlorum, qui Deum incomprehenſum in te verè comprehenſum portaſti! ô uterum Cœlo ampliorem, qui Deum in te non coarctaſti! ô uterum, qui Cœlum es ſeptem circulis conſtans, & capacior illis exiſtis! ô uterum ſeptem Cœlis ſublimiorem atque latiorem! ô uterum, qui es octavum Cœlum, ſeptem firmamentis celſiorem! ô uterum, habentem inextinguibile lumen ſepties lucentis gratiæ!* *Serm. de laud. Virg.* Eodem ſpectat Auguſtinus: *ô Virgo Dei Genitrix glorioſa! ô ſublimis puerpera, cujus viſceribus author Cœli terræque committitur!* *Serm. 35. de ſanc.* Et alibi: *ô fœmina ſuper omnes fœminas, quæ & virum non cognovit, & virum in utero circumdedit: quæ concubitu carnali non tangitur, & tamen carneâ prole de ſpirituali ſemine gratulatur.* *Serm. de temp.* Hæc ad modum mulieris hi Sancti Patres, quibus reliquos poſſem addere, ſi foret neceſſe. Undè liquidò conſtat, affectum laudis hujus mulieris non fuiſſe inordinatum, potiúſque ſpiritualem quàm carnalem, adeóque commendandum, non mordendum. Quamvis vero à ſolo dono Maternitatis corporalis Mariam beatificare videatur, eò quòd mundi Redemptorem conceperit, genuerit ac aluerit,

rit, tamen, ut jam ante innui, ejuſdem Deiparæ excellentem fidem à Sanctâ Elizabeth in Virgine laudatam, aliáſque virtutes, quæ quodammodo ex natura rei, & ſecundùm ordinem divinæ Providentiæ ac Sapientiæ Dei Matri debentur, nequaquam excluſit. Errant igitur, & in pŕſſimam mulierem carnales Antidicomarianitæ exiſtunt injurii, dum pium ipſius affectum ad ſolam carnem, carnalémque ſenſum obtorto collo detorquent, dúmque in ipſa Deipara, carnali præciſione, ventrem & ubera, ſive corporalem maternitatem, abſque donis & gratiis in ea fundatis, conſiderant, Marianæ laudis livore obcæcati. At dicite nobis, quare in hanc mulierem potius, quàm in Sanctam Elizabetham debacchamini? nam & hæc Beatiſſimam Deiparam beatificavit à ventre, dicendo: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*: non dixit, *mentis tuæ*; nec erat venter ſanctior cum Amabili Dominæ Elizabeth benediceret propter fructum, quàm cum ventrem beatificaret mulier propter eum quem portarat: at *vexat cenſura columbas*, in muliere plebeia ſperant Antidicomarianitæ ſe ſecurius Mariæ obſcuraturos laudes: nihil memores Verbi Domi-
Pſalm. 8. ni: *ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum & ultorem*: & Pau-
1. Cor 1. li dicentis: *quæ ſtulta & infirma ſunt mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes.* Nequaquam igitur mulier illa veritatem à Deo ſancitam, præſertim ubi de ejuſdem abnegatione agebatur, confirmans, aliquam juſtam reprehenſionem eſt promerita, neque magis potuit diſplicere Chriſto elogium Matri ſuæ delatum ab hac muliere, quàm illud ab Angelo ac muliere Elizabetha. Apageſis, ut Chriſtus tam parum honoret Matrem, aut ſeſe adeò illi præbeat iratum, ut beatam eſſe eat inficias, vel certè, ut eidem publicam invideat commendationem: imò res ipſa clamat, haud ſine Chriſti factum voluntate, quòd hanc prævenerint mulierem perſonæ non plebeiæ, quæ ſuam ſummis Matrem extulerint præconiis.

Hiſcè, animo ad veritatis amplexum diſpoſito, perſuaſum ſit oportet, caſtiſſimum Mariæ uterum, ac Sanctiſſima ejus ubera ſatis extolli non poſſe, *quàm ex Filii unione, communione, contactu & obſequio*, ut referendus loquitur Car-
thuſianus, *inæſtimabiliter dignificatam* In cap. 11. Luc.
ac deificatam quodammodo eſſe credendum eſt. Quibus animo pacato perpenſis, deprehendemus, Antidicomarianitas vano phantaſmate deluſos, in duplicem errorem delapſos, quo Catholicos ſecum moliuntur involvere: Primùm, dum carnalem Chriſti generationem præpoſterè contemplantes, præſuppoſita ad eam gratiarum dona, nec non ſupervenientia excludunt. Et hinc eſt, quòd nihil ferè præclari de divina ſentiãt Maternitate, quæ ſummas habet prærogativas, quodque eam, ut in ipſorum eſt cerebro, nobis appingant. Secundùm, dum uno velut pede metiuntur illam carnis propinquitatẽ, quæ in Deipara, & quæ in aliis Domini conſanguineis fuit: imò non verentur quidam facere ac nobis adſcribe-

te comparationem inter electionem Mariæ in Matrem Chriſti, & inter electionem dominii, qua electione elegerat Dominus Deus & Auguſtum, & Tiberium, & Herodem, ut forent non ſolum Reges, ſed etiam Reges Chriſti, hi ſanè imponunt Catholicis figmentum, quod vix in maximi fabulatoris cadat cerebrum. Illi verò toto quoque cœlo aberrant ab Eccleſiæ Catholicæ doctrina, quæ ſemper in ſanctiſſima Deipara honorat Chriſti carnalē maternitatē, cum ſpirituali gratiæ plenitudine, nequaquam nudum in Deipara miniſterium carnaleque commercium conſiderando.

Evangelicæ hujus mulieris de Chriſto teſtimonio, ejuſque ſuperdigniſſimæ Matris expoſito ac vindicato præconio, nullo negotio poterimus demonſtrare, Chriſtum eam nec reprehendiſſe, nec laudes Matri ſuæ per eam acclamatas obſcuraſſe, quaſi prodigaliter effuſas; quin potius approbaſſe ac commendaſſe: qui enim præcepit lege univerſali ac ſolemni, honorari Patrem & Matrem, non poteſt non gratum habere tale undequaque commendabile ſuæ amantiſſimæ Matris præconium, ipſi debitum & ſingulare. Audiamus igitur inſignium & laudis mulieris pientiſſimæ, & Chriſti reſponſi interpretum ſententias. Primus ſit ſanctitate vitæ, ſapientiaque divinus Dionyſius Carthuſianus: „ (*Factum eſt autem,* „ *quum hæc diceret.*) Hoc eſt tā ſapien- „ ter, promptè, evidenter ac fortiter „ Chriſtus ſuos adverſarios, reproba- „ ret, (*extollens*) id eſt devotè ac liberè

In Luc. art. 30.

elevans, (*vocem quadam mulier de* „ *turba, dixit illi.*) Quidam hanc dix- „ erunt fuiſſe ſanctæ Marthæ ancil- „ lam, quæ admirata ſapientiam atque „ conſtantiam Chriſti, loquuta eſt, „ (*Beatus venter qui te portavit, & u-* „ *bera quæ ſuxiſti.*) id eſt, tanta eſt „ dignitas, ſanctitas & perfectio tua ô „ Chriſte, ut te ſatis commendare „ non valeam; ſed meritò etiam bea- „ tifico eam quæ te meruit generare, „ cujus membra beatificata proteſtor „ ex tuo contactu, atque obſequio „ tibi impenſo. Quis enim dignè „ collaudet ſacroſanctiſſimæ Virginis „ illius inviolatiſſimum ac caſtiſſimum „ uterum, in quo Unigenitus Dei, „ Deus majeſtatis immenſæ præele- „ git incarnari, homo fieri, tot men- „ ſibus commorari, creſcere & nutri- „ ri, cujus poſt nativitatem ſuam u- „ bera ſuxit. Nonnè admirabilis ac „ præſtantiſſima Virgo illa, ex Filii hu- „ jus unione, communione, contactu, „ obſequio, inæſtimabiliter dignificata, ac deificata, credenda eſt? Præ- „ tereà, quoniam Chriſti Matrem eſſe, „ unicum ac ſingulariſſimum donum „ eſt, Chriſtus univerſale profert præ- „ conium, ad quod omnes valemus „ pertingere. (*At ille dixit: quinimo.*) „ id eſt, utique ſic eſt, ſicut dix- „ iſti, nec tantum hoc ſolum ſic, „ eſt, ſed & (*Beati qui audiunt Verbum* „ *Dei & cuſtodiunt illud.*) id eſt, qui „ verba Dei aure mentis advertunt, „ ſeu etiam corporaliter libenter au- „ diunt, ut ſciant & impleant, memoriter retinendo, & operi mancipan- „ do, beati ſunt jam in ſpe, & tandem „ bea-

„ beati erunt in re ſortiendo in Patria „ felicitatem æternam , dummodò „ jam laudabiliter perſeverent uſque „ in finem. „ Obſervent Antidicomarianitæ illa tantum verba : *quinimò* id eſt, utique ſic eſt, ſicut dixiſti.

In concordia Evangelica ad hunc textum.

Secundus Mulieris Encomiaſtæ Marianæ, Chriſtique reſponſi interpres digniſſimus, ſit noſter Illuſtriſſimus Guido de Perpiniano. „ *Factum* „ *eſt autem cùm hæc diceret.*) Hanc „ ſententiam ſolus Lucas ponit , in „ qua hujus mulieris fides & devo„ tio commendatur. Extollunt vo„ ces blaſphemiæ ſcribæ & Pharifæi; „ extollit vocem laudis mulier devo„ ta. Clamant iſti Chriſtum dæ„ moniacum , clamat hæc Deifi„ cum. Illi infamant Chriſti origi„ nem , ſed iſta beatificat ſanctam „ Matrem. Illorum inſaniâ hæreti„ ci oriuntur : hujus autem confeſ„ ſione hæretici confunduntur. Ipſa „ enim dum portantem ventrem beat, „ Chriſtum verè naſci de Virgine cum „ Eccleſia Catholica, cujus typum ge„ rit, Valentini errorem extinguit. Sed „ quod confitetur lactis ubere ali, ve„ rum corpus contrà Manichæum, „ verum hominem , contrà Apolli„ narem , aſtruit ipſum habere & „ eſſe.

„ (*Mulier.*) Hic notandum. quod, „ ſicut in prævaricatione præceſſit mu„ lier virum ; ſic in reparatione præ„ ceſſit viros : ut maledictio Evæ „ mutata ſit in *Ave*, ex benedictione „ Mariæ. Viri perſequuntur Chri„ ſtum, ut hic; ſed mulieres obſequun„ tur, & ſequentes de ſuis facultatibus miniſtrant. *Lucæ* 8. Item viris „ blaſphemantibus, mulier laudat, ut „ hic. Item viris ducentibus eum „ ad crucem, mulieres lamentabantur. „ *Lucæ* 23. Item viris crucifigentibus, „ Apoſtolis fugientibus, ſola Virgo in „ eum credidit & remanſit. Item „ Apoſtolis incluſis propter metum „ Judæorum , mulieres reſurgentem „ quærunt, & primo inveniunt, ac A„ poſtolis nuntiant : ut mulier quæ „ primo fuerat mortis nũtia, mulier vi„ tã reſurgentẽ prænuntia prædicaret. „

„ (*Quædam de turba.*) Non no„ bilis, non potens, ſed pauper de tur„ ba in laudes Chriſti prorumpit Pſal„ miſtâ dicente : Pſ. 73.21. *Pauper & inops laudabunt nomen tuum.* Et di„ citur fuiſſe ancilla Marthæ, quæ non „ potuit amplius blaſphemias ſuſtine„ re Chriſti : contra blaſphemos vo„ cem extollit in laudem Chriſti & „ Matris, dicens: *Beatus venter :* id eſt, „ Beata Virgo : quæ te in ventre ſuo „ portavit, & ſua ſancta ubera , quæ „ ſuxiſti. Et certè à triplici muliere „ fuit Beata Virgo beatificata. *Primò*, ab Eliſabeth. *Lucæ* 1. 45. *Beata quæ credidiſti. Secundò* à ſe, dum „ ait ibidem : *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ : Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Tertiò „ ab hac muliere, ut hic : *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti.* Et hæc triplex benedictio Ma„ riæ reſpondet triplici maledictioni „ Evæ. Eva enim diſcredidit, dum „ ſententiæ Domini verbum oppo„ ſuit dubietatis, dicens : Gen. 3. *Præcepit nobis Deus ne de ligno ſcientiæ* „

boni

„ *boni & mali comederemus, ne fortè* „ *moriamur*, & ideò mortis maledi- „ ctionem attulit: contra, Maria vi- „ tæ Benedictionem edidit, in cujus „ ſemine omnium gentium benedi- „ ctio fuit. Eva ſuperba voluit Dei „ æqualitatem, & ideò ſubjectionis „ maledictionem audivit, ſub viri „ poteſtate reducta: ſed è contra „ Maria, quæ ſe ancillā Domini humi- „ liavit, exaltari ab omnibus benedi- „ cta meruit, Regina Angelorum & „ hominum, ſuper omnes Choros „ Angelorum eſt prælata. Eva fru- „ ctum vetitæ ſuſcepit arboris, & ideò „ in dolore & ærumna parit fructum „ ventris, ſed Maria fructum virgini- „ tatis quæſivit: unde Spiritu ſan- „ cto fœcundata, abſque corruptio- „ ne & dolore peperit in gaudio „ Salvatorem. Ait Angelus virgini- „ tatis zelator. Lucæ 2. 10. *Evange-* „ *lizo vobis gaudium magnum, quod* „ *erit omni populo; quia natus eſt vobis* „ *hodie Salvator.* Igitur *beatus ven-* „ *ter qui te portavit*, per quem om- „ nes beatificantur.

„ (*Quinimò.*) Hic Salvator com- „ mendat laudem Matris. Ac ſi di- „ cat: verè beata, quæ me portavit & „ lactavit Virgo Maria: „ Hæc fu- ſius volui exſcribere, tum propter magnam authoris authoritatem, tum quia inſignem Deiparæ continent laudem, fortemque mulieris hujus apologiam.

In Harmonia Evangel ca. Calvinus hic inſolentius debachatur & in Dei Matrem, & in Eccleſiam, putat enim Chriſtum ſua reſponſione, & phraſi illa, *quin imò*, negaſſe Matrem ſuam beatam fuiſſe, & non tantum laudem, quam in eam mulier dicitur à quodam prodigaliter effudiſſe, obſcuraſſe. Accuſat quoque Eccleſiam, quod verba hujus mulieris ſoleamus in Eccleſia ſine Chriſti correctione recitare. Quod ille hæretico in ſanctiſſimam Virginem facit odio, dignus qui vapulet à Grammaticis, quod linguæ proprietatem ignoret, particula enim, illa, *quinimò*, concedentis eſt ac approbantis, & idem ſignificat ac, *profectò, verè*, juxta Euthimium; *certè*, juxta Janſenium: & Flandricè vertitur: *dat is immers vvaer*, id eſt, hoc indubitanter eſt verum. Sed & alibi Scriptura ſic eâdem voce utitur, ut planè ſit aſſeverantis, quemadmodum David loquitur Jonatæ: *Quinimò vivit Dominus, & vivit anima tua, quia uno tantum, ut ita dicam, gradu ego morſque dividimur.* Ubi prius illud ſic linguæ Sanctæ peritiſſimi tranſtulerunt: *Et profectò vivit Dominus, & vivit anima tua*, ut teſtatur Caniſius. Unde Beda inquit: *Pulchrè Salvator atteſtationi mulieris annuit.* Et alio loco, relatis verbis mulieris: *Beatus venter qui te portavit:* ſubdit: *At ille teſtimonium veritatis prolatum libenter accipiens, continuò reſpondit, quinimò, &c.* Videſis quoque noſtrum Sylveiram ſuper eumdem ſacrum textum, qui præclarè, ut ſolet, hunc nodum enodat. In eo autem quod Calvinus arguit Eccleſiam, quod verba mulieris ſoleamus recitare ſine Chriſti correctione, malignus ſimul, & ſtultus calumniator eſt, inquit Maldonatus, injuriamque

1. Reg. 20.

Lib. 4. de Deip. c. 25.

in Evang. Luc.

In ſolem. viſitat. Mariæ.

Tom. 5. lib. 5 cap. 23. & 24.

In cap. 1 Luc.

que non nobis modò, ſed ſanctæ etiam illi mulieri facit, quæ plena fide exclamaverat, *Beatus venter qui te portavit.* Malignus eſt, quia odio hoc dicit Eccleſiæ; ſtultus, quia nec mulieris verba, nec conſuetudinem noſtram intelligit; injuriam nobis, & ille facit, quia & illius dictum, & conſuetudinem noſtram non intelligens in deteriorem partem interpretatur. Putat enim mulierem illam Chriſti Matrem propter ſolam ejus generationem ſecluſi fide, charitate, aliiſque animi donis ac gratiis, Beatam prædicaſſe, quod non ſemel hic refutavimus: Unde & Catholicam calumniatur Eccleſiam, dum dicit eam viſcera tantum Virginea, & corporalem ejus laudare generationem, cum Virginem laudamus, dicendo: *Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium: & Beata ubera quæ lactaverunt Chriſtum Dominum:* Per hoc enim animæ Virginis ſanctitatem non excludimus: non addimus autem Chriſti, non mulieris correctionem, ſed Verbi Dei commendationem, quia non laudamus omnes qui audiunt & cuſtodiunt Verbum Dei, ſed ſolam Chriſti Matrem, & eam ipſam non titulo quocumque, ſed illo ſolo, quod ſit Mater Chriſti, idque hujus mulieris exemplo: cæteros excellentiæ ipſius titulos aliis addimus occaſionibus, & quidem tam amplos, atque magnificos, ut iſte ipſe ſerpens, qui ſe nunc ſanctiſſimæ Deiparæ honorem valdè tueri ſimulat, crepet invidia. Faceſſat igitur hoc novum, infeſtum maleque feriatum hominum genus, quod nos à Chriſti, Chriſtiparæque laudibus, ab Evangelicis vocibus, à ſolemnibus Concionibus in honorem Dei Matris declamatis avocat, avocatoſque ad vitam otioſam, ſiniſtre ſpiritualem, Chriſtique gloriæ injuriam abducit. At *nos*, (concludo verbis Bedæ) *his contrà Euthychen* imò contra quoslibet Antidicomerianitas, *dictis, extollamus vocem cum Eccleſia Catholica, cujus hæc mulier typum geſſit: extollamus & mentem de medio turbarum, dicamuſque Salvatori: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti. Verè enim beata parens, quæ, ſicut quidam ait, enixa eſt puerpera Regem.* Addamuſque vetus & inſigne carmen, quod vel ante mille annos cecinit Chriſtianus Poëta Sedulus, & in ſolemnem uſum recepit Eccleſia, quodque in hunc uſque diem vel invito ſerpente, ejuſque ſemine, per omnes perſonat Eccleſias Catholicas:

In Evang.

Luc. cap. 11

Salve ſancta parens, enixa puerpera Regem
Qui cœlum terramque tenet per ſecula, cujus
Numen & æterno complectens omnia gyro,
Imperium ſine fine manet: quæ ventre beato
Gaudia Matris habens cum Virginitatis honore,
Nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem,
Sola ſine exemplo placuiſti fœmina Chriſto.

Objicies ſexto: grandi elogio virtutes

Digitized by Google

Ioan 5. 35. tutes ſui Baptiſtæ Chriſtus proſecutus eſt: nunc de illo dicens, quod erat
Matt. 11. 9 *lucerna ardens & lucens*; nunc quod *plus quam Propheta*; nunc eum eſſe
Verſu 10. de quo ſcriptum: *Ecce ego mitto Angelum ante faciem tuam*; nunc aſſe-
Verſu 11. rens: *non ſurrexit inter natos mulierum major Joanne Baptiſta*. Non ſolùm Joannem, ſed & Petrum Chriſtus magnis laudibus celebravit, illi dicens: *Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt.* Et iterum: *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram æ-*
Matth. 16. 17. *dificabo Eccleſiam meam.* Centurio quoque meruit, ut publicè hoc ſibi tribueret encomium: *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſrael.*
Matth. 8. Nonne & Magdalenæ laudes fusè in convivio refert, ejuſque virtutes ſui hoſpitis virtutibus præfert? Nonne
Luc. 7. 44. etiam illi ſublime tribuit elogium, *di-*
Matt. 9. 22. *lexit multum*? Nonne alias mulieres à ſua in eum fide laudavit? Dicens
Matt. 15. 28. illis, aut; *confide filia, fides tua te ſalvam fecit.* Aut: *ò mulier, magna eſt fides tua! fiat tibi ſicut vis.* Matrem ſuam numquam legitur laudaſſe. Cur hoc? Ut, dum viveret in terris, virtus ejus maneret occulta.

Reſpondeo: Mariæ, dum viveret in terris, virtutem non manſiſſe occultam, at fuiſſe manifeſtiſſimam, jam ante latè demonſtravi: unde falſum reor, aut Chriſtum Matrem ſuam non legi laudaſſe, aut ſi non laudavit, ideò hoc non feciſſe, ut, dum viveret in terris, virtus ejus maneret occulta. Atque imprimis arbitror, Chriſtum ſacroſanctam, omnique laude digniſſimam, ac de ſe optimè meritam Matrem ſublimiſſimè tum factis, tum verbis laudaſſe ac honoraſſe. Laudavit eam factis, dum *erat ſubditus il-*
Luc. 2. *li*: dum triginta annis cum ea ſuaviſſimè ac familiariſſimè eſt converſatus; dum Mariæ Filius voluit agnoſci: dum
In Epiſt. de vitando ſuſpecto contubernio. ad Matris petitionem primum in nuptiis fecit miraculum: hinc clariſſimè à Chriſto Matrem honoratam ac laudatam ſcribit ſanctus Hieronymus: *Dominus*, inquit, *Jeſus Chriſtus ſubjectus erat parentibus ſuis, venerabatur Matrem, cujus ipſe erat Pater. Unde in cruce pendens commendat parentem diſcipulo, quam numquam ante crucem dimiſerat.* Et noſter ſanctus Cyril-
Lib. 2. in Ioan cap. 23. lus Alexandrinus: *Ad hæc*, ait, *quantus honor parentibus debeatur, facilè oſtendit, cum ſtatim ad actum propter Matrem accedat, cum quantum in eò erat, parumper diſtuliſſet.* Idem apud
To. 2. l. 4. cap. 1. q. 20. noſtrum Sylveiram docent ſancti Ambroſius, & Chryſoſtomus. Rurſum
Ioan. 2. Matrem verbis laudavit Chriſtus, dum eam *mulierem* appellavit: ut pluribus demonſtrat ſanctorū Patrum te-
Lib. Selectorum de perpet. Virginit. Mariæ. ſtimoniis noſter Caranca: & egregiè declarat Georgius Major: Chriſtus.
„ Utitur vocè (*Mulier*) ad promiſ- „
In Evang. Dom. 2. Poſt Epiphan. „ ſionem primam reſpiciens: ipſum „
„ ſemen mulieris conteret caput ſer- „
„ pentis, tamquam appellatione om- „
„ nium honorificentiſſimâ, & ſoli ſuæ „
„ Matri inter omnes mulieres conve- „
„ niente. Hæc enim ſola mulier pe- „
„ perit ſemen, in quo benedicuntur „
„ omnes gentes terræ, quam præ om- „
„ nibus mulieribus orbis terrarum ab „
„ initio uſque ad finem Angelus Ga- „
briel,

Digitized by Google

,, briel, & Eliſabeth hâc ſalutatione ,, & hoc magnifico titulo dignatur ,, & ornat: Ave Maria gratioſa, Do- ,, minus tecum: Benedicta tu inter ,, mulieres, & benedictus fructus ,, ventris tui. Vocat igitur mulierem, ,, Filius, appellatione & titulo omniũ ,, honorificentiſſimo, & huic ſoli mu- ,, lieri cõveniente. Hæc enim ſola mu- ,, lier ſeminis benedicti, & hæc ſola ,, propter hoc ſemen, cujus ipſa mu- ,, lier, hoc eſt, Mater eſt & benedi- ,, cta; cæteræ omnes mulieres, niſi ,, per ſemen hujus mulieris benedi- ,, cantur, ſunt maledictæ. Itaque ap- ,, pellatio mulieris omnium maximè ,, juxta promiſſionem honorifica, & ,, huic ſoli mulieri competens eſt. Ita ,, & in cruce pendens Dominus pri- ,, uſquam exhalaret animam ſuam, ,, ſummo affectu erga Matrem ac- ,, cenſus, quam videt orbatam dul- ,, ciſſimo & unico ſolatio ſuo, Filio u- ,, nigenito, & quidem tali Filio, qui & ,, altiſſimi filius eſt, in hoc inquam, ,, ardenti erga Matrem affectu, & pro ,, ea ſollicitudine commendat eam ,, diſcipulo Joanni: Mulier, inquit, ,, ecce filius tuus. Deinde dicit diſ- ,, cipulo: Ecce Mater tua: mulierem, ,, non Matrem appellans, ut digniori ,, appellatione, quaſi dicat: com- ,, mendo tibi hanc mulierem, quæ præ ,, omnibus in toto genere humano ad ,, hoc electa, & inter omnes mulieres ,, benedicta eſt, ut ſit mulier, id eſt, ,, Mater ſeminis contrituri caput ſer- ,, pentis, quæ contritio capitis ſerpen- ,, tis jam impleta eſt, ſicut mox ſub- ,, jicitur ibidem: omnia jam conſum- mata ſunt. Sic appellatione mulie- ,, ris Matrem præ omnibus aliis mu- ,, lieribus in genere humano, jam in ,, cruce expiraturus coronat & ornat. ,,

At, inquies, hæc commentatio eſt, non ſcriptura, hæc dicuntur, non leguntur in ſacris litteris: itane fortè moroſis illis hominibus te vis aggregare, quibus numquam factum eſt ſatis, niſi expreſsâ convincantur ſcripturâ? Immane quantum iſti delirent, ignorantes quanta ſenſuum ac intelligentiæ copia paucis Evangelii verbis contineatur: nec hos moroſos quidquam moror, quos univerſa damnat Eccleſia Catholica.

Cur porrò Chriſtus amantiſſimam ſuam ac laudandiſſimam Matrem non expreſſius copioſiuſque laudarit, non unica ſuppetit ratio, at non illa, ut, dum viveret in terris, virtus ejus maneret occulta: Prima fuit: quoniam non conveniebat, ut notat Caniſius, ut Chriſtus Dominus, qui ad Judæos ſibi ſuæque doctrinæ conciliandos miſſus fuerat, & omnis modeſtiæ prudentiæque Magiſter eſſe debebat, Matrem ſuam & præclaras ejus dotes publicè commendaret: etenim ingrata, ſuſpecta & infructuoſa Judæis fuiſſet omnis hujuſmodi laudatio, & vel mendacii, vel arrogantiæ vitio fortè attributa ab iſtis, qui ad calumniandũ adeò erant proclives, & Chriſtum nulla de causâ veritatis inſimulabant. Ferre illi homines non poterant, ſed obſtinatè ſpernebant Dominum concionantem, adeòque factis, verum ſe eſſe Meſſiam, & unius cum Deo Patre naturæ Filium clariſſimè monſtrantẽ.

Lib 4. de Deip. cap. 24.

Quàm ergò fidem & rudes & efferati homines illius teſtimonia habuiſſent, ſi totius humilitatis Magiſter, Chriſtus, quemque fabri filium exiſtimabant, cum in terris ſupereſſet, vel per ſe, vel per alios, Mariæ Matris ſuæ virtutes prædicaſſet, illamque mulieribus & omnibus aliis juſtis prætuliſſet, aut ſe Virginis, quæ de Spiritu ſancto conceperat, filium proclamaſſet. Hinc ſanè illi non meliores, ſed prorſus deteriores effecti, magis ab Evangelica Prædicatione abhorruiſſent, & prædicatæ veritati, ejuſque Doctori vel maximè repugnaſſent. Secunda fuit: quòd ratio temporis non ferebat, Mariæ laudes, variaſque prærogativas ante Chriſtum in cælos aſſumptum expreſsè ſolemnitèrque efferri, & ne mundo quidem credibile videri tum potuiſſet, ſi humillimæ ſuæ Matri, putatæ abjecti fabri conjugi Chriſtus tribuiſſet gratiæ plenitudinem, virtutis altiſſimi obumbrationem, Verbi æterni conceptionem; quòd illa inſuper ſine gravamine gravida, ſine dolore puerpera inviolata pariter & fœcunda fuiſſet, quas, aliaſque plures prærogativas Catholica Eccleſia Catholicè fideliterque diviniſſimæ Deiparæ attribuit. Quocirca Divinæ Sapientiæ non fortiter modò, verùm & ſuaviter omnia diſponenti viſum eſt, ut ſuprà adhuc ſignificavimus, ut ſenſum ſacri Evangelii altiſſima, & carnalium hominum captum ſupergredientia myſteria innoteſcerent, & quæ primò neceſſaria eſſent Chriſtianæ fidei fundamenta, primò jacerentur, firmiterque ſtabilirentur. Nihilominus Chriſtus Dominus tum per ſe, tum per Prophetas, Patriarchas, Apoſtolos & Evangeliſtas, aliaſque fideles perſonas tot, tantiſque præſignavit Matrem ſuam Figuris & Prophetiis, extulit laudibus & elogiis, ut meritò cuilibet fideli æquoque arbitro poſſet innoteſcere Chriſtum ſuam prælectiſſimam Matrem intendiſſe mundo cœloque celebrem facere ac honorandiſſimam, adeoque non eum in finem expreſſioribus ſolemnioribuſque Matris peperciſſe laudibus, ut Matris ſuæ virtus, dum in terris viveret, *maneret occulta*, viveretque *ſancta ſine fama ſanctitatis*, neque coleretur dum viveret, ut poſt mortem à mortalibus coleretur dev[…]s, utque de ejus virtute, nunc tantò ſublimius ſentiretur, quantò, dum viveret fuit obſcurior: Hactenus de honore & cultu quo ſupereminentiſſima Deipara affecta fuit, & præviſa in Eccleſia militante; vidimus autem, ipſam, dum adhuc mortalem ageret vitam, à fidelibus omnibus, qui illam cognoſcebant, in ſummo honore eſſe habitam. At poſtquam in cœlum glorioſa eſt aſſumpta, ſingulari ſolemnique cultu ab univerſa fuit celebrata Eccleſia. Cujus rei certam fidem faciunt: primò univerſalis conſenſus, & traditio Eccleſiæ, cujus initium inveniri non poteſt, adeoque ſignum eſt, uſque ad Apoſtolorum tempora eſſe revocandam: juxta illud ſancti Auguſtini: *illa autem, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſervantur, dantur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis conſiliis, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima autho-*

Sap. 8.

thoritas, commendata atque ſtatuta retineri. In nullo autem plenario Concilio ſtatuitur velut quidpiã novi, cultus, veneratioque Beatæ Virginis, qui proindè Apoſtolica cenſenda eſt traditio; uti etiam colligere licet ex Liturgia ſancti Apoſtoli Jacobi, in qua hiſce verbis agitur memoria Virginis glorioſæ: *Commemorationem agamus ſanctiſſimæ, immaculatæ, glorioſiſſimæ, benedictæ Dominæ noſtræ Matris Dei, & ſemper Virginis Mariæ.* Secundò, antiquorum Patrum certiſſima teſtimonia, quæ per ſingula ſæcula poteris reperire deducta apud Miechovienſem, quibus tum publicis declamationibus, tum privatis tractatibus miris Sanctiſſimam Deiparam extollunt præconiis. Tertiò, feſta antiquiſſima, quæ Eccleſia Deo in memoriam, & honorem amabilis noſtræ Dominæ dedicavit: Sanè S. Athanaſius facit mentionem feſti Annuntiationis: & Purificationis meminerunt Sanctus noſter Cyrillus Alexandrinus, Gregorius Nyſſenus, Chryſoſtomus, in concionibus de Purificatione, quas refert Surius. Quartò, præcipuè teſtantur eandem traditionem templa antiquiſſima Deo in honorem amabilis noſtræ Dominæ conſecrata, quorum tam frequens eſt in Hiſtoriis mentio, tamque evidens experientia, cum majorum traditione conjuncta, ut ſupervacaneum foret illis recenſendis immorari. Tandem, cultum ſuæ Matris fore Deo gratiſſimum, teſtatus eſt magnis, ac frequentibus miraculis, quæ in templis Marianis, & per ſacras ejus imagines ab initio Eccleſiæ eſt operatus, quæ quia paſſim obvia, hîc non enumero. Lege Miechovienſem, & Caniſium, nec non noſtros Waldenſem, & Cocheletetium: & noſtrum *Præconem Marianum*, quem præparamus.

To.2.diſc. 267.

Lib. de Sanctiſſ Deip.

To 2.ſ. 171. & aliâs. Lib 5. de Deip. c.20 to. 3. In Paleſtrita honoris pro D. Hallenſ.

CAPUT XXXIX.

Proprium amabili noſtræ Dominæ vindicat cultum, hyperdulia dictum.

ANte omnia hic ſunt recolenda ea quæ diximus *capite primo hujus Partis*, ubi religioſum cultum, ejuſque communem in latriam, duliam ac hyperduliam diviſionem expoſuimus. Viſo autem eo capite nec non ſuperiori, Deiparam eſſe colendam, ſemperque fuiſſe cultam, præſens caput rationem formalem, ſeu motivam, ob quam colenda ſit, ac per conſequens qua cultus ſpecie, diſquirit. Primò verò fidei dogma eſt, Beatam Virginem non poſſe coli propriâ ac perfectâ latriâ: Hæc enim

Digitized by Google

ſoli Deo debetur, propter excellentiam infinitam, & increatam, quam Deiparæ attribuere eſſet idololatrare; & in hoc ſenſu Epiphanius & Damaſcenus damnant meritò, ut hæreticos Collyridianos, qui Deiparam colebant latriâ, ideóque etiam docet Ambroſius, adorationem Chriſto propriam non eſſe ejus Matri communicandam. Pro vero igitur ac Catholico Sanctiſſimæ Deiparæ cultu intelligendo, advertendum eſt, multas nos in ipſa propter excellentiam Maternitatis Dei poſſe conſiderare rationes, ob quas proprio ſpecialíque cultu, communiter dictâ hyperduliâ, ſit digna.

Lib. 3. de Spirit. S. cap. 12.

Primò itaque in Sancta Deipara poſſumus conſiderare rationem extrinſecam, ob quàm ſit colenda; videlicet contactum cum Chriſto, qualis in cruce & clavis Chriſti reperitur: uti enim crux tetigit Chriſtum, & noſtræ redemptionis extitit inſtrumentum, ita modo longè perfectiori amabilis Domina tetigit Chriſtum, eíque ad noſtram redemptionem eſt cooperata. Eâ proindè ratione coli poteſt Virgo Deipara, ita ut tota ratio hujus cultus ſit ipſi extrinſeca, utpote ipſa excellentia Chriſti. Atque ita docent Sanctus Thomas, Cajetanus, & Suarez. Obſervant tamen iſti, alíique Doctores, quamvis hæc ratio ſpeculativè conſiderata ſit ſufficiens ut propter eam Deipara Maria ſit colenda, hoc tamen non poſſe redigi in praxim præſertim publicam, non quia hoc ſit intrinſecè malum, nam revera non eſt; ſi enim quis foret idoneus ad diſcernendum rationes cultus, & judicandum cultum illum non eſſe abſolutum, ac propter intrinſecam Deiparæ excellentiam, at propter extrinſecam excellentiam Chriſti; nec non ad vitandum omne ſcandalum, nulla in hoc cultu eſſet deordinatio, uti patet in Cruce ſic adorata. Nihilominus, ut dixi, communis illius uſus diſſuadetur propter duplicem rationem: prima eſt, quòd Beata Virgo cultus & venerationis capax ſit, cùm ſit creatura rationalis & excellens; undè periculum foret in tam excellenti colenda creatura rationali propter divinam excellentiam, licet extrinſecè ipſi applicatam, nè in ea ſiſteret cultus noſter, & honor Deo debitus ipſi deferretur: quòd periculum in crucis adoratione ceſſat, cùm enim ſit res inanimis, nullius in ſe venerationis exiſtit capax, *ut autem eſt ſignum fidei noſtræ*, inquit præclarè noſter Sylveſtranus Brenzanus, *quòd ſignum oſtendit ſignatum, ut nomen pro nominato, & imago pro imaginato, ſic dicitur adorari latriâ*: quæ adoratio in cruce non ſiſtit, ſed tota ad Crucifixum refertur. Secunda ratio eſt, quia major honor exhibetur perſonæ, quòd propter intrinſecam & propriam excellentiam colatur, quàm propter extrinſecum reſpectum v.g. contactus aut repræſentationis: hujuſmodi enim cultus eſt potius teſtimonium excellentiæ illius perſonæ, propter quam fit, quàm ejus in quam materialiter cultus terminatur. Quapropter perfectior eſt cultus hyperduliæ quàm exhibet Eccleſia Deiparæ, propter intrinſe-

3. p. q. 25. art. 5. Cajet. ibidem.

3. p. tom 2. diſp. 22. ſec. 2. ſuper 3. ſent. diſt. 9.

In 3. ſent. lect. 3.

trinſecam & propriam excellentiam, quàm reſpectu crucis cultus latriæ, qui eidem exhibetur propter extrinſecam & alienam Chriſti ſanctitatem. Si tamen propter hunc contactum ab aliquo Dei Mater coleretur, certum eſt, ait Suarez, illud adorationis genus ad religionem pertinere, atque dici poſſe ſecundariam latriam, quatenus ab eadem virtute latriæ proficiſcitur; quamvis re verâ ſit actus diſtinctus ab adoratione latriæ propriè & ſimpliciter dictæ: quia illa adoratio, ut terminatur præcisè ad Virginem, non eſt ſumma adoratio, neque abſoluta, neque propter intrinſecam excellentiam increatam, ſed eſt ſimilis illi, qua Reliquiæ Chriſti adorantur. Hácque de cauſa, neque homo quia ad imaginem Dei eſt creatus, neque Sancti, ut ſpecialiter ſunt templa Dei, latriâ ſunt colendi, propter divinam excellentiam. Undè cum Catholica Eccleſia, ejuſque benè merito Filio, noſtro laudato Sylveſtrano. *Reſpondeo abſolutè quod nec Virgini nec Divis conveniat latria, ſed Matri hyperdulia, & Divis Dulia. Non convenit latria Matri, quia eſt ſimplex creatura, & ſancti ſimplices creaturæ: Convenit tamen Matri hyperdulia, cùm excedat Sanctos: & convenit Sanctis Dulia cum maximis ſplendeant virtutibus & meritis.* Quibus paucis verbis confligit hoc confixi à ſede Apoſtolica Monitoris monitum, quòd Dei Matrem commentus eſt effari: *Me & Sanctos oportet colere cultu Duliæ, ſive dilectionis & ſocietatis.* Nullâ factâ mentione cultus *honorariæ ſubjectionis*, quo colendi ſunt Sancti, cùm ſuper nos *maximis ſplendeant meritis & virtutibus*, & ſpecialiter ſuperexcellentiſſima Dei Mater, tum maximis virtutibus & meritis, tum digniſſimo divinæ Maternitatis titulo, univerſas ſupergrediens creaturas.

Ibidem. — *Monita ſalutaria dicta B V M §. 4.*

Secundo in Beatiſſima Virgine contemplanda eſt ejus intrinſeca ac excellentiſſima ſanctitas, quæ adeò eſt eximia, admiranda, imò incomprehenſibilis, ut graves ac celebres Doctores aſſeverent, Sanctam Deiparam plures gradus gratiæ, & charitatis, & per conſequens gloriæ, eſſe conſecutam, quàm ſint in omnibus ſanctis hominibus, & Angelis etiam collectivè ſumptis, ita ut omnium eorum gratia collecta, non adæquaret intenſionem gratiæ feliciſſimæ Virginis Mariæ. Ita docet Suarez, poſtquam, ut teſtatur, ſuper hâc difficultate conſuluit in Academia Salmanticenſi Doctores ſapientiſſimos, & in rebus Theologicis valdè verſatos, quibus omnibus pia, atque probabilis hæc ſententia viſa eſt. Miechovienſis ſuper Litanias Lauretanas. Cornelius à lapide. Schetlogus. Henriquez. Ludovicus de Torres. Et alii plures: imò hæc pia ſententia adeò priſcorum Patrum non adverſatur doctrinæ, quin potius ita ab eis inſinuatur, ut meritò illis tribui poſſit, ait Suarez, & benè; quandocúmque enim Sancti Patres de gratia & Sanctitate Virginis Matris loquuntur, tam magnificè de ea ſentiunt ac pronuntiant, ut non ſolum aſſertam perfectionem, ſed & majorem illi tribuere

3. p. tom 2. disp. 8. ſec. 4. — *To 1. diſc. 131 & 195 in cap 31. Pr. v v. 29. tom. 3. in Cant. veſtigat. 12 num. 48.* — *De ult. fin. c 10. nu 1. in Selec. diſp part. 1. d. 14. dub 11.*

Digitized by Google

Orat. 1. de B. V. aſſump. re videantur. Sanctus Damaſcenus eam vocat *gratiæ abyſſum*. Epiphanius, *gratia*, inquit, *Sanctæ Virginis eſt immenſa*. Et infrà loquitur Virgini: *Solo Deo excepto cunctis ſuperior exiſtis, cui prædicandæ, neque hominum, neque Angelorum lingua ſufficit.* Similiter Sanctus Anſelmus: *Nullus*, inquit, *hominum vel Angelorum penetrare poteſt immenſitatem divini amoris erga Virginem.* Et infrà: *ineffabilis eſt, & ſtupenda omni ſæculo hujus mulieris gratia, & exaltatio.* Et tandem poſt multa concludit: *Quid amplius dicere poſſum Domina, immenſitatem quippe gratiæ, & gloriæ, & felicitatis tuæ conſiderare incipienti, & ſenſus deficit, & lingua fatiſcit.* Sic quoque Sanctus Bernardus *ineffabile* vocat privilegium meritorum Sanctiſſimæ Virginis. Sanctus etiam Ephrem oratione de laudibus Virginis inter alia inquit: *Sanctior Cherubim, ſanctior Seraphim, & nullâ comparatione cæteris omnibus ſuperis exercitibus glorioſior.* Sanctus Bonaventura ait: *immenſa certè fuit gratia quâ ipſa fuit plena.* Hanc etiam gratiæ immenſitatem haud obſcurè indicant verba Sancti Ignatii Martyris, quibus in ſupra allegata prima epiſtola ad Joannem Evangeliſtam Mariam vocat, *cæleſte prodigium*, & *Sacratiſſimum ſpectaculum.* Andreas Cretenſis ita Mariam affatur: *quæ habes cum aliis non comparabilem appellationem, quæ excepto Deo ſolo, es omnibus altior.* Ac denique concludit: *ô Sancta, & Sanctis Sanctior, & omnis Sanctitatis ſanctiſſime theſaure.* Sanctus Petrus Damianus, *Virgo*, inquit, *inter animas Sanctorum, & Angelorum choros ſupereminens, & evecta, merita ſingulorum, & omnium titulos antecedit*: ubi duæ illæ particulæ, *ſingulorum*, & *omnium* magnam habent pro noſtra ſententia energiam. Tandem de eadam Virgine ſic loquitur: *in illa inacceſſabili luce perlucens, ſic utrorúmque ſpirituum hebetat dignitatem, ut ſint, quaſi non ſint, & comparatione illius, nec poſſint, nec debeant apparere.* Et alibi: *Quid grandius Virgine Mariâ, quæ magnitudinem ſummæ divinitatis intra ſui ventris concluſit arcanum? Attende Seraphim, & videbis, quidquid majus eſt minus Virgine: ergo & omnes ſimul ſancti minores ſunt Virgine.* Similiter loquitur Chryſoſtomus, in ſermone, quem Eccleſia legit in Feſto Nativitatis Mariæ: *Magnum*, ait, *revera miraculum, fratres dilectiſſimi, fuit ſemper B. Virgo Maria. Quid namque illa majus, aut illuſtrius ullo umquam tempore inventum eſt, ſeu aliquando inveniri poterit? hæc ſola Cœlum, ac terram amplitudine ſuperavit. Quidnam illa Sanctius? non Prophetæ, non Apoſtoli, non Martyres, non Patriarchæ, non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Seraphim, non Cherubim, non denique aliud quidpiam inter res creatas viſibiles, aut inviſibiles majus, aut excellentius inveniri, poteſt.* Nihil ergò Chryſoſtomus excipit, ſive Deipara cum ſingulis, ſive cum omnibus Sanctis comparetur. Undè addit Sanctus Ephrem: *nullâ comparatione omnibus ſuperis exercitibus glorioſior, præſtantiſſimum orbis terræ miraculum, omnium Sanctorum corona*

Marginal notes: Orat. de laud. B. Virg. — De excellent. Virg. cap. 3. — Cap. 8. — Serm. 4. de aſſump. — Serm. de d. rnit. (?) Mariæ. — Serm. de aſſump. — Serm. de Nat. Virg. — Orat. de laud. Virg.

Lib. de laud Virg. cap. 9.

rona ob fulgorem inacceſſa. Eodem modo loquitur Sanctus Anſelmus. *Pura ſanctitas, & Sanctiſſima puritas piiſſimi pectoris ejus omnem omnis creaturæ puritatem tranſcendens, incomparabili ſublimitate hoc promeruit, ut reparatrix perditi orbis digniſſimè fieret.*

Opuſc. de laud. Virg

Confirmat intentum Sanctus Bonaventura, qui ex ſententiis Patrum docet, Dei gloriam magis in ſola Virgine, quàm in cæteris Dei operibus purè creatis relucere, atque adeò perfectiones omnes, in cæteris rebus diviſas, ac diſtributas, in Beata Virgine excellentiori modo eſſe collectas. Et ad hoc accommodat Verba illa, *omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat*: quia omnia flumina gratiarum intrant in Mariam, & dignitatem ejus non excedunt. Undè *ſicut in mari*, inquit, *aquarum, ita in Maria ſunt congregationes gratiarum.*

Serm. de aſſump.

Quòd confirmat Verbis Sancti Hieronymi dicentis: *cæteris per partes præſtatur, Maria verò ſimul ſe tota infudit gratiæ plenitudo.* Accedit rurſum Sanctus Bernardus,

Epiſt. 174.

In illo, inquit, *inſtanti conceptionis plus amabatur à Deo, quàm cæteri Sancti, quia amabatur ut Mater futura*: ergo major illi gratiæ plenitudo fuit infuſa in illo inſtanti conceptionis, quàm Angelis & hominibus ſimul ſumptis, magnitudini enim amoris quo Deus aliquem amat, reſpondet magnitudo gratiæ quam largitur amato, & maximè tam perfectè & immensè amatæ Matri:

Specul. Mariæ, c. 6

undè Sanctus Auguſtinus relatus à Sancto Bonaventura, ait: *te ipſe Rex Regum ut Matrem veram, & decoram ſponſam præ omnibus diligens amplexu amoris ſibi aſſociat.* & Sanctus Anſelmus

Lib. de excellent. Virg. c. 4

exclamat: *Quid ergo hic dicemus, eſtnè putatis, ulla mens hominis, quæ modum hujus dilectionis, quàm Deus ad hanc Virginem habuit, queat penetrare?* Et infrà: *poteſtnè quæſo ullus hominum, aut Angelorum iſtius amoris immenſitatem penetrare, vel dignitati honoris illius, quidquam cogitatu percipere comparabile?* Expreſſius hanc docet ſententiam Sanctus Bernardinus:

Tom 1. ſerm. 61. art. 3. c. 3.

Poſuit, inquit, *diadema regni ſuper caput ejus, & voluit eam eſſe reginam. Eſther 1. capite. Iſtud eſt diadema ſpeciei, & corona gloriæ, quâ Virgo ſuper Angelos coronatur, ut intra Trinitatis gloriam, ipſa ſola amplius ſit evecta, ac plus Beatiſſimæ Trinitatis gloriam diligat, capiat, ſentiat, & fruatur, quàm omnis alia pura creatura ſimul ſumpta, de cujus gloria poſt Filium participant univerſi.* Subſcribit quoque Doctor extaticus Carthuſianus; expendens enim Verba hæc Sancti Anſelmi: *Decens erat ut Virgo eâ puritate niteret, quâ Major ſub Deo nequit intelligi*: ſubjungit:

Lib 1. de laud Virg. art. 14.

Sanctitate Virginis major eſſe non poteſt, non quia Deus abſoluta ſua potentia, nedum Virgini, ſed & aliis Sanctis quoque præſtare non poſſit, ſed nec decet, nec utique fiet. Et infrà: *Sanctitate Mariæ major ſub creata Filii ejus ſanctitate intelligi, eſſéque nequit. Tum quia neque in præſenti vita ejus ſanctitatis magnitudo ad plenum comprehendi valet, & quam in terris adepta eſt: incomprehenſibilis enim, ut ait Ambroſius incomprehenſibi-*

Digitized by Google

liter operabatur in Matre. Tum quia Mariæ ſanctitas quodammodo infinita eſt. Quæ omnia haud obſcurè noſtram confirmant ſententiam Dei Matre digniſſimam: cui quoque lumen affundit noſter Sylveira referens Verba iſta Franconi Abbatis, „ *Dominus tecum „ eſt, ô Virgo, non generali tantùm be„ nedictionis gratia, qua & cum cæteris „ Sanctis eſt, verum & ſingularis præro„ gativâ gratiæ, ſicut cum Matre Filius, „ Dominus tecum, ut viſcera tua ſancti„ ficet, ut in carne tua humanam ſibi na„ turam aſſociet.* Quòd exaggerat D. „ Auguſtinus ſermone 18. de tempo„ re. *Dominus tecum*, inquit, *ſed pluſ„ quam mecum; Dominus tecum, ut ſit „ in corde tuo, ſit in utero tuo, adimpleat „ mentem tuam, adimpleat carnem tu„ am.* Sed expende illud quod ait An„ gelus: *Dominus tecum pluſquam me„ cum*: cùm Beatiſſima Virgo in via „ ex ſteret, & Angelus eſſet beatus. Et „ de Baptiſta dicitur: *qui minor eſt in „ regno Cœlorum, major eſt illo.* Luc. 4. „ n. 28. tamen rectè ait Angelus, quòd „ Dominus plus erat in Maria, quàm „ in illo, ratione dilectionis, & digni„ tatis, ad quam eam habebat præele„ ctam, ut eſſet Regina, & Domina o„ mnium creaturarum. Quòd confir„ mo: quia de Baptiſta dicitur: *Manus „ Domini erat cum illo.* Luc. cap. 1. n. 66. „ At de Virgine abſolutè, ſeu totus, „ *Dominus tecum*; quia non ſecundùm „ unam gratiam, nec ſecundùm unũ „ attributum, ſed ſecundùm omnem „ gratiarum plenitudinem, quantùm „ Matri Dei conveniens erat, ipſe Do„ minus in Virgine elucebat, „ Hæc ſapientiſſimus Sylveira.

In Evang. tom. 1. li. 1. c. 5 q. 16. lib. 6. de gratia.

Hæc aliàque innumera, his affinia Sanctorum Patrum teſtimonia, quæ poſſent allegari, reddunt aſſertum noſtrum cuivis dignè de Dei Matre ſentienti ambabus ulnis amplectendum: Nihilominus nec ſolidiſſimæ cauſæ huic piiſſimæ deſunt rationes. Prima, eaque à Priori, eſt deſumenda à Dei Maternitate, quæ in ſuo genere eſt infinita: undè ſic argumentor: dignitas Matris Dei incomparabiliter excellit dignitatem omnium ſimul Sanctorum, ſive hominum, ſive Angelorum: ergo & gratia, tantæ dignitati debita ex decentia, & divina Sapientia, excelſior eſt omnibus gratiis omnium ſimul Sanctorum, hominum & Angelorum. Sicut enim Sanctus teſtatur Anſelmus, *decuiſſe Virginem eâ puritate nitere, qua major ſub Deo nequeat intelligi*: ita conſequentur licet inferre, decuiſſe eâ ſanctitate, ac gratiâ impleri, quâ nulla major in ulla pura creatura ſingulatim, aut in omnibus ſimul ſumptis intelligatur, aliàs enim major ſub Deo poſſet intelligi ſanctitas, quàm in Virgine reperiretur, illa nimirum quæ in omnibus ſimul eſſet Sanctis. Audiamus rurſùm Doctorem noſtrum Sylveiram, rationem hanc mirè roborantem. „ Valdè mirum videbitur, quòd Evangeliſta nominat hîc Mariam, „ eámque cognomine aliquo non ap- „ pellat, dicendo Virginem, vel Regi- „ nam, ſicut David regiâ nomenclatu- „ râ inſignivit. Reſpondeo, quòd in „ eo, quòd ait: *de qua natus eſt Jeſus*, „ tamquam in compendio omnia „ magnalia comprehendit. Quæ enim „ talis dignitas excogitari poteſt, ut „ „ ſubſtan-

In Evang. tom. 1. lib. 1. c. 2. q. 39.

Digitized by Google

,, ſubſtantia Virginis ipſius Dei ſub-
,, ſtantia ſit, ut ait D. Auguſtinus. ſerm.
,, 2. de aſſumptione: *Caro Chriſti, caro*
,, *eſt Mariæ.* Arnoldus Carnot. *lib. de*
,, *laud. Virginis.* Petrus Damianus.
,, *ſerm.* 1. *de Nativitate*, ait: *habitat Deus*
,, *in Virgine, habitat cum illa, cùm qua*
,, *unius naturæ habet identitatem.* Ea-
,, demmet caro Virginis in Corpore
,, Chriſti hypoſtaticè unita eſt Deo.
,, Undè exclamat D. Anſelmus de
,, Conceptione Virginis, cap. 8. *Decens*
,, *erat, ut eâ puritate, qua major ſub Deo*
,, *nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui*
,, *Deus Pater unicum Filium ſuum, quem*
,, *de corde ſuo æqualem ſibi genitum,*
tamquam ſeipſum dare diſponebat. ,,

,, Ex eò, quòd Mater Dei habet ut
,, æterni Patris Filia ſit, Mater æterni
,, Verbi, Sponſa Spiritus Sancti, Do-
,, mina, ac Regina omnium creatura-
,, rum: *omnis gloria ejus Filiæ Regis ab*
,, *intus in fimbriis aureis circumdata va-*
,, *rietate*, Pſ. 44. n. 14. ut Regius Va-
,, tes radicem, ac fontem totius Virgi-
,, nis magnitudinis decantaret, ait: *O-*
,, *mnis gloria ejus ab intus*, hoc eſt, ab
,, utero: ita explicat locum Richardus
,, à S. Laurentio lib. de laudibus Vir-
,, ginis. *Cujus*, inquit, *omnis gloria ab*
,, *intus, quando Chriſtum geſtabat in u-*
,, *tero. Quid dicit de ea Zacharias* 2.
,, *In gloria ero in medio ejus: undè tam*
,, *ſæpè de ea dicitur, abſque eò quòd pul-*
,, *cherrimum eſt, & intrinſecùs latet.* A
,, fœcunditate ipſius uteri, qua talem
,, genuit Filium, obtinuit, ut eſſet Filia
,, Regis, ac circumamicta, & circum-
,, data omnium gratiarum, cœleſti-
ûmque donorum varietate. ,,

,, *Ipſa dignitas Matris*, ait D. Tho-
mas. 1. part. q. 26. art. 6. ad 4. *Habet* ,,
quandam dignitatem infinitam, ex bo- ,,
no infinito, quòd eſt Deus, & ex hac ,,
parte non poteſt aliquid fieri melius. ,,
Undè in genere Matris Deus de po- ,,
tentia abſoluta non poteſt facere ,,
meliorem Matrem; nulla enim po- ,,
teſt eſſe major, quàm Mater Dei. Si ,,
verò ſecundùm dona ſpiritualia, at- ,,
que ei communicatas gratias conſi- ,,
deretur, eorum magnitudo ex ſupra- ,,
dictis patet. Et ait D. Auguſtinus lib. ,,
de natura, & gratia, c. 36. *Inde novi-* ,,
mus tantam gratiam eſſe Virgini colla- ,,
tam, quia Deum meruit concipere, & ,,
parere. Si ergo ſecundùm Divum ,,
Thomam ipſa dignitas eſt infinita, & ,,
illa habuit gratiam, qua Deum me- ,,
ruit concipere: vide quanta ſit ejus ,,
ſublimitas, quantámq; perfectionem ,,
ipſa mundo attulerit. Undè ſi Pater, ,,
& Spiritus S. vellent de alia muliere ,,
aſſumere carnem, nulla major perfe- ,,
ctio intenſiva eſſet in orbe, nec de le- ,,
ge ordinaria daretur mulier ſanctior ,,
Mariâ: neq; ei ſecundùm potentiam ,,
ordinariam aliqua perfectio addi ,,
poſſet. Tam perfecta in ſe ſubſiſtit. ,,
D. Bernardus ſermone 6. de gloria ,,
Virginis. *Averte*, inquit, *quòd hæc be-* ,,
nedicta puella tantam perfectionem at- ,,
tulit Univerſo, quòd ulterioris perfectio- ,,
nis non eſt capax. nec Deus poteſt ordi- ,,
naria poteſtate ipſam perficere ulteriori ,,
perfectione. Imò ſi ipſe Pater, vel Spiri- ,,
tus S. de fœmina naſcerentur, nihil ac- ,,
creſſeret orbi; quia quidquid nobilitatis, ,,
quidquid divinitatis, & quidquid æter- ,,
nitatis; & totum in orbem diffuſum ,,

 ,, *eſt*,

Digitized by Google

„ *eſt*, & *productum in illo æternitatis* „ *ſuppoſito, quòd generavit Beatiſſima Virgo Maria, invenitur.* „ Ringatur jam Monitor, imò roſor Marianæ laudis ac excellentiæ, qui hanc Dei Matrem cogit collo obtorto edere vocem. *Abſit ut dicas Deum non potuiſſe aut poſſe excellentiorem me creaturam facere. Potentia Dei non exhauritur.* Imò verò non exhauritur per tanti operis productionem, at perficitur extrinſecè, ac manifeſtatur, nobíſque ingens ſubminiſtratur anſa eam laudandi ac magnificandi: alioquin & cæterarum creaturarum productione partialiter foret exhauſta. Ad hæc, ſi Deus omnia planè poſſibilia produxiſſet, plura producere non poſſet, nec tamen ipſius potentia in minimo foret exhauſta, quid igitur eam confingis exhauſtam, licet perfectiorem ac excellentiorem non potuerit, nec poſſit facere Matrem in genere Matris, ut cum Doctore Mellifluo orthodoxè docet noſter Doctor Sylveira? hinc tam craſſa diſcurrendi methodus, tam vilis de Dei Matre æſtimatio. At, ajes, non aſſero Deum excellentiorem poſſe facere Matrem, ſed creaturam: ſed tùm detractæ Deiparæ excellētiæ velum tantùm obtendes: ſcio vobis non deeſſe mel, quo venenum condiatis.

§. 3. Monit. ſalut. B. V. Mariæ.

Ratio ſecunda formatur à Suarez, viro doctiſſimo ex ſimilitudine, ac proportione inter Chriſtū, & Virginē Mariam: ſicut enim gratia creata animæ Chriſti infuſa fuit proportionata, quantum fieri potuit, dignitati Capitis, & Majeſtati Verbi Dei, & ideò in intenſione ſuperavit omnes aliorum hominum, & Angelorum gratias etiam ſimul ſumptas: ita in hac etiam perfectione, & intenſione gratiæ debuit Mater Chriſti, Regina ac Domina omnium creaturarum ad Chriſti perfectionem cum debita proportione accedere.

In 3. p. to. 2. diſp. 19. ſec. 4.

Dices: cùm hæc excellentiæ conveniat Chriſto ratione ſuæ dignitatis, ſit ipſi injuria, ſi Virginem Mariam ei faciamus in hoc æqualem. Hinc Monitor obſtrepit, imò Dei Matrem moventem inducit: *Nolite me in paralelo ponere cum Deo vel Chriſto. Procul à vobis ſint omnes comparationes finiti ad infinitum; ego ſum ſtella matutina, ſed cum Sole juſtitiæ nullatenus comparanda: ego templum Dei, ego thronus, ego domus, ſed major eſt templo qui habitat in eo, major eſt throno qui ſedet ſuper eum, major eſt domo qui fabricavit illam. Omnis creatura quantumcúmque excellens Deo comparata nihil eſt: quid ergo comparas nihilum ad Majeſtatem infinitam?*

§. 11. Monit. ſalut. B. V. Mariæ.

Reſpondeo: non dixi Virginem Deiparam debuiſſe accedere ad Chriſti perfectionem cum æqualitate, ſed cum debita proportione: Chriſti enim gratia tam ipſius Virginis Matris, quàm cæterorum Sanctorum gratias, etiam collectivè ſumptas plurimum ſuperat: gratia verò Matris Chriſti ſolùm cum aliorum Sanctorum gratiis confertur, illáſque ſuperare à nobis aſſeritur: ac in eo optimam dico ſervari proportionem, ac ſimilitu-

Digitized by Google

militudinem. Primò quidem, quia, teſte ſancto Bernardo, Chriſtus in Eccleſia eſt tamquam fons gratiæ: Beata autem Virgo, ut aquæ ductus, reliqui verò ſancti, ut rivuli: Unde in Chriſto, ut fonte congregantur omnes gradus gratiæ, qui tam ad aquæ ductum, quàm ad rivulos fluunt: in Maria autem Virgine, ut in aquæ ductu congregantur omnes, qui ad rivulos deſcendunt. Et hac ratione, & in toto corpore Eccleſiæ eſt optima proportio, & inter Chriſtum & Chriſtiparam conveniens proportio, & conjunctio. Secundò, quia gratia Chriſti reſpectu omnium eſt gratia Capitis, ideò illam habet excellentiam, ut omnes ſimul ſumptos ſuperet in gratia: atqui etiam Deipara participat illam dignitatem: decet igitur ut & ejus gratia illam perfectionem cum proportione participet. Propoſitio ſubſumpta, ſcil. Deiparam participare dignitatē Capitis reſpectu omnium, manifeſtè traditur à ſanctis Patribus: Sanctus Irenæus inquit: *Sicut Eva inobediens facta, & ſibi, & univerſo generi humano cauſa facta eſt mortis, ſic & Maria habens prædeſtinatum virum, tamen Virgo obediens, & ſibi, & univerſo generi humano cauſa facta eſt ſalutis*: Et infrà: *Evæ inobedientiæ nodus ſolutionem accepit per obedientiam Mariæ, quod enim alligavit Virgo Eva per incredulitatem, hoc Virgo Maria ſolvit per fidem*. Hinc etiam dixit ſanctus Hieronymus: *Mors per Evam, vita per Mariam*. At copioſius ſanctus Auguſtinus. *Altior cælo eſt, de qua loquimur, abyſſo profundior, cui laudes dicere conamur. Hæc eſt enim, quæ ſola meruit Mater & Sponſa vocari: Hæc primæ Matris damna reſolvit, hæc homini perdito redemptionem adduxit. Mater enim generis noſtri pœnam intulit mundo: Genitrix Domini noſtri ſalutem edidit mundo: auctrix peccati Eva, auctrix meriti Maria: Eva occidendo obfuit; Maria vivificando profuit: illa percuſſit, iſta ſanavit*. Unde ex tantæ dignitatis conſideratione concludit inferius: *Quid dicam pauper ingenio, cum de te quidquid dixero, minor laus eſt, quàm dignitas tua meretur. Si cælum te vocem, altior es: ſi Matrem gentium dicam, præcedis: ſi formam Dei appellem, digna exiſtis: ſi Dominum Angelorum vocitem, per omnia te eſſe probaris*. Subſcribit eleganti ſtylo ſanctus Petrus Chryſologus: *Quantus ſit Deus*, inquit, *ſatis ignorat ille, qui hujus Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur. Pavet cælum, tremunt Angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſufficit, & una puella ſic Deum in ſui pectoris capit, recipit, oblectat hoſpitio, ut pacem terris, cælis gloriam, ſalutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cæleſtibus parentelam, ipſius Dei cum carne commercium, pro ipſa domus exigat penſione*. Et alio loco: *Ipſe*, ait, *Angelus miratur, omnes homines vitam meruiſſe per fœminam*. Accedit ſanctus Bernardus: *Per te*, inquit, *acceſſum habemus ad filium, ô benedicta, inventrix gratiæ, genitrix vitæ*. Et iterum alio loco: *tunc*, inquit *operabatur ſalutem noſtram in medio terræ, in utero videlicet Virginis, qui mirabili proprietate terræ medium appellatur. Ad illam*

Serm. de Nativit. B. Mariæ.

Lib. 3. contra Hæreſes, cap. 33.

Epiſt. ad Euſtoch. de cuſt. Virginit.

Serm. 35. de Sanctis.

Serm. 140

Serm. 142.

Ser. 2. de Aſſump.

Serm. 2. Penteceſt.

Digitized by Google

illam enim, ſicut ad medium, ſicut ad arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui in cœlo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos, qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Et infrà: *In te Angeli lætitiam, juſti gratiam, peccatores veniam invenerunt in æternum.* Quod pulchrè quoque docet Germanus Conſtantinopolitanus alloquens ſanctam Deiparam: *Non eſt ulla ſatietas tuæ defenſionis, non eſt numerus tuorum beneficiorum. Nullus enim eſt, qui ſalvus fiat, niſi per te Virgo ſanctiſſima, nemo eſt, qui liberetur à malis, niſi per te ô puriſſima, nemo eſt, cui donum concedatur, niſi per te ô caſtiſſima, nemò eſt, cui miſereatur gratia, niſi per te, ô honeſtiſſima.* Quæ omnia, & ſimilia, eatenus vera ſunt, quatenus genuit Chriſtum, in quo omnia, & per quem omnia, & cum quo omnia nobis Pater donavit, cujus Incarnationem, quia de congruo Beata Virgo eſt promerita: & quia ex puriſſimis ejus ſanguinibus humanam aſſumpſit naturam, adeoque ejus Incarnationi proximè eſt cooperata, & qua eum de ſua ſubſtantia lactavit, & quia quamdiu vixit in via de cõgruo nobis promerita eſt ſalutẽ, & quia adhuc modo in cœlis pro nobis orat, & gratiã impetrat, has, inquam, ob cauſas dicitur Virgo Maria noſtræ ſaluti cooperata. Quo ſenſu etiam dixit Andreas Jeroſolymitanus: *Sola præter naturam fuit electa ad naturam renovandam: ſola deſervit opifici univerſæ naturæ.* Quod exponens ſic loquitur ad Mariam: *Rex deſideravit gloriam tuæ pulchritudinis, & adamavit divitias tuæ Virginitatis, & in te habitavit, & inter nos fixit tabernacula, & per te Deo, & Patri nos reconciliavit.* Similiter ſanctus Ephrem: *Per te*, inquit, *reconciliati ſumus Chriſto, Deo meo, filio tuo: tu captivorum redemptio, & omnium ſalus, Ave pax gaudium, & ſalus mundi: Ave mediatrix glorioſiſſima: Ave univerſi terrarum orbis conciliatrix.* Deinde Petrus Damianus: *Evocatur cœleſtis ille conventus, init Deus concilium, cogit concilium, facit Deus Sermonem cum Angelis de reſtauratione eorum, & de redemptione hominum, ac ſtatim de theſauro divinitatis Mariæ nomen evolvitur, ac per ipſam, cum ipſa, & in ipſa, totum hoc faciendum decernitur, ut ſicut ſine ipſo nihil factum eſt, ita ſine ipſa nihil refectum ſit.* Rursùs inquit, loquens de Deiparæ Nativitate: *hodie nata eſt illa, per quam renaſcimur omnes.* Præclarè tandem, ac clarè tradit intentum Richardus de ſancto Victore. *Talis, ait, fuit in virtutibus, tantaque fuit ejus charitas, ut non ſolum ad ejus gentem, Judæos videlicet, extenderetur: Sed ad ignotos, & natos, ad omnes denique homines dilatata fuerit, pro his indeſinenter oravit, pro his ſollicita fuit, pro his orando exaudita fuit, dicente ad eam Angelo Gabriele, inveniſti gratiam apud Deum, ſcilicet, quem quærebas. Omnium ſalutem deſideravit, quæſivit, & obtinuit: imò & ſalus*

Serm. de zona Dom. — *Orat. de dormit. virg.* — *Orat. ad virg.* — *Serm. de Annunt.* — *Serm. 1. de Nat. virg.* — *cap. 26. in Cant. c.*

ſalus omnium per ipſam facta eſt, unde & ſalus mundi dicta eſt. Quibus verbis declaratur quo ſenſu Dei parens Maria Catholicè appelletur *Corredemptrix*, quidquid obmurmuret neſcio quis inſalutaris monitor: nimirum *Corredemptrix* eſt, ac *Salvatrix* per participationem, ſecundaria, ac per merita & gratiam Filii quem genuit, ac educavit: ideòque monet ſanctus Bernardus, ut quidquid Deo offerre volumus, per Mariam offeramus, *ut eodem alveo ad largitorem gratiæ gratia redeat, quo fluxit.* Nam, ut alibi inquit: *totum nos habere voluit per Mariam.* Calumnia igitur eſt atrox, quod Matrem Dei ponamus cum Deo, vel Chriſto in parallelo, ſive æquiparemus.

Epiſt.174. Serm. Signum magnum.

Hæc cum ita ſint, nec ſine temeritate negari queant, utpotè aſſerta à tot, tantiſque ſanctiſſimis Patribus, cum, inquam, ſuperdigniſſima Dei Mater ſit ſecundaria mediatrix totius Eccleſiæ omniumque fidelium, quia proximè cooperata eſt Incarnationi Verbi, & conſequenter redemptioni noſtræ, & ob alias cauſas prætactas; & cum omnia gratiæ dona per ipſam cæteris communicentur, Martyribus fortitudo, Virginibus continentia & puritas, Confeſſoribus patientia, Religioſis paupertas, obedientia, caſtitas, cæteriſque fidelibus ſuæ dotes, virtutes, & gratiæ cuique convenientes & propriæ, rationi conſentaneum eſt, ut ipſa diſpenſatrix, ea omnia gratiæ dona perfectius ac eminentius in ſe contineat ac poſſideat: Veluti cauſa Univerſalis continet perfectiones effectuum quos producit. Unde meritò, & appoſitè docuit Doctor Seraphicus: *Quid mirum, ait, ſi præ omnibus diligat, quæ præ omnibus eſt dilecta? Quid mirum, ſi omnis gratia ad Mariam confluxit, per quam tanta gratia ad cæteros defluxit?*

In ſpec. Maria c.6

Tertia ratio eſt: quia amabilis noſtra Domina, cum ſit Mater Dei, effecta eſt Regina omnium Angelorum & hominum, ut omnes ei ſe ſubjicere, ejuſq; ſe ſubditos, imò ſervos, (videat, invideat Monitor) profiteri, atque illam ceu Dominam, Principem, plenoque jure Reginam ſuam agnoſcere debeant, imò gaudeant & optent, canente Eccleſia: *Regina Angelorum, Regina Sanctorum omnium ora pro nobis. O Maria Domina noſtra, &c.* Honor autem & dignitas Reginæ ſuperat omnes dignitates Ducum, Comitum, Baronum, ipſi ſubditorum, etiam ſimul ſumptas, quia eſt ſupereminens altioriſque ordinis, ac per privilegium par Regiæ Majeſtati: Pariter ergò ſanctiſſima Deipara, quia Regina cœli & terræ, regia hac majeſtate excellit omnes dignitates omnium Angelorum & hominum, utpotè ſibi ſubditorum, etiam adunatas & in unum conflatas.

Cum ergò irrefragabili authoritate, robuſtiſque rationibus ſit probatum, unius Deiparæ gratiam, ſanctitatem ac gloriam fore eminentiorem, quam ſit omnis quorumlibet Sanctorum hominum, ac Angelorum etiam collectivè ſumpta: cumque honos, cultus & re-

& reverentia æquâ proportione commenſurari debeat excellentiæ, manifeſtè hinc conſequitur, Beatiſſimam Virginem Mariam, ampliori honore, cultu, reverentiâ, ac amore proſequendam eſſe, quàm honorentur, colantur, ac amentur Sancti, ac beati omnes, & ſinguli. Percurre nunc animo univerſum orbem Catholicum, ſingula regna, Provincias, urbes, loca quævis perluſtra, conſidera, quàm magnificè, à quàm multis, quàm variis modis, & publicè, & privatim, ſancti Angeli, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, Virgines, & reliqui omnes beati colantur: & cum hoſce omnes honores cœlitibus jure impenſos, tot ac tantos fueris cum admiratione contemplatus, unum aliquem ex omnibus illis conſla, ô quantus ille erit! & incomparabiliter adhuc majorem illo exigit honorem & cultum una electa Sponſa Deipara Maria. Meritiſſimo proindè jure cultu ſpeciali, dicto *Hyperdulia*, præ omnibus Sanctis colitur ac adoratur. An verò hic cultus quatenus tribuitur Deiparæ propter expoſitam ipſius ſupereminentem ſanctitatem, differat ſpecie à dulia, ſive cultu aliorum Sanctorum, non multum diſputo, nam ad debitum cultum Virgini Matri ſtabiliendum ſatis eſt, quod demonſtraverim, eum aliorum omnium ſimul Sanctorum cultum incomparabiliter excedere, adeoque rem moraliter conſiderando, non poſſe cultum Matris Dei poni in parallelo cum cultu aliorum Sanctorum. Adferam autem infrà formalem rationem, ob quam Virgo Deipara ſit colenda cultu ſtrictiùs ſpecifico.

Rursùm obviandum hic eſt murmuri monitoris inſalutaris, non patitur enim tantum Dei Matri deferri honorem, quantum deferendum ex ſanctis Patribus & rationibus jam demonſtravi: ſunt ipſi exceſſiva iſta encomia, vel vanæ adulationes: unde non veretur inducere Matrem veritatis ita monentem: *Nolo ego iſta exceſſiva encomia, vel vanas adulationes. Simplex ſit mea laus & ſobria, non ambigua, non exceſſiva, non Hyperbolica. Noli ſimplices & rudes in errorem ducere, aut devios ab Eccleſia ſcandaliſare, & in errore confirmare; aut Eccleſiæ infamiam aſpergere, ac ſi me coleret inſtar Dei. Nec te moveant hyperbolicæ aut anomalæ phraſes & locutiones quorundam Sanctorum, quæ non ſunt promiſcuè uſurpandæ, nec ſine prudentia & circumſpectione proferendæ, multò minus ampliandæ vel extendendæ.* Monit. ſalut. §. 3.

Reſpondeò: Itane nove Antidicomarianita, ſancti Patres, nominatim Auguſtinus, fatentur ſe impares laudibus digniſſimæ Dei Matris enarrandis; non inveniunt idonea encomia, quibus ejus prædicent dignitatem, promoveant honorem, cultum, amorem? *Quid dicam*, inquit admirabundus Auguſtinus, *pauper ingenio, cum de te quidquid dixero, minor laus eſt, quam dignitas tua meretur*? tibi verò ea encomia, quibus Virginem glorioſam de facto ſanctè, ſapienterque laudarunt, exceſſiva ſunt, ac vanæ adulationes, noxiaque ſcandala; unde & Patres penè omnes, ipſamque Eccleſiam, quæ in divinis officiis, ac Mariæ feſtivitatibus Serm. 35. de Sanct.

bus

bus Sanctorum legit canitque ſermones ac ſententias, quibus tuo judicio ipſam exceſſivè ac vanè extollunt, facis vanos adulatores Virginis, hæreticorum, ac ſimplicium hominum ſcandalizatores: cum tamen *Deus ipſe Matrem ſuam in ſcripturis multis modis*, inquit Lovanienſis Doctor Paludanus in Apologetico Mariano, *prædicandam nobis oſtendit: an ulla tam ſelecta epitheta, & exquiſiti honorum tituli adferri poſſunt, ac Mariæ tribui, quàm ſunt hi, quos Deus ipſi in ſcripturis detulit, & Magiſter Eccleſiæ Spiritus Sanctus Evangelicos, & Evangelicis verbis expreſſit, ſed & Propheticis oraculis, ænigmatibus, & figuris paſſim adumbravit? Quid ergo mirum Eccleſiam in hoc ſedulò adlaborare, ut huic magiſtro acquieſcat ſuamque gratitudinem in Matre Domini honorificentiſsimis, & dulciſsimis titulis cohoneſtanda oſtendat? Qui verò Eccleſiæ Spiritu ſunt deſtituti, titulorum ſplendore offenduntur, & ad omnem ferè laudationem Deiparæ obturatas aures habent, & tamquam ſcrupuloſi verborum aucupes litigare malunt, quàm cum Gabriele, Eliſabeth, vel cum Eccleſia Virginem laudare.* Atque ita Eccleſiam turbant, ſimplices fideles ſcandalizant, imò hæreticos omnes in ſua Mariomarchia amplius obdurant, jam enim præclara illa monita Mariæ contrà omne fas adſcripta, ab hæreticis verſa in linguam vernaculam, denuoque reimpreſſa, & pſeudo Prædicantium, & ſimplicis plebis per ipſos ſeductæ, verſantur manibus, velut novum Mariomachiæ præſidium: Quare æquiùs inducam Dei Matrem te monentem, monitor infelix: *Noli ſimplices & rudes in errore confirmare; aut Eccleſiæ infamiam aſpergere, ac ſi me coleret inſtar Dei.* Non eſſe tamen ob ſcandala accepta Phariſaica hæreticorum, Deiparæ, aut aliis Sanctis ſuam laudem debitumque cultum ſubtrahendum, non ſemel in ſuperioribus eſt oſtenſum. Relinquitur igitur, encomia quæ hactenus cum ſanctis Patribus attribui Virgini Mariæ, non fore exceſſiva, at potius dignitate ipſius minora, non vanas adulationes, at ſerias, ſolidas, debitaſque laudationes, ædificationes Catholicorum, at ſcandala malignantium hæreticorum.

Cap. 21.

Tertia ratio, ob quam colenda eſt Virgo Beata, eſt celſiſſima, & in genere ſuo infinita dignitas Matris Dei: primò, quia hæc dignitas eſt diſtincta à dignitate gratiæ, de qua dictum eſt. Secundò, quia hæc dignitas eſt Virgini propria & intrinſeca, ſi enim conſideretur hæc dignitas Phyſicè, quatenus eſt ſingularis quædam conjunctio cum Deo, quam egregiè D. Thomas, & Cajetanus *affinitatem cum Deo* appellarunt, ſic dicit reſpectum realem & intrinſecum ad Chriſtum, cujus Virgo eſt conſanguinea, ut homo eſt, quemque licet mediâ conceptione carnis attingat, tamen ad Deum ipſum quodammodo terminatur, *quia ſuâ operatione fines divinitatis propinquiùs attigit*, ut ait ſanctus Thomas, id eſt, concepit, peperit, ac nutrivit Deum. Si autem dignitas Dei Matris conſideretur moraliter, & prout includit omnia dona gratiarum, de quibus jã partim diſſeruimus, quæ quodam-

2. 2. q 103. art. 4. ad 2.

Ibidem.

Digitized by Google

modo ex natura rei, & ſecundùm ordinem divinæ ſapientiæ illi debentur, haud dubiè dignitas illa quoque Mariæ eſt intrinſeca. Tertiò, quia dignitas Dei Matris ſic moraliter ſpectata major eſt, & ordinis quodammodo altioris, quam gratia filii adoptivi, nam præter hanc gratiam Dei Matrem decentem, ac velut naturalem diſpoſitionem congruentem, ſpectat prætereà ad ordinem unionis hypoſtaticæ, quatenus aliqua ſubſtantia Virginei corporis, ex qua fuit Chriſti Corpus & in Principio conſtitutum, & poſteà auctum, quamdiu Sanguine vel lacte Matris nutritum fuit, unita eſt hypoſtaticè Verbo Dei. Quare docet ſanctus Auguſtinus quod *caro Chriſti, caro eſt Mariæ.* Et infrà: *Caro Chriſti, quamvis gloriâ reſurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen manſit, quæ ſuſcepta eſt de Maria.* Eſt ergò ſingulariter colenda Virgo Deipara propter hanc excellentem dignitatem: ſicut ipſa dixit: *Quia fecit mihi magna qui potens eſt.* Et: *quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Ut illi non incongruè applicare poſſimus verba Apoſtoli: *Humiliavit ſemetipſam, propter quod & Deus exaltavit illam, & dedit illi nomen, quod ſub Deo, eſt, ſuper omne nomen,* videlicet Matris Dei, ut in hoc nomine omne genuflectatur, congruenti, & accommodâ adoratione: ut enim ſuprà ex ſancto Damaſceno retuli: *De et Matrem ea, quæ ſunt filii, poſſidere, & ab omnibus rebus adorari.* O ſingulare planè ac digniſſimum nomen! cui enim creaturæ Angelicæ, aut humanæ dixit aliquando Deus: Mater mea es tu? Hinc ſanctus Bernardus: *Quæ vel Angelica puritas virginitati illi audeat comparari, quæ digna fuit Spiritus Sancti ſacrarium fieri, & habitaculum Filii Dei.* Talem igitur ac tantam Dei Matrem agnoſcimus, admiramur, colimus ſolo Deo inferiorem, cunctis ſanctis Superiorem, mediam inter Deum & Sanctos agnoſcimus, ideoque medium cultum inter latriam & duliam ei exhibemus, qui ab illis ſpecie differt; de latria patet, de dulia, ſeu cultu fundato in excellentia gratiæ habitualis probatur: quia excellentia in qua fundatur hic Virginis cultus, ſpecie differt à dignitate gratiæ ſanctificantis, ſpectatque ut dixi, ad alium ordinem, nimirùm unionis hypoſtaticæ; cum ergò illi cultus verſentur circa objecta formalia ſpecie diverſa, diverſæ quoque ſunt ſpeciei; imò in tantum hyperdulia, Deiparæ propter Dei maternitatem debita, duliam excedit, ut hæc in illius comparationem nequaquam poſſit venire: Unde propter hanc cauſam Eccleſia principaliter colit Virginem glorioſam, ſub titulo Matris Dei, hancque prærogativam præcipuè extollit, cæteriſque præponit; indeque infertur, cenſere Eccleſiam, ob hanc rationem digniſſimæ Dominæ noſtræ deberi cultum potiſſimum. Quod & ex dictis confirmatur: quia hæc Deiparæ dignitas exigit gratiam ſanctificantem tamquam congruentem, & veluti connaturalem diſpoſitionem, decet enim Dei Matrem

Serm. de Aſſump. Virg. cap. 5

Luc. 1.

Philipp. 2.

Orat. 1. de Aſſumpt. Virg.

Serm. 4. de Aſſumpt.

Matrem eſſe ſanctiſſimam, ideoque eodem cultu, quo colitur Mater Dei, ut eſt talis, ſimul colitur omnis ejus ſanctitas & perfectio, ſub altiore quadam ratione, quatenus omnia ejus dona gratiarum manant ex Dei maternitate, & ad eam ordinantur. Et hic eſt perfectiſſimus Deiparæ cultus, maximè proprius, ejuſque dignitati accomodatiſſimus, quidquid reclamet quidam, ſolam gratiam in Virgine prædicans colendam.

Quartò contemplandum eſt in Virgine Matre excellentiſſimum Dominium, ac regale ſceptrum, quo principatur, ac dominatur ſuper omnes creaturas. Hoc verò dominium in duobus fundatũ eſſe docetur à Theologis: Primum eſt, conjunctio, & affinitas cum Deo: unde Sanctus ait Athanaſius: *Quia ipſe Rex eſt, & Dominus, Mater quæ eum genuit, & Regina, & Domina verè cenſetur.* Exponens autem hoc dominium, dicit *eſſe ſecundùm ſexum fœmineum*, ac ſi diceret eſſe tale, quale eſſe ſolet in uxore, vel Matre, propter conjunctionem ad Regem: quamvis enim Mater non ſoleat habere ſupremum dominium: gaudet tamen ſuâ imperandi poteſtate, & omnes ipſi, tamquam Dominæ, ac Superiori deferunt. Hinc ſanctus Damaſcenus: *Verè enim*, inquit, *rerum omnium conditarum Domina effecta eſt, cum Creatoris Mater extitit.* Et ſanctus Auguſtinus: *Si Dominam Angelorum vocitem, per omnia te eſſe probaris.* Et ſanctus Anſelmus: *Deus eam cunctæ ſecum creaturæ perenni jure dominaturam in throno gloriæ ſuæ collocavit.* Et Rupertus circa hoc Canticorum: *Veni coronaberis, ita*, ait, *coronaberis, ut in cœlis Regina Sanctorum, & in terris Regina ſis regnorum.* Septima denique Synodus, eam ſpecialiter vocat *omnium Chriſtianorum Dominam.* Secundus hujus Mariani dominii titulus, eſt ipſius ſingularis ad noſtram redemptionem cooperatio. Sicut enim Chriſtus eò quod nos redemit, ſpeciali titulo noſter Rex eſt, ac Dominus, ita & Mater Chriſti propter ſingularem modum, quo ad noſtram redemptionem concurrit, & ſubſtantiam ſuam ſubminiſtrando, & illum pro nobis voluntariè offerendo, noſtramque ſalutem ſingulariter deſiderando, petendo, procurando. Unde ſupremæ omnium creaturarum Dominæ ac Reginæ, jure dominii ab omnibus creaturis ut inferioribus ſpecialis etiam debetur cultus & adoratio. Differt autem hæc ratio cultûs Deiparæ à prima, quia in illa ſolùm conſideratur ratio contactûs cum Chriſto, quæ non dicit propriam & intrinſecam creaturæ rationalis moralem dignitatem, ſed tantùm reſpectum quemdam ad dignitatem extrinſecam Chriſti, qualis in re inanimi, v.g. cruce invenitur, unde nec dicit cauſalitatem aliquam, nec propriam conjunctionem cum Chriſto & Deo, ut importat Maternitas Dei, & fundatum in eâ dominium. Si verò objiciatur à quodam, nec Maternitatem Dei, nec jus dominii ſeparatum ab electione gratiæ ſanctificantis, conſtituere perſonam per ſe adorabilem ſeu cultu religioſo dignã. Reſponſio in promptu

Serm. de SS. Deipara.

Lib. 4. de fide. cap. 15

Serm 35. de Sanct

Lib. de excellen. Virg cap. 8

cap. 4.

Act. 4.

Digitized by Google

tu eſt ex dictis ſæpiùs: nam imprimis fieri non poteſt ſecundùm potentiam ordinariam, & quaſi naturalem exigentiam dignitatis Matris Dei, quin dignitas gratiæ conjuncta ſit, & veluti conſequatur dignitatem Matris Dei: hoc autem ſufficit, ut hæc dignitas Maternitatis, per ſe ſit ratio cultûs religioſi Deiparæ Virginis. Deinde, dato quod illa perſona quæ eſſet Mater Dei, foret ſine gratia ſanctificante, ac etiam ſine mortali peccato; in illo ſuppoſito, adhuc eſſet colenda & adoranda ratione ſolius Maternitatis Dei, quia illa ratio eſt ſufficiens, nec foret per peccatum impedita. Ex his autem evadit manifeſtum contra quemdam, Mariam meritò magnificare Dominum, quia ipſum elegit in Matrem, fecitque Dominam ac Reginam cœli & terræ, *quod ulli nec fecerat, nec faciet umquam:* hæc enim dignitas eſt radix & fundamentum cæterorum donorum gratiæ, maximè autem tantorum fructuũ radix meritò eſt facienda. Nec ulla prorſus eſt comparatio inter hanc electionem Domini Dei Matris, & electionem dominii, *qua Auguſtus, & Tyberius, & Herodes elegerat, ut forent non ſolùm Reges, ſed etiam Reges Chriſti, qui eſt Rex Regum & Dominus Dominantium;* horum enim dominium non fundabatur in ulla intrinſeca cum Chriſto & Deo conjunctione, uti electio dominii Matris Chriſti, ſed in mera extrinſeca Dei voluntate: deinde, quia iſtorum dominium in fidelitate fœdabatur, Mariæ dominium maximis gratiis ſanctificabatur, unde hujus ratione tituli religioſo cultu ab omnibus eſt honoranda, non Reges iſti. Sequitur etiam, quod Maria meritò *æſtimat ſe à Deo magnificatam, quia caro ejus pepererat Chriſti carnem:* Et quod meritò *reputat ſe felicem, quia in ipſa Verbum Dei caro factum, & habitavit in nobis.* At, inquit, adverſarius, *fratribus Chriſti, id eſt, ſecundùm carnem cognatis, qui non in eum crediderunt, nihil profuit illa cognatio:* Ergo nec Mariæ *Materna propinquitas profuiſſet, niſi felicius corde quàm carne Chriſtum geſtaſſet.* Præclara argumentatio, quaſi Mater Dei potuerit Deum negare uti cæteri mortalium, nec plus ei deberetur ex condecentia, quam illis qui nullam cum Chriſto immediatam habent conjunctionem. Plurimum ergò profuit Mariæ Materna propinquitas, undè enim Chriſtum carne geſtavit, inde habuit ut eum geſtarit & mente. Imò ipſa Materna propinquitas abſque gratia & peccato conſiderata ad hoc profuiſſet Mariæ, ut & cultu religioſo fuiſſet digna, nec pœnâ rea, quia equidem pertineret quodammodo ad ordinem unionis hypoſtaticæ, & ut ſanctus Thomas Superius docuit, adhuc *propriâ operatione fines divinitatis proximiùs attingeret,* quàm cognati Chriſti ſecundùm carnem, foretque propterea adhuc conſanguinea Chriſti, ut homo eſt, & affinis Dei; at cognatis Chriſti ſecundùm carnem ne ad umbram hujuſmodi competunt prærogativæ, & quia præterea qualemcumque ſuam cum Chriſto carnalem cognationem infidelitate in Chriſtum commacularunt, æternis addicti ſunt ſuppliciis.

Prò

Digitized by Google

Prô quàm indignæ ſunt iſtæ maternâ Mariæ propinquitate cum Chriſto filio ſuo & Filio Dei cogitationes! quàm vanæ ac otioſæ præciſiones maternitatis Dei à gratia, fide ac amore Dei! verùm hac de re cum adhuc dixerim capite ſuperiori, ſuperſedeo. Solùm ſubnecto in dictorum hactenus confirmationem, ſubtilem, pium, ac doctum diſcurſum Doctoris extatici Carthuſiani. *Unio,* inquit, *ex amore procedit: tanto igitur ſpecialiùs ac eminentiùs Deus dilexit, & praelegit Mariam, quantò intimiùs, propinquiùs, ac familiariùs, ſe illi univit. Sed huic Virgini Deus ſe conjunxit non ſolùm per gratiarum chariſmata, per illuminationem, dilectionem, aut adhæſionem extrinſecam, ſed etiam per naturalem, ac realem quandam identitatem, quia factus eſt aliquid ejus, eo modo quo proles eſt aliquid ſui parentis. Etenim aliquid ſubſtantiæ Virginis ſacræ aſſumpſit, & hypoſtaticè atque realiter ſibi univit, & habitavit in medio ejus.* Ubi hic eximius Doctor manifeſtè diſtinguit dignitatem maternitatis à dignitate chariſmatum gratiarum, adeoque cenſet ratione utriuſque Deiparam eſſe colendam: Et quoniam probavimus eam eam ratione maternitatis eſſe Dominam & Reginam omnium hominum & Angelorum, ſequitur ipſam non ſolùm eſſe Reginam ac Dominam *propter virtutis ac Beatitudinis excellentiam, qua præ aliis Beatis donata eſt:* Verùm etiam, quia Chriſtum generando, ſpeciali ratione ad hominum ſalutem eſt cooperata; Chriſtoque ſingulariter per corporis ſubminiſtrationem unita.

Lib. de Laud. Virg. cap. 2

Quintò, conſideramus in Virgine Maria, quod noſtra ſit apud Deum ſecundaria mediatrix, & Advocata, licet diverſo modo quàm Chriſtus: Chriſtus enim eſt mediator principalis, per modum redemptionis: Beata Virgo autem mediatrix ſecundaria per modum patrocinii, ſeu interceſſionis: Superior tamen cæteris Sanctis qui etiam pro nobis apud Deum intercedunt & patrocinantur. Ratione autem hujus patrocinii & interceſſionis benigniſſima Mater à nobis clientibus ſuis magnopere quoque eſt amanda, ac adoranda, ſuper reliquos omnes ſanctos Patronos.

Cùm igitur glorioſa Dei Mater tam magnificis titulis ſit colenda; cùm noſtra ſit ſecundaria Corredemptrix, Domina, Regina, Mediatrix, Advocata juxta Catholicam horum titulorum intelligentiam, perſpicuum eſt eam à nobis non colendam ut ſociam, aut *conſervam,* ſeu cultu nudè ſociali, ſive ſocietatis, at ut ſupremam poſt Deum univerſorum Dominam, ſeu cultu ſubmiſſionis ac honorariæ ſubjectionis religioſæ, ſive cultu quo nos fatemur Dei Matri ſubjici, propter dignitatem, & honorem ſui Filii, non vano ac aulico, ut fallax Marianus monitor ſupponit, imponitque Catholicis.

CAPUT XL.

Amabilis noſtræ Dominæ prærogativas, ac erga homines favores ſub ſtellæ *exhibet ſymbolo.*

CUm ab annis paucis ſtudio naturalis incumberem Philoſophiæ, eámque partem, quæ *de Meteoris* inſcribitur, explanarem, viderémque eam curioſitati magis, quàm utilitati ſubſervire, conſilium mecum inii, ac conſultum arbitratus fui, agrum ſterilem fœcundare, à Meteoris naturalibus ad Sacra, longè ſublimiora, digregiendo: quas inter digreſſiones, eam *de Beata Virgine Maria maris ſtella*, haud exiguam præſenti inſtituto arbitratus ſum affuſuram lucem, allaturam robur; ac ea propter huc tranſcribendam, duxi operæ pretium. Uti enim: *ſtella* duce (de qua tum etiam egi) Magi Evangelici *invenerunt puerum cum Maria Matre ejus:* ita, & certiùs, hac *ſtella, Maria*, duce ad Filium ejus Jeſum perducemur: quid námque Maria eſt, niſi *ductrix*, ſeu *Maris ſtella*, juxta communem Sanctorum Patrum Sacratiſſimi ejus nominis Interpretum ſententiam? talémque eam indies ſalutat Catholica Eccleſia: *Ave maris ſtella, Dei Mater alma.* Utque pro nobis oret, ipſam ſic invocat: *ſtella matutina, ora pro nobis.* Eóque titulo eamdem inſignivit noſter Sanctus Generalis, dilectiſſimus ille Mariæ Filius, Simon Stochius, dum eam ita precabatur: *Carmelitis da privilegia, ſtella maris:* Petivit, impetravit Privilegiorum teſſeram Sacrum Marianum Scapulare, per univerſam Eccleſiam celebre, frequentatum, gratiis, miraculiſque coruſcans, excitavit me tunc (& quando non Carmelita reſpicit ſtellam, vocat, veneratur, Bernardo monente, Mariam?) hujus *ſtellæ* mirus ſplendor, ut eam diu, attentéque contemplarer, provocavit benigniſſimus ejus influxus, ut ad eam aſpiciendam ac venerandam omnes invitarem: excitat, provocat & modò. Ut igitur exordiar. Conſtat jure meritiſſimo Mariam appellari *ſtellam*, præcipuæ námque *ſtellarum* proprietates mirè in ea lucent ac reſplendent. Atque ut ab eo quòd in *ſtellis* primum eſt, materiâ, gradum incipiam, ſtellarum materiâ præcipuis Phyſicis eſt incorruptibilis, quòd etiam pro nunc in favorem ſtellæ noſtræ ſuppono: quis autem ambigat tali eam conſtitiſſe materia, ex qua corpus aſſumpſit ille, quem Deus corruptionem videre non ſivit: quæque inte-

Luc. 2.

integrâ Virginitate Filium Dei eſt enixa; atque corpore incorrupto ac glorioſo in Cœlos aſſumpta, ſupérque immortales omnes, ac incorruptibiles ſpiritus collocata?

Secundò, *ſtella* eminent nitore & puritate. Et, quæſo, quid inter puras creaturas purius vel nitidius Dei Matre queat excogitari? puriſſima eſt Mater, caſtiſſima Virgo, inviolata corpore, immaculata anima, ab omni penitus peccati nævo, ſive originalis, ſive actualis immunis: tota pulchra Mater Filii, tota pulchra ſponſa Spiritus Sancti: atque ut eam affatur doctiſſimus ac antiquus author, qui ex humilitate appellari voluit Idiota: *Tota pulchra es, Virgo glorioſiſſima, & macula non eſt in te: tota pulchra es in tua conceptione, ad hoc ſolùm effecta, ut templum eſſes Dei altiſſimi: tota pulchra es, non in parte, ſed in toto; & macula peccati ſive mortalis, ſive venialis, ſive originalis, non eſt in te, nec umquam fuit nec erit.* Et ſanè *decuit*, ait Sanctus Anſelmus, *Virginem eâ puritate nitere, quâ major ſub Deo nequit intelligi*: nam *talis ſuo modo Mater, qualis eſt Filius.* Addit Sanctus Auguſtinus, hoc eſt, quemadmodum Filius ab omni prorſus peccato eſt remotiſſimus per naturam ratione divinitatis, ita Mater ab omni fuit remotiſſima per gratiam, & Filii benignitatem; qui, cum Agnus ſit mundiſſimus, profectò non latuiſſet novem menſibus in utero fœminæ, quæ aliquando alicujus peccati ſordibus, quibus fœdiores excogitari nequeunt, fuiſſet conſpurcata. Et cum juxta Apoſtolicum documentum, *talis decebat, ut nobis eſſet Pontifex, Sanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus*, quomodo ipſe ſuam univiſſet Divinitatem carni nocentis, & pollutæ peccatricis? puriſſima igitur eſt noſtra *maris ſtella*, quia eſt, *Mater Dei alma*: ob titulum ſiquidem Matris Dei, decuit, ut dictum ex Sancto Auguſtino, ut eſſet Filio ſimilis quantùm poteſt pura creatura, ac ad ſanctitatem ipſius in tantum accederet, ut non dedeceret Filium Matris imitari virtutes, indecens] námque eſt Filium tali genitum eſſe matre, quam pudeat imitari, impium autem eſt vel cogitare ſolùm, Filium Dei poſſe ſequi mores Matris peccatricis. Undè optimè dixit Sanctus Anſelmus: *Hoc enim ſolum de Beata Virgine prædicare, quòd Mater Dei eſt, excedit omnem altitudinem, quæ poſt Deum dici vel prædicari poteſt*: quomodo verò omnem altitudinem poſt Deum excedit, ſi infrà diabolum in barathrum peccati mortalis, quale eſt originale, detruſa aliquando fuerit. Magnum robur omnimodæ ſtellæ noſtræ puritati addit ratiocinatio Apoſtoli: *qui*, inquit, *etiam proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* ac ſi inferret: Pater dedit nobis Filium ſuum: ergò omnia: mirandam & propoſito convenientiſſimam ex ea gratia licet inferre conſequentiam: Pater omnia donavit mundo, quia ei donavit Filium: ergò novo & incomprehenſibili modò tradidit Filium, ut eſſet ipſius Filius unicus & naturalis in tem-

Contemplat. Virg cap. 3.

De concep. Virg. c. 18.

Serm 10. ad frat. in eremo.

Hebr. 7.

Lib de excellen. Virg ca. 2

Rom. 8

tempore, ſicut ſibi connaturalis eſt in æternitate, & cùm plus, hoc eſt ſpecialiori ratione dederit Pater Filium Mariæ, quàm toti mundo: plus ergò illi ſoli dedit: quàm mundo univerſo: quòd profectò verum non foret, ſi nec Pater, nec Filius, ei dediſſet immunitatem omnimodam ab omni prorſus peccato. Et hæc donatio Filii Patris, in Filium Matris, eſt fons, & ſcaturigo omnium Privilegiorum, prærogativarum, atque donorum, ut Superiori Capite latiùs eſt deductum, & Sanctus Anſelmus ſtupet, & admiratur: *intendat*, ait, *mens humana & contempletur; videat & miretur*: quòd faciemus *ſtellæ* noſtræ proprietates proſequendo, ſi prius hanc finiero Verbis Sancti Ildephonſi Magni Mariæ puritatis Patroni: *Nunc autem*, ait, *ex auctoritate totius Eccleſiæ conſtat, eam ab omni peccato originali fuiſſe immunem, per quam non ſolùm maledictio Hevæ ſoluta eſt, verùm etiam benedictio omnibus condonata.*

Lib. de deſenſ. Virg.

Tertiò: conſideranda eſt in *ſtellis* figura, quæ in eis eſt perfectiſſima, utpote plena, rotunda, ſeu ſphærica, abſque angulis aut vacuitatibus. O quàm aptè hæc proprietas congruit Beatiſſimæ Virgini! quæ à cœleſti Paranympho *gratia plena* eſt ſalutata: *Benè verò*, ait Hieronymus, *plena, quia cæteris per partes præſtatur, Mariæ verò ſe tota infundit plenitudo gratiæ.* Ita ut meritò Virgini applicet Eccleſia illud Eccleſiaſtici: *in me gratia omnis viæ, & veritatis*: quocirca eſt obſervandum, gratiam apud Theologos, eſſe donum ſupernaturale, ratione cujus creatura intellectualis Deo placet, & ab eò diligitur. Dividitúrque in gratiam gratum facientem, & gratìs datam. Utrâque autem Mariam fuiſſe plenam, ex duobus præmiſſis Capitibus conſtat ſatis, præſertim de gratia gratum faciente, & de utriúſque plenitudine colligitur ex Sancto Athanaſio dicente *Virginem omnibus gratiis abundaſſe*, plura reperies apud Suarez, qui latè probat Mariam habuiſſe omnes gratias gratìs datas.

Luc. 1. *Serm. de aſſumpt.* *Eccli. 24.* *Serm. de Deip.*

Quartò, obſervandam ſe offert *ſtellarum* quantitas, quæ ſanè multùm eſt admirabilis, cùm enim ſint maximæ, apparent minimæ: illæ enim quæ ſunt infimæ magnitudinis, decies octies ſunt terrâ majores, juxta Aſtronomorum computationem: ſupremæ verò magnitudinis, terram centies & ſepties magnitudine excedunt. Quid autem hinc indicatur, niſi Mariæ, maris *ſtellæ* parvitas ac humilitas ſumma in oculis propriis, ejuſque in omni gratia, virtute, & perfectione quodammodo infinitas. Quàm vilis ac exilis fuerit in oculis propriis ſumma Cæli terræque Regina docet Sanctus Bernardinus Senenſis, dicens: *Sicut nulla poſt Filium Dei creatura tantùm aſcendit in gloriæ dignitatem, ſic nec tantùm deſcendit in abyſſum humilitatis profundam. Nec inſuper alicui puræ creaturæ in hoc ſæculo eſt datum guſtare nihilum creaturæ, nec tantum ſe humiliare & annihilare ſub volito Majeſtatis.* Et rurſus: *Maria dicens, quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, conſiderabat Dei Majeſtatem, & ſuam nihileitatem.*

3. p. to. 2. diſp. 20. *Serm. 5.* *Serm. 51.*

Digitized by Google

leitatem. Potuitnè celſiſſima Virgo *nihilo* minor ſibi apparere? potuitnè profundiùs quàm in *nihili abyſſum* ſe demittere? at quam hinc magnificata aſcenderit, attentiùs contemplemur. Juxta Sanctum Auguſtinum, humilitas menſura eſt magnitudinis: *menſura*, inquit, *magnitudinis, cuique ex menſura humilitatis data eſt.* *Quantò enim quis*, ait alibi: *humilior erit de ſe ipſo, tanto major erit in conſpectu Dei.* Et, *ubi profunda humilitas, ibi excelſa dignitas.* Atqui maxima, & profundiſſima fuit Virginis humilitas: conſequens ergo eſt, ut & maxima ſit in conſpectu Dei, & excelſiſſima illius dignitas: imò in eo ipſo, in quo apparet minima, magna eſt, videlicet in ſua maxima humilitate, ut hoc ſubtiliter obſervavit Venerabilis Beda: *fecit*, inquit, *magnum* (Omnipotens) *quia cum tanta ſit, putat ſe nihil eſſe.* Verùm quam *Magna* dignitatis addiderit *Magno* Virginis humilitatis, ipſius magnificator Deus, egregiè declarat noſter Illuſtriſſimus Guido ad illa jubilantis Virginis verba: *Quia fecit mihi magna qui potens eſt.* „Ubi tam magnificè Dominus „potentiam ſuam oſtendit, ſicut in „Maria? magnum fuit, quòd Arca „Noë ſalvandos à diluvio contineret, „Gen. 8. ſed majus fuit, quòd Maria „Salvatorem omnium in ſe concluderet, & Verbum Dei, per quod „omnia facta ſunt, in ſe portaret. „Magnum fuit, quòd Abraham „Pater Gentium, & Sara vetula & „ſterilis filium ſuſciperet ad omnium Gentium benedictionem, Gen. „21. ſed majus longè, quòd Deus

Lib. de S. Virg. c. 31.

Serm. 213. de tem.

In c. Luc.

Super Magnificat.

Pater Filium ſuum miſit, ut Filius „ eſſet ex muliere Virgine, per quem „ copioſior benedictio eſt ſecuta. Magnum & terribile, quòd Jacob „ ſcalam attingentem uſque ad Cœlum vidit, Gen. 28. Et evigilans „ ait: *quàm terribilis eſt locus iſte! non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta Cœli.* Hoc tantò majus, quantò veritas figuram excellit. Nam „ Virgo Maria ipſa ſcala cœli, ipſa „ terribilis diabolo, cujus caput contrivit: quæ eſt *domus Dei & porta Cœli.* Hæc Virgo domus clauſa „ ſignaculo Virginitatis, per quam „ nemo tranſivit, quæ poſt partum „ inviolata permanſit. Magnum fuit, „ quòd Joſeph divino Conſilio frumentum recluſit in horreo, Gen. „ 41. ſed maximum, quòd Beata Virgo Maria divinâ Providentiâ, Chriſtum, qui eſt *granum frumenti cadens in terram*, Joan. 12. 24. quod „ attulit fructum inæſtimabilem, in „ horreo virginalis uteri concluſit. „ Magnum quod Moyſes in Virga „ fecit ſigna, & portenta, Exod. 7. „ ſed maximum, quòd in Virgine, „ quæ eſt *Virga de radice Jeſſe*, Iſa. 11. 1. „ illud ſignum permaximum, quale „ nec in cœlo, nec in inferno, reperitur; præ cujus magnitudine „ Achab petere ſtupuit: *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium*, Iſa. 7. 14. „ hoc quippè plus, quòd Virga Aaron floruit, dum Virgo Deum „ & hominem protulit, qui eſt flos „ de radice ejus. Magnum, quòd „ ad tactum virgæ petra aquam dedit in abundantia, Exod. 17. ſed „

„ majus, quòd in conceptu Virgi-
„ ginis petra Chriſtus, *petra autem*,
„ ait Apoſtolus, 1. Corint. 10. 4. *erat*
„ *Chriſtus*, fons Sapientiæ, Verbum
„ Dei in excelſis, effudit flumina.
„ Hæc, ait, eſt aqua, *ex qua qui bi-*
„ *berit, non ſitiet in æternum*, Joan. 4.
„ 13. Magnum, quòd Sol ſteterit in
„ Cœlo Joſue triumphante, Joſue 10.
„ ſed majus, quòd Sol juſtitiæ Dei
„ Filius deſcenderit, & ſteterit ut
„ homo, in utero Virginis, hoc *ſi-*
„ *gnum magnum apparuit in cœlo: mu-*
lier amicta Sole, Apocal. 12. „ Hæc
noſter digniſſimus Antiſtes, cui
adjungo Magnum Gregorium, Vir-
ginis magnalia mirè deprædicantem
ſub montis Symbolo. *Poteſt*, in-
quit, *montis nomine, Beatiſſima ſem-*
per Virgo Maria Dei Genitrix deſi-
gnari. Mons quippe fuit, quæ omnem
electæ creaturæ altitudinem electionis
ſuæ dignitate tranſcendit. An non
mons ſublimis Maria, quæ ad con-
ceptionem æterni Verbi pertingeret,
meritorum verticem ſuper omnes An-
gelorum choros, uſque ad ſolium
Deitatis erexit? hujus enim montis
præcellentiſſimam dignitatem, Iſaias
vaticinans, ait: Erit in noviſſimis diebus
præparatus mons domûs Domini in ver-
tice montium: mons quippe in vertice
montium fuit, quia altitudo Mariæ
ſuper omnes Sanctos refulſit. Abi jam
Monitor antimariane cum tua ſobria,
avara, parca Beatæ Mariæ laude, ſu-
per montes excreverunt ejus encomia:
imò teſte Seraphico Doctore, *Ipſa*
ipſa eſt, quâ majorem Deus facere
non poſſet: majorem mundum facere

Lib. 1. in c. 1. Reg.

In spec. B. Virg. c. 8

poſſet Deus, majus cœlum facere poſ-
ſet Deus: majorem Matrem quàm
Matrem Dei non poſſet facere Deus.
Conſentit Seraphico Doctor Angeli-
cus, qui examinat, an Deus meliora
poſſit facere ea, quæcúmque fecit?
ac reſpondet, poſſe: tribus exceptis,
Chriſto ſcilicet, Matre Chriſti, &
noſtrâ æternâ beatitudine. *Nam*
humanitas Chriſti, inquit, *ex eo quòd*
eſt unita Deo; & beatitudo creata ex
hoc quod eſt fruitio Dei; & Beata Vir-
go ex hoc quòd eſt Mater Dei habet
quandam dignitatem infinitam ex bo-
no infinito, quod eſt Deus: Et ex hac
parte non poteſt fieri aliquid melius eis,
ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo.
Hinc pulchrè Venerabilis Beda, no-
mine Virginis confitetur: *fecit mihi*
Magna, quia Virgo, Magnum, quia
Mater, Maximum, quia Dei. Si
modò proponeretur quæſtio illa cu-
rioſa, inter veteres doctos tam ſaga-
citer ventilata, *quænam res minima ſi-*
mul eſſet & maxima? non reſpon-
derem cum quibuſdam eſſe oculum,
qui quantumvis exiguus, maxima
quæque percipit, & exprimit: non
cum aliis, fore cor humanum, quòd
in ſe perquam exiguum, nec tamen
rebus maximis, nè mundo quidem
toto, eſt ſaturabile. Nec cum aliqui-
bus, eſſe humanam mentem, quæ
exigua, ſpiritualis & indiviſibilis,
omnia tamen, corporea, ſpiritualia,
realia, ficta, poſſibilia, impoſſi-
bilia concipit & attingit: non de-
níque aliquid quidpiam afferrem, at
ſtellam noſtram ſtatuerem in medio,
hanc rem minimam ſimul & maxi-
mam

1. p. q. 25. art. 6.

In cap. 1. Luc.

Digitized by Google

mam jurè affirmarem: *Minima* eſt, inquam, Virgo Deipara, quia creatura, tenella puella, *Maxima*, quia Deum ipſum, quem totus non capit orbis, ſuis concluſit viſceribus; juxta vaticinium Jeremiæ: *Creavit Dominus novum ſuper terram, fœmina circumdabit virum.* Rurſum: *Minima* eſt, quia ancillam ſe vocat & æſtimat, *Maxima*, quia Dei Mater, cœli, terræque Domina, & Regina: *Minima* eſt, quia ſibi ſtilla exigua, *Maxima*, quia reverâ immenſum mare donorum & perfectionum: *Minima*, quia ſibi parva arenula, *Maxima*, quia mons altiſſimus, qui verticem ſuum ad ipſum Deitatis ſolium erexit: *Minima*, quia ſe reputat ſcintillam, *Maxima*, quia luminare lucidiſſimum, cunctas illuſtrans Eccleſias. *Minima* deníque (ut finiam, quia finē non conſpicio) quia demerſit ſe in abyſſum nihileitatis, *Maxima*, quia per Deum poteſt omnia, quidquid hîc carpant Novatores: at quomodo Omnipotens? ſanum, Catholicumq; ſenſum dat noſter Pater Philippus à Viſitatione laudatus à noſtro Adm. R. Patre Daniele à Virgine Maria, qui ita canit:

Cap. 31

In Carmel. Poet. Vine. Carm p. 5.

Eſt Deus *Omnipotens*, *eſt Omnipoténſque* Maria.
Imperat *ille* potens, imperat *illa* petens.
Gnatus *vota nequit* Matris *contemnere*: Chriſtus
Omnipotens per ſe, *ſicque* Maria prece.

Non ex ſe hæc cecinêre Carmelitæ Dei parenti ſpecialiſſimè mancipati, & obſtricti, Duces, choragos habuêre Sanctos Patres Lumina, columina Eccleſiæ: Seraphicus, & præclarus Marianus Doctor, clariſſimè hanc tradit veritatem: *Quia Dominus*, inquit, *potentiſſimè tecum eſt, ideò & tu es potentiſſima ſecum, potentiſſima es per ipſum, ita ut verè dicere poſſis illud Eccliaſt. vigeſimo-quarto: In Jeruſalem poteſtas mea.* Et infrà refert Anſelmum dicentem: *Exaudi pia, adeſto propitia, adjuva potentiſſima.* Et iterùm ibidem. *Quid mirum, ſi Maria in Filio ſuo permaneat in æternum, cùm etiam beneficia Mariæ in ſervis permaneant in æternum?* Similia repetit citans Sanctum Bernardum dicentem: *Quis miſericordiæ tuæ, ô benedicta, longitudinem, & latitudinem, & ſublimitatem, & profunditatem queat inveſtigare?* Quæ haud involutè exprimunt, Dei Matris potentiam ad omnia extendi. Refert quoque idem Seraphicus Doctor Eccleſiæ Sanctum Auguſtinum docentem de Virgine: *Sicut apud Deum eſt potentior, & ita præ omnibus Sanctis eſt pro nobis ſollicitior.*

Spec. Mariæ c. 8.

Cap. 12.

Hinc Gregorius Nicomedienſis Archiepiſcopus hoc ſermone eam compellat: *Nihil tuæ reſiſtit potentiæ, nihil repugnat tuis viribus, omnia cedunt tuo juſſui, omnia tuo obediunt imperio, omnia Poteſtati tuæ ſerviunt.* Subſcribit Sanctus Petrus Damianus alludens ad Theophilum in oppido Ciliciæ Adana Archidiaconum, qui Chriſtum, ac Matrem ejus Mariam datâ diabolo ſyngraphâ turpiſſimè abne-

Oratione de ex itu Mariæ dum fuit in templo præſentata.

Serm. 1. de Nativit. B. M. V.

Digitized by Google

abnegarat, ſeque totum Satanæ imperio manciparat, & invocatione Mariæ Deiparæ Deo fuit reconciliatus, ſanctè obiit, ita ut ejus memoria quarto Februarii quotannis in Eccleſia celebretur, teſte viro præclaro Caniſio: de hoc igitur converſo graviſſimo peccatore, Patrocinio Mariæ loquens, ait: *Quid tibi negabitur Maria, cui negatum non eſt, Theophilum de ipſis perditionis faucibus revocare? infelicem animulam, totum illud quod in te factum eſt, proprio charactere denegantem, de luto facis & miſeriæ ſublevaſti. Nil tibi impoſſibile, cui poſſibile eſt deſperatos in ſpem beatitudinis relevare.* Addit rurſus Sanctus Anſelmus alloquens Mariam: *Te ſic Deus exaltavit, ut omnia ſecum poſſibilia eſſe donaverit.* Et infrà: *Tu velis, & nequaquam fieri non poterit.* Verùm ne hæc dicta à Momis in calumniam rapiantur, ſanè illa & accommodè ſunt accipienda, ut non ſemel monui etiam circa alia epitheta à Sanctis Patribus Deiparæ attributa: dùm ergo Sanctiſſimi pariter ac doctiſſimi Patres Mariam vocant *Omnipotentem*, non illi divinam attribuunt Omnipotentiam, cùm ubique doceant, quidquid beneficii Maria præſtat mortalibus, hoc non per ſe conferre, ſed divinitùs impetrare, nihílque illam ſine Deo vel poſſe, vel elargiri, licet eo authore ac datore poſſit omnia. Neque in eo mirum aliquid, aut exceſſivum: ſi enim juſto in terris credenti *omnia ſunt poſſibilia*, ſicut Chriſtus ipſe teſtatur, cur non Dei Matri copioſiſſimum fidei fructum in cœlis

Lib. 5. de Deip. c. 21.

Lib. de laud. Virg. cap. 12.

Marc 9.

poſſidenti eadem concedatur prærogativa? habet illa, & præ cæteris beatis habet menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem in ſinu ſuo reconditam, ut indè quoque, ut Sancto Bernardo placet, *dare hominibus dona poſſit*, ſed non niſi præſtante illo, de quo Apoſtolus ſcribit: *Aſcendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus* Tamen non ſolùm his qui beneficia conferunt, verùm etiam qui procurant, ac impetrant magnas meritò referimus gratias, cùm & ipſi nobis beneficium dare, vel conferre dicantur.

Luc. 6.

Serm. 1. de Aſſumpt.

Epheſ. 4.

Poſt hæc ſe offert *ſtellarum* ſplendor ac claritas: quæ quanta ſit in *ſtella Maria*, non multis opus eſt perſuadere; univerſis enim ſe ipſa offert conſpiciendam in cœlo habentem Lunam ſub pedibus, Sole amictam, ſtellis coronatam: quapropter præeſt, & illuminat noctem peccatorum, quia calceata Luna; illuminat & recreat diem juſtorum, quia amicta Sole: totúmque exornat univerſum, quia *ſtellis* coronata. Audiamus Mellifluum, Mariophilúmque Bernardum *ſtellæ* noſtræ fulgorem deprædicantem: *Tolle*, ait, *corpus hoc Solare, quod illuminat mundum, ubi dies? tolle Mariam hanc maris ſtellam, maris utique magni, & ſpatioſi, quid niſi caligo involvens, & umbra mortis, & denſiſſimæ tenebræ relinquuntur?* Meritò proindè eam ſalutat Eccleſia, ac velut digito demonſtrat, canens: *Hæc eſt Sole ſpecioſior, Lunâ pulchrior, Aurorâ rutilantior, ſtellis præclarior.* Tenebras offunderem

Serm. de Nat. Virg.

Digitized by Google

derem *ſtellæ* noſtræ rutilantibus radiis, ſi obſcuro meo ſermone eam tentarem illuſtrare, ad cujus emicantem claritatem omnis creatæ mentis palpitat obtutus.

Maximopere denique eſt animadvertendus, mirus ac varius ſtellarum in effectuum ſublunarium generationes, mutationes, ac inclinationes, influxus; ab eo ſiquidem dependent, non hominum fata, non fortuna, non liberi eventus, ut delirant Aſtronomorum quidam, ſed tempeſtatum temperatura, terræ fœcunditas, & fortè humanæ naturales propenſiones, genus, ac indoles: hinc illud vulgatum: *Aſtra inclinant, non neceſſitant:* unde nati benigno ſidere, æſtimantur fortunati; qui maligno infauſti: ita traditur, ita creditur de aſtris Macrocoſmi, ſeu magni mundi, quæ, ut ſe habeant, miſſa facio, atque ad *ſtellam* noſtram me converto, quæ longè mirabiliora operatur in Microcoſmo, id eſt, parvo mundo, ſeu homine: quantam enim eſt ſubito cernere mutationem in eo, ad quem materno affectu illos ſuos miſericordes oculos converterit; fugit is & averſatur quæ expetebat, expetit, quæ fugiebat; fugit peccata, expetit pœnitentiam, vitia averſatur, virtutes amplexatur: atque ſterilis animæ ipſius ager, qui benigno aſtri hujus privatus aſpectu, nonniſi ſpinas & tribulos germinabat vitiorum, ab eodem ſereno vultu intuitus, omnigenis virtutum floribus conſpicitur conſertus. Hæc *ſtella* eſt, in qua deſcripſit, per quam ad effectum perduxit ſortes noſtras omnium Gubernator. Hæc *ſola*, ait Andreas Jeroſolymitanus, *præter naturam fuit electa ad naturam renovandam: ſola deſervivit opifici univerſæ naturæ. Nullus enim eſt*, addit Germanus, *qui ſalvus fiat, niſi per te Virgo ſanctiſſima.* Huic omnipotens regnum miſericordiæ commiſit, id eſt, per Mariam peccatoribus miſericordiæ gratiam impendere decrevit, quam veritatem Patres paſſim prædicant, quidquid obganniant momi, vanique verborum aucupes: Agmen ducat ſanctus Auguſtinus: *Accipe itaque*, ſic loquitur Mariæ, *quaſcumque exiles, quaſcumque meritis tuis impares gratiarum actiones, & cum ſuſceperis vota, culpas noſtras orando excuſa, admitte noſtras preces intra ſacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis.* Accedit ſanctus Anſelmus. *Rogamus te Domina, per ipſam gratiam, quâ te pius, & omnipotens Deus ſic exaltavit, & ſecum omnia poſſibilia eſſe donavit, quatenus id apud ipſum impetres, nec ſis obſecratu difficilis, quia procul dubio ideò unigenitus Filius tuus Dominus noſter Jeſus Chriſtus erit ad concedendum promptiſsimus.* Sequitur Germanus Conſtantinopolitanus, ſic Virginem orans: *Quaſo, ut in adventu filii tui, cum aſſiſtemus omnes judicandi, Tu ut Maternam habens fiduciam, & maximam potentiam, valida illa manu tua ab æterno igne nos eripias.* In ſynodo autem ſexta Conſtantinus Imperator fidei ſubſcribens, ait: *Sperare ſe ſalutem conſequi à multorum munerum datore Deo interceſſionibus ſanctæ immaculatæ Deiparæ.* Et in ſeptima ſynodo

Orat. de dormit. Virg.

De zona Domi.

Serm. 8. de Sanc.

Lib. de laud. Virg. cap. 12.

Serm. de zon. Virg.

Act. 18.

Act. 6.

Digitized by Google

cùm relatus eſſet Canon decimus quintus Conciliabuli Conſtantinopolitani, anathema fertur in eum, qui Deiparæ interceſſiones ſyncerâ fide non poſtulaverit: cui reſpondet Epiphanius totius ſacroſanctæ Synodi nomine: *In his firmata & ſtabilita Catholica Eccleſia, ab iis, qui aliter, quàm dogmata, & traditiones ejus habent ſentiunt, non vult confirmari.* Puppim hic teneat ſanctus Bernardus, qui cæteris expreſſiùs docet Deiparam eſſe Matrem miſericordiæ, ſeu miſericordiæ regnum ipſi à Filio eſſe communicatum.

Serm. 4. de Aſſump.

Ad hunc igitur miſericordiæ fontem, exhortante hoc magno Mariophilo, *ſitibunda properet anima noſtra, ad hunc miſericordiæ cumulum tota ſollicitudine miſeria noſtra recurrat, ut ipſa pietate ſuâ, quam apud Deum gratiam invenit, notam faciat mundo: reis veniam, medelam ægris, puſillis corde robur, afflictis conſolationem, periclitantibus adjutorium & liberationem ſanctis ſuis precibus obtinendo.*

Serm. Signum magnum.

Clariùs alio loco, docens Mariam eſſe Mediatricem ad Mediatorem: *Fidelis planè & potens mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, ſed divinam in eo homines reverentur majeſtatem, abſorpta videtur in Deitatem humanitas, non quod mutata ſit ſubſtantia, ſed affectio Deificata: non ſola illi cantatur miſericordia, cantatur pariter & judicium, quia etſi didicit ex his quæ paſſus eſt compaſſionem: ut miſericors fieret, habet tamen & judiciariam poteſtatem. Denique Deus noſter ignis conſumens eſt, Deut. 4. & ad Hebr. 12. Quid ni vereatur peccator accedere, ne quemadmodum fluit cera à facie ignis, ſic pereat ipſe à facie Dei? Jam itaque ne ipſa mulier benedicta in mulieribus videbitur otioſa: invenitur equidem locus in hac reconciliatione, opus eſt enim mediatore* (nota Monitor) *ad mediatorem iſtum, nec alter nobis utilior quam Maria.* Iterum: *Maria omnibus miſericordiæ ſinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant univerſi.*

Ibid. in

Et alio loco: *Per te,* inquit, *acceſſum habeamus ad Filium ô Benedicta inventrix gratiæ, Genitrix vitæ, Mater ſalutis; ut per te nos ſuſcipiat, qui per te datus eſt nobis.*

Serm. 2. de Advent.

Et paulò infrà: *Domina noſtra, mediatrix noſtra, Advocata noſtra, tuo Filio nos reconcilia.* Et ſcribens Canonicis Lugdunenſibus: *Magnifica* ait, *gratiæ inventricem, mediatricem ſalutis, reſtauratricem ſæculorum*: & ne ex proprio ſenſu videretur locutus, ſubjungit: *Hæc mihi de illa cantat Eccleſia, & me eadem docuit decantare.* Rurſus alibi: *Filioli hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ*: non quod ſine Filio quidpiam poſſit Mater, ſed quod Matri nihil negabit Filius, qui omnia nos habere voluit per Matrem: unde ſubdit Bernardus: *quid enim, poteſtne Filius repellere* (Matrem) *aut ſuſtinere repulſam, non audire* (Matrem) *aut non audiri Filius poteſt? Neutrum planè.*

Serm. 2. General.

Nec mirum, quod Deus nihil neget Matri intercedenti pro peccatoribus, per quam ipſe venit redimere peccatores, quamque *omnipotens Deus*, ait Carthuſianus, *ab æterno elegit in Matrem & Advocatam, in cuſtodem & mediatricem univerſorum fidelium & totius Eccleſiæ.* Cui ſubſcribit ſanctus Antoninus: *Puſſi-*

Lib. 3. de Laud. Virg art. 13.

P. 4. tit. 15. c. 14. §. 7.

mus

Digitized by Google

mus Deus, inquit, *providit nobis de Advocata, quæ tota mitis & ſuavis eſt*. Hæc docemus, hæc cum ſanctis Patribus prædicamus, hæc cum Eccleſia credimus, quando Virgini glorioſæ, Matri miſericordiæ regnum miſericordiæ dicimus à Filio traditum & commiſſum: quô divinæ miſericordiæ non detrahitur, ſed ſummopere commendatur, quod nobis providerit de Advocata, quæ ipſius increatæ miſericordiæ Mater eſt, & per illam *omnifariè miſericordiſſima, atque piiſſima*, ait, Carthuſianus, *prorſuſque ineffabilem miſericordiam & pietatem conſecuta?* *Nonne* ſubdit, *ergò venerandiſſima Virgo Maria in viſcera miſericordiæ ac pietatis penè tota converſa eſt, omnique pietate & miſericordia exuberantiſſimè & ſupereffluentiſſimè eſt unita, quæ illum verè concepit, atque ex ſe incarnatum, intra ſe tot menſibus bajulavit: ac natum ex ſe tot annis contrectavit, fovit, cohabitantemque habuit? Quanto pietatis odore indè perfuſa eſt, quantâ miſericordiæ largitate ex illo impleta eſt, quanta totius benignitatis affluentia eſt inde reſperſa? Si quis ad horulam teneat in manu herbam fragrantem, aut odoriferum pomum, nonne manus ejus hinc contrahit odorem ſuavem? Imò & rebus illis amotis, adhuc manet in manu odoris ſuavitas. Quantò magis diviniſſima Virgo Maria ex tam familiari etiam conjunctione cum illo, qui ſubſtantialiter & interminabiliter pius, miſericorſque conſiſtit, in ſuaviſſimum totius pietatis ac miſericordiæ affectum commutata cenſetur, & verè piiſſima perhibetur, in tantum, ut ritè Mater gratiæ, Regina miſericordiæ* (nota monitor) *imperatrix clementiæ nuncupetur: quam Trinitas Deus in regni ſui ſumpſit conſortem: & regno juſtitiæ ſibi ipſi retento, regnum miſericordiæ illi commiſit. Nec illos condemnet qui ad thronum confugiunt miſericordiæ piiſſimæ Matris, cujus meritis & precibus nil decrevit eſſe negandum. Poſtremo, propter miſeros ſublevandos, tanta gratiæ plenitudo eſt glorificandæ Mariæ tam miſericordiſſimè condonata.* Commiſit igitur Deus miſericordiſſimus & omnis miſericordiæ fons Matri regnum miſericordiæ *propter miſeros ſublevandos:* Unde hinc divina miſericordia excellentiſſimè commendatur: quod egregiè quoque obſervavit Doctor Angelicus, qui poſtquam variè applicaſſet Deiparæ hiſtoriam Eſtheris Reginæ, ſcribit hæc verba: *Hanc Virgam auream Deus Pater nobis extendit, quando in charitate maxima, quam ad nos habebat, Filium paſſioni expoſuit. Humanitatem ejus Virgo Beata tetigit, quando Filium Dei in utero concepit, & poſtmodum peperit, & ſic dimidiam partem regni Dei impetravit, ut ipſa ſit Regina miſericordiæ, cujus Filius ejus Rex juſtitiæ.* Ad hujus aſpectum ſolis ut nix defluant inſalutaria monita, Dei Matrem ex collato ſibi à Filio Regno molientia deturbare. Accommodat eamdem figuram Eſtheris Virgini piiſſimæ pius Pariſienſis Cancellarius Gerſon, de ea ſic loquens: *Habet virtutem influxivam ſuper omnes, Principatum habet dimidium Regni Dei, ſi ſic dici poteſt, ſub typo Eſther & Aſſueri. Regnum quippe Dei conſiſtit in*

Lib. 3. cit. art. 13.

Praf. ad Epiſt. Can.

Tract. 4 ſuper Magnificat.

Digitized by Google

in poteſtate & miſericordia. Poteſtate Domino remanente, ceſſit quodammodo miſericordiæ pars Chriſti Matri, Sponſæque regnanti : hinc ab Eccleſia tota Regina miſericordiæ ſalutatur. Hinc meritò ſanctus Chryſoſtomus ita Mariam ſalutat : *Ideò tu Mater prælecta es ab æterno, ut, quem Deus per ſuam non poteſt ſalvare meritiſſimam juſtitiam, tu per tuam ſalvares pietatem & miſericordiam.* Non ut ſalvatrix principalis, & per ſe, ſed ut ſecundaria, & per merita Chriſti, qui factus eſt nobis Salvator, pietas, miſericordiaque Mariæ, dum ipſius factus eſt naturalis Filius, volens per Matrem ſuam nobis oſtendere miſericordiam, ex qua aſſumpſit carnem, in qua condignam divinæ juſtitiæ exhibuit ſatisfactionem pro noſtris peccatis. Unde pulchrè ad rem ſanctus loquitur Bernardinus : *A quo tempore Virgo Mater concepit in utero Verbum Dei, quandam, ut ſic dicam, juriſdictionem, ſeu authoritatem obtinuit, ita quod nulla creatura aliquam à Deo obtineat gratiam vel virtutem, niſi ſecundùm ipſius piæ Matris diſpenſationem.* Et paulò pòſt: *Ideò omnia dona, virtutes & gratiæ ipſius Spiritus Sancti, quibus vult, quando vult, & quantum vult, per manus ipſius adminiſtrantur.* Quod magis exprimens ſanctus Petrus Damianus, ſic Virginem alloquitur : *Accedis enim ad illud aureum reconciliationis humanæ altare non ſolùm rogans ; ſed etiam imperans, Domina, non ancilla.* Quæ poſteriora verba calumniantur, inquit Suarez, valdeque reprehendunt hæretici hujus temporis, & propter hanc

Hom. de prærog. B. Virg.

To.1. ſerm. 1. art 1. cap.8.

Serm. 1. de Nat. Virg.

3. p. q. 37. diſp. 23. ſect. 3.

cauſam nobis imponunt, quod rogemus Virginem, ut jubeat Filium facere, quod petimus. Sed nullus Chriſtianorum hoc modo orat. Quod enim per metaphoram dictum eſt, ad exaggerandam efficaciam interceſſionis Dei Matris, quæ omnem ſuperat creatam mentem, non eſt propriè uſurpandum : unde quamvis dicat ſcriptura : *obediente Deo voci hominis*, non indè ſequitur, hominem, cum rogat Deum, illi imperare. Sunt igitur hujuſmodi voces, Momorum Eccleſiæ calumniæ, quibus exploſis, ſatagendum cum Sanctis doctiſſimiſque Eccleſiæ Patribus, quantum poſſumus, Deiparæ laudes extollere ac deprædicare, quantum Antimariani eas moliuntur arrodere ac ſupprimere, nihil veriti inde diminuendum honorem Dei, at augendum firmiter ſcientes, uti non detrahitur ſplendori ſolis, per claritatem Lunæ ab eo participatam, at magis ſolis dignitas ac propria claritas indè manifeſtatur.

Ioſ. 10.

Ad hujus igitur tam benigniſſimi, tam potentiſſimi *Sideris* aſpectum confugiat homo peccator tentatus, turbatus, lapſus, illius enim favore mens tentationum procellis jactata, tranquillatur, tumor ſuperbiæ ſedatur, iræ impetus cohibetur, luxuriæ æſtus extinguitur, torpor expellitur, creſcit devotio. O ter Beatos, qui ſub benigniſſimo hoc naſcuntur *Sidere*, ſub quo nemo naſcitur mundo, non renaſciturus cœlo, nam *omnis ad te converſus*, ô Virgo potentiſſima! *& à te reſpectus, impoſſibile eſt ut pereat*, ut devotiſſimi tui ſervi Anſelmus & Bonaven-

Digitized by Google

naventura tibi confitentur: Confiteantur & alii, confiteatur Theophilus, confiteatur famoſa meretrix, modò glorioſa Sancta, Maria Ægyptiaca, qui meritis & precibus Mariæ ab inferni limine ad cœli perducti ſunt lumina; de Theophilo ſuperius teſtatus eſt ſanctus Petrus Damianus, cum ex barathro deſperationis ad ſpem, eximiamque ſanctitatem erectum per Virginem, *cui*, ait, *poſſibile eſt, deſperatos in ſpem beatitudinis relevare.* De ſancta pœnitente Maria Ægyptiaca teſtatur ſeptima generalis Synodus. Cantant præterea miſericordias Dominæ, noſtri ſancti Carmelitæ, Andreas Corſinus Præſul Feſulanus, qui mundi hujus pelagi undis penè abſorptus, ſideris hujus ductu, ac influxu ereptus, in ordinem noſtrum Marianũ, in Eccleſiam, in æternæ tranquillitatis portum eſt perductus. Et Beatus Francus Senenſis, qui quaſi alter Theophilus deſperabundus ad infernum ruens, hac *ſtella* duce eſt reductus, ac in ſpem ac gloriam beatitudinis relevatus.

Act. 4.

Hic meus ſe ſubducit calamus, ut locum faciat melliflui Mariophili Bernardi, qui totus in *ſtellam* noſtram intentus, totus illius ſplendore perfuſus, totus illius ardore ſuccenſus, in digniſſima hæc erumpit verba: „ Nomen, inquit, Virginis Maria. Loquamur pauca & ſuper hoc nomine, quod interpretatum maris ſtella dicitur: & Matri Virgini valdè convenienter aptatur. Ipſa namque aptiſſimè ſideri comparatur: quia ſicut ſine ſui corruptione ſidus ſuum emittit radium, ſic abſque ſui læſione Virgo parturit Filium. Nec ſideri radius ſuam minuit claritatem, nec Virgini Filius ſuam integritatem. Ipſa eſt igitur nobilis illa ſtella ex Jacob orta, cujus radius univerſum orbem illuminat, cujus ſplendor & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiam perluſtrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora, fovet virtutes, excoquit vitia. Ipſa, inquam, eſt præclara & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum & ſpacioſum neceſſario ſublevata, micans meritis, illuſtrans exemplis. O quiſquis te intelligis in hujus ſæculi profluvio magis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quàm per terram ambulare: ne avertas oculos à fulgore hujus ſideris, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgunt venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum: reſpice ſtellam, voca Mariam: ſi jactaris ſuperbiæ undis, ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis, reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra naviculam concuſſerit mentis, reſpice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, judicii horrore perterritus, barathro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo: cogita Mariam. In periculis, in anguſtiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & ut impetres ejus orationis ſuffragium, non deſeras converſatio-

Hom. 1. ſuper Miſſus.

„ nis exemplum. Ipſam ſequens non „ devias: ipſam rogans non deſperas: „ ipſam cogitans non erras. Ipſa te- „ nente non corruis, ipſa protegente „ non metuis, ipſa duce non fatiga- „ ris, ipſa propitia pervenis: (*Nota* „ *Monitor*) & ſic in temetipſo expe- „ riris, quàm meritò dictum ſit: & „ nomen Virginis Maria. „ Quid his vel angelicâ linguâ dici queat auribus animoque dulcius? Quid præclarius ad multiplicia *ſtellæ* noſtræ officia, benigniſſimoſque influxus declarandos? Quid efficacius ad mortalium pectora illius amore ac devotione inflammanda? Quid moramur igitur, quid ceſſamus, quid novis ſerpentinis ſibilis, cujus perpetua cum *ſtella* Maria eſt inimicitia, nec deſinit umquam per ſuos emiſſarios ſatellites contra eam in cœlum ponere os ſuum, revocamur? Quid impedimur? cur non potius cum ſancto Bernardo vota, preceſque noſtras coram illa effundimus? Cur non ei ſalutis anchoram committimus, cui Filius miſericordiæ Regnum commiſſit? Cui Eccleſia canit: *Salve Regina, Mater miſericordiæ, vita, dulcedo, & ſpes noſtra, ſalve*? Cur non polarem ſtellam diu noctuque reſpicimus? Cur non hanc Cynoſuram perpetuò obſervamus? Eja, eja fideles, faciamus ex cordibus noſtris pixidem nauticam, ex amore noſtro acum, quâ jugiter *reſpiciamus ſtellam, vocemus Mariam*. Carmelicolas Virginis Mariæ Fratres imitemini, fideles, quibus, poſt Jeſum *Maria* initium eſt & finis: aridus eſt Carmelitis omnis animæ cibus, ſi non ſuaviſſimo nominis *Mariæ* oleo perfundatur, inſipidus, ſi non hoc ſale condiatur: in Carmelo non concionatur, non diſputatur, quin perſonet *Maria*: non ſcribitur, quin legatur *Maria*: ibi docetur *Vita Mariæ-formis & Mariana in Maria propter Mariam*, quod piiſſimum vitæ genus luculenter propoſuit noſter R. Adm. P. Michael à *S.* Auguſtino, nuper laudatus. *Inſtitut. myſticar. lib. 4. tract. 3.* Ego igitur Carmelitarum minimis, utinā devotione erga Patronam amabiliſſimam non minimus reſpicio te, *ô ſtella*! voco te, *ô Maria*. Illos tuos miſericordes oculos ad me converte, non illos à laudibus nimis ſobriis ac ſimplicibus quas tibi offero, averte:

Suſcipe, ſed facili, vultu, quo cuncta ſerenas,
Sint licet hæc meritis non ſatis ampla tuis.
Ingenio ſunt apta meo; ſint parva neceſſe eſt,
Grandeſcent genio (juſſeris) illa tuo.

Cum te favente, te ducente è procelloſo hoc mundi pelago in portum æternæ felicitatis perductus, æternùm à me reſpicieris, æternùm laudaberis, non tunc feri maris, ſed læti cœli *ſtella, ô Maria*! grandeſcent & modò magnalia tua per me, ſentio enim ad hoc me confortari per te: unde proſequor perſequi hoſtes tuos.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XLI.

Mariomachia profligata ab Anaſtaſio Cocheletio Carmelita Doctore Theologo Pariſienſi : Libro, cui titulus : Paleſtrita honoris D. Hallenſis pro Juſto Lipſio, adverſus diſſertationem mentiti idoli Hallenſis Anonymi cujuſdam hæretici. *Unáque Monita* prætensè *ſalutaria B. V. Mariæ & cultores ſuos indiſcretos, caſtigata.*

Hæreticus Anonymus.

Lignum illud Hallenſe, nihil mihi præter lignum. Cui Beatæ Dei genitricis nomen numenque adfinxêre, hi ſunt, qui ſacrata noſtræ Religionis jura revulſerunt : injurii in Matrem, impii in gnatum, transfugæ à Creatore ad creatarum rerum viliſſimas, lapides, ligna. Huic, conſymbolizat alius, qui ſic compellit Dei Matrem effari : *Non eſt pulchra dilectio creaturæ irrationalis. Nolite ſicut gentes ponere fiduciam in ſtatuis vel imaginibus meis, quamvis miraculoſæ ſint; nulla enim illis ineſt virtus. Lapides & ligna, imagines & ſigna ſunt, ſimiles illis fiant omnes qui confidunt in eis. Curam potiùs habere de Chriſto qui eſt ſplendor gloriæ, & viva imago Dei inviſibilis, quam de mortua imagine creaturæ.*

Monit. ſalut. § 6. & 5.

Pſal. 113. v. 16. Heb. 1. Col. 1. v. 15.

Paleſtrita Carmelita cap. 7.

„ Cur rem ab omni ſæculo Chri- „
ſtiani orbis receptam tantâ veſaniâ „
ridendo deſpuis ? Cur ſuperſti- „
tioni attribuis ? Quia *nihil tibi* (in- „
quis) *præter lignum*. Videat ta- „
men mihi prudens ac rerum æquus „
æſtimator Lector, quanta paſſio ſit „
hæreſis : obſervet quam hominis „
intellectum à ſua ſede & ſtatu dimo- „
veat. Siquidem imaginem ne „
Grammatiſta lignum tantum eſſe, „
admiſerit, quam *in obliquo*. Etſi „
enim ex ligno ſit compacta, non „

Digitized by Google

„tamen lignum *in recto*, Minus con-„ceſſerit, cui, vel parum, partes Phi-„loſophiæ notæ eruut. Nam licet „imago, forma, figura materiæ, cui „accedit, ſubſtantiam non mutet; ni-„hilominus, ejus nomen, ſpeciem-„que variat, alioque in eſſe ſtatuit. Et „tantiſper materia rudis eſt, donec „imago, forma, figura advenerit. „Denique imago, forma, figura, à „materia cui acceſſerit ac impreſſa „fuerit, re ipſa diſtinguitur. Quis „igitur adeò rerum rudis, cui ima-„go, cui forma, cui figura lignum „tantum fuerit? Et unde, quæſo, „tanta animi depravatio? Recor-„demur Ariſtotelis, qui eruditè intel-„lectum quodammodo omnia eſſe „dixit. Cum enim rerum omnium „ſenſibus perceptarum ſpecies induat, „& circa eas occupetur: & illæ mu-„tuo, ſua ſubtilitate ante eum ob-„verſentur, ſeque ipſi objiciant: cu-„jus naturæ ac conditionis extite-„rint, intellectui impreſſæ, ipſi ſuam „naturam & conditionē imprimunt, „Fit indè, ut cui earum intelligendæ, „percipiendæ frequentius applicabi-„tur, ejus maximè naturam & con-„ditionem ſibi acceriat. Illæ, ſi ho-„neſtarum, ſtudioſarum, rectarum, „verarum, formoſarum rerum ſpe-„cies fuerint, & intellectus cum illis „habitudinem, familiaritatem con-„trahat, eundem exquiſitiſſimè no-„bilitant, ornant. Si autem ſordi-„darum, vitioſarum, injuſtarum, fal-„ſarum, turpium, impurarum, & ha-„rum conſuetudine familiariter abu-„tatur, eundem prorſus fœdant, con-ſtuprant. Accedit affectus car-„nalis, qui ſi animum poſſederit, in-„tellectum ad ſe inclinat, eum à ſua „deturbat ſede, atque ita conſternit, „ut aliud nihil concipere, nihil aliud „apprehendere queat, quam quod „appetitus terreſtris dictaverit ac vo-„let. De ſimilibus dicitur: *Tran-* „ *ſierunt in affectum cordis.* Et hic lon-„gè ſapientior, qui dicit: *Si ſecu-* „ *tus eſt oculus meus cor meum.* Et mo-„nemur, *animæ noſtræ non dare ſuas* „ *concupiſcentias.* Qui enim cæco, ſæ-„vo amore animam ſauciam habue-„rit, quamque res à ſe amata turpis, „deformis fuerit, vitiato ſimul intelle-„ctu eam formoſam, honeſtam cre-„det: Et quo magis ei aſſerueris de-„formem, eo fortius pulchram ſibi „perſuadebit. Qui auri avaritia in-„ſanit, omnia aurum reputabit. Cum „enim intellectus illius à ſuo ſtatu „depreſſus, in nulla alia re occupe-„tur, quam ea, qua appetitus terreſtris „delectatur, omnia aurum eſſe cre-„dit. Ideò Midam Phrygiæ Regem „fingunt Poëtæ, quidquid tangeret, „vel ipſum cibum & potum aurum „putaſſe. Et neceſſe eſt, ut qui ſo-„lius ligni ſpeciem in intellectu im-„preſſam tenet, imaginem, formam, „figuram, nihil niſi lignum eſſe, ſibi „perſuadeat. En quo te hæreſcos „vitium tulit, ut imaginem D. Virgi-„nis Hallenſis lignum tantum tibi ha-„beres. Nabuchodonoſor Regi *cor* „ *fera* olim *datum eſt*: ſic ut vitia-„tio intellectu, vitiata & læſa phan-„taſia, in bovem ſe degeneraſſe cre-„deret. Propterea nullo alio cibo „opus

Pſal. 72. *Iob.* 31. *Eccle.* 18. *Daniel.* 4.

,, opus ſibi eſſe, quam fœno. Suis
,, te amoribus meretrix Calviniana
,, ſic ſauciavit,& ſævo depreſſit am-
,, plexu, ut ligno tantum, non etiam
,, imagine paſcaris. Oculos tibi, ſic
,, ſuis faſcinavit philtris, ut quid inter
,, lignum & imaginem interſit,non vi-
,, deas, non judices.

,, Inter hæc conquereris, *ſacrata*
Rom. 1. ,, *veſtræ Religionis jura eſſe revulſa.* Sa-
,, crilega jura veriſſimè dixiſſes. Ex-
,, tra fidem illam de qua D. Paulus.
,, *Gratias ago Deo meo, quia fides ve-*
,, *ſtra annuntiatur in univerſo mundo.*
,, Spiritus Sanctus, jurium omnium
,, ſacrator, non datur, *citra ejus præ-*
Lib. de Spiritu S. cap. 16. ,, *ſentiam* (ait D. Baſilius) *nihil San-*
,, *ctum, nihil ſacrum. Eſt enim ille,*
,, *qui univerſa confirmat, in omni ſan-*
,, *ctitate & virtute, quæ ſacras deceat po-*
,, *teſtates.* Illa fides eſt Catholica
,, Romana, ut ex ipſo textu Apoſto-
,, lus declarat. Extra eam eſtis, ab ea
,, receſſiſtis: *& ſacrata veſtræ Reli-*
,, *gionis jura*, vocas? Et ut mentito
,, nomine ſacrata appellas: ita & ſe-
,, ctam veſtram mentito nomine Re-
,, ligionem ſcribis. Etenim (inquit
,, D. Auguſtinus, *hæreſis, non Religio*
,, *eſt, ſed ſuperſtitio.*

,, Porrò à quibus revulſa videamus:
,, & de injuria illata veſtris juribus,
,, vobis vapulent. Ecquis eorum pri-
,, mus? Deus ipſe? Nam ille nomen
,, numenque ſuum adfinxit Moyſi.
,, *Ecce*, ait, *conſtitui te Deum Pharao-*
Exod. 7. & 22. ,, *nis.* Attribuit & ſacerdotibus: *Si*
,, *latet fur, Dominus domus applicabi-*
Pſal 81. & Ioan. 10. ,, *tur ad Deos.* Hominibus: *Ego*
,, *dixi dii eſtis, & Filii excelſi omnes.*
,, Verùm ad ligna, lapides, viliſſimas
creaturas accedamus. Ille enim ,,
Arcam ex ligno, propitiatorium, ,,
imagines Cherubim productiles ,,
conſtrui præcepit. His *nomen nu-* ,, Exod. 2.
menque ſuum adfinxit. Nihil com- ,,
miniſcor aut impono, textus ſacer ,,
apertus & manifeſtus. Cum enim ,,
in papilionibus remanſiſſet, reponi ,,
volens firmiore & in honeſtiore lo- ,,
co urbis Jeruſalem, per Nathan ,, 2 Reg. 7.
Prophetam Davidem Regem ſic ,,
expoſtulat: *Numquid tu ædificabis* ,,
mihi domum ad habitandum? Ne- ,,
que enim habitavi in domo ex die illa, ,,
qua eduxi Filios Iſrael de terra Ægyp- ,,
ti, uſque in diem hanc: ſed ambula- ,,
bam in Tabernaculo & tentorio. O ,,
Deum ſibi *injurium & impium*, ſi te ,,
audiamus, quique *ſacrata jura ve-* ,,
ſtræ Religionis tot retro ſæculis *re-* ,,
vulſit, & ob id, ô vapulandum. Aſ- ,,
ſume tibi ſcalam, cœlum aſcende, ,,
eum arripe, & tibi debitas luat pœ- ,,
nas. Quid quod ſerpenti æneo vi- ,, Num. 21.
liſſimæ creaturæ *numen ſuum* ac po- ,,
teſtatem contulit. Hinc ad aſpectum ,,
ejus ſanati, qui à ſerpentibus læſi fue- ,,
rant. Deum ſequantur Philiſtini, ,,
qui eidem Arcæ ex ligno fabrefactæ. ,,
Dei nomen numenque tribuerunt. ,,
Nam eâ viſâ, ſic ſibi timentes, excla- ,,
mant: *Venit Deus in caſtris.* Et ne ,, 1. Reg. 4.
objicias vocem eſſe hominum ido- ,,
lolatrarum, ſuperſtitioſorum: vide ,,
ibidem Filios Iſrael de victoria in Al- ,,
lophylos obtinenda diffidere abſen- ,,
te Arca, quâ captâ deplorant *gloriam* ,,
Domini à ſe translatam. Vide profiteri ,,
Deũ in Cherubim in Arca ſedere. Vide ,, 2. Reg.
ſuper Arcã eoſdẽ invocare nomẽ Dei. ,,

Inju-

Digitized by Google

„ *Iniurii*, *impii in Deum*, *tranſ-*
„ *fugæ à Creatore ad creataram rerum*
„ *viliſſimas* lignum, aurum, & qui
„ *ſacrata veſtræ Religionis iura revulſe-*
„ *runt*, tibi ſecundo loco vapulent.
„ Tertiò Joſue ipſe, quem cernis ac
„ legis coram Arca pronum ſic oran-
Ioſ. 7. „ tem: *Heu Domine, quid voluiſti*
„ *traducere populum iſtum Jordanem*
„ *fluvium*, *ut traderes nos in manus*
„ *Ammorrhæi*, *& perderes?* Quartò
„ Apoſtoli, qui teſtibus D. Baſilio
„ Magno, Euſebio Cæſarienſi, Pam-
„ phylo martyre, Niceno Concilio
„ 2. in Synodo Antiochena, ſtatue-
„ runt omnes fideles habere oporte-
„ re imagines Salvatoris & fidelium
„ ſervorum ejus. Quintò D. Lucas
„ Evangeliſta, qui ipſius Chriſti, ejus
„ Matris, DD. Apoſtolorum Petri
„ & Pauli imagines depinxit. Sextò
„ Eccleſia, quæ ut fatentur Calvinus,
„ Beſza, Petrus Martyr, Dauneus,
„ ante mille centum annos, ratas ima-
„ gines Sanctorum, ratum honorem
„ eis collatum habuit: quæ Judæos.
„ Gentiles, Samaritas, Sarracenos,
„ Arianos, Manichæos, Marcionitas,
„ Sacrarum imaginum oſores ana-
„ themate feriit. Septimò D. ipſa
„ Virgo Dei Mater, quæ apud Zo-
„ naram. Tom. 3. Annalium, Ma-
„ trem Leonis Iconomachi oblatum
„ ſanguinem bibere renuentem, ob
„ effuſum ſanguinem eorum qui Sa-
„ crarum imaginum venerationem ac
„ cultum tuebantur, his verbis allo-
„ quitur: *At Filius tuus eos qui me ve-*
„ *nerantur ſanguine implet*, *eorum ſan-*
„ *guinem fundit*, *neque intelligit ſe*
Deum & Filium meum ad iram pro- „
vocare. Ubi omnes iſti tibi luerint „
pœnas: tu præmia Judæis, Genti- „
libus, Sarracenis, Samaritis, A- „
rianis, Manichæis, Macionitis, „
qui *jura Sacrata veſtræ Religionis* „
ſarta tecta eſſe voluerunt, decerne, „
diſtribue. „

Proſequor: *non eſt pulchra dilectio creaturæ irrationalis*, ait ille alius. Et hoc Deo poſſes objicere, qui ut Cocholetius noſter jam docuit ex Sacro 2. Reg. 7. textu, voluit ſibi fieri domum ex lignis & lapidibus creaturis irrationalibus, in eâque habitare. Et Joſue, totíque plebi Iſraeliticæ, quæ veram tamen habuit Religionem, nam & illi ligneam honorârunt Arcam. Et Apoſtolis, nam & iſti imagines ſtatuerunt honorandas. Et Dei Matri, cujus interceſſione Sancto Joanni Damaſceno manus, quia Libros in Sacrarum imaginum defenſionem conſcripſerat, ab impióque Tyranno propterea fuerat amputa, eſt reſtituta. Blaſphemia igitur hæc eſt, atráque hæreticorum in Catholicos calumnia, quòd venerando imagines diligant, honorentve ligna, aut lapides; non hoc Eccleſia docet, at, quòd *honor imaginis tranſit ad prototypum*, adeóque dum honorant imagi- Nicæn ſyn. 2. nes Deiparæ, Deiparam venerantur, in qua ut Patrona ac Advocata apud Filium confidunt, non ſicut Gentes in ſtatuis & imaginibus. Undè diſtortè, planéque perversè nobis fit iſta Davidis in Idololatras imprecatio, *ſimiles illis fiant*, *omnes qui confidunt in eis*: imò qui Catholicis hæc immania adſin-

adfingunt ſcelera, qui calumniantur nos colere ligna & lapides, in eis confidere, *ſimiles illis fiant, oculos habeant,* & non videant ſplendorem Sacrarum imaginum, ad calumniandum eas: *aures habeant,* & non audiant laudes, quas Eccleſia Dei parenti coram ejus imaginibus decantat: *os habeant,* & non loquantur in glorioſam Virginem blaſphemias, & in ejus diſcretos cultores calumnias: *pedes habeant,* & non ambulent, ad ſeducendos ſimplices ſinceróſque fideles: fiant ut ſtatuæ, ut mortuæ imagines. *Cur,* ſi Dei Matri non debentur imagines, *in vera Religione prædicantur?* *Lib. 20. contrà Fauſt. c. 18* ut cum Auguſtino argumenter. Haud abſimilis eſt calumnia: quòd *potius curam habeamus de mortua imagine creatura* quàm de Chriſto. *Apage apage,* inquit Cocheletius, *iſtas gratis, ſed tibi ſemel luendas, ejaculatas blaſphemias, calumnias.*

HÆRETICUS ANONYMUS.

Qui verò convenit fiducia illa, in uno Chriſto cum recenti hac ſpe in Virgine Hallenſi, & in meritis cucullæ & funiculi Franciſcani. Porrò hæc via ubi locorum in Sacris Litteris expreſſa, aut leviter tacta? ubi præcisè inter inania vaniſſimorum hominum commenta damnata. *Monit. ſalut. §.3. n.3. n.4.* Succinit alius, qui hæc verba adfingit Matri Verbi, & imponit Catholicis, quaſi eam faciant principalem Redemptricem: *1. Cor. 1. v.13.* *Nolite me colere ac ſi non daretur aditus ad Deum per Chriſtum, ſine me. Numquid ego crucifixa ſum pro vobis, aut in nomine meo baptizati eſtis? Noli me colere ac ſi non ſufficeret tibi Deus. Abſit à te iſta cogitatio. Si Deum habes, nullo alio indiges, & in Deo habes omnia. Unus enim eſt Deus, unus eſt Mediator Dei & hominum Chriſtus Jeſus.* *1. Tim. 2. v.5.*

Carmelita Palæſtrita, cap. 13.

„ O magnum à Theologia hominem! & quis huic ſatisfaciet? Quis „ nec recentem hanc ſpem, nec damnatam probabit? Quis? quæro. „ Quî conveniebat mulieris illius fluxum ſanguinis patientis fiducia in „ uno Chriſto, cùm ſpe in fimbriis „ veſtimenti ejuſdem? Dicebat enim „ intra ſe: *ſi tetigero tantùm fimbriam veſtimenti ejus, ſalva ero.* *Matth. 9.* Secundò, „ quî conveniebat fiducia illa eorum „ in uno Chriſto, cùm ſpe in tactu ejuſdem? *Omnes ſiquidem quærebant eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.* *Matth 14.* Tertiò, quî conveniebat „ fiducia illa primorum Chriſtianorũ „ in uno Chriſto, cùm ſpe in umbra „ D. Petri: cùm ſpe in ſudariis & ſemicinctiis D. Pauli. *Act. 5. & 19.* Quartò, quî „ conveniebat illa fiducia in uno Deo, „ cùm ſpe in Arca, & Cherubim, in „ quibus Deum ſedere agnoſcebant? *1. Reg. 4. & 2. Reg. 6.* „ Quintò, quî fiducia illa in uno Deo, „ cùm ſpe in tubis, clangore litui? *Ioſ. 6.* „ Sextò, quî convenit fiducia illa Heliſei Prophetæ in uno Deo, cùm ſpe „ in pallio Heliæ? *4. Reg. 2. & 5.* Septimò, quî „ convenit fiducia illa in uno Deo, „ in fluvio Jordanis? Non fidebat in „ uno Deo Heliſeus, qui ad Heliæ „

„ cucullam

„ cucullam ſpem habebat? qui Naaman ad aquas Jordanis mittebat? „ Hæc tibi *commenta vaniſſimorum hominum præciſè damnata in Sacris Scripturis.* O ignorantiam & impudentiam hæreticam! *Hæreſis dum ignara eſt, ſcientiam veritatis promittit.* Quid dico, ignorantiam, impudentiam? Sed & ô perverſitatem fidei hæreticæ: *hæc enim,* ait Tertullianus, *hæreticorum fidei perverſitas, non probata præſumere, probata autem non credere.*

Aug.tract. 97. in Ioan.

Lib.contrà Gnoſt.c.11.

1.Corin.1. 2.Corin.4

„ Amabo? *Non elegit Deus humilia, ut confundat fortia? non repoſuit ſuos theſauros in vaſis fictilibus, ut ſublimitas ſit ſua virtutis?* Qui oblata ſibi à Deo media, oblatas ſuæ ſalutis ac ſanitatis creaturas amplectitur, non in uno Deo & Filio ejus Chriſto fiduciam habet? Immò non de eo & ejus Filio diffidit, qui ea, quaſi per ea ſibi adeſſe nequeat, negligit, ſpernit? Non impius qui ad oblata ſibi à Deo ſuæ ſalutis inſtrumenta recurrere diffidit? Immò in uno Deo & ejus Filio Chriſto fiduciam habemus, quia credimus ac novimus per creaturas eum nobis auxiliari & adeſſe ſolere: qui credimus virtutem ſuam rebus creatis communicare & impertiri, ad conſolationem noſtram. Fiduciæ ac ſpei noſtræ primarium objectum Deum ipſum ejúſque Filium Chriſtum profitemur: ſic in eo uno velut primario fiduciam, ſpem habemus. Secundarium objectum fiduciæ ac ſpei noſtræ, creaturas; in quibus tamquam ſecundarii objectis, hoc eſt mediis, fiduciam & ſpem habemus, ponimus. Sic convenit fiducia in uno Deo & Filio ejus Chriſto, cum ſpe, in Virgine Hallenſi, nec ſunt commenta inanium hominum in Scripturis damnata, immò expreſſa & ſerio tacta in illis. Adeò ut qui hæc negat, impius & hæreticus ſit. „

Ex hiſce Doctoris noſtri verbis diſcimus, qualiter, ac quantum in ſignis ſacris externis, ſymbolis ac teſſeris liceat confidere: cùm enim Eccleſia ea aſſumat ad Deum, ejúſque Sanctos colendos, & Chriſtus illis mediantibus, per ſuorum Sanctorum merita & interceſſiones, maximéque ſuæ Sanctiſſimæ Matris, nobis voluerit gratiam ſuam impertiri, ut multiplices revelationes, collata per illa beneficia, ac unanimis fidelium conſenſus reddunt indubitatum, meritò ea in Chriſti, Chriſtiparæ, aliórumque Sanctorum geſtamus honorem, ac in eis ut ſecundariis objectis ac inſtrumentis divinæ largitatis fiduciam & ſpem habemus, hoc enim non eſt confidere in creaturis, ſed in Creatore, qui per creaturas voluit nobis auxiliari & adeſſe: & alioquin nec liceret confidere in medicis ac medicinis, in doctrinis, ſcientiis, ac robore auxilii humani. Hinc igitur habet Monitor quod ſibi uſurpet, qui devotorum B. Virginis ſervorum exercitia, qualia conſueverunt fieri in ejuſdem ſodalitiis, nomine aridarum devotiuncularum exſufflat, cùm enim hæ devotiones procedant ex pio motu in Dei Matrem, & per conſequens in Deum ipſum,

Digitized by Google

ipſum, cùm etiam ex divina largitate uberrimum indè devoti fideles percipiant fructum, non *arida devotiunculæ*, at florida, fœcunda, Deóque grata exiſtunt opera ac merita.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Quid ſi ea (miracula ac devotio D. Hallenſis) *conficta ab hominibus otioſis & malè feriatis? Quid ſi compoſita ad compendium quæſtúmque eorum qui congeſſere? Negas? Res dicat, affluentes indè ſacerdotum regales opes, qui non aliis magis viſcerationibus cibum ſibi poſterïſque dapinaverunt æternum. Tùm & Papæ Nicolai Bulla, in qua perſuaſionis iſtius cauſam finémque hanc lego*: ut Chriſti fideles ipſi eo lubentius cauſa devotionis confluant, ac ad fabricam & reparationes, aliáſque Capellæ & Eccleſiæ neceſſitates manus promptius porrigant adjutrices. *Et adde annuas duodenas Chlamydes aut* (quia affatim jam Chlamydum eſt) *certam pro his pecuniam.* Alius nomine B. Virginis Mariæ, ut efficacius ſimplices moveat, ita monet: *Ne facilè recipiatis omnes & quaſvis hiſtoriunculas quæ de meis apparitionibus, aut revelationibus, aut beneficiis & privilegiis promiſcuè circumferuntur. Ne ſitis de numero illorum qui* à veritate auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur. *Cavete etiam ne in iſtis ornamentis, & donariis veſtris, magis* inveniatur voluntas veſtra, *quàm honor Dei, & amor mei.*

Monit. ſalut. §. 1 n. 2 & §. 5.

2. Tim. 4. v. 4.

Iſa. 58. 3.

Palæſtrita Carmelita. cap. 15.

„ Quid ſi nec conficta, ſed ab ho-
„ minibus impigris & benè feriatis
„ tradita? Quid ſi hæc conficta eſſe
mentiatur, otioſus & malè feriatus „
balathro? licebit tibi Calvino po- „
dio nato, quidquid impurus ani- „
mus ſuggerit, rationum loco pro- „
ducere? Quid ſi nec compoſita ad „
compendium quæſtúmque eorum „
qui congeſſere? E contra, quid „
ſi piè ac religioſè ad Dei gloriam & „
decus, ad Sanctorum cultum reli- „
gioſum ac commendationem habi- „
ta, & in regeſtis relata? quid ſi „
fingatur ab impoſtore, qui om- „
nem frontem exuit, cui religioſum „
in Deum & Sanctos ſtudium exe- „
cratio eſt, compoſita ad com- „
pendium quæſtumque eorum, qui „
congeſſere? Negas? Ratio ipſa, „
rerúmque dignitas convincat; & tua „
iſta inferendi, è tenebricoſa cau- „
pona extracta, è corrupto ſtoma- „
cho graviſſimam ac teterrimam „
omni ſceptro divino & humano, „
omni dignitati, authoritati, offi- „
cio, arti, virtuti popinam inhalans, „
norma probet. Quòd unum ut fa- „
ciliùs ac clariùs faciam, placet hunc „
ſyllogiſmum, nobis à te producto „
medio, conficere; cujus ſi major „
propoſitio vera fuerit, rem conſecu- „
tus eris: ſin minus, ne erumpas, pa- „
tientiam habebis. Eſt igitur is, & „
tuis iiſdem verbis conſtitutus. „

„ *Id omne, undè affluentes hominum regales opes, qui non aliis magis viſcerationibus cibum ſibi poſterïſque dapinaverunt æternum, confictum eſt ab hominibus otioſis, & malè feriatis, compoſitum ad compendium quæſtúmque eorum, qui congeſſere. Atqui è miraculis quæ Lipſius narrat facta ad ima-* „

,, *ginem D. Virginis Hallenſis, indè in-*
,, *quam, affluentes ſacerdotum regales o-*
,, *pes, qui non aliis magis viſcerationibus*
,, *cibum ſibi poſteriſque dapinaverunt*
,, *æternum. Igitur conficta ſunt ab ho-*
,, *minibus otioſis & malè feriatis, compo-*
,, *ſita ad compendium quæſtúmque eo-*
,, *rum qui congeſſere.* Nunc ſi lubet
,, mecum Lector replicet, non modò
,, Sanctiſſima Sacerdotia, flamines, ſa-
,, lios, ſed etiam Regum imperia, ſce-
,, ptra, Purpuras, Principatus, Magi-
,, ſtratus, omnes liberialiores ſcientias,
,, artes mechanicas, agriculturam, ar-
,, chitecturam, omnes ſtudioſas actio-
,, nes, virtutes. An non indè eorum o-
,, mnium, qui in his nati provectíque
,, ſenuerũt, regales opes? An non, qui
,, non aliis magis viſcerationibus ci-
,, bum ſibi poſteríſque dapinaverunt
,, æternum? Ergonè Sanctiſſima Sa-
,, cerdotia, flamines, ſalii, Regum im-
,, peria, ſceptra, purpuræ, principatus,
,, Magiſtratus, ſcientiæ liberales, artes
,, omnes, ſtudioſæ actiones, ab homi-
,, nibus otioſis, & malè feriatis confi-
,, ctæ compoſitæ ad compendium
,, quæſtúmque eorum qui congeſſere?
,, Vide mihi Lector, quàm ſtupidæ,
,, quàm horridæ, quàm improbæ,
,, quàm injurioſæ, Calvinianæ Scholæ
,, ratiocinationes ſint. Stant tibi? ſed
,, quam impiæ? Oſtendo: *Omnis po-* Rom. 13.
,, *teſtas à Deo eſt: per eum Reges regnant,* Prov. 8.
,, *& legum conditores juſta decernunt.*
,, Ille eſt, *qui docet hominem ſcientiam.* Pſal. 93.
,, *Altiſſimus creavit de terra medici-*
,, *nam, & vir prudens non abhorrebit e-*
,, *am. Ad cognitionem hominum virtus* Eccli. 38.
,, *illorum, & dedit hominibus ſcientiam*
Altiſſimus. Et movemur *nõ odiſſe, ope-* ,, Eccli. 7.
ra laborioſa & ruſticationẽ creatam ab ,, Iſa. 26.
altiſſimo. Ab eodem omnes ſtudioſæ ,,
actiones. Undè Eſaias: *omnia opera* ,,
noſtra, operatus es in nobis Domine. At ,,
indè omnium regales opes, qui nec ,,
aliis viſcerationibus, cibum ſibi po- ,,
ſteríſque dapinaverunt æternum. *In* ,, Geneſ. 3.
ſudore vultus tui veſceris pane tuo. ,,
Quid ſupereſt, quàm ut conſequen- ,,
ter inferat Anonymus iſte poteſta- ,,
tem omnem, Reges, legum condi- ,,
tores, Scientias, Agriculturam, Ar- ,,
chitecturam, &c. ſtudioſas omnes a- ,,
ctiones à Deo otioſõ, & malè feriato ,,
confictas; compoſitas, ad Dei com- ,,
pendium, quæſtúmq;, qui congeſ- ,,
ſit? Olim, Ordini Sacerdotali, tribui ,, Numer. 18.
Leviticæ, nullam aliam Deus partem ,, Exod. 28.
aſſignavit, quàm rerum omnium ,,
decimam, & eorum quæ Taberna- ,,
culo ac templo offerri juſſit. Aaro- ,,
nem & ejus filios in Sacerdotes ſibi ,,
applicavit. Quantæ, indè opes rega- ,,
les? An aliis magis viſcerationibus ſi- ,,
bi poſteríſque cibum æternum dapi- ,,
naverunt? Minimè verò. Patet 1. Re- ,,
gum 2. cùm enim ob abjectam cal- ,,
ce victimam, & munera Domini ,,
præcepta offerri in templo commi- ,,
naretur Heli Sacerdoti ſummo ex ,,
poſteris Aaron, viſitaturum ſe ſuper ,,
domum ejus, inter cætera addit: *futu-* ,,
rum eſt autem, ut quicúmque reman- ,,
ſerit in domo tua, veniat ut oretur pro ,,
eo, & offerat nummum argenteum & ,,
tortam panis, dicátque: dimitte me ob- ,,
ſecro, ad unam partem Sacerdotalem, ,,
ut comedam buccellam panis. Ex divi- ,,
no officio, Sacerdotum regales opes. ,,

,, *Quis*

Digitized by Google

Malach. 1. & 3. „ *Quis eſt in vobis qui claudat oſtia, &*
„ *incendat altare meum gratuito? invaluerunt ſuper me verba veſtra & dixiſtis: Vanus eſt qui ſervit Deo: & quod emolumentum, quia cuſtodivimus præcepta ejus, & quia ambulavimus triſtes coram Domino exercituum?* „

„ Chriſtus miſit ſuos non ſolùm ad prædicandum Evangelium, verùm etiam ad miraculorum & virtutum operationem. Indè benè excipi & tractari vult; uſque eò, ut diceret:
Matth. 10 Marc. 6. *Quicúmque non receperint vos, neque audierint ſermones veſtros: exeuntes de domo vel civitate illa excutite pulverem de pedibus veſtris in teſtimonium*
Luc. 10. 9. *contra eam.* Ibidem: *Dignus enim eſt operarius mercede ſuâ.* Adde D. Pauli
1. Corin. 9 verba: *ſi ſpiritulia nos vobis ſeminavimus: magnum eſt ſi nos carnalia metamus? neſcitis, quia qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt? & qui altari deſerviunt, cùm altari participant? Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.* Indè Sacerdotum affluentes opes regales, qui non aliis magis viſcerationibus cibum ſibi poſteriſque dapinaverunt æternum, „

Matth. 23. „ Scribas miſit qui non modò verba ſua exſcriberent, ſed etiam facta, virtutes. Indè affluentes Sacerdotum opes, &c. Igitur, à Chriſto Deo otioſo & malè feriato, Sacerdotium, prædicationis munus, miraculorum faciendorum poteſtas, ſcribarum officium, confictum, compoſitum, ad compendium quæſtúmque Chriſti, qui congeſſit. O dementiam! ô extremam impietatem, impudentiam! Hæ ſunt tamen, Lector, præclaræ conciones, quibus inſtabiles nimium animas à vera Eccleſia avocant, diſtrahunt. Quas ubi excuſſeris, detexeris ſylvam impietatum immenſam. Sed quid ad ſtabiliendam tantam impietatem, ſecundo loco adferat, audiamus, deducamus. „

„ Papæ Nicolai Bullam, qua indulgentias conceſſit his, qui devotionis ergò, ad D. Virginem Hallenſem confluerent; qua & monet velint manus adjutrices ad fabricam capellæ & neceſſitates Eccleſiæ reparationéſque porrigere. Atq; hoc ſecundo medio miracula facta Hallis ad imaginem D. Virginis, & à Juſto Lipſio ſcriptis relata, *conficta ab hominibus otioſis & malè feriatis: compoſita ad compendium, & quæſtum eorum, qui congeſſere*, probare contendit. Et quod
pietatis eſt, quæſtum dicente Apoſtolo 1. Timot. 6
eſſe putet, *exiſtimet.* Quòd ſi nõ rurſus impiè ſed probè exiſtimaverit: arguat Deum ipſum, qui Pontificẽ præ- Exod. 23. 34.
poſuit ſuæ domui, ſuo gregi: qui jam Deut. 16.
olim ſic fieri præcepit, qui dicit: *Non* 4. Reg. 12.
apparebis coram me vacuus. Neminẽ Luc. 21.
Tabernaculũ, Templũ, ingredi vo- Ioan. 8.
lens, altare accedere vacuis manibus: Marc. 12.
qui Gazophilaciũ pecuniis recipiendis, ad fabricam, reparationes, neceſſitates tabernaculi, templi: ad victũ, Sacerdotũ & viduarũ fieri mãdavit. „

„ *Adde annuas duodenas Chlamydes, aut quia jam affatim Chlamydum eſt, certam pro his pecuniam.* Et hoc ar-
guit? Addat primitias, aurum, ar- Exod 25. 30. 35. 38.
gentum, æs, purpuram, hyacintum, coccum bis tinctum, pilos caprarũ, „ pelles

1. Paralip. 29 & 2. cap. 2. „ pelles arietinas rubricatas, ligna „ Sethim, oleum ad luminaria concinnanda, aromata in unguentum, „ thymiama boni odoris, lapides onychinos, gemmas, pecuniarum determinatam ac definitam ſummam, „ in uſum Tabernaculi, templi, ad ejus ſtructuram, fabricam, &c. quæ „ omnia à populo poſtulavit. Dicat „ *à Deo otioſo, & male feriato, ad compendium & quæſtum conficta, compoſita eſſe.* Quod unum cogitaſſe, „ quia impium: viliores Chriſtiani, „ indebitores Judæis erunt? Judæi, „ tanto ardore, quæ juſſa fuerant „ compleverunt, ut præconis voce, „ quia plus quam neceſſarium erat, „ obtuliſſent, proclamari ac prohiberi oportuerit, ne quidquam ultra „ offerrent. Ergò primi Chriſtiani „ quid? Frugum primitias ad altare „ offerebant, ex Levit. cap. 29. *Qui de campis ſegetibus decoratis, cælestas ſpicas Deo obtulerunt*, inquit D. Chryſoſtomus, *omnem campo benedictionem reportare perſpiciuntur.* Hinc „ *vini, & olei, & ſimilium oblationes*, ut „ idem Chryſoſtomus. Et ante eum „ D. Athanaſius Epiſtola ad ubique „ orthodoxos, in qua conqueritur illa ab Arianis deprædata. Hinc *palliorum regalium, quibus altaria exornabantur, vaſorum aureorum & lapidum pretioſorum, quibus decorabantur, ſacrarum etiam veſtium, lignorum, linteaminum, quibus cooperiebantur.* Hiſtor. tripart. lib. 2. cap. „ 18. & lib. 3. cap. 5. Hinc *calicum* 1. „ Corint. 10. Tertullianus lib. de pudicitia cap. 7. & 10. Optatus Milevit. lib. 6. contra Donatiſtas. D. Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium „ conc. 29. D. Ambroſius lib. 2. officiorum. Hinc *ampullarum in quibus Chryſma recondebatur*: idem Optatus lib. 6. Hinc *thecarum*, apud „ Sozomenum oblationes, confectiones. Hinc *vaſorum ac velaminum, „ & eorum quæ ad cultum & memoriam Dominicæ Paſsionis pertinent ex conſortio Corporis & Sanguinis Domini venerandorum.* Apud Theophylum Alexan. in Epiſtola ante libros Paſchales. Hinc rursùs *calicum aureorum, palliorum, menſarum, coopertoriorum auro nitentium, pavimentorum vermiculato emblemate decoratorum, lychnorum, lucernarum catenis argenteis, ex laquearibus aureis ſuſpenſarum, frequentia & uſus.* „ Optatus Milevit. lib. 3. Et D. Chryſoſtom. Homil. 60. ad populum: „ Et hom. 81. in Matthæum. Hinc „ *Mitrarum, Infularum*; Euſebius lib. „ 3. cap. 30. Tertullianus. Hinc *Colobiorum*, ut Origenes homil. 5. in „ numeros. Sozom. lib. 4. Theodoretus lib. 2. cap. 27. Nicephor. lib. „ 9. cap. 46. Omitto cætera avitæ „ pietatis ac devotionis præclara inſignia; quæ Calviniana Schola graviſſimè fert. „

Serm. de Aſcenſ. Dom. Homil 81. in Matth.

„ Olim hæc Deus ſibi offerri voluit in ſignificationem amoris plebis erga ſe, *ut nulla in eis plaga eſſet; ut animabus eorum propitiaretur.* In novo Teſtamento: *Date eleemoſynam, & omnia ſunt munda vobis: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis in via, recipiant vos* „ *Exod. 30.* *Luc. 12.*

Digitized by Google

Luc. 16. „ *in æterna tabernacula.* Et putas Anonyme, ſolas eleëmoſynas, pauperibus erogatas, Deo gratas eſſe, non etiam illas, quæ conſtruendis, reparandis templis, aliiſque neceſſitatibus eorum offeruntur, & fiunt? Ita eſt, putas; ſi tamen Calvinum imiteris, ejuſque impietatem. Hanc enim docuit doctrinam, hanc ante eum Vigilantius hæreticus apud D. Hieronymum. Hanc Judas, qui diceret: *Ad quid perditio unguenti hæc? Potuit enim venumdari multò, & dari pauperibus.* Sed hanc impietatis doctrinam refutavit Chriſtus, cum ſubjungeret: *Quid moleſti eſtis huic mulieri? Bonum enim opus operata eſt in me.* Bonum 1. quia ex fide, 2. quia ex devotione, 3. quia ex charitate, 4. quia Chriſti merito fundatum, 5. quia ad pium uſum, 6. quia bonâ intentione factum: *Vidit*, ſiquidem Chriſtus *mentem, vidit devotionem mulieris, quâ accenſa erat*; quam exprimebat unguenti raritas, fidelitas. Nam *pretioſum eſſe debet, quod ſuper caput Chriſti effunditur.* Adeò ut, etſi Chriſtus docente Theophylacto, ſibi factum eſſe dicat id quod pauperibus fit, Matth. 25. *Magnum tamen eſt diſcrimen inter Chriſti perſonam & pauperum: proindè majoris meritis ac pietatis, Chriſtum ipſum veſtire & alere quàm pauperes.* Et mandatum habent Apoſtoli, ait D. Ambroſius, *ut in quamcumque domum intraverint, dicant: pax huic domui, in eadem permaneant: quo mandato, non mediocris boni remuneratio docetur hoſpitii: ut non ſolùm tribuant hoſpitibus, verùm etiam, ſi qua eos terrena obumbrant delicta levitatis, receptis prædicationis Apoſtolicæ veſtigiis auferantur. Neque verò eadem cautio mandatur hoſpitii: ne dum hoſpes eligitur, hoſpitalitas ipſa minuatur. Et dum hæc ſecundùm litteram de hoſpitii Religione venerabilis eſt forma præcepti; ita de myſterio ſententia cæleſtis arridet. Etenim cum domus eligitur, dignus hoſpes inquiritur; videamus ne fortè Eccleſia præferenda deſignetur & Chriſtus.* Unde, ſi pauperibus facta eleemoſyna magni ſit meriti, majoris utique, facta Eccleſiæ, quæ præferenda eſt. „

Chryſoſt. 81. in Matt. Orig. tract. 35. in Matth.

In Matt.

Lib 6. in Luc. 9.

Ex hac præclara Doctoris noſtri doctrina ſibi ſatisfaciat Monitor, & quotquot miracula, apparitiones ac revelationes B. Virginis Mariæ leviter ſuſpectant; ac in promotoribus cultus ejuſdem ſanctiſſimæ Virginis turpis quæſtus crimen calumniantur, nec non per pretioſa donaria oblata templis pauperum jura arbitrantur violari: non plus autem inde ſibi attrahant, quam ad ſuos ſcrupulos & vanos timores, quibus circa avitam pietatem anguntur, depellendos, credunt ſufficere.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Si quid in his rebus miri, illud multò maximè admirabile eſt, & neſcio mirandum an miſerandum magis, quod tam præſentem rebus deſperatiſſimis opem

Monit. ſalut. 5. n. 15. & 16. 1. Tim. 1. v. 17. Joan. 8. v. 50.

experti, immani ingratitudine ſalutem acceptam tulère creaturis atque idolis, creatore eodemque ſervatore prateriito, malignéque fraudato. Hinc B. Virgo Maria jubetur monere : *Non eſt pulchra dilectio, vel laus, quæ Deo non tribuit omnia. Illi* ſoli *debetur* omnis laus, honor, & gloria. Ego non quæro gloriam meam; *Sed gloriam ejus qui creavit, & redemit me. Nolo ego quidquam Deo ſubtrahere, vel cum Deo dividere. Si Deum habes, nullo alio indiges, & in Deo habes omnia. Curam potius habete de Chriſto, qui eſt* ſplendor gloriæ, & viva imago Dei inviſibilis; *quam de mortua imagine creatura. Cave ne quidquam Deo detraxeris, ut me honores, ſicut Colliridiani.*

Palæſtrita Carmelita. Cap. 25.

„ O magnum à pietate & com-
„ miſeratione hominem! Ecquot
„ ſudariola lachrymis impleviſſe, ma-
„ didaſſe, eum qui tanto ſalutis no-
„ ſtræ deſiderio deperit, qui tam
„ graviter animarum noſtrarum dam-
„ num, atque interitum fert, putabi-
„ mus? Ad populum Phaleras. Sci-
„ licet, *bonus alus eſſe poteſt, qui ſibi ne-*
„ *quam eſt*? Qui irritavit primam fi-
„ dem, ab Eccleſia Catholica receſſit,
„ ejus unitatem ſcidit, & totus ultro-
„ que præceps in apertiſſimum ſalutis
„ animæ ſuæ exitium fertur? Ecquid
„ toties nobis imponis, quod veſtræ
„ ſuperſtitioni meritò congruit? Imò
„ cum Auguſtino lubens repeto, ſa-
„ tius Hieroboamo aureis vitulis, Bal-
tazaro Babylonio, Romanis Genti- „
libus infidelibus, (quibus tu cum „
fauſto Manichæo nos confers) ido- „
lis, auro, argento, lapidi, ligno, bru- „
tis, draconibus, ſerpentibus, & aliis „
creaturis, cultum Deo vero debitum „
tribuiſſe, quam Manichæis, quam „
vobis, ut aliis omnibus hæreticis, er- „
rores, mendacia, hæreſes, ſequutis. „
Illi enim eum cultum rebus eſſe ha- „
bentibus tribuerunt: vos autem „
mentem omnem, devotionem om- „
nem conſecratis errori, mendaciis, „
quæ nullum eſſe, nullam exiſtentiam „
ſortita ſunt, majoreque ratione ido- „
lolatræ habemini, quam illi. „

„ Creatorem autem nos non præ- „
terire, nec malignè fraudare, quem- „
admodum malignè criminaris, o- „
ſtendere poſſumus; imò vos eum „
prætertire & malignè fraudare vera- „
citer probare valemus. 1. *Nos le-* „ Matth. 24.
gimus ſervum beatum fore, & conſti- „
tuendum ſuper omnia bona Domini, „
Creatoris noſtri, *quem ipſe vigilan-* „
tem invenerit. Legimus ſanctos, „
montium ac collium nomine deſig- „
natos, *pacem & juſtitiam populo* ab „
eodem Creatore *ſuſcipere.* Non „
legimus tantum, verùm etiam cre- „
dimus. Quis igitur tam à ſenſu „
alienus, qui non videat eumdem „
Creatotorem ac Salvatorem, nos „
ad eos remittere, quos ſuper omnia „
bona conſtituit, quibus pacem & „
juſtitiam nobis diſtribuendam de- „
dit. Voluntatem ergò ejus facimus, „
& eum prætterimus, malignè frau- „
damus? *Subtrahimus?* Ejus vo- „
luntati reſiſtitis, repugnatis; eum non „
præ-

,, præteritis, malignè non fraudatis?
Ioan. 12. ,, 2. Eos bonorum ſuorum diſtribu-
,, tores eſſe voluit, ordinavit, ut præ-
,, teriremus, negligeremus? ô de-
,, mentiam! 3. Legimus Creatorem ac
,, Salvatorem Sanctos *honorificare*, &
,, tunc maximè cum per eos nobis ſua
,, pandit & exhibet mirabilia. Sic
,, enim *mirabilem* legimus *in ſanctis*:
,, quos honorificat, eos, in quibus
,, mirabilem ſe exhibet, honoramus,
,, ſi crimini nobis imputatur, non priùs
,, Deo qui eos honorificat imputan-
,, dum? O blaſphemiam & hæretico
Luc. 12. ,, ſinu ac pectore dignam! 4. Legi-
,, mus Creatorem ac Salvatorem eiſ-
,, dem *miniſtrare*, quibus miniſtrat,
,, nos miniſtramus, ſi ſcelus eſt, an non
,, à Creatore ac Salvatore priùs com-
,, miſſum? An non ſeipſum *malignè*
,, *præterit fraudatque*? Quid ſentis
,, impietas, & quâ in Deum injuriâ
,, ruis? Creatorem præteribat, &
,, eumdem malignè fraudabat D. Au-
,, guſtinus, qui hæc ad Virginem Dei
Lib. medit. ,, ipſius Matrem habet: *Sancta &*
cap. 40. ,, *immaculata Virgo Dei genitrix Ma-*
,, *ria & Mater Domini noſtri Ieſu Chri-*
,, *ſti, intervenire pro me digneris apud*
,, *illum, cujus meruiſti eſſe templum.*
,, Qui ad reliquos Sanctos iſta? *Sancte*
,, *Michael, ſancte Gabriel, ſancte Ra-*
,, *phael, ſancti Chori Angelorum, Pa-*
,, *triarcharum, Prophetarum, Apoſto-*
,, *lorum, Evangeliſtarum, Martyrum,*
,, *Confeſſorum, Sacerdotum, Levita-*
,, *rum, Monachorum, Virginum, om-*
,, *niumque juſtorum, per illum, qui vos*
,, *elegit, & de cujus contemplatione gau-*
,, *detis, vos rogare præſumo, ut pro me*

culpabili, ipſi Deo ſupplicare dignemi- ,,
ni, quatenus de faucibus diaboli, & de ,,
morte perpetua liberari merear. Præ- ,,
teribat D. Cyrillus Alexandrinus, ac ,, Tom. 2. homil. 6. in Neſtor
malignè fraudabat, qui ad eamdem ,,
hæc? *Sit tibi ſancta Dei Mater laus;* ,,
tu enim pretioſa margarita orbis terra- ,,
rum: tu lucerna inextincti luminis, ,,
ſceptrum orthodoxæ fidei, templum in- ,,
diſſolubile, continens eum, qui nuſ- ,,
quam contineri poteſt, Mater & Vir- ,,
go; tu benedicta inter mulieres, ejus ,,
parens, qui benedictus venit in nomine ,,
Domini. Per te Trinitas ſanctifica- ,,
tur, per te crux pretioſa dicitur & ad- ,,
oratur in toto orbe terrarum: per te ex- ,,
ultat cœlum, lætantur Angeli & Arch- ,,
angeli: fugantur Dæmones, & homo ,,
ipſe ad cœlum revocatur: omnis crea- ,,
tura idolorum errore decepta, conver- ,,
ſa eſt ad notitiam veritatis, & fideles ,,
homines ad ſanctum Baptiſma perve- ,,
nerunt, atque in toto terrarum orbe ,,
conſtructæ ſunt Eccleſiæ. Te adju- ,,
trice gentes veniunt ad pœnitentiam. ,,
Quid plura? Per te unigenitus Dei ,,
Filius, vera illa lux effulſit ſedentibus ,,
in tenebris & umbra mortis. Hæc ,,
ante mille ducentos annos, ſanctiſ- ,,
ſimam Dei Matrem orandi Chri- ,,
ſtianorum fides ac forma. Nimi- ,,
rum, quia *ſuper omnia bona* Creato- ,,
ris *conſtitutam*, quia *pacem & juſti-* ,,
tiam eam à Creatore *nobis ſuſcepiſſe* ,,
crederent. Non credis, propterea ,,
Creatorem præteriens, & malignè ,,
fraudans, ad eam minimè recurris. ,,
Quis enim Regis voluntatem non ,,
præterit, non malignè fraudat, qui ,,
ſervum, quem conſtituit ſuper om- ,,
nia

Digitized by Google

„ nia bona ſua, & ea ſubditis diſtri-
„ buenda per eum ſtatuit, præteriens
„ ac malignè averſatus, negligit? At
„ tibi ſermo præſertim de imagini-
„ bus, quas *vitulis aureis* Hieroboa-
„ mi, *diis aureis* Baltazaris Babylonii,
„ immò ipſis *Dæmonibus Semonibus*,
„ quas & idola appellas. Porrò Deus
„ per vitulos ac Deos aureos, per idola
„ & ſemones beneficia ſua non contu-
„ lit: at per imagines ſacras exhibet.
„ Quid inſtrumenta illa, per quæ no-
„ bis confert ſua beneficia, ſuas vir-
„ tutes operatur, negligemus, & non
„ eum præteribimus, & malignè
„ Creatorem per ea operantem non
„ fraudabimus? *Non ſubtrahemus*?
„ Olim Iſraelitæ in Silo Tabernaculū,
„ Arcam, Cherubim imagines, in
„ Templo Salomonis adibant, coram
„ eis procumbebant: in deſerto ſer-
„ pentem Æneum, Creatorem præ-
1. Reg. 1. 2. „ teribant, malignè fraudabant? O-
Numer. 21 „ lim Heliſeus pallium Heliæ, quod
3. Reg. 19. „ ceciderat ei, pretioſum habuit, illud
4. Reg. 2. „ adiit, tulit, Creatorem præteribat,
„ malignè fraudabat? Quid ais Ba-
„ lathro? Idem facientes, Creatorem
„ præterimus, fraudamus? Contrà,
„ non eum præterit, non malignè
„ fraudat, qui eas creaturas per quas
„ beneficia ſua largitur, præterit, ac
„ malignè negligit? Et quo fine quæ-
„ ſo, illa ipſa ſua beneficia per eas ex-
„ hibet? Nonne ut eo omnes, ad-
„ volent, conveniant, eum in ſuis crea-
„ turis laudent, glorificent? Præte-
„ reà cur auxilio creaturarum nos uti
„ voluit? An quoties iter facturus,
„ & ut illud cum minore labore vel
baculo, vel curru, aſino, mulo, vel „
equo uteris: quoties ad neceſſitatem „
propulſandam aliis creaturis uteris, „
ad eas recurris, toties Deum præte- „
ris, malignè fraudas? Contra ſi ex „
ſcientia, his opus habens, eas negli- „
gis, nonne toties Deum præteris, „
eumdem malignè defraudas? Quid „
ſi per ſacras imagines ſtatuit ſe no- „
bis adfuturum, eas tamen negligi- „
mus, nonne eum præterimus, ma- „
lignè fraudamus? Aquam olim „
Samſon in vehementi ſiti poſtula- „
vit: aquam ei Deus è mandibula „
aſini producit: negligit Samſon „
mandibulam aſini divino beneficio „
ſibi ſcaturientem aquam, non ad „
eam recurrit, convolat? Præteri- „ *Iud. 15.*
bat Creatorem, malignè eum frau- „
dabat? Apage mihi iſtas cæcitates „
malignitatis, & *meliora chariſmata* „
æmulare. „

„ At *acceptam gratiam ac ſalu-* „
tem referimus creaturis, imaginibus. „
Dicis, quî probas? Negamus ab- „
ſolutè. Nos enim Deo ſummo, ac „
primario omnium rerum ac bono- „
rum Auctori, collatori, eam acce- „
ptam referimus, ei gratias reddimus: „
ſanctis tamen horum omnium ad- „
miniſtris, & velut his, quorum me- „
ritis nobis dari ea impetravimus: „
imaginibus verò minimè; tantùm „
ante eas procumbimus Deo, & San- „
ctis ob gratiam ac beneficia accepta „
gratias agentes. Hoc idem Lipſius „
nobiſcum olim: Atque ante ima- „
ginem D. Virginis Hallenſis *rariſ-* „
ſimas ingenii animique dotes, largiſſi- „
mâ Dei manu acceptâ in ſe collocatas, „
Deo

„ Deo ipſi, veluti primario omnium „ Datori, ejus autem Matri velut Adminiſtratori receptas, *ſubmiſit*. Non „ ad Aram Virginis rurſus, quemadmodum calumniaris, ſed Dei, cui ſoli illa erigitur, dedicatur, *talenti ſui* „ *divinum munus* Deo conſecravit „ *principaliter*.

Præclarè ac ſolidè docet hîc noſter Doctor, per recurſum ac confugium ad glorioſam Dei Matrem, ejuſque per conſequens honorem ac laudem, nihil ſubtrahi Chriſti gloriæ aut honori, at omnia ipſi velut omnium bonorum fonti ac Datori attribui, qui per Sanctos, & præcipuè per ſuam ſanctiſſimam Matrem ſua nobis voluit dona elargiri, ac in eis ſua dona magnificari: unde etiam fit, ut, Deo ſic diſponente, qui nihil nos habere voluit quod per manus Mariæ non tranſierit, illi rem placitam, & per ſe convenientem præſtemus, ad ipſum per Matrem accedendo: primò, quia ſic ipſius faciamus voluntatem, ut enim Deus ſuos amicos honoret, voluit interdum per eos facere, quod ſine eorum interceſſione non faceret, ſicut legimus factũ cum Job, & amicis ejus: *Job autem ſervus meus orabit pro vobis, faciem ejus ſuſcipiam*, inquit Deus amicis Job. Job. 42. Secundò, quia ſic majorem divinæ majeſtati exhibemus reverentiam, ad quam immediatè veremur accedere. Tertiò, ut dignitas interceſſoris ſuppleat inopiam noſtram: unde Mariam Virginem interpellare, non eſt de divina miſericordia & bonitate diffidere, ſed de propria indignitate, ac indiſpoſitione timere: quo ſenſu dixit ſanctus Bernardus: *Hæc peccatorum ſcala, hæc tota ratio ſpei meæ*. Ser. de Nat. V. M. Hinc quoque colligitur, licet in Deo habeamus omnia, nos tamen indigere Matre Dei ut ad eum ſecurius veniamus per ipſius merita & interceſſiones: in Deo habemus omnia, & tamen indigemus auxilio & ſubſidio proximi, indigemus Magiſtris, indigemus Advocatis, protectoribus, aliiſque. Ex his omnibus deſumat ſibi monitor quod arridet, & ad ſibi ſcrupulos eximendos deſervit: in quem finem plurimum quoque conducet hæc conſideratio, quod parentes, amicos, ſuperiores, benefactores, honorantes, laudantes, regratiantes nihil Deo ſubtrahant, neque parentes, amici, ſuperiores, benefactores honorati, laudati quidpiam cum Deo dividunt; hinc enim lumen habebis, videbiſque nihil Deo ſubtrahere, in nullo eum fraudare, qui honorant, ac laudant Matrem Dei, & Matrem noſtram, nec honoratam ac laudatam Matrem quidpiam cum Deo dividere; ſed omnia ſecundùm Dei ordinationem procedere ac fieri, in ejuſque honorem ac laudem redundare, nihilque cultoribus B.V. Mariæ cum idololatris Colliridianis eſſe commune, apageſis Momorum monita fraudulenta.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Quotus quiſque eſt, cui in rebus anguſtis & deſperatis non Hallenſe lignum, potius quam Deus vivus, imò illud ſolùm illico ac ſponte propriâ, vel ſuggeſtione alienâ in mentem venerit? Quis non ſepoſitâ procul memoriâ Dei, gratias ſtatue

tua egit tamquam unicæ ſervatrici. Unde Dei Mater inducitur vel invita, ac in vanum monens: *Nolite plus fiduciæ in me collocare, quam in Deo, ne me vocaveris* ſalvatricem.

Monil. ſalut §.3. n. 9. & n 5.

Palæſtrita Carmelita. Cap. 34.

„ Ecquotus quiſque eſt eorum, qui „ divam Virginem Hallenſem, ejuſ- „ que imaginem venerantur, cui non „ illicò veniat in mentem hæc iſta tua „ calumnia? Cui non illicò occurrat „ tam inſolens impoſtura? Qui pro- „ inde non ſtatim eam ſimplici nega- „ tione expuat? Dicat non ſe lignum, „ ſed imaginem venerari, & ante ima- „ ginem ſanctiſſimam Dei Matrem? „ Non ſe imagini gratias agere, ſe „ Virgini velut mediatrici, & Advo- „ catæ, ſed Christo velut collatori ac „ largitori ejus beneficii, quod acce- „ pit? Qui tibi aliter credenti non re- „ ſpondeat, te malè ac impudenter „ ſentire? Eſſe quod tibi cadat animo „ tam vana credulitas, tam falſa o- „ pinio? Nihil ſe facere alienum ab „ Iſraelitis, à Joſue & aliis, qui angu- „ ſtis & deſperatis rebus, coram Deo „ ante Arcam & Cherubim imagines, „ ante altare, ac propitiatorium pro- „ cumbebant, idque abſque ulla „ idololatriæ nota ſuſpicioneve? Ne- „ minem porrò inſtrumentum potius, „ quàm artificem, autoremque ſalutis „ in mente, in corde habere? Rem „ omnem per quam Deus tam magni- „ ficè operatur non abducere à Deo, „ ſed potiùs adducere, attrahere? Deũ „ verò non ita deſipere, ut iis utatur, „ quibus nos à ſe avocet, cum contra „ ad ſe nos allicere inſtituat; quod ta- „ men fatendum eſſet, ſi per ea, quibus „ ſua beneficia nobis impertitur, nos „ abduceret. „

Hæc maturè, animoque recollecto ac tranquillo meditetur Monitor, & quotquot ſibi perſuadent, nos plus fiduciæ collocare in Virgine Maria, quã in Deo, devotionemque erga eamdem à Deo animum ſeparare, affectumque dividere.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Hoccine eſt, ſe ad Creatorem erigere, laudare, invocare Salvatorem, Redemptorem; & non potius exiſtimare eum procul abeſſe in cœlo, longumque vale dixiſſe hominibus, præſentius ac paratius Hallis præſidium eſſe, benigniorem Deo Virginem adſtruere? Hinc B.V. Mariæ affingitur hoc monitum: *Dictum eſt vobis à Filio meo:* Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt. *Numquid putatis quod amplius proderit ei, ſi dixerit mihi*, Domina, Domina? *Abſit ut iſta credatis. Noli dicere quod Chriſtus ſit iudex ſeverus, ego verò Mater miſericordiæ. Ille eſt fons omnis miſericordiæ & gratiæ, qui non poteſt exhauriri.* Accedite itaque cum fiducia ad thronum gratiæ. *Nolite contendere pro hac vel illa figura, pro hoc vel illo loco.*

Matth. 7. v. 21. Monit. ſalut. §. 2. n. 3. §. 3. n 7. n. 8. 5. 6.

Hebr. 4. v. 16.

Palæſtrita Carmelita. Cap. 34.

„ Cur tu impie

Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererras
Arte locum, & variis aſſultibus irritus urges?

„ Et

Digitized by Google

,, Et quo iſtæ Calvinianæ arcadi-
,, cæque illationes ? Cur Deus
,, quæſo, rebus creatis tot vires, tan-
,, tas virtutes indidit ? Cur homi-
,, num uni potentiam, robur, uni di-
,, vitias, alteri ſcientiam, ſapientiam,
,, diverſis diverſa dona diſtribuit ?
,, Cur ut mutuis auxiliis mutuâ ope
,, nobis adeſſemus, voluit ? Debi-
,, les, quoties à potente & robuſto :
,, pauperes, quoties à divite : quoties
,, indoctus à docto, inſipiens à ſapien-
,, te ſuppetitas opemque implorat :
,, infimus, quoties ad medicum con-
Eccli. 7. ,, fugit, *quem Deus propter neceſſita-*
,, *tem creavit*

—— Palmas ne quicquam ad ſi-
dera tendit ?

Sap. 16. ,, Qui medicum vocat non ſeſe
,, erigit ad Deum ? Ita ſtupidus, ut
,, illius non recordetur ? *Non ma-*
,, *lagma Domine, ſed ſermo tuus, qui*
,, *ſanat univerſa ?* Sitibundus qui ad
,, fontem refrigerii gratia recurrit,
,, Deum negligit ? Non novit à Deo
,, omnia in uſum homini data ? Qui
,, ad Divam Virginem Dei Matrem,
,, qui ad aliquem Sanctorum conver-
,, titur, à Deo avertitur ? Fide Ca-
,, tholicâ inſtructus non meminit
Matt. 24. ,, ſanctos *conſtitutos ſuper omnia bona*
Luc. 12. ,, *ejus* ? Quid nihil virium, nihil for-
,, titudinis, nihil poteſtatis Diva
,, Virgo à Deo accepit ? At ſancti
,, *qui ſperant in Domino, mutabunt*
,, *fortitudinem*, hoc fortitudinem
,, longè majorem induent : non fuit
,, ſancta, non ſperavit Virgo in Do-
,, mino ?

Infelix quæ tanta animum demen-
tia cepit ?
Non vires alias, converſaque numi-
na ſentis ?

,, Quid præter omnem rationem ,,
& ſenſum inſurgis in Dei Matrem ? ,,
Cur præter mentem, ordinem, mo- ,,
dumque in eam incurris ? Miſer

Cede Deo.

,, *Non erigebat ſe ad Creatorem uni-* ,,
verſi Sarepta vidua, quæ poſtulabun- ,,
da filii ſuſcitationem ſic Heliam allo- ,,
quitur ? *Quid mihi & tibi vir Dei ?* ,, 3. Reg. 17.
Ingreſſus es ad me ut rememorarentur ,,
iniquitates meæ, & interficeres filium ,,
meum ? Non Joſaphat qui ad Heli- ,,
ſæum confugiendū pro exercituum ,,
liberatione conſulebat, cum diceret ? ,,
Eſtne hic Propheta Domini, ut depre- ,,
cemur Dominum per eum ? Non vi- ,, 4. Reg. 3.
dua illa, quæ ad eumdem confugit, ,, 4. 5.
impetravitque olei augmentum, pro ,,
redemptione filiorum ? Non Suna- ,,
mitis, quæ eumdem acceſſit pro ſuſ- ,,
citatione filii ſui, adeò ut diceret : ,,
Non dimittam te ? Non Filii Pro- ,,
phetarum, qui pro tollenda amari- ,,
tudine eumdem expoſtularunt di- ,,
centes ? *Mors in olla vir Dei* ? Non ,,
Naaman Leproſus qui pro recupe- ,,
randa ſanitate ad eum venit ? Non ,,
alii qni ad alios Prophetas in angu- ,,
ſtiis & neceſſitatibus ſuis confuge- ,,
runt ? Quid ? Omnes iſtos non ex- ,,
cedit virtute & gratiis ſanctiſſima ,,
Dei Mater ? At vivebant illi. Non ,,
vivit verò & beatiore longè vitâ, ,,

Digitized by Google

,, quam illi vivebant, Virgo? Sed &
,, effugium eſt; Nam ſi confugere ad
,, Dei Matrem jam cœlo fruentem, eſt,
,, non *erigere mentem ad Creatorem*
,, *univerſi*: nulla ſubeſt ratio in op-
,, poſitum, cur confugere ad auxi-
,, lium, opemque viventium in hoc
,, mundo, non ſit non *erigere ſe ad*
,, *Creatorem univerſi.* Immò quanta
,, enim Dei cum Sanctis in cœlo con-
,, junctio? Quàm arcta & intima
,, ſocietas? An non longè arctior,
,, anguſtior, quam cum Prophetis ad-
,, huc in terra degentibus? Qua de
,, cauſa; an non magis ſeſe ad Crea-
,, torem univerſi erigit, velut minus ſe-
,, parabilem ab illis, quam ab iſtis, qui
,, ad Sanctos jam cœlo fruentes con-
,, fugit? Fides Catholica credit De-
,, um in Sanctis operari, quicquid fe-
,, cerint; ſic eos operatione conjun-
,, ctos, ut iſti ab illo ſejungi in ope-
,, rando minimè queant. Credit
,, inſuper Deum eſſe potiorem ac pri-
,, mam cauſam totius bonæ opera-
,, tionis: Sanctos verò minus præ-
,, cipuam. Quibus poſitis, & quis
,, credat illos ita actione conjunctos,
,, & unum ſine altero concipiat?
,, Quis debilioris ac minus præcipui
,, memor erit, & potioris potentioriſ-
,, que agentis non recordabitur? Quis
,, ab iſto recedet, ut illi ſoli animum,
,, mentem, cogitationem voveat &
,, conſecret? Novit Virginem nihil
,, ſeipſa poſſe ſed ſolùm delegatione,
,, & ad Creatorem univerſi velut ad
,, potiſſimam cauſam non ſeſe erigit?
,, Demus jam cœlo fruentem Ange-
lum: non *erigebat ſe ad Creatorem* ,,
univerſi, Jacob Patriarcha, qui ad ,,
Angelum confugiendo dicebat? ,,
Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. ,, *Geneſ.* 32.
Et ne hic mihi Anglum ex delegatio- ,,
ne & officio miſſum objicias. Nam ,,
præterquam quod objectio hæc in ,,
nullo ſalvat propoſitionem tuam ab ,,
impietate & ignorantia: *in cœlo ſunt* ,, *Matt.* 22.
Sancti ſicut Angeli Dei: Et Virgo ,,
omnem Angelorum ordinem exce- ,,
dit. Adeò ut id quod per An- ,,
gelos Deus, per Sanctos etiam face- ,,
re queat: Et quod faciat, credit Ec- ,,
cleſia Catholica. Forſitan quia ma- ,,
gis provocatur qui ad Virginem ,,
confugit Dei obliviſci, quam qui ad ,,
Angelos. Nam in hoc iſto, hujus ,,
objectionis totus vertitur cardo. Sed ,,
quoniam nulla cauſa, nulla ratio ,,
huic ſuffragari poteſt: ſi Jacobo Pa- ,,
triarchæ, ſi aliis licuit benedictionis, ,,
refugii, ac cuſtodiæ gratiâ ad Ange- ,,
los confugere, ſalvâ in Deum cogi- ,,
tatione & intentione, licebit ad Vir- ,,
ginem, ad ſanctos opis, auxilii, & ,,
conſolationis causâ, ſine præjudicio ,,
debitæ ad eumdem Deum elevatio- ,,
nis mentis & cordis. ,,

,, Porrò quemadmodum Regem ,,
terrenum non poteſt non invocare, ,,
& benefactorem non agnoſcere, ,,
qui commiſſum quæſtorem ac the- ,,
ſaurarium ab eodem Rege, diſtri- ,,
buendis nummis, vel ad vitam ne- ,,
ceſſariis, invocat, & eundem eo in ,,
officio fideliter ſe gerentem lau- ,,
dat: quemadmodum qui Joſephum ,,
Patriarcham præfectum Ægypti ſub ,,
,, Pha-

„ Pharaone, pro tritico tempore ſa-, „ mis adibant, invocabant, & ſum- „ mâ ſe gerentem fidelitate laudabant, „ Salvatorem prædicabant, non po- „ terant non adire, invocare, lau- „ dare, Salvatorem agnoſcere Pha- „ raonem, qui eum huic negotio præ- „ fecerat: ita non poteſt non invocare „ Deum, eundem laudare, Salvato- „ rem ac Redemptorem profiteri, qui „ Sanctos, bonorum ejus diſpenſa- „ tores, diſtributores, invocat, lau- „ dat, & Salvatores agnoſcit. Non „ enim aliter ſalvant, quàm miniſte- rialiter, & delegatâ poteſtate. „

„ Sed neque Deum *procul in cælo* „ *abeſſe putat*, quem novit cum San- „ ctis eſſe; quem novit per eos, quo- „ cúmque illi operabuntur operari. „ Neque errat, qui Hallis aut alio „ loco paratius ac præſentius præſidi- „ um divinum adeſſe crediderit. „ Nam etſi Deus ubique, & ubique „ invocari, exaudire queat, tamen eſt „ agens liberum nec ex neceſſitate.
Ioan. 3. „ Undè & ipſe Salvator: *Spiritus ubi* „ *vult ſpirat*. Et illa quærit in Can-
Cantic. 1. „ ticis: *ubi habitet, ubi cubet*. Adeò „ ut in uno potius, quàm alio exau- „ diat loco. Quod unum infinitis „ Scripturæ locis confirmari poteſt. „ Quare ſi divinum præſidium præ- „ ſentius ac paratius in uno quàm in „ altero credat, non perperam, nec „ malè ſenſerit. Hoc & Judæorum „ tunc vera Religio profitebatur, quæ „ audierat dictum Salomonis: *San-* „ *ctificavi mihi domum iſtam, quam* „ *ædificaſti nomini meo, ut ſit nomen* „ *meum ibi in æternum, & erunt ocu-* *li mei & cor meum ibi cunctis* „ *diebus*. „

„ Virginem Deo benigniorem propterea nemo exiſtimat, à quo „ pendere, quicquid benignitatis, „ quicquid pietatis in ea eſt recogno- „ ſcit. Sunt enim hæ & ſimiles illa- „ tiones, impietatis riſus & ſcomma- „ ta, quibus nulla ratio Patrocinari „ poteſt. Et in his omnibus, quòd „ familiare eſt omni hæreſi & incre- „ dulitati, non cernis, non obſervas „ te delirare & graviſſimè impingere „ in Sacra oracula, nec meminiſti, „ *Mirabilem Deum in Sanctis eſſe*, & „ ideò *in eis laudandum*. Pſ. 66. & 100. „ Ex his nummis ſibi conetur ſolvere Monitor, neſcio enim an ipſi debean- tur omnes.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Quorſum oculos in cælum, ſi cor Hallas miſſum? At honeſta hæc fœmina ſi Beata Virgo fuiſſet, non eam opinor legem tuliſſet, quàm diabolus Chriſto. Si me adoraveris; *ſed quam boni Angeli*. Vide ne feceris, conſervis tuus ſum & fratrum tuorum, qui habent Teſtimonium Jeſu. Deum adora. *Reſtat igitur ut fuerit impurus quiſpiam Genius transformatus in Angelum lucis*. Vultne aliud quidpiam hoc Dei Matri appictum monitum? *Nolite contendere pro hoc vel illo loco*. Ego *ante pedes A-* Monit. ſa-
gni mitto coronam meam, quamvis ſit lut. §. 6. §. 3 n. 1.
pretioſiſſima inter omnes alias, ſciens Apoc. 4. 8.
quòd à me nihil ſum. Ego enim 10.
conſerva veſtra ſum. Ibid. 22. v. 9.

Digitized by Google

Palæſtrita Carmelita. cap. 34.

„O arduam & abſtruſam recon-
„ditioris cerebri objectionem! ec-
„quis quæſo Gordium hunc nodum *Daniel.8.*
„ſolvet? Quis ſalvo honore, ſalvâ
„veritate ab ea ſe expediet? Verùm
„Anonyme, quorſum Daniel apertis
„feneſtris ſui cœnaculi, tribus tem-
„poribus flexis genibus, Deum con-
„tra Jeruſalem adorando eique con-
„fitendo, *oculos in cœlum*, *ſi cor Hie-*
„*ruſalem miſſum*? Corde & animo
„Hieruſalem reſtitui in priſtinum
„ſtatum ac ſplendorem cupiebat. Si-
„ne cœleſti, divino ac ſpeciali auxilio,
„non poſſe fieri noverat. In hujus
„profeſſionis ſignificationem oculos
„in cœlum levat. Quorſùm hoc,
„*ſi cor Hieruſalem miſſum*? Quis te
„non rideat provocantem? Hallis
„multa miracula fiebant in conſola-
„tionem miſerorum & afflictorum
„ad imaginem divæ Virginis, ejuſdem
„meritis, quæ non niſi divinitus fie-
„ri omnes noverant. In hujus fidei
„argumentum ac ſignificationem,
„qui aliquâ premebantur anguſtiâ ſi-
„mul oculos in cœlum & cor Hallas
„mittebant: quid eſt, quòd hic ob-
„ſtrigilles? Repugnat Deum Hallis
„miniſterio Matris operantem cogi-
„tare, eò ubi operatur cor mittere,
„& oculos in cœlum levare? An
„non oculorum in cœlos levatio, ejus
„mentis, quæ crederet miracula ea,
„quæ Hallis fiebant, non niſi cœ-
„leſti ac divinâ poteſtate fieri, indici-
„um ac ſignum? Non actis, geſtis,
ac Ceremoniis licet ac contingit „
profiteri, quòd labiis oréque? ſed „
ſunt iſtæ ſubtilitates vel potius ſu- „
gillationes vanæ ac leves, quibus „
Calvinianæ Scholæ ſtudioſi refici- „
ciuntur, recreantur. Quæ quan- „
quam abjectæ ac riſu dignæ, apud „
eos tamen ſummo in pretio haben- „
tur. „

„Ecquid eſt, cur imaginem divæ
Hallenſis ridendo honeſtam fœmi- „
nam vocites? Illude quantum po- „
tes (nam hoc ſolemne eſt ſcurrilita- „
ti ingenii hæretici) nos ſerio accipi- „
mus, & fœminam ſimúlque Vir- „
ginem repræſentativè, non erube- „
ſcimus dicere. Honeſtam non con- „
fundimur vocare: quia ad honeſta- „
tem, ad caſtitatem, pudicitiam, „
humilitatem, vocat. Eſt enim „
ejus Virginis imago, quæ ſpeculum „
& exemplar eſt, omnis virtutis, ca- „
ſtitatis, humilitatis: quæ Eccleſia- „
ſtici 24. dicit: *Ego Mater pulchræ* „
dilectionis & amoris: in me om- „
nis ſpes vitæ & virtutis: in me „
gratia omnis viæ, & veritatis. Non „
veremur denique repræſentativè „
Virginem Dei Matrem aſſerere. „
Nam eò in ſenſu non mentimur, ſed „
verum dicimus, ſcribimus. Cæte- „
rum Beata Virgo eam ſibi adoratio- „
nem non poſtulat quàm Dæmon in- „
ſolenter à Chriſto ſibi deferri vole- „
bat. Novit enim ſoli Deo deberi: „ *Matth.4.*
neque nos ei tribuimus, ſed eam tan- „
tum quæ hyperduliæ eſt. De qua „
hæc ipſa B. Virgo: *Beatam me di-* „ *Luc.1.*
cent omnes generationes, quia fecit „
mihi magna qui potens eſt, & ſanctum „

„ *nomen*

Digitized by Google

„ *nomen ejus*. Neque eſt quòd in „ medium adferas, quòd bonus Angelus divo Joanni ſe adorare volenti dixit ac prohibuit : quando ille „ Scripturæ locus de adoratione ſumma, quàm Græci uno nomine *latriam* vocant, & quàm divus Joannes Angelo, quia Deum eſſe arbitrabatur, deferre parabat, intelligendus veniat, quemadmodum toties vobis reſponſum fuit. Alioqui „ conciliato illa divina oracula, quæ „ apertiſſimè verbis ſignificant ſalvâ „ adoratione debitâ Deo, Angelos „ ab Abrahamo, Geneſ.18. à Lotho, „ Geneſ.19. à Joſue, cap.6. adoratos. Quæ Angelo Gedeonem ſacrificium obtuliſſe. Jud.6. narrant. Addo quòd Angelus non „ ſolùm ad intentionem divi Joannis, „ verùm etiam ad ejus meriti magnitudinem reſpiceret, quò ſibi æqualem ac parem D. Joannem ſciebat. „ Undè inter alias rationes cur ipſum „ prohiberet hanc adducit : *Conſervus enim tuus ſum*, &c. At non „ ſic in Virgine, quàm norunt, non *ſuam conſervam*,, (Nota benè) „ ſed „ Dominam, quàm ſciunt omnes „ ordines, exercitus chorôſque excedere. Qua ratione minus paſſus „ fuiſſet Angelus ſe ab ea adorari, „ quàm potius adoraſſet. Norunt enim omni ſanctitati & dignitati ſuam deberi adorationem, uxta Sanctitatis ac dignitatis menſuram, „ modúmque. Sciunt nullam aliam „ poſtulari quàm quæ ſingulorum „ congruit gradui. Et ſciunt Sancti „ adorationem ſibi delatam referre debere in Deum : hinc quicquid „ faciunt (non faciunt autem niſi per „ eos & in eis illo operante) *ut in* „ *Deum credatur, eidémque ſuus* „ *honor, qui latriæ eſt, reddatur, totum quòd veraciter laudatur, ad ejus* „ *gloriam proficere in quo laudantur*, „ *volunt. In Domino quippè anima* „ *eorum laudantur*. Reſtat igitur, ut „ non impurus Genius, quemadmodum impiè concluſum eſſe voluiſti, „ ſed purus fuerit, qui ſalvâ ſummâ ac „ Deo debitâ adoratione, venerationem ſibi deferri permiſit. „

Apoc.19. 22.

Hæc Monitor animo compoſito, mentéque recollectâ conſideret, & futuram indè ſperet ſuorum ſcrupulorum diſpulſionem: unâq; audiat monitum ſalutare B. V. Mariæ ad cultus ſui reprehenſores indiſcretos. *Nolite ſimplices & rudes in errorem ducere, aut devios ab Eccleſia ſcandaliſare, & in errore confirmare, aut Eccleſiæ infamiam aſpergere, ac ſi me coleret inſtar Dei, de quò crimine Eccleſiam tacitè calumniaris fili indiſcrete. Si tibi conſerva ſum, nonne me Matrem habebis? Nonne Eccleſiæ infamiam aſpergis quæ me colit ut Dominam Angelorum, & Reginam Sanctorum omnium? Non ſit tam ſobria, tam abjecta mea laus, recedant ab ore veſtro omnes iſtiuſmodi laudes, imò vilipendia, cum Gloſſis quibus futiliter excuſantur : uti enim laus mea, ita & vilipenſio mea redundat in Filium meum, quem uti* magnificat anima mea, *ita & per me, & in me faciat anima veſtra, quia licet ex me nihil ſum, tamen per ipſum magna ſum* : fecit mihi magna qui potens eſt: *hoc*

Luc.1.

Ibid.

hoc beneficium & ego & vos grato erga Filium meum animo debemus recognoſcere. Undè fili infidelis, & ingrate Filio meo, futiliter Scripturam illam ex Apocalipſi torſiſti, ut me apud
Apoc. 2. *diſcretos meos cultores tuam probes conſervam. Fili* recordare undè excideris, & age pœnitentiam.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Cur ipſa Beata Virgo Hallis potius quam Romæ, vel Laureti coli dicatur, rationem non invenio; ſtatuam ergò o-
Monit. ſalut. § 6. *pinor intellexit Lipſius.* Undè B. V. Maria inducitur monens: *Ne arbitremini me aliam eſſe hic, aliàm ibi, aliàm in monte Serrato, aliàm in monte Acuto: Eadem ſum ſemper: nolite contendere pro hàc vel illa figura, pro hoc vel illo loco.*

Palæſtrita Carmelita, cap. 34.

„ Attamen ſcriptum eſt: *Quærite* „ *& invenietis.* Quî fit ut non inve- „ nias? *Occurrit lætanti, ac facienti*
Eſa 64. „ *juſtitiam.* Cur non tibi? Ratio „ dicti illius Chriſti, Lucæ 11. *Quærite & invenietis*, conſiſtit in re, ut „ quid ſit quærendum conſideretur, „ atque hoc iſtud eſſe, quòd Chriſtus
Tertull. de præſcrip. 10. 11. 12. 13. „ inſtituit. In tempore, ut quando. „ In modò, ut quouſque inveniatur. „ Inventum autem cum creditum. „ Nam *omnis prolatio quærendi & inveniendi credendo figitur. Et fructus* „ *quærendi hunc modum ſtatuit. Hanc* „ *foſſam determinavit ipſe, qui non* „ *vult aliud credi, quàm quòd inſtituit,* *ideòque nec quæri.* In loco, ut ibi „ quæratur veritas, ubi vel perdita „ fuit, vel non habita. Mulier, quæ „ dragmam perdiderat, eam non in- „ veniſſet, niſi ubi perdiderat, ibi „ quæſiviſſet. Nec vicinus qui pa- „ nem non habebat, niſi ibi pulſaſſet, „ ubi panis ſibi poſtulandus ac ac- „ commodandus erat. In eo, à quò „ petenda. *Nam nemo indè ſtrui poteſt, undè deſtruitur. Nemo ab eo* „ *illuminatur, à quo contenebratur.* „ Invenies porrò, qui in ſingulis iſtis „ articulis, in quærenda veritate er- „ ras, & delinquis? Sanctorum, in „ ſuo genere, adorationis, & Dei in „ ſuo conſideratæ, eadem ratio & „ diſciplina. Indè eſt, ut qui ratio- „ nem non invenit, cur Beata Virgo „ Hallis potius, quàm alio altero lo- „ co coli dicatur, rationem quoque „ non invenit, cur Deus, potius in „ Bethel, in Silo, in Tabernaculo, in „ Oreb, in templo coli diceretur. Nam „ quibus rationibus illis in locis potius „ coli voluit Deus, quàm alibi, iiſ- „ dem & Beatam Matrem in uno po- „ tius coli voluit, quàm alibi. Nunc „ rationem ſi quæras cur Deus coli di- „ catur, potius in uno, quàm alio lo- „ co, ex parte Dei, ſtet voluntas, e- „ júſque electio libera, pro ratione. „ Ex parte noſtra, ipſi Deo invitanti „ ac allicienti debitum obſequium, de- „ bita obedientia, attentio. *Ramum* „ *viridem oſtendis ovi & trahis illam:* „ D. Aug. in Joan. tract. 26.
nuces puero demonſtrantur & trahuntur. Iſtis viliores, ſtupidiores eri- „ mus? ſua Deus mirabilia in uno lo- „ co potius operatur, oſtendit: quo „ fine?

Digitized by Google

„ fine? qua quæſo intentione? An „ non ut eò nos trahat? Et ubicùnque iſtos frequentius apparet, nónne „ ut eò, ibi eum potius, quàm alio „ adoremus? non rebus ac factis demonſtrat, quòd vel voce imperaret, moneret? Non eò potius currimus, quò plura beneficia recipimus? Hallis tunc temporis meritis „ Sacratiſſimæ ſuæ Matris plura quàm „ alibi ſuæ præſentiæ ſigna edebat, demonſtrabat: quis non Hallas potius quam alibi cucurriſſet, ibi Deum „ in Beata ejus Matre coluiſſet? ſed hæc ignota non credenti. „ *Poſt pauca addit.* „ Atque vindex Lipſius „ ſcurrilem tuum nodum, (de *multiplicatione Virginis ad multiplicationem imaginum ejuſdem*) ſic ſeriò „ ſolvit: non neceſſum eſſe multiplicatis, vel in infinitum B. Virginis „ imaginibus, virginem multiplicari, „ alteram atque alteram eſſe. Hoc „ ſcribendo excogitaſſe, fuiſſe abjecti, ſtulti, & inſolentis animi. „

Judicent modò prudentes, quale monitum relatum mereatur notam. Videat etiam ipſe monitor, an, non contendere quidem, at ſuadere, conſulere merito poſſimus *pro hoc vel illo loco*, & fidelibus unum potius quam alium commendare locum, illum nimirum, in quo Deus per ſuam Matrem mirabilia ſua potius operatur, atque ad quem nos rebus & factis attrahit, allicítque potius, quàm ad alium.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Docet Spiritus Sanctus illo Scripturæ loco Hierem. 17. Maledictum hominem qui confidit in homine. *Quorſum igitur fiduciam in D. Virgine ponere?* hinc B. V. Maria compellitur monere: *Confide Chriſto qui neminem deſperare ſinit: Nolite plus fiduciæ in me collocare, quàm in Deo. Ille* torcular calcavit ſolus, & de Gentibus non erat quiſquam cum eo. *Ne itaque me vocaveris* Salvatricem, *aut* Corredemptricem. *Monit. ſalut. §. 3 n. 2 n. 9. n. 4. n. 5. Iſa. 63. v. 3*

Paleſtrita Carmelita cap. 35.

„ Quò quò ignorantia alios doctura proripis? quæ enim iſthæc „ præſumptio in homine nullius bonæ Philoſophiæ ac Theologiæ docto, ſcio? Alas habeat, qui volare „ volet. Nam etſi an „

---- *Habeas quærat nemo, ſed oportet habere*
Hoc monſtrant vetulæ, pueris poſcentibus aſſem:
Hoc diſcunt omnes ante alpha & beta puellæ.

„ Deum objectum ſpei ac fiduciæ noſti? vix crediderim. Verùm noveris, at ſub quibus qualitatibus „ ac conſiderationibus omnino ignoras; alioqui non tam inconſideratè „ hoc divinum oraculum objiceres. „ Doceamus tamen quo poterit fieri „ brevius: ita enim fiet ut rem gemino ab ovo ordiamur & repetamus. „ Primò itáque eſt objectum noſtræ „ ſpei ſub qualitate beatitudinis compenſationiſque in cœlo. *Spes enim* „

,, *noſtra omnis in futuris eſt*, ait D.
,, Chryſoſtomus *& ſpes eſt de beatitu-*
,, *dine futura ſicut de ultimo fine*, ut
,, docet D. Thomas. Eò ſpectant
,, quæ olim Abrahæ Deus ipſe dice-
,, bat: *Ego ſum merces tua magna ni-*
,, *mis.* Eò, quæ Chriſtus ſuis: *in hoc*
,, *gaudete, quia merces veſtra copioſa eſt*
,, *in cœlis.* Ad Deum porro beatitu-
,, dinem noſtram futuram perveniri
,, poteſt ſine ullis interjectis mediis?
,, Qui præruptum ac præeminentem
,, montem aſcendere habet, vel ſi o-
,, culos ad eum levet, non tamen ad
,, eum perveniet, quàm interjectis ac
,, veluti propoſitis gradibus, collibus;
,, neque ad colles quàm interpoſitis
,, teretibus. Neceſſúmque habet vi-
,, ſum ad colles & teretes demittere,
,, greſſus convertere, priuſquam a-
,, ſcendere eò queat. Ut idem de
,, beatitudine, monte ſancto illo, de
,, quo Pſalmo 14. mentio eſt, judi-
,, cemus. Ad quem nemo perveni-
,, re poteſt, quàm mediante auxilio
,, divino, de quo ſpes noſtra, tam-
,, quam de medio, quòd ad finem
,, ducit, quodque beatitudinem, li-
,, cet præruptam & arduam nobis,
,, poſſibilem ac facilem reddit. Un-
,, dè illud. *In Deo ſperavit cor meum,*
,, *& adjutus ſum.* Pſal. 27. Nam cum
,, appetitus noſter in nullam rem effi-
,, caciter feratur niſi prius eam poſſi-
,, bilem adeptu & acquiſitu: Nulla ſit
,, finiti ad infinitum, præſertim quod
,, omnem Cathegoriam rerum natu-
,, ralium ac creatarum excedit, pro-
,, portio aut unio: Beatitudo autem
,, futura conſiſtat in conjunctione &

Hom. 2. in epiſt. ad Coloſſen
1. 2 q 69. art. 1. ad 1.
Gen. 15. Matt. 5. Luc. 6.
D. Tho. 1. 2. q. 69. a. 1.

unione creaturæ rationalis cum ,,
Deo, qui omne genus longè latéque ,,
ſuperat, ad eam, via naturali impoſſi- ,,
bilis nobis erat acceſſus. Corpora ,,
noſtra ad vitam revocari, in cœlum ,,
aſcendere, eò penetrare oportere: ,,
immortalitate, ſubtilitate, agilita- ,,
te, ſplendore, ac fulgore donari, illu- ,,
ſtrari prædicabatur. Quæ ſpes, quæ ,,
fiducia iſtis, naturæ lege ac curſu ,,
impoſſibilibus? Ad hanc tamen a- ,,
nimarum noſtrarum, ſimúlque ,,
corporum futuram beatitudinem ut ,,
ſpem & fiduciam, tamquam ad rem ,,
poſſibilem deduceret, erigeret. Ec- ,,
ce incarnatur, & in Incarnatione fit ,,
conjunctio & unio finiti ad infi- ,,
nitum, omnem creaturarum ordi- ,,
nem ſuperans, naturæ videlicet hu- ,,
manæ ad divinam copulatio, ſocie- ,,
tas. Supernaturalis illa beatitudo ,,
non ſolùm naturâ nobis impoſſibi- ,,
lis acceſſu erat, ſed etiam peccato ,,
& in Deum offensâ, cùm juxta rigo- ,,
rem juſtitiæ nemo qui eam ſolveret, ,,
ſatisfaceret, cœlum aperiret dignus ,,
eſſet. Quid igitur? Ecce Deus in ea ,,
naturarum unione & aſſumptione ,,
humanæ naturæ, patitur, moritur, & ,,
ipſe ſibi in eadem ſatisfacit, pretium ,,
ſolvit dilecti. Ecce cœlos aſcendit, ,,
penetrat in eadem, ut ſic corpora ,,
noſtra eò aſcendere poſſe doceret. ,,
Ecce reſurgit in carne, ut ea corpora ,,
noſtra ad vitam revocari poſſe ſi- ,,
gnificaret. Sic fiduciam ſic ſpem eri- ,,
geret. Nam, inquit divus Chryſo- ,,
ſtomus, *his cogitationibus ſpes noſtra* ,,
naſcitur, firmatur, & elevatur. ,,
Hinc ejus Incarnatio, paſſio, mors, ,,
,, reſur-

Hom. 10. in 1. ad Theſſ.

„ reſurrectio, aſcenſio ſpes noſtra,
„ fiducia noſtra, non meritò tantum,
„ verùm etiam doctrina, demonſtra-
„ tione, dicitur. Nam iſtis ſpes noſtra,
„ fiducia noſtra docetur, illu-
„ ſtratur. Ut carnem ſumeret, in
„ ea pateretur, reſurgeret, aſcenderet
„ cœlum, nónne uſus miniſterio ca-
„ ſtiſſimæ, Sanctiſſimæ Virginis?
„ Nónne ex ea carnem aſſumpſit?
„ Propterea ſit Incarnatio, paſſio,
„ reſurrectio, aſcenſio Chriſti ob-
„ jectum ſpei ac fiduciæ noſtræ, tum
„ ea ex parte, quia cœlum nobis ape-
„ ruerit, pretium delicti ſolverit, tum
„ ex ea, quia ſpem & fiduciam no-
„ ſtram erigat, elevet, doceat; eſt &
„ Virgo Dei genitrix alterum ejuſdem
„ ſpei ac fiduciæ noſtræ interjectum
„ ad beatitudinem objectum. Eò
„ ſpectant illa divi Chryſoſtomi: *Ser-*
„ *pens Evam ſeduxit, conſenſus Ma-*
„ *riæ peperit à ſæculo Salvatorem. Re-*
„ *ſtauratur per Mariam quod perierat*
„ *per Evam. Per Chriſtum redimi-*
„ *tur, quòd per Adam fuerat capti-*
„ *vatum. Per Gabrielem promittitur,*
„ *quòd per diabolum fuerat deſperatum.*
„ *Abolетur per Chriſtum peccatum, quòd*
„ *per Adam fuerat contractum. Reddi-*
„ *tur per Mariam vita, quæ per Evam*
„ *fuerat interempta.* Eò, quæ D. Augu-
„ nũs: *Mundus per te, ô Virgo paren-*
„ *tum ſuorum injurias abſtergi depreca-*
„ *tur. Pande ſinus roſeos Virgo perpetua,*
„ *fides tua modò aut aperit cœlum, aut*
„ *claudit.* Quæ idem ſerm. 15. de Tem-
„ pore: *Facta eſt Maria feneſtra cœli,*
„ *quia per ipſam Deus verum fudit ſæ-*
„ *culis lumen: facta eſt ſcala cœleſtis,*

Serm. de gen. & interdic. arboris. tom. 1

Serm 21. de Temp.

quia per ipſam Deus deſcendit ad ter- „
ras, ut per ipſam homines aſcendere „
mereantur ad cœlos. Ipſis enim licet „
illuc aſcendere, qui Deũ crediderunt ad „
terras per Virginem deſcendiſſe. Facta „
eſt Maria reſtauratio fœminarum, quia „
per ipſam à ruina primæ maledictio- „
nis probantur ſubtractæ. Et paulò poſt: „
Maledicta fuerat Eva, quam nunc „
credimus per Mariam ad benedictio- „
nem gloriæ remeaſſe. Hinc eam Virgi- „
nibus objicit, & ut eam contemplen- „
tur, invitat. *Venite Virgines & læta-* „
mini. Ponite maledictionem prævarica- „
tionis, & benedictionis reſtaurationem „
aſſumite. Projicite dolores, quos Eva per „
ſerpentem accepit, & quos per Angelum „
Maria ſuſcepit honores aſſumite. Pelli- „
te triſtitiam concipientis, gemitus par- „
turientis abjicite, ut ſolus iſte vobis Vir- „
ginis Filius dominetur. Venite Virgines „
ad Virginem, veniant concipientes ad „
concipientem, parturientes ad parturi- „
entem. Venite Matres ad Matrem. „
Venite lactantes ad lactantem. Venite „
juvenculæ ad juvenculam. Ideò omnes „
iſtos curſus naturæ Virgo Maria in „
Domino noſtro Jeſu Chriſto ſuſcepit, „
ut omnibus ad ſe confugientibus fœmi- „
nis ſubveniret. Uſus eſt Deus & mini- „
ſterio Angeli in myſterio Incarnati- „
onis annuntiando. Eumdem idem „
divus Auguſtinus velut aliud obje- „
ctum ſpei & fiduciæ noſtræ inter- „
ponit ibidem, ita enim. *O & tu An-* „
gele tanti Regis nuncie & divini ſecre- „
ti legate, qui ex palatio Imperatoriæ „
Majeſtatis indulgentiam reddis crimi- „
noſis, vitam mortuis & pacem Sacram „
attuliſti captivis, urge Virginem, non „

Serm. 21. de Temp.

,, *de Dei munere diffidentem, ſed de mu-*
,, *neris magnitudine cogitantem: fave*
,, *partibus ſaculi conſcius ſecretorum cœ-*
,, *li, latabuntur ſocii tui, ſi negotium in-*
,, *veris mundi.* Ad hanc beatitudinem
,, nullus pervenire poteſt niſi credide-
,, rit. Et *accedentem ad Deum oportet*
Hebr. 11. ,, *credere quia eſt.* Et Joannis 17. *Hac*
Ioan. 3. ,, *eſt vita aterna, ut cognoſcant te Deum*
,, *verum & quem miſiſti Jeſum Chri-*
,, *ſtum.* Et *qui non credit, jam judicatus*
,, *eſt.* Ad hanc autem fidem ut omnes
,, venirent, miſit Apoſtolos ſuos, &
,, eorum uſus eſt miniſterio, non eti-
,, am Virginis Matris? Et quot labo-
,, res, quot ærumnas paſſa? *Salutate*
,, *Mariam, qua multum laboravit in*
Hom. 13 in ,, *vobis.* Hoc eſt interprete D. Chry-
epiſt. ad ,, ſoſtomo: *qua multos pro veritate per-*
Rom. ,, *tulit ſudores, ſolicita non erga ſeipſam,*
,, *nec erga propriam virtutem ſolùm,*
,, *quòd faciunt multa mulieres ieiunan-*
,, *tes, & humi cubantes, ſed etiam alios:*
,, *Apoſtolorum, Evangeliſtarum, quan-*
,, *tum ſpectat ad doctrina privatum u-*
,, *ſum, curſum ſuſcepit, & cum ſermone*
,, *alia qua exiguuntur pericula, peregri-*
nationes ſubiit,, (nota qui dicis. *Ma-*
ria tacet),, Prædixerat & Simeon: *tuam*
,, *ipſius animam doloris gladius pertran-*
,, *ſibit*, id eſt tribulationis ut exponit D.
,, Auguſtinus Epiſt. 59. ad Paulinum,
,, juxta ſimilem loquendi phraſim. Pſ.
,, 56. *ferrum pertranſivit animam eius.*
,, Ferrum, hoc eſt, tribulatio, anguſtia,
,, perſecutiones. Repetam hic labores,
,, vigilias, opprobria, ludibria, tormen-
,, ta, ſupplicia, cædes, mortes Apoſto-
,, lorum, Sanctorum omnium, quibus
,, abuſi ſunt diſſeminando Evangelio,

eodem tuendo, defendendo? Nimi- ,,
us eſſem. Et quidem verum illud ,, Iſa. 63.
Chriſti apud Iſaiam: *Torcular calcavi* ,,
ſolus, & de Gentibus non eſt vir mecũ. ,,
Hinc ſpes, hinc fiducia noſtra Chri- ,,
ſtus. Cæterum, an in capite tantum, ,,
& non etiam in corpore Torcular ,,
calcavit, id eſt crucis ſupplicia ſubjit? ,,
Immò inquit D. Paulus: *Gaudeo in* ,, Coloſſ. 1.
paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea ,,
qua deſunt Paſſionum Chriſti in carne ,,
mea pro corpore ejus, quòd eſt Eccleſia. ,,
Et D. Auguſtinus: *Cũ membra Chri-* ,, Prac. 2 ois
ſti fugiunt, & ſe occulunt ob perſecutio- ,, in Ioan.
nem ne occidãtur, ſi mortem ſubeunt, ſi ,,
perſequuntur, ſi ejiciuntur, non ipſe pa- ,,
titur? Si non eſſet in membris ſuis, & i- ,,
pſi non eſſent ejus membra, non diceret: ,,
Saule, Saule quid me perſequeris? non ,,
enim Saulus ipſum, ſed membra ejus, ,,
hoc eſt, fideles in terra perſequebatur. ,,
Et quanquam noluerit dicere Sanctos ,,
meos, ſervos meos, fratres meos, quòd ,,
honorabilius eſt, dixit tamen, quid me, ,,
hoc eſt membra mea, quibus ego ſum ,,
caput, perſequeris? Etenim, inquit di- ,,
vus Gregorius, *Chriſtus unam ſe per-* ,,
ſonam cum Sancta Eccleſia quam aſ- ,,
ſumpſit, exhibuit: adeò ut modo ex ca- ,,
pite, modò ex corpore deſignetur Ephe- ,,
ſiorum 1. & Coloſſenſium 1. Vocem e- ,,
tiam teneat, non ſolùm capitis, ſed & ,,
corporis, ſponſi & ſponſa nomen. Quaſi ,,
ſponſo mitram mihi & quaſi ſponſam ,,
decoravit me corona, Eſaia 61. quia ,,
ipſe in capite ſponſus, in corpore ſponſa. ,,
Unde neceſſe eſt nonnumquam, ut ,,
quod de capite dicitur, ſenſim ac ſubito ,,
etiam ad vocẽ corporis, & vice verſâ, ,,
derivetur. Hinc eſt Anonyme quod ,,
,, in

„ in Sacris oraculis, Apoſtoli & Sancti
„ vocentur *animarum lucratores*, ut 1.
„ Corinth. 9. 1. Pet. 3. Matth. 18. *Re-*
„ *demptores*, Prov. 16. Eccli. 29. Daniel.
„ 3. *Salvatores*, Jacobi 5. quemadmodū
„ de iis Abdias periodo ultimæ ſuæ
„ Prophetiæ prædixerat dicens: *aſcen-*
„ *dent Salvatores in Montem Sion iudi-*
„ *care Montem Eſau, & erit Domino re-*
„ *gnum*. Nam concurrunt membra
„ cum capite, & caput cum membris
„ ad eundem effectum & finem; &
„ ideò Apoſtoli, ſancti *Cooperatores*
„ *veritatis*, Joann. Epiſt. 3. & 1. Cor.
„ 16. Philippen. 2. & Deus ipſe re-
„ ciprocè, Marci 16: *Illi profecti præ-*
„ *dicaverunt ubique Domino cooperan-*
„ *te & confirmante*. At ſpes, at fidu-
„ cia, non Salvatoris, &c.? Quis e-
„ nim non ſperet, quis fiduciam non
Eccli. 34. „ habeat in ſalvantem ſe? *Spes in*
„ *ſalvantem eos*, inquit Jeſus Filius Si-
„ rach in ſuo Eccleſiaſtico.

„ Secundò Deus eſt objectum ſpei
„ & fiduciæ ſub ratione omnipoten-
Serm. de 7. panibus. „ tis. Tertiò veracis. Quartò ſum-
„ mè diligentis ac boni. Hinc e-
„ nim ſpei ac fiduciæ noſtræ in eum
„ certitudo, ut meditatur aliquando
„ D. Bernardus: nam eſt certa ex-
2. Tim. 1. „ pectatio futuræ beatitudinis. Certa
„ 1. potentia redditur, quia potens
„ eſt dare quod promiſit. Unde
Pſal. 144. „ Apoſtolus: *Certus ſum quia potens*
Numer. 23 „ *eſt depoſitum meum ſervare in illum*
Ioan. 1. „ *diem*. 2. Veritate promiſſionis.
Roman 8. „ Nam *fidelis in omnibus verbis ſuis*.
Daniel 3. „ Nec Deus *ut homo, qui mentiri poſ-*
Sapient. 11
Pſal 118. „ *ſit*. 3. Charitate ac præſertim ad-
Iob. 13. „ optionis: Nam *dedit Filios Dei fie-*
ri iis qui credunt in nomine ejus. Por- „
rò: *Si filii & hæredes cohæredes autem* „
Chriſti. Hinc eorū fiducia, qui dice- „
rent: *Ecce Deus noſter quem colimus*, „
poteſt nos eripere de camino ignis & „
de manibus tuis ô Rex. Eorum qui „
dicunt: *Miſereris omnium Deus, quia* „
omnia potes, diligis ea quæ ſunt, & „
nihil odiſti eorum, quæ feciſti. Ejus qui „
canit: *Initium verborum tuorum ve-* „
ritas. Job, qui hæc: *Etiam ſi oc-* „
ciderit me, in eum tamen ſperabo. Quæ „
etſi ita ſint; Nonne vires, poteſta- „
tem quibuſdam hominibus dedit? „
Nonne charitatem, bonitatem in- „
fudit? Nonne eorum quoſdam in „
veritate ſanctificavit? Et cur hæc „
illis? Nonne ut per eos ſua nobis „
beneficia conferret? Mirum quod „
Imperatores, Reges, Principes, Reſ- „
publicæ Chriſtianæ in hoſtes pro- „
greſſuræ, non id præſtent, quam ho- „
minum manu forti & potenti prius „
collecta? Mirum cur non inermes „
adverſarium aggrediantur, cum ta- „
men ſciant maledici eum, qui con- „
fidit in homine? Amabo quoties „
faciunt, peccant? Qui dicebat: „
Hi in curribus & hi in equis, nos au- „ Pſalm. 19.
tem in nomine Dei noſtri invocabimus, „
hoſtem aggrediebatur ſemper iner- „
mis, ſemper ſolus? Non habebat in- „
ſtructas ſuas acies? Deus ipſe non „
hominum miniſterio, non Angelo- „
rum ad ſpem & fiduciam faciendam „
hominibus auxilio uſus? Non Jo- „
ſephi ſapientiâ & providentiâ, ut non „
Ægyptum modò, verùm etiam cir- „
cumvicinas regiones à famis tyran- „
nide eximeret? Et Joſephum nonne „ Geneſ. 41.

 Sa-

Geneſ. 41. ,, ſacra Scriptura *Salvatorem mundi*
,, vocat? An non Othonielis fortitudi-
,, ne, ut populum Iſrael eriperet à ſer-
,, vitute qua eum Chuſan-raſathaim
,, premebat ? An non ideo Otho-
,, niel *Salvator* dictus? Repetam hic
Iudic. 3. ,, quoties ? *In omni tribulatione non*
Iſaia 63. ,, *eſt tribulatus, & Angelus faciei ejus*
Geneſ. 32. ,, *ſalvavit eos.* Vide caſtra Angelo-
,, rum miſſa Jacob Patriarchæ, qui-
,, bus ei animum adderet, & à timo-
,, re liberaret. Vide miſſa in auxilium
,, Heliſæi Prophetæ, ad ſpem & fidu-
,, ciam Giezi ſervo ejus faciendam,
,, addendam. Ut verùm ſit illud:
4. Reg. 6. ,, *In tempore tribulationis clamaverunt*
Eſdr. lib. 2. cap. 9. ,, *ad Dominum, & exaudivit eos de*
,, *cœlo, & ſecundùm miſerationes ſuas*
,, *multos dedit eis Salvatores, qui ſalva-*
,, *rent eos de manibus hoſtium ſuorum.*
,, Legimus quidem ſcripturam dicen-
Pſalm. 117 ,, tem in perſona David: *Bonum eſt*
,, *confidere in Domino, quam confidere in*
,, *homine*: Hoc eſt, interprete Divo
In Pſalm. 117. ,, Auguſtino: *Deſpectis inimicis meis,*
,, *non ſic mihi tanquam bonus homo ſe*
,, *amicus opponat: ut ipſe in ſe ſpem*
,, *meam jubeat collocari; nec quiſquis ſe-*
,, *cundùm quemdam modum dici poteſt*
,, *Angelus bonus, ſic à me cogitetur,*
,, *ut in eo confidere debeam. Nemo*
,, *enim bonus niſi ſolus Deus: & cum*
,, *juvare videntur homo & Angelus,*
,, *cum hoc verâ dilectione faciunt, ille*
,, *per eos facit, qui eos pro modo eorum*
,, *bonos fecit.* Attamen ex his colligere
,, licet, homines, Angelos, ſuo modo
,, eſſe interjecta ſpei & fiduciæ noſtræ
,, in Deum objecta: Deum, quia
,, ſolus potens, ſolus bonus, verax:

Beatus eſſentialiter, primum & ulti- ,,
mum eſſe objectum ſpei & fiduciæ ,,
noſtræ. Sanctos autem & Ange- ,,
los, homines ipſos, intermedia ob- ,,
jecta ad Deum ducentia. Eodem ,,
modo Apoſtoli, Prophetæ, funda- ,,
menta, portæ Eccleſiæ dicti ſunt: ,, 1. Cor. 3.
quanquàm Apoſtolus dicat: *Fun-* ,,
damentum aliud nemo poteſt ponere ,,
præter id quod poſitum eſt, quod eſt ,, Ioan. 10.
Chriſtus Jeſus. Quamquam idem ,,
Salvator dicat: *Ego ſum oſtium per* ,,
me ſi quis intro erit, ſalvabitur & paſ- ,,
cua inveniet. Quare autem funda- ,, D. Aug. in Pſal. 86.
menta Apoſtoli, Prophetæ? *Quia* ,,
eorum authoritas portat infirmitatem ,,
noſtram. Quare ſunt portæ? *Qui* ,,
per ipſos intramus ad regnum Dei. Præ- ,,
dicant enim nobis: & cũ per ipſos intra- ,,
mus, per Chriſtũ intramus. Ipſe enim eſt ,,
janua. Et cum dicuntur duodecim por- ,,
tæ Jeruſalem, & una porta Chriſtus, ,,
& duodecim portæ Chriſtus, quia in ,,
duodecim portis Chriſtus, & ideò duo- ,,
denarius numerus Apoſtolorum. Con- ,,
ſimili ratione, bona opera ſunt ob- ,,
jectum intermedium ac deducti- ,,
vum ad Deum primum & ultimum ,,
objectum ſpei ac fiduciæ noſtræ. ,,
Unde illa: *Sacrificate ſacrificium* ,,
juſtitiæ & ſperate in Domino. Et ,, Pſal. 4. & 36.
ſpera in Domino, & fac boni- ,,
tatem. Et illa Divi Petri: *Sa-* ,,
tagite ut per bona opera certam ve- ,,
ſtram vocationem & electionem facia- ,,
tis. Quid enim nudus & jacens in ,, Pſalm. 5.
peccatis ſpei ac fiduciæ conſequen- ,,
dæ beatitudinis futuræ habere po- ,,
teſt? Immò non ſperat, ſed præſu- ,,
mit. Alioqui quorſum illa? *Ac-* ,,
cepta-

,, *ceptabis ſacrificium juſtitiæ. Pœni-*
Mat. 3. ,, *tentiam agite, appropinquabit regnum*
Lib. de pœ- ,, *cœlorum.* Qui hæc negant, inquit
nit. cap. 2. ,, Tertullianus, *nec Dei nec rationis*
,, *ſunt compotes. Alioqui merita primò*
,, *perpenderent pœnitentiæ, nec unquam*
,, *eam augmentum perverſæ emendatio-*
,, *nis exhiberent.* Quid igitur ſibi illa
,, volunt: *Maledictus qui confidit in*
,, *homine?* Qui deſerto Deo rebus
,, humanis fidit; qui in propriis, Deo
,, excluſo, ſperat: qui excuſſo Dei im-
,, perio ac jugo in virtute ſua confi-
,, dit; in amicis, in divitiis præſumit.
In Pſal 48 ,, *Nam in virtute ipſa eſt præſumptio ge-*
& 24. ,, *neris humani, non præſumentis in*
,, *Deo. Et qui deſerto Deo, vult ſicut*
,, *Deus eſſe, à minutiſſima beſtiola mor-*
,, *tem timens de ſuperbia ſua irriſus e-*
,, *rubeſcet*, ait D. Auguſtinus. Quid
,, enim ſine Deo virtus humana po-
,, teſt? Quid ſancti, quid Angeli
Philipp. 4. ,, ipſi? Contra, quid cum eo non
1. Reg. 2. ,, poſſunt? *Omnia poſſum in eo, qui*
,, *me confortat*, inquit D. Paulus: *in*
,, *ipſo infirmi accincti ſunt robore.* Cum
,, ſanctiſſima Deipara, Angeli, Sancti
,, operentur, operante in eis & per eos
,, Deo; adeò ut nullatenus ab eo ſe-
,, jungi aut ſeparari queant, & quic-
,, quid virium, quidquid virtutis, quid-
,, quid gratiæ obtinent, ab eo pendeat
,, ac manet, ſine injuria ſpei ac fidu-
,, ciæ noſtræ in Deum, in eis ſperamus
,, & fiduciam habemus. Contra,
,, qui eos negligunt, Deum negli-
,, gere eos neceſſe eſt. Nam con-
,, fugiendum ad ea media, quæ Deus
,, proponit & exhibet, & ea negligere,
,, averſari nemo, niſi cum magna im-
pietate poteſt. Ecquis quanto- ,,
cumque polleat viſu, id quod al- ,,
bum aut nigrum aut intermedii ali- ,,
cujus coloris videat, ſine interjecto ,,
lumine? Hic quanquam objectum ,,
viſus ultimatum ac proprium, ut ,,
cum Philoſophis, & Theologis di- ,,
cam, ſit color & id quod coloratum ,,
eſt, tamen lumen intermedium ejuſ- ,,
dem viſus ac deductivum ad colo- ,,
rem; objectum eſt. Unde illa cæ- ,,
ci Evangelici, *Rabboni ut videam lu-* ,,
men. Ut idem judicium eſſe intel- ,, Marc. 10.
ligas auxilii gratiæ. Et eorum om- ,,
nium, quæ ipſe Deus voluit eſſe in- ,,
termedia ad ſui cognitionem & frui- ,,
tionem. ,,

Hiſce copioſiſſimè ſatisfactum eſt prætenſis monitis B.V.Mariæ: Falſum enim primò ſupponitur, cultores ipſius plus fiduciæ in ea collocare, quã in Deo, contrarium namque demonſtravit Palæſtrita. Deinde quo ſenſu Chriſtus dicatur *torcular calcaſſe ſolus*, egregiè quoque expoſuit. Denique B. V. Mariam ſanè ac Catholicè vocari *corredemptricem*, uti etiam *vitam, ſpem noſtram*, luculenter quoque probavit, nimirum hæc ei attribuimus epitheta, quia Chriſtus in ea, & per eam nos ſalvat, redimit, vivificat, adjuvat. Cum igitur noſter Palæſtrita optimè ac copioſiſſimè iſtos ſcrupulos diſpulit, ſuperſedeo, monito prius Monitore, ut docili animo datam à noſtro Doctore lectionem ruminet, diſcatque quid ſit *ſperare & confidere* in Chriſto, quid in Matre ejus, quid in Sanctis, &c.

Digitized by Google

HÆRETICUS ANONYMUS.

Matth. 4. v. 10. *Chriſtus cunctis invocandum Patrem cœleſtem propoſuit.* Hinc B.V. Maria inducitur monens ſuos cultores: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Noli cor tuum dividere ut me præter Deum, & non propter Deum ames.

Palæſtrita Carmelita. Cap.36.

Ioan. 16.
„ Quis negat? An non etiam ſub-
„ intellexit eos per quos Patrem cœ-
„ leſtem invocandum propoſuit?
„ Nonne eumdem per Filium invo-
„ camus. *Uſque modò non petiſtis* (*D. Aug. lib. medit. cap.5.*)
„ *Patrem quidquam in nomine meo, pe-*
„ *tite & dabitur vobis, Si quid petie-*
„ *ritis Patrem in nomine meo, dabit vo-*
„ *bis.* Quorſum porrò Patrem per Fi-
„ lium? *Quia nihil dulcius, quam ge-*
„ *nitorem in nomine unigeniti invocare:*
„ *Patrem in recordatione Filii ad pieta-*
„ *tem inflectere; Regem chariſſimæ ſobo-*
„ *lis denominatione mitigare. Sic ſolent*
„ *rei carceribus eripi: Sic vinculis com-*
„ *mancipati liberari: ſic triſtem acci-*
„ *pientes capitis ſententiam, non ſolùm*
„ *abſolvi, ſed inſuper nanciſci gratiam,*
„ *dummodò iratis Principibus dilectæ*
„ *prolis intimaverint charitatem; ſic de-*
„ *linquentes ſervuli evadunt ſupplicia*
„ *dominorum, dum pro eis intervenit*
„ *dulcedo filiorum.* At de Diva Virgi-
„ ne ejus Matre, de Sanctis non per-
„ inde eſt. In eodem invocationis
„ gradu, admitto, in altero eoque in-
„ feriore, nego. Chriſtus eſt Filius na-
„ turalis Patris. Sed Sancti ejuſdem
„ Patris per fidem & adoptionem, fi- (*Ioan. 1.*)
„ lii ſunt. *Dedit enim Filios Dei fieri iis* (*Rom. 8.*)
qui credunt in nomine ejus. Et non „
accepimus ſpiritum ſervitutis iterum in „
timore: ſed ſpiritum adoptionis filio- „
rũ, in quo clamamus Abba Pater. Ideò „ (*Galat. 4.*)
enim Chriſtus factus ſub lege ex mu- „ (*Epheſ. 1.*)
liere, *ut adoptionem filiorũ reciperemus.* „
Et ipſe Pater cœleſtis *prædeſtinavit* „
nos in adoptionem filiorum per Jeſum „
Chriſtum in ipſum ſecundùm pro- „
poſitum voluntatis ſuæ. Magis ſibi „
complacet in Chriſto Filio naturali, „
quam in filiis adoptionis, concedo, „
hinc de eo bis inſonuit de cœlo ejus „
vox: *Hic eſt Filius meus dilectus, in* „ (*Matth. 3. & 17.*)
quo mihi benè complacui ipſum audite. „
Hinc nihil dulcius quam Patrem in „
recordatione Filii ad miſericordiam „
& indulgentiam flectere. Non ta- „
men ſibi etiam in Sanctis complacet „
filiis adoptionis, quos regni ſui jam „
poſſeſſores fecit? Non coram eo „
dulcis memoria ac recordatio eorum „
qui ipſi placuerunt? Non ſunt illæ „
animæ, quæ *quia placita erant coram* „ (*Sap. 4.*)
ſe, quas properavit educere de medio „ (*Pſal 64.*)
iniquitatum. Non ſunt illi *montes, in* „ (*Prov. 8.*)
quibus beneplacitum ei habitare? Non „ (*Pſal 146.*)
ſunt illi homines quos *ſuas delicias* „ (*Exod 32.*)
vocat? An non ſic in veteri lege „ (*Pſal. 131.*)
propterea Deum invocabant? *Re-* „
cordare Abraham, Iſaac, & Jacob. Et, „
propter David ſervum tuum non a- „
vertas faciem Chriſti tui. An non in „
horum recordatione mitigatus? Qui „
ab adventu Chriſti, qui poſt ejus in „
cœlum Aſcenſionem, in Chriſto & „
pro Chriſto ſanctiſſimè, fortiſſime- „
que decubuerunt, minoris ſunt a- „
pud eum meriti, quam Abraham, I- „
ſaac, Jacob, David? Poſſunt illi me- „

,, ritis certare, cum Beata Dei Genitri-
,, ce, cum Apoſtolis ? At invocatio
,, actus religionis eſt. Quis negat ?
,, Qui Sanctos invocat , non Deum
,, invocat per eos & in eis. Qui diſpen-
,, ſatores, diſtributores bonorum Dei
,, rogat, non rogat Deum ? An quod
,, invocatio ad Sanctos directa , non
,, etiam in Deum dirigatur ? Et quod
,, cogitationem & memoriam ab eo
,, avocet ? Jam verò eſt aliquid,
,, quod mentem & cor ab eodem ab-
,, duceret citius potentiuſque abſtra-
,, heret, quàm amor, quàm dilectio,
,, qua quis in alterum ferri continge-
,, ret ? Amor non omnes cordis con-
,, ceptus & impetus ſimul colligit, ut
,, circa rem amatam totus verſetur, o-
,, peretur ? Et nihilominus qui præce-
Matth. 22 ,, pit dicens : *Diliges Dominum De-*
,, *um tuum ex corde tuo, ex tota mente,*
,, *ex tota anima*, id eſt, interprete Divo
2.2 q. 27 ,, Thoma, *tota virtute, fortiter, dulci-*
art. 6. ,, *ter, ſapienter*, proximum etiam diligi
,, voluit, an non etiam ex corde, men-
Prover 27 ,, te, anima? Non damnatur *qui ore*
,, *grandi benedicit proximo, & de nocte*
,, *ſurgens maledicenti ſimilis invenitur*?
,, Eſt dilectio laudabilis, ab ea quæ ex
,, corde manat ? Sed eſt verus amor
,, qui non inde proficiſcitur ? Cæte-
Ioan. 15. ,, rùm etſi ita ſit, tamen, & ſe, & proxi-
,, mum amari ac diligi voluit. *In hoc*
,, *cognoſcent omnes, quod verè diſcipuli*
,, *mei eritis, ſi invicem diligatis.* Neque
,, verò putavit debitum proximo ac
,, fratri amorem poſſe cogitationem
,, ac memoriam à ſe abducere. Neque
,, ergo invocatio ad Sanctos directa à
Ioan. 4. ,, ſe mentem noſtram avocat. Cur il-
lud ? Quia amor ac dilectio fratris ,,
ſeu proximi in Deum refertur. Un- ,,
de Divus Joannes Evangeliſta : *Si* ,,
quis dixerit, quoniam diligo Deum, & ,,
fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui ,,
enim non diligit fratrem ſuum quem ,,
videt : Deum quem non videt quomo- ,,
do poteſt diligere ? Et hoc manda- ,,
tum habemus, ut qui diligit Deum, ,,
diligat & fratrem ſuum. Poſtulatur ,, Pſal. 46.
in invocatione devotio, cor, mens ,, 1 Cor 14.
cogitatio : unde illa : *Quoniam Rex* ,, Ia. 29 & Matth. 15.
omnis terræ Deus, pſallite ſapienter. Et ,,
illa : *Orabo ſpiritu, orabo & mente.* A- ,, Matth. 6.
lioqui reprehenditur, quæ fit ſine at- ,,
tentione : *Populus hic labiis me hono-* ,,
rat; cor autem longè eſt à me. An non ,,
etiam in diligendo Deo ? An & a- ,,
mando proximo ? Et *ubi theſaurus* ,,
noſter, non ibi cor noſtrum? Non mi- ,,
nus fraudat Deum ſuo honore, qui ,,
eum non ex toto corde, tota mente ,,
tota anima diligit, quam qui eum ,,
non ſpiritu, non mente, non devo- ,,
tione, invocat. Non minus negligit ,,
Deum qui eum non amat, quàm qui ,,
nõ invocat. Quid cauſæ ergo ſubeſſe ,,
poteſt, cur potius peccem invocando ,,
Sanctos, quam eos diligendo & a- ,,
mando ? Dilectio minus eſt Reli- ,,
gionis actus, quam invocatio ? Im- ,,
mò non hæc à Deo reprobatur, quæ ,,
illi non innititur ? Fortaſſis, quia ,,
qui Deum invocat , profiteatur ſe ,,
Deo indigere, ab eo ſe pendere, nihil ,,
ſe habere aut poſſidere poſſe, quod ,,
non ab eo expectare debeat. Unde ,,
graviter impingere videatur, qui San- ,,
ctos invocet , cum eadem profiteri ,,
videatur de Sanctis, quæ de Deo, eos ,,

„invocando, quod unum in dilectio-„ne & amore contingere non vide-„tur. At hæc ratio valeat apud eos, „qui non recordantur, qui neſciunt „Sanctos nihil poſſidere, nihil confer-„re poſſe, quod prius à Deo non acce-„perint nobis diſtribuendum. Apud „eos, qui neſciunt Sanctos invocari „velut diſpenſatores & diſtributores „tantum bonorum Dei. Qui neſciunt „honorem, Sanctis delatum, invoca-„tionem ad eos directam in Deum re-„ferri & dirigi velut rerum omnium „ſummum datorem & collatorem. „Apud eos, qui neſciunt amorem „ac dilectionem ex intrinſeca ſui ra-„tione, invocare rem amatam, tum „ad ſui reciprocum amorem, cùm ſui „perfectionem, ut ſit nimirum parti-„ceps ejus gratiæ ac perfectionis, quã „in re amata eſſe credit ac concipit, ſeu „falsò ſeu verè credat ac concipiat. „Unde illa divi Gregorii Niſſeni: *Hom. 1. in Cantic.* „*Pulchritudinis deſcriptio omnem juve-„num animum accendit ad id quod di-„cunt, ut ſit particeps venuſtatis.* Apud „eos, qui non recordantur Deum a-„mando, nos eum invocare. Unde *Joan. 14.* „Chriſtus: *Si quis diligit me, ſermo-„nem meum ſervabit, & Pater meus „diliget eum, & ad eum veniemus, & „manſionem apud eum faciemus*; quæ „tria poſtrema ſunt veræ invocationis „poſtulata & effecta. Apud eos tan-„dem, qui non meminerunt, pari ra-„tione, licet inferioris longè generis ac „gradus, cum Sanctos amamus & di-„ligimus, nos etiam eos invocare, ſal-„vo ſemper jure divinæ invocationis. „Nam intellectus noſter non fertur æqualiter in res à ſe intellectas, nec „cor, nec voluntas in volitas, quemad-„modum nec exterior viſus in res viſas.„ Et cum intellectus noſter Deum in-„telligat ſub qualitate primi principii „intelligibilis, primæque veritatis; vo-„luntas ſub qualitate primi diligibi-„lis, primi ac ſummi boni, fortius ac „potentius fertur in Deum, quam in „Sanctos. Jam enim *ſumus filii lucis „non tenebrarum*, ne nobis objicias „ *Ephes 5. & 1. Theſſ. 5.* eos, qui nulla divinæ lucis claritate „illuſtrati, ad idola olim defecerint. „

Hæc Catholicè, hæc doctiſſimè Doctor noſter, hæc nos, nec aliud cultores B. V. Mariæ, licet alia ipſis appingat monitor, neſcio quâ territus larvâ, aut quo fallaci adactus genio: at Palæſtritam conſulat, & omnis, ſpondeo, diffugiet inanis phantaſia, ac anxitas, ne cultores B. V. Mariæ tribuant ipſi adorationem, aut amorem, Chriſto ſoli debitum.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Age enim in his omnibus cæteriſque quæ perſequi piget, quanſpiam Dei partes? Quæ cujuſquam in eo fiducia, ſpes, memoria, cogitatio? Ubi vel nomen ejus in tanta precantium periclitantiumque turba fando auditum? Quis ab eo vel petiit beneficium vel gratias egit pro accepto? Memoriam ejus damnatam diceres, non ſecus quam eorum, qui nihil teſtamento legarunt, pro expiatione manuum ſuarum miſſificaturis. Una Beata Virgo hæc omnia ad ſe traduxit, ſemoto longè Filio Deoque excluſo. Hinc

Monit. ſalut. §.3.n.9 Hinc B. V. Maria inducitur monens cultores ſuos tamquam indiſcretos. *Nolite plus temporis aut precum mihi quam Deo impendere : abſint iſta à meis cultoribus. Deus ſit vobis* omnia in omnibus. *Quidquid amando vel orando poteſtis, præcipuè Deo impendite, ad quem amandum ſuper omnia creati eſtis. Ego non ſum finis; Sed medium precum veſtrarum, & amoris veſtri ; cui medio non nimium eſt inhærendum, ſed ad Deum properandum.* Hinc quoque reprehenduntur Cultores Beatæ Mariæ, quod per horas de ea concionentur, abſque memoria Chriſti, Deoque excluſo.

Palaſtrita Carmelita. Cap.36.

Eccli.17. „ *Si in partes ſæculi ſancti, cum vi-*
Deut.32. „ *vis & dantibus confeſſionem Deo* ve-
Thren.3. „ niſſes , iſta non tam inconſideratè
Eccli.45. „ quæreres. Memor fuiſſes oraculi ſa-
Rom.8. „ cri dicentis : *Pars Domini popu'us*
„ *ejus*, Et versâ vice: *Pars ſanctæ a-*
„ *nimæ Dominus.* Nam *pars hæredi-*
„ *taſque Sanctorum eſt.* Adeò ut San-
„ ctorum partes, ſint partes Domini.
„ Et qua *Filii, & hæredes, cohæredes au-*
„ *tem Chriſti.* Nemo ut ſit Sancto-
„ rum qui cum Davide non dicat:
„ *Dominus pars hæreditatis meæ, & ca-*
„ *licis mei.* Sanctorum bona non
„ ſunt alia à Creatoris bonis;
„ nec Creatoris bona alia à bo-
„ nis Sanctorum. In Sanctorum-
„ partibus, partes Dei reperiuntur, nec
„ iſtæ, ab illis aliæ. Ideò ille: *Tecum*
„ *principium in die virtutis tuæ in ſplen-*
„ *doribus Sanctorum.* Siquidem ubi

Dei partes eſſe adgnoſcuntur, „
quam ubi rerum omnium principiũ „
eſſe deprehenditur? Et ubi princi- „
pium eſſe deprehenditur, quam *in* „
die virtutis ſuæ, id eſt & oſtenſione „
poteſtatis ſuæ? Denique ubi oſten- „
ſio divinæ poteſtatis ac virtutis, „
quàm *in ſplendoribus Sanctorum?* Et „
ſplendores Sanctorum, id eſt, ut vertit „
Divus Chryſoſtomus, & poſt eum „
Euthimius, *pulchritudines.* Splen- „ Sapient. 3.
dores inquam iſti qui ſunt? An illi, „ Daniel 12.
tantum, de quibus illa, ajunt Divus „ Matth.13.
Athanaſius, Divus Baſilius, Divus „
Auguſtinus, Euthimius in hunc lo- „
cum, *fulgebunt juſti ſicut ſol, & ſicut* „
ſtella in perpetuas æternitates; Immò „
& gratiarum ſplendor, pulchritudo, „
quibus eos ſplendidos & pulchros „
etiam in hoc mundo reddidit. De „
quibus gratiis Divus Paulus : *Alii* „ 1.Corinth.
quidem per ſpiritum datur ſermo ſa „ 12.
pientiæ : alii autem ſermo ſcientiæ ſe- „
cundum eundem ſpiritum : alteri fides „
in eodem ſpiritu : alii gratia ſanitatum „
in uno ſpiritu : alii operatio virtutum, „
alii Prophetia : alii diſcretio ſpirituum: „
genera linguarum ; aliis interpretatio „ Act.5.
ſermonum. Huc memineris divum „ Ioan.19.
Petrum ſolo verbo Ananiam & Sa- „
phiram ejus uxorem occidiſſe. Me- „
mineris Chriſtum ſolo verbo hoſtes „
ſuos in horto Olivarum proſtraſſe. „
Quanta hæc Chriſti potentia? An „
non ſuæ divinitatis evidentiſſimum „
argumentum exhibebat? At divus „
Petrus non proſtravit modo, verùm „
etiam occidit. Quâ poteſtate? An nõ „
Chriſti? *Quid ſplendidius Petro*, in- „ In Pſal.
quit divus Chryſoſtomus, cui ideò, „ 109.

,, ut nec cæteris Apoſtolis, *audebant*
,, *ſe homines conjungere.* Qid tamen
,, illis omnibus ſplendidius, *quorum*
,, *umbræ, veſtes plenæ erant magnâ gra-*
,, *tiâ, & magnam oſtendebant poten-*
,, *tiam?* Potentiam autem, an non
,, Dei? His divinis ac pulchris par-
,, tibus, Deus rerum omnium princi-
,, pium eſſe oſtendebatur, non autem
,, Apoſtoli, licet operarentur tot mi-
,, rabilia, tot virtutes; licet ad eos, ad
,, eorum umbras & veſtes populus
,, confugeret. Nam ſciebant in illis,
,, partes Domini operari. An non
,, etiam poſt mortem mirabilia opera-
,, ti? *Eorum cineres Dæmones tor-*
,, *quent. Ideò ipſis regalibus ſepulchris*
,, *eorum monumenta clariora.* Hinc o-
,, lim in Julianum Apoſtatam invectus
,, D. Gregorius Nazianz. *Non victi-*
,, *mas pro Chriſto cæſas reveritus es, non*
,, *magnos pugiles extimuiſti, Joannem*
,, *illum, Petrum, Paulum, Jacobum, Ste-*
,, *phanum, Lucam, Andream, The-*
,, *clam, &c. qui capitis periculo verita-*
,, *tem protexerunt, qui cum igni, ferro,*
,, *belluis, Tyrannis, & præſentibus malis*
,, *denuntiatis alacri animo velut in alie-*
,, *nis corporibus, immò quaſi corporum*
,, *expertes, dimicarunt.* *Cur? Ne pie-*
,, *tatem rectam verbo tenus proderent:*
,, *quibus præclari honores, feſta conſti-*
,, *tuta ſunt, à quibus Dæmones propel-*
,, *luntur, morbi curantur; quorum*
,, *vel ſola corpora idem poſſunt, quod*
,, *animæ ſanctæ; ſive manibus contre-*
,, *ctentur, ſive honorentur: quorum*
,, *apparitiones & prædicationes: quo-*
,, *rum vel Sanguinis guttula, atque*

D.Chryſoſt. hom. 68 ad popul.

Orat. 1 in Iulian.

exigua paſſionis ſigna idem poſſunt ac ,,
corpora. Hæc non colis, ſed contemnis. ,,
En fides veterum Patrum, en quo in ,,
pretio habebant, quæ vos contem- ,,
nitis, deſpuitis. Addo & D. Ambro- ,,
ſium: *Frequenter adverſarius ac ejus* ,,
legiones, quotidianâ Sanctorum ,,
Martyrum, virtute torquentur. Di- ,,
vum Auguſtinum: ne tu nos non ,,
veteres proferre, ſed tantum mediæ ,,
ætatis Patres, calumnieris. Sed quid? ,,
An non illud D. Chryſoſtomi ve- ,,
rum? *Hæretici ſunt expertes hujus* ,,
beatificationis, quia non poſſunt emit- ,,
tere nova & vetera: Nam cum ve- ,,
tera non teneant, nova credere non ,,
poſſunt, ſicut è contra, quia nova non ,,
habẽt, hi veteribus penitus carent. Hæc ,,
enim inter ſe magno juncta, & con- ,,
nexa vinculo ſunt. Nihilominus ,,
ſic divus Auguſtinus: *Sancto-* ,,
rum cinis, oſſa, inviſibiles illas ,,
poteſtates dilaniant. Cæterum ,,
in his, quoties iſta fiunt, toties ,,
virtus Domini adgnoſcitur. In his ,,
Sanctorum ſplendoribus, pulchritu- ,,
dinibus pars Domini adgnoſcitur. ,,
Immò & ab ipſis magis dicentibus: ,,
Digitus Dei eſt hic: Proinde, non Deũ ,,
ſecludit aut removet, ſed in eo fidu- ,,
ciã, ſpem, memoriam, cogitationem ,,
habet, ejus nomen invocat, qui ad ,,
Sanctos & eorũ memorias confugit: ,,
qui accepto beneficio eis gratias agit, ,,
agit & Deo. Sanctis velut diſtributo- ,,
ribus, Deo velut beneficii collatori ,,
primariò & abſoluto. Neque ut ,,
impiè malignaris Beata Virgo ,,
omnia ad ſe traducit, Filio ,,
Deo

Orat. in obit. Theodoſii.

Hom. 48. in Matth.

Lib. 20. cõt. Fauſt. cap. 21.

Exod. 8.

„ Deo ſemoto & longè excluſo, quæ
„ contra ſic canit, Deúmque aucto-
„ rem agnoſcit, omnium gratiarum
Luc. 1. „ ſibi factarum: *fecit mihi magna qui*
„ *potens eſt, & ſanctum nomen ejus*:
Apoc. 4. „ Quæ una eſt ex illis, qui *adorant ſe-*
„ *dentem in Throno Deum, vi-*
„ *ventem in ſæcula ſæculorum: qui co-*
„ *ronas ſuas ante ejus Thronum mittunt*:
„ id eſt, Deo referunt acceptum, quic-
„ quid virtutis, quidquid ſplendoris,
„ quidquid pulchritudinis habēt. Ne-
„ que enim non divum Petrũ ſapientia
„ & humilitate longè excedit, qui ta-
Actor. 3. „ men diceret: *Viri Iſraelitæ, quid ad-*
„ *miramini in hoc, aut nos quid intue-*
„ *mini, quaſi noſtrâ virtute ac poteſta-*
„ *te fecerimus hunc ambulare? Deus A-*
„ *braham, Deus Iſaac, & Deus Ja-*
„ *cob, Deus Patrum noſtrorum glori-*
„ *ficavit Filium ſuum Jeſum: fides quæ*
„ *in ipſum eſt dedit integram ſanitatem*
„ *iſtam in conſpectu omnium veſtrum.*
„ Splendet miraculis operante Deo
„ per eam eandem ſic honorante, &
tu infelix criminando inhonoras „

*Et ſpoliare doces crimine divi-
tias?*

„ Procul, procul eſto prophane.

Docuit rurſum Palæſtrita honoris Mariani, quidquid operatur B. V. Maria, operari Deum per eam: quidquid honoris, quidquid ſplendoris, quidquid laudis, quidquid gratiarum actionis fit Virgini, primariò fieri Filio ejus, fieri Deo: docente Bernardo: *Ad Deum utique pertinet, quidquid in laudibus Matris proferimus*: Adeò, ut qui eam invocat, laudat, regratiatur; cenſendus ſit primariò invocare, laudare, regratiari Deo: inania ergò, imò tacitæ calumniæ ſunt monita iſta, quibus cultores Virginis traducuntur velut plus precum plus temporis impendant Matri quàm Filio ejus Deo, eamque conſtituant finem precum ſuarum: maximè, cùm probè Eccleſia norit diſtribuere preces, earúmque tempora Dei Matri; & juxta Eccleſiæ inſtituta, prudentéſque directores cæteri fideles preces ſuas impendant Deo ac Deiparæ. Conſultum quidem, ac expediens interdum eſt ad Deum immediatè accedere, tamen, ut jam toties demonſtratum ex Sanctis Patribus, & praxi Eccleſiæ, ut aliquando accedamus per Matrem hoc ei placitum, & conveniens: & cum in acceſſu ad eum mediante Matre ſequantur Cultores B. V. Mariæ doctrinam communémque praxim Eccleſiæ, nullatenus ea pietas doloſè eſt arrodenda. Hinc quoque detergitur ea labes Cultoribus B. V. Mariæ affricta, quâ arbitrantur derogari honori Chriſti per conciones in honorem Matris declamatas, eò quòd in eis abſit memoria Chriſti: hanc enim eſſe pinguis Minervæ hallucinationem & Palæſtrita, & nos non ſemel comprobavimus: *Etſi enim in littera*, inquit Doctor noſter alibi, *fiat crebrior mentio de Virgine, non tamen ſenſu, mente, & intentione, minus frequens de Deo.* Hoc de precibus, hoc de concionibus Marianis intellige: quòd quia non intelligit monitor, ultrà precum laudúmque

Hom. 4. ſuper Miſſus. — Palæſtrit. cap. 41.

Virginis litteram non elevans ſpiritum, ſenſum, mentem, intentionem, hinc illa diſtorta Monita.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Qui hæc à Matre vel accepit, vel expectat, ei qui opus eſt Filio? Aut quid neceſſe fuit Chriſtum Deum eſſe & hominem, ut moriens eam nobis liberationem pareret, quàm pariens peperit Maria? Hinc B. V. Maria cogitur monere Cultores ſuos: *Nolite me colere ac ſi non daretur aditus ad Deum per Chriſtum ſine me. Ille* Torcular calcavit ſolus, & de Gentibus non erat quiſquam cum eo. Numquid ego crucifixa ſum pro vobis, aut in nomine meo baptizati eſtis? Ille venit quærere & ſalvum facere quod perierat. *Ille invitat* omnes qui laborant & onerati ſunt, ut illos reficiat. *Ne itaque me vocaveris* Salvatricem, *aut* Corredemptricem.

Monit. ſalut. §. 3. n. 3. n. 4. n. 8. n. 5.

Iſa. 63 v. 3

1. Corint. 1 v. 13.

Luc 19. v. 10.

Matth. 11. v. 28.

Palæſtrita Carmelita. cap. 36.

„ *Mallem Cerberum metueres, quàm* „ *iſta tam inconſideratè diceres.* Hoc olim Cicero, quòd tibi nunc juſtiſſimè diceret. Quid enim iſtâ poſtulatione inconſideratius, inſulſius? Quid? unius ejuſdémque effectus plures cauſæ eſſe nequeunt? „ Quaſi verò, qui à terra, arbores, ſegetes, fructus accipit, vel expectat, „ ei non opus ſit Deo; & Deus non „ ille ſit, *qui adminiſtrat ſemen ſerenti,* „ *& panem ad manducandum præſtat.* „ Quaſi qui à ſole lumen vel accipit, vel expectat, ei Deo opus non ſit, & Deus non ille ſit, *qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos.* Quaſi Deo non opus habeat; qui pluviam à nubibus, vel accipit, vel expectat; „ & Deus non ille ſit, *qui pluit ſuper juſtos & injuſtos, qui mandare nubibus ſuis* poteſt *ne pluant ſuper terram, qui pluviam voluntariam ſegregat hæreditati ſuæ.* Quòd ſi inſulſa hæc expoſtulatio in iis & ſimilibus, quantò magis in ſalutis noſtræ operatione, in qua altiore modo operatur Dei potentia & virtus, etiam cooperantibus cauſis ſecundis? Rurſus ſi abſurda hæc, quantò abſurdior & ſtupidior poſterior. „

2 Corint. 9

Matth. 5.

Eſa. 6.

Pſalm. 67.

„ Quis enim, quid neceſſe fuerit ad productionem alicujus effectus „ ac præſertim divini, cauſam potiorem, cùm minus præcipuis concurrere ſciſcitabitur, quàm ſtupidiſſimè, inconſideratiſſimè? Poſſunt quicquam iſtæ, ſine illa? Chriſtus „ in parienda nobis liberatione duplicis cauſæ perſonam tenet, ſubitque, „ & efficientis abſolutæ potioriſque, „ & meritoriæ. Quid igitur? Neceſſe fuit eum eſſe Deum & hominem, „ quia opus erat in hac ipſa liberatione parienda causâ abſolutâ & meritoriâ. At ut *homo in Deo naſceretur & in homine Deus*, ad id Virginem „ diſponit, ac idoneam facit; *Spiritus* „ *Sanctus ſuperveniet in te, & virtus* „ *altiſſimi obumbrabit tibi.* Indè, nimirum propter communicationem „ idiomatum, Mater non modò hominis, ſed & Dei effecta, Deumque & hominem concepit, genuit, „ „ lactavit.

Tertull. lib. de carne Chriſti. cap. 17.

Luc. 1.

„ lactavit. Deum inquam & homi-
„ nem noſtræ ſalutis cauſam auctori-
„ tativam, abſolutam, meritoriam.
„ Quæ cum ita ſint: an non hic ratio
„ defendit ea ex parte Virginem cau-
„ ſam eſſe noſtræ Redemptionis in
„ ſuo genere, quando ejus miniſte-
„ rio, & ut cum ea dicam, Ancillatu
„ Deus imaginem & ſimilitudinem
„ ſuam à diabolo captam recuperare
„ diſpoſuit? Et terra cauſa frugum,
„ fruges cauſæ vitæ conſervatæ ac fo-
Pſalm. 94. „ tæ, non etiam terra? *Veritas de*
„ *terra orta eſt*, canit Pſaltes Regius:
„ id eſt, inquit divus Auguſtinus in
„ hunc Pſalmum, Chriſtus qui Ve-
„ ritas eſt, de Virgine Maria. Chri-
„ ſtus vitæ ac ſalutis cauſa, non etiam
„ Virgo? Virga florem producat:
„ flos fructum ſuum: flos cauſa ſit
Iſa. 11. „ fructus, non etiam Virga? *Egredi-*
„ *etur virga de radice Jeſſe, & flos de*
„ *radice ejus aſcendet.* Virga Beata
„ Dei Genitrix, flos ipſe Chriſtus,
„ qui odorem ſuum dedit, & ſuâ ſer-
„ pentē ſuffocavit fragrantia: nō etiam
„ virga? E flore fructus colligi ex-
„ ſpectari poteſt, & non etiam de
virga?

Sicut ſydus radium, profert Vir-
go Filium pari formâ.

„ Sol ergò emittat ſuos radios: ra-
„ dii emiſſi terram calefaciant, non
„ etiam Sol calefecerit eam? In cauſis
„ ſimilibus & ſibi ſubordinatis, quic-
„ quid eſt cauſa cauſæ, non etiam cau-
„ ſa cauſati? Quàm ergo verè Patres,
„ & in his Tertullianus cum Eccleſia:

In Evam adhuc Virginem irrepſit Ver- De carne
bum ædificatorium mortis: in Mariam „ Chriſti.
Virginem Dei Verbum extructorium „ cap. 17.
vitæ: ut quòd per hujuſmodi ſexum ab- „
ierat in perditionem, per eundem ſe- „
xum redigeretur in ſalutem. Eva ſer- „
penti credidit: Maria Gabrieli: & „
quòd illa credendo deliquit, hæc cre- „
dendo delevit. Cæterum neque „
ſolùm quia ſubminiſtravit ſementi- „
nam materiam carnis Chriſto con- „
currit ad liberationem: verùm eti- „
am quia Deo ordinante Chriſtum „
ex ea naſci, Virginis aſſenſus ac fi- „
des neceſſaria fuit. Undè divus Au- „
guſtinus: *Sæculum omne captivum,* „ Serm. 21.
tuum deprecatur aſſenſum, te Deo „ de Temp.
mundus ſuæ fidei obſidem facit, per te „ qui eſt 17.
Parentum ſuorum injurias abſtergi de- „ Nativitat.
precatur. Eſt nobis aditus ſi aſſenſus „
tuus fuerit commodatus. Et poſt pau- „
ca. *Pande ſinus roſeos Virgo perpe-* „
tua fides tua modò aut cœlum aperit, „
aut claudit. Cauſa ergò noſtræ ſa- „
lutis acceſſione ejus fidei, ejus aſſen- „
ſus, noſtríque per eam. Et ut vi- „
deas & ſcias „

Lupis & Agnis quanta ſortito
obtigit

„ Diſcordia, tantam tecum mihi
obtigiſſe. Mihi, & non toti Ec- „
cleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Ro- „
manæ? ut, inquam intelligas quan- „
tum diſſentias à vera fidei profeſſi- „
one: Eccleſia hactenus profeſſa „
eſt Virginem cauſam eſſe noſtræ ſa- „
lutis, non modò ſementinæ mate- „
riæ carnis Chriſto ſubminiſtratæ, fi- „
„ dei,

,, dei aſſen'uſque acceſſione: verùm e-
,, tiam meriti. Paucis illuſtrare lubet.
Hebr. 8 ,, Divus Paulus Chriſtum *Sanctorum*
,, *& Tabernaculi veri, quòd Deus fixit,*
,, *& non homo miniſtrum* eſſe pronun-
1. Corin 3 ,, ciat. Idem ſe, Sanctóſque *Idoneos*
,, *miniſtros factos* ejuſdem, *novi* ſci-
,, licet *Teſtamenti*, profitetur. Quo-
,, modo autem Chriſtus novi Teſta-
,, menti miniſter eſt, quàm præſer-
,, tim oblatione ac effuſione ſanguinis
,, ſui? Et quomodo miniſtri ejuſdem
,, Teſtamenti Sancti, quàm præci-
,, puè vel re ipſa, vel voto effuſi ſui ſan-
,, guinis oblatione. Deníque quo-
,, modo idonei miniſtri effecti, quàm
,, pretio & virtute Sanguinis Chriſti
,, in crucis ara oblati & effuſi? Chri-
,, ſtus pati, mori, ac nobis ſalutem
,, mereri non in capite tantum, ſed
,, etiam in corpore, quòd eſt Eccleſia,
,, ac membris debebat. Undè Apo-
Coloſſ. 1. ,, ſtolus: *adimpleo ea quæ deſunt Paſ-*
,, *ſionum Chriſti in carne mea, pro cor-*
,, *pore eius, quòd eſt Eccleſia, cujus fa-*
,, *ctus ſum miniſter ſecundùm diſpen-*
,, *ſationem Dei.* Quâ verò virtute
,, pro Eccleſia adimplet quæ deſunt
,, Paſſionum Chriſti? Quibus gra-
,, dibus id conſequi potuit, ut pro Ec-
,, cleſia pateretur, moreretur? Trans-
,, fundit nimirum ſe virtus Capitis no-
,, ſtri in cruce patientis, paſſionibus,
,, laboribus Sanctorum. Rubent
,, Agni ſanguine ſtudioſæ Sanctorum
,, operationes, vota, labores, con-
,, feſſiones, mortes. Sic *laverunt*
,, *ſtolas ſuas in ſanguine Agni.* Hoc
,, ſanguine perpluræ, decoratæ, no-
,, bilitatæ, ac ditatæ, fiunt non illis

modò; verùm etiam nobis ad ſalu- ,,
tem idoneæ miniſtræ. Sic Chriſtus ,,
fit jugis hoſtia, *quia eius virtus &* ,,
potentia ſeſe Martyrum tolerantiis. ,,
confeſſionibus uſque ad mortem atque ,,
erga pietatem promptitudini permiſcet, ,,
inquit Origenes. Nunc autem ,, Tom 2. & 9. in Ioan.
iiſque ita ſtatutis: dum Chriſtus con- ,,
cipitur, dum naſcitur, dum lacta- ,,
tur, dum patitur, dum moritur, ,,
ſalutem noſtram nonne operatur? ,,
operatur nonne in capite? Et Vir- ,,
go, quæ eum concipit, quæ parit, ,,
quæ lactat ac nutrit, nónne de cor- ,,
pore Chriſti, quòd eſt Eccleſia, erat: ,,
Dum Chriſtum concipit, parit, ,,
lactat, non meretur? Dum eum ,,
pati ac mori videt, non patitur? *Do-* ,, D. Auguſtin. meditat. c. 40
mina mea miſericordiſſima, quos fon- ,,
tes dicam erupiſſe de tuis pudiciſſimis ,,
oculis, cùm attenderes unicum Filium ,,
tuum innocentem coram te ligari, fla- ,,
gellari, & mactari? Quos fletus ,,
credam perfudiſſe piiſſimum vultum ,,
tuum, cùm ſuſpiceres eumdem Filium ,,
tuum Deum & Dominum tuum in ,,
cruce ſine culpa extendi, & carnem ,,
de carne tua crudeliter diſſecari: Qui- ,,
bus ſingultibus æſtimabo puriſſimum ,,
pectus tuum vexatum eſſe, cùm au- ,,
dires: mulier ecce Filius tuus, & di- ,,
ſcipulo dici, ecce Mater tua; cùm ,,
acciperes Diſcipulum pro Magiſtro, ,,
ſervum pro Domino? An non illi ,,
Simeon prædixerat? *Tuam ipſius* ,, Luc. 2.
animam doloris gladius pertranſibit. ,,
An non ſeſe ejus ſuſpiriis, ſingultibus, ,,
bus, fletibus, doloribus, quàm ,,
maximis, oblationis hoſtiæ jugis ,,
potentia ac virtus permiſcebat, ,,
,, trans-

„ transfundebat? Poteſt caput non „ influere membris, quorum præci- „ puum Dei Mater erat? *Secundùm „ Dei diſpoſitionem miniſter Eccleſiæ*
Coloſſ. 1. „ divus Paulus factus, *adimplet ea quæ „ deſunt Paſſionum Chriſti in ſua carne „ pro Eccleſia, ac ſe gaudere in Paſ- „ ſionibus quas profitetur ſe pro Colloſ- „ ſenſibus pati.* Solus ex membris „ Eccleſiæ, qui pro Eccleſia patere- „ tur inventus? Non etiam reliqui „ Apoſtoli, Martyres, Sancti, & „ inter eos præſertim Dei Genitrix? „ Patitur D. Paulus pro nobis, pa- „ tiuntur Sancti, patitur Virgo. Qui „ pro nobis paſſi ſunt, cauſæ ſunt no- „ ſtræ ſalutis: igitur vel maximè Vir- „ go Dei Mater. Cujus meriti ido- „ neam facit immenſa ac infinita illa „ omnéque genus excedens potentia „ ac virtus patientis Chriſti, quæ ſe, „ ut eſt dictum, ejus ſtudioſis & er- „ ga pietatem promptis laboribus, o- „ perationibus permiſcet. „

Cùm igitur probarit Palæſtrita honoris D. Virginis, eam multis titulis eſſe cauſam noſtræ ſalutis potentiâ & virtute Chriſti patientis, non erat eadem piiſſima Virgo inducenda velut prohibens ſuis Cultoribus nè ſe vocarent *Salvatricem ſecundariam*, aut *Corredemptricem*, quatenus enim cauſa noſtræ ſalutis, eatenus noſtra *Salvatrix* ac *Corredemptrix*. Cùm etiam voluerit Chriſtus laborantes & oneratos reficere per ſuam Matrem, dum ad ſe invitat, à Matre non avocat; & dum ad eam reficiendi accedimus, ab ipſo non recedimus. Venit Chriſtus
Luc. 19. *ſalvum facere quod perierat*, at non abſque Matre, non ſine ipſius cooperatione, ut expoſuit Palæſtrita. Et licet Virgo Sacratiſſima non fuerit pro nobis in ligno corpore crucifixa, multipliciter tamen ac pœnaliſſimè pro nobis eſt paſſa, dum Chriſto compaſſa ſtabat Mater doloroſa juxta crucem lachrymoſa, ut vidimus ex Sancto Auguſtino, & Palæſtrita: Quidem Chriſtus ratione ſuæ Paſſionis & mortis eſt cauſa abſoluta, primaria, meritoria de condigno, efficiens noſtræ ſalutis; at præter hanc cauſam principalem ad eumdem redemptionis effectum concurrere alias docuit Palæſtrita.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Aiſt mihi quidem primam ſpem & fiduciam in Beata Virgine ponere, eam pro ſervatrice unicè habere, defenſiones à fallaci ſerpente & ſalutem vitámque æternam prece non obliqua orare, haud paulò excedere faſtigium videntur ſimplicis pro juvandis conjungendiſque precibus compellationis. Et velim ſcire quid ampliùs majúſque deferri Domino poſſit, ſi talia competant in ſervos? quidvè hinc excipi quòd Deo ſervetur extra ſortem? Deindè ut hæc ita ſenſerit Lipſius, attamen jam ſupra confectum nobis Scripturæ locis omne luce clarioribus, Sanctos, qui cœlo ex his ærumnis recepti ſunt, nec ſcire omnino quid hic rerum agatur, nec in corda cogitationéſque tacitas penetrare, nec in conſortium divini cultus aſſumptos, quin ſignanter etiam excluſos ab eo, qui negavit gloriam ſuam ſe ceſſurum alteri: mi-

nimè verò omnium interceſſorum mediatorumve munere defungi pro nobis poſſe, qui honos vivus ſit Chriſti peculiaris & proprius. Ipſum audi. Nemo venit ad Patrem niſi per me, &c. Undè B. V. Maria inducitur monens Cultores ſuos: *Nolite plus fiduciæ in me collocare, quàm in Deo. Ne me vocaveris* Salvatricem, *aut* Corredemptricem. Accedite itaque cum fiducia ad thronum gratiæ, *nec quidquam vos ab illo deterreat. Si trepidatis, ducam vos ad illum, & pro vobis orabo: ſed nolo ut in me hæreatis. Si me amas & colis ut Patronam tuam apud Deum, benè facis; multum enim valent preces meæ. Cavendum tamen ne per hyperbolen vel zelum immoderatum mihi quidquam tribuas, quòd Deo ſoli debetur, vel Chriſto. Deus enim* zelotes *eſt*, qui gloriam ſuam alteri non dat, *nec dari ſinit. Qui me* Mediatricem *vel* Advocatam *dicunt, non eo ſenſu dicant, quo Filius meus propriè eſt* Mediator & Advocatus. *Ipſe eſt* oſtium, *ipſe eſt* via, veritas & vita. Nemo venit ad Patrem, niſi per ipſum, &c.

Hebr. 4. v. 16.

Monit. ſalut. § 3. n. 9. n 5. &c.

Palæſtrita Carmelita. Cap. 40.

„ 1. Superius ſæpè confectum nobis ſpem, fiduciámque noſtram non modò Deum, verùm etiam media illa per quæ nos ducit ad ſe, reſpicere; Deum eſſe potiſſimum ac primarium objectum, Sanctos verò & media per quæ nos ad ſe trahit, ſecundarium ac ſubalternum. Proindè ſpem ac fiduciam noſtram Sanctos etiam reſpicere, per quos nos juvat, nobíſque præſto eſt. „

„ 2. Confectum nobis, quo in genere cauſæ Beatam Virginem ſervatricem habere oporteat. „

„ 3. Confectum, amplius majuſve Domino deferri, quidve hinc excipi, quòd ipſi ſervetur extra ſortem, nam Dominus ex ſe, per ſe eſt, quicquid eſt: ex ſe, à ſe, & per ſe habet, quicquid habet. Sancti autem per gratiam ab eo dependentem, adeò, ut quicquid Deus naturaliter, independenter habet, Sancti non niſi ab eo dependenter, participativè & per gratiam eis collatam. „

„ 4. Confectum nobis, locos illos Scripturæ, non eſſe, *quò ad nos*, luce clariores, ſed multa explicatione opus habere. 2. Sanctos non propria ſcientia & naturali, ſed ſupernaturali in Verbo reſcire, quid hic rerum agatur. 3. In eodem, prout requirit vel divina diſpoſitio & diſpenſatio, vel beatitudo ſingulorum, etiam cordium ſecreta, cogitationes tacitas penetrare. 4. Eos non aſſumi in conſortium divini cultûs, qui *latria* Græcè dicitur, de quo illud, *gloriam meam alteri non dabo*: ſed in conſortium cultûs religionis ejus, qui vel hyperdulia vel dulia Græcis eſt. „

„ 5. Confectum nobis, poſt Chriſtum multos Salvatores, multos mediatores eſſe ac dici, ſed in diſtincto genere. Nec illa officere: *Nemo venit ad Patrem niſi per me*; quæ, de, in cœlum ingreſſu & aſcenſu dicuntur, & quæ de cauſa meritoria prima & maximè propria intelliguntur. Non illa, *habemus acceſſum* *Ioan. 4.* *Epheſ. 1. & 3.*

,, *ceſſum in uno ſpiritu ad Patrem.* Non
,, illa: *In eo habemus fiduciam.* Non li-
,, bertatem (ut imponis) *& acceſſum*
,, *in confidentia per fidem ejus.* Non illa:
1.Ioan.2. ,, *ſi quis peccaverit, advocatum habemus*
,, *apud Patrem Dominum noſtrum Je-*
Rom.8. ,, *ſum Chriſtum juſtum.* Non illa *Chri-*
,, *ſtus mortuus eſt, & interpellat pro no-*
Tract.22. ,, *bis.* Non illa divi Auguſtini: *hoc dicit*
,, *Salvator tuus, non eſt, quò eas, niſi ad*
,, *me, non eſt qua eas, niſi per me.* Non il-
,, la: *In omnibus orationibus ſuis ſint ſecu-*
,, *ri de uno mediatore: ipſe unus pro om-*
,, *nibus interpellat; & unus verúſque eſt*
,, *mediator.* Quorum tamen ne ver-
,, bum D. Auguſtinus cap.8. lib. Epiſt.
,, fundamenti habet. Sed fortè legi-
,, ſti (ſcilicet) lib.2. cap.8. ejuſdem E-
,, piſtolæ, quem librum ſecundum
,, non reperies apud eundem divum
,, Auguſtinum. Non illa tandem: *Nul-*
,, *lus precum effectus, niſi quas Dominus*
,, *Deo commendat.* Quæ nec reperies
,, Homilia 1. in Joannem, à te allega-
,, ta. Tam bona fides hæretici. Nam
,, intelligenda veniunt. 1. de ſummo
,, ſupremóque illo mediatore, ſic di-
,, cto qui in una hypoſtaſi, duabus na-
,, turis conſtet; ut ſic eſſet inter Deum
,, & hominem; ut docet D. Cyrillus
,, Alexandrinus lib.12. Theſauri cap.
,, 10. Et D. Hilarius lib.9. de Trinita-
,, te 2. De eo, qui fuit digniſſimum
,, pretium noſtræ redemptionis juxta
,, illud Iſaiæ 63. *Torcular calcavi ſolus,*
,, *& de Gentibus non eſt vir mecum.* Quo
,, ſenſu D. Paulus uſurpat. 1. Timoth.
,, 2. *Mediator* (inquit) *qui dedit ſe-*
,, *metipſum pro nobis redemptionem.* Et
,, divus Joannes; undè addit. *Et ipſe eſt*
propitiatio pro peccatis noſtris. De eo ,,
qui pro ſe nullum intercelſorem ha- ,,
buit qui nullius pretio indiguit. *Ac-* ,,
cedit enim per ſemetipſum ad Deum, ,,
ſemper vivens ad interpellandum pro ,,
nobis Quo in ſenſu uſurpat D. Augu- ,,
ſtinus lib.2. contra Parmenianum c. ,,
8. Sancti autem, ſeu qui in cœlo, ſeu ,,
qui in terra ſunt, Chriſto mediatore ,,
indiguerunt, ejus interceſſione, ut ,,
Deo reconciliarentur. Et quicquid ,,
Sancti pro nobis à Deo obtinent, ,,
quicquid per eos poſtulamus, in ,,
Chriſti nomine poſtulant, & Deo ,,
Patri Chriſtus commendat. Neque ,,
enim eorum meritum à Chriſti me- ,,
rito ſejunctum eſt, ſed ei conjun- ,,
ctum & in eo fundatum. ,,

,, Alioqui Scriptura Sacra Moyſen Deuter.5.
ſequeſtrem & medium inter Deum & ,,
populum vocat. Quocircà Apoſto- ,,
lus Hebræorum 9. alludens ad id ,,
quod Moyſes, erat in hac parte in ,,
veteri Teſtamento: Chriſtum novi ,,
Teſtamenti mediatorem vocat. Sed ,,
& Moyſes, non ſe ſimilem Chriſto, ,,
ſed Chriſtum ſibi ſimilem auſus eſt ,,
prædicere: *Prophetam ſuſcitabit tibi* ,, Deuter.18
Dominus ſimilem mei. Quia autem ,,
hæc ejus verba de Chriſto venturo ,,
prædicta erant, ipſa Scriptura docet. ,,
Act.3. & 7. Quid ais Anonyme? ,,
Quid cenſes? Chriſtus non longo ,,
poſt ſe intervallo Moyſen relicturus ,,
erat? Moyſen dicam, & non etiam o- ,,
mnes illos qui anteceſſerant & futu- ,,
ri erant? Non hoc noverat Moyſes? ,,
Non tibi Chriſto mediatori injuri- ,,
am facere videtur? Cæterum argue ,,
divum Gregorium Nazianzenum, ,,

„ qui Martyres mediatores adgnoſcit.
„ Divum Cyrillum Alexandrinum, qui
„ Apoſtolos, Prophetas. Tu forſitan
„ longè illis doctior, modeſtior, pru-
„ dentior. Nec ſatis de Chriſto ſenti-
„ ebant. Non de eo credebant, quæ
credenda erant. „

„ Licebit abſque Chriſti mediato-
„ ris injuria alicui ex vivis apud Deum
„ orare pro proximo: & non licebit
„ Virgini, non licebit Sanctis jam cœ-
„ lo receptis? Et quæ tam inſolens pro-
„ feſſio? At viventes præceptum ha-
„ bent pro invicem orare; ſic enim ali-
„ quando Pleſſeus Morneus. 1. Qua-
„ ſi Sanctis, dum viverent, illud præ-
„ ceptum factum non fuerit, & id
„ quod ſemel hic audierunt, non alta
„ mente repoſtum teneant. 2. Quaſi
„ charitatis illud præceptum ſint obli-
„ ti. 3. Quaſi ignari ejus quod facere
„ debent, novo præcepto indigeant.
Luc.12. „ Olim Salvator: *Quid autem à vobis*
„ *ipſis non judicatis quod juſtū eſt?* Quòd
„ juſtum non ſatis ſancti, cœlo recepti,
1.Corin.13. „ judicant? 4. Poteſt charitas, quam
„ *otioſam non eſſe, & in Patria remane-*
„ *re* vult Apoſtolus, & qua Sancti fer-
„ vent in illis otiari? 5. Eorum quæ fa-
„ cere ex charitate poſſumus, ſemper-
„ ne præceptum eſſe debet? 6. Et præ-
„ ceptum quòd viventes habent mu-
„ tuis ſe orationibus juvare, mutuis a-
„ pud Patrem invocationibus, inter-
„ pellationibus ſibi patrocinari, effi-
„ citne, ut ſalva dignitate, ſalvo meri-
„ to mediatoris ac advocati Chriſti,
„ mediatoris & advocati rationem of-
„ ficiúmque ſubire queant? Apage mi-
„ hi iſta hæreticorum ſomnia, cæca-
rum mentium deliria. 7. Et cum Ter- „
tulliano argumentando reſpondere „
lubet. Non ſit præceptum Sanctis „
immortali gloria conſecutis, ut pro „
nobis orent; at ubi prohibitum? „
Quòd non prohibetur, ultro permiſſum „ Lib. de coron. milit. c.2.
eſt. Immò prohibetur, quòd non ultro „
permiſſum. „

„ Quid, quòd conſimilium eadem
ratio? Quid dico conſimilium? Si- „
quidem an non ſalvare plus eſt, „
quàm orare? Salvator dici, quàm „
mediator, interceſſor, advocatus? „
Scriptura autem, Apoſtolos & viros „
Apoſtolicos Salvatores, apud Abdi- „ Periodo ult.
am Prophetam vocat: *Aſcendent Sal-* „
vatores in montem Sion, judicare mon- „
tem Eſau, & erit Domino regnum. Sal- „
vatores, *Apoſtoli Chriſto cooperantes* „ Art.1.
in converſione electorum, ait Dionyſius „
Carthuſianus. Et hunc ne ut novitiū „ D. Hieron. in Abdiam.
abjicias; multis retro ſæculis in eun- „
dem Abdiæ locum ita ſcribit divus „
Hieronymus: *Quomodo lumen Do-* „
minus, lucem appellat ſuos Apoſtolos. „
Matt.5. Et ipſa Petra.1.Corin.10. Pe- „
tro donavit ut eſſet petra. Matt.16. Pa- „
ſtor bonus. Joan.10 illis Paſtorum lar- „
gitus eſt nomina, & quodcúmq; dici- „
tur de eo, ſervis tribuit ut dicantur: Sic „
ipſe Salvator Apoſtolos ſuos mundi eſſe „
voluit Salvatores: qui aſcendentes ſpe- „
culam montis Eccleſiæ, & deponentes „
judaicam ſuperbiam univerſorúmque „
montium, qui adverſus ſcientiam Dei „
erigebantur, regnum Domino parave- „
runt. Eſa.66. Mittam ex eis qui ſalva- „
ti ſunt in mare. An non etiam ad Sal- „
vandas Gentes? An non iſtis median- „
tibus miniſtris ad fidem vocatæ? Nō „
„ igi-

„ igitur, in ſuo ordine & genere ſalva-
„ tores, mediatores? An non plus judi-
„ care, condemnare, quàm invocare,
„ quàm intercedere, quàm orare? At
„ verò Apoſtoli non judices conſtituti?
Matth. 19. „ *Sedebitis ſuper ſedes duodecim judi-*
Sapient. 1. „ *cantes duodecim tribus Iſrael.* Et: *ſan-*
„ *cti judicabunt nationes & domina-*
„ *buntur populis*, ut olim prædixit Sa-
1. Corint. 6 „ piens: Et *neſcitis quia Angelos judi-*
„ *cabimus?* At dicitur, *unus media-*
„ *tor.* Verùm, ſed iis, quibus dictum
„ modis? Neque enim hæc dictio,
„ *unus* ſolùm innuit & indicat, ſed
„ eum qui reliquos excedat & ſupe-
„ ret. Sic Pſal. 81. dicitur: *Vos ſicut*
„ *homines moriemini, & ſicut unus de*
„ *Principibus cadetis.* Sicut *unus*; id
„ eſt, ſicut *omnium primus Adam de*
„ *Principibus tyrannis.* Vel ſicut Lu-
„ cifer *primus de Principibus Dæmoni-*
„ *bus*, quemadmodum exponunt Ar-
„ nobius, Divus Chryſoſtomus.
„ Theodoretus. Sunt enim etiã inter,
„ Dæmones Hierarchiæ Principatus.
„ Addo ut ſit ſenſus, *cadetis ſicut primus*
„ *Principũ.* Unde quando Apoſtolus
„ dicit, unum mediatorem eſſe Chri-
„ ſtum, id eſt, primum, & ſummum
„ mediatorem mediatorum, ut ſic
„ multos ſub ſe includat.

Catholicam hanc doctrinam à Palæſtrita præclarè expoſitam maturè expendat Monitor, ex eaque ſuos diſſolvat diſpellatque ſcrupulos: Non enim aliud credunt, non aliud faciunt cultores B.V. Mariæ, quàm docuit Palæſtrita, dum eam dicunt *Salvatricem corredemptricem, ſpem, mediatricem, Advocatam.* Unde nullatenus intelligitur, ad quid obtrudendum fuerit illud inane monitum: *Qui me mediatricem vel* Advocatam *dicunt, non eo ſenſu dicant, quo filius meus propriè eſt* mediator *&* Advocatus, niſi ut cultores B. V. Mariæ ab ea revocentur, & cultus ejuſdem reddatur ſuſpectus, velut injurius dignitati ac honori Chriſti: at vivit etiamnum Palæſtrita honoris B. V. Mariæ, ut eam & adverſus manifeſtos hoſtes, & adverſus occultos inſidiatores tueatur.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Placet tamen Lipſi argutia tua, qua ex idolo ſimplici geminum effeciſti, & partem honoris materni derivaſti in prolem. Conſimili enim ratione equus Monit.
Georgii unà cum inſeſſore ſuo adorabi- ſalut. §. 3.
tur. Hinc B.V. Maria inducitur mo- n. 2. §. 6.
nens: *Noli cor tuum dividere ut me præter Deum, & non propter Deum ames. Nolo ego quidquam Deo ſubtrahere, vel cum Deo dividere. Deus infinitus eſt, & infinite amandus; omnem tuum expoſtulans & abſorbens amorem. Non eſt pulchra dilectio creaturæ irrationalis. Mortuæ imaginis creaturæ.*

Palæſtrita Carmelita. Cap. 41.

„ Honorem, adorationem in „
ſuas ſpecies diſtribuiſſe: Deo ſuam, „
ejus Matri ſuam, Sanctis ſuam attri- „
buiſſe, non argutia, ſed ſcientia, ſed „
ſapientia, ſed prudentia, ſed ingenii „
in veritatis ſchola educati ingenuit. „
Ita enim idololatriæ omne illud cri- „
men, quod objicere ſoletis, deſpui- „
mus & exſufflamus. Ita Virgini „
Matri ſuum honorem, ſuam vene- „
rationem, Sanctis ſuam ſine diſpen- „
dio ejus, quæ Chriſto debetur, reli- „

„ gioſè tribuimus, aſſignamus. Et „ putas hominum inſolentiſſime, partem honoris materni, Sanctorum, „ non etiam redundare in Deum Filium? Non *mirabilis in Sanctis ſuis* „ eſt? Non eum in eis mirabilem „ prædicamus? Ex oppoſito non exhonorat filium, qui Matrem negligit, contemnit? Aſtutè, ſcilicet, cogitaſti, verſutè ſcripſiſti, quod reticere honoratius ac religioſius fuiſſet.

„ Et quæſo, quanta malitia, cordis „ impietas, ut conſimilem rationem „ eſſe ſcribas Sanctorum & brutorum? Ecqua animi furia audes „ adſerere, ſi Sanctorum imagines „ coli debent, conſimili ratione & iſtorum repræſentationes? Cur ſacrilega mente nobis imponis, quod ne „ quidem cogitavimus? *Paulo infrà.* „ Dico, qui ita vis, falſum eſſe, mendacium eſſe. „

Dementiris enim deliraque faris.

Non plus ex his ſibi uſurpet Monitor, quam neceſſe habeat ad ſuos ſcrupulos deponendos.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Semel in toto opere mentio ei excidit (Lipſio) *orationis Dominicæ, ſed ita ut in continenti ſalutatione Angelica vim ejus dilueret & enervaret. Quaſi verò hæc quidquam commune cum precatione haberet: Vel ea mente ſineque pronuntiata foret, ut per eam precantium attentio ſufflaminaretur. Et quid porrò utramque vult recitari honori B. Virginis?* Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Nolite plus temporis aut pretium mihi quam Deo impendere: abſint iſta à meis cultoribus.* Monit. ſalut. § 3. n. 9. Recitatione autem Roſarii, decies impenditur B. V. Mariæ ſalutatio Angelica, ubi ſemel tantum oratio legitur Dominica: Anne fortè Monitor hunc cultum arguit ut indiſcretum? Loquatur apertè. Interim audiatur

Palæſtrita Carmelita. Cap. 41.

„ Quis velitationem hanc tuam „ non inanem ridendamque judicet? „ Cedo, quoties Lipſius orationem „ Dominicam repetere debuit, ne apertè prophana & impia eſſent ejus „ verba? Io victor. Et de ſuperflua „ ingenii tui ubertate addis, eundem „ *in continenti ſalutatione Angelica vim* „ *ejus diluiſſe & enervaſſe.* Ergone Deo „ Patri injuriam intulit, vim orationis „ Dominicæ diluit, enervavit Angelus? Hanc enim cælitus Virgini attulit. Verùm hallucinor: (ſi Diis placet) nam necdum orationem Dominicam docuerat Salvator noſter. „ *Sed nulla vox divina ita diſſoluta eſt* „ *& diffuſa, ut verba tantum defendantur, & ratio verborum non conſtituatur.* Tertull. de præſcrip. cap. 9. De verbis minimè, te agere dices, ſed de re. At hæc nec temporis priorati nec poſterioritati addicta „ eſt. In eam Angelus impegerit, ante vel poſt verborum inſtitutam ſeriem, explicatam formam, perinde „ eſt, ſemper deliquerit. Et potuit „ quis orando vel ſalutando creaturam

„ tam ante præſcriptam à Chriſto for-
„ mam Dominicæ orationis æque in
„ Dei honorem incurrere, quam poſt
„ traditam. Ergo in gradum rur-
„ ſum. Diluebat, enervabat vim fu-
„ turæ orationis Dominicæ Ozias
„ Pontifex, qui ſic, non ſanctiſſimam
„ Dei Matrem, ſed inferiorem longè
„ Judith celebrat? *Benedicta es tu fi-*
„ *lia à Domino Deo excelſo, præ omnibus*
Judith. 13. „ *mulieribus ſuper terram.* Achior,
„ *Benedicta tu à Deo tuo, in omni Ta-*
„ *bernaculo Jacob.* Joachim ſummus
„ Judæorum Pontifex: *Tu gloria*
„ *Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu hono-*
„ *rificentia populi noſtri, &c.*

„ Diluit, enervavit quæ poſteà
„ Lucæ 11. Beatam Virginem, his lau-
„ dum titulis prædicabat: *Beatus ven-*
„ *ter qui te portavit, & ubera quæ*
„ *ſuxiſti.* Si iſtud, diluit Lipſius &
„ enervavit. Et verò cum Chriſtus
„ orationis Dominicæ formam da-
„ ret, ad eam ſic nos alligabat, ut nul-
„ lam aliam, iſtâ etiam non præter-
„ miſsâ, profiteri poſſemus? Iſtâ
„ aliarum augmento & additamento
„ viam præcludebat? Divus ergo
„ Petrus, hac uſus alia in electione
Act. 1. „ Divi Matthiæ: *Tu Domine qui*
„ *corda noſti omnium, oſtende quem*
„ *elegeris ex his duobus unum, accipe-*
„ *re locum miniſterii huius, de quo præ-*
„ *varicatus eſt Judas, ut abiret in lo-*
Act. 4. „ *cum ſuum.* Et tota Eccleſia: *Et*
„ *nunc Domine reſpice in minas eorum,*
„ *& da ſervis tuis cum omni fiducia*
„ *loqui verbum tuum, in eo quod ma-*
„ *nus tuas extendas ad ſanitates & ſig-*
„ *na & prodigia fieri per nomen ſancti*
Filii tui Jeſu.

„ At ſalutatio Angelica, *nihil ha-* „
bet commune cum precatione. Quid „
etiam inde? Ergo prophana & a- „
pertè impia quæ audivimus ex Lip- „
ſio? Peracuta & quæ in gradu to- „
ta eſt, ſcilicet, ex ſumptionibus com- „
plexio: & non potius riſu digniſſi- „
ma. Veruntamen ad lineam di- „
micemus, & ne à te propoſita eva- „
gemur. Precum aliæ laudis, aliæ „
gratiarum actionis, aliæ jubilatio- „
nis, aliæ obſecrationis, poſtulatio- „
nis, orationis. Sed exiſtimaſti eum „
qui Deum laudat, qui ei jubilat & „
gratias agit, non precari. Exiſti- „
maſti eum qui Virginem ſalutando „
laudat, non orare. Exiſtimaſti ſa- „
lutationem Angelicam, nobis, ſim- „
plicis laudis, non etiam precis eſſe. „
At quàm ignoranter? An quod „
habeat formam precis? Ecquot „
Pſalmi, quot verſus in Pſalmis Regii „
Vatis, qui precis formam non ha- „
bent? Non ſunt tamen preces? „
Voluiſſet Eraſmus quidem, cum „
quo hallucinaris, omnes illos ad for- „
mam precis revocari: Propterea „
preces non ſunt? Si explicitam pre- „
cum formam non habent; non pro- „
pterea implicitam? Mittunt Evan- „
gelicæ ſorores ad Chriſtum nun- „
tium iſtud: *Ecce quem amas infir-* „
matur. Non erat precatio? An- „ *Ioan. 11.*
gelus Beatiſſimæ Virgini ajebat: *Ne* „ *Luc. 1.*
timeas Maria, inveniſti enim gratiam „
apud Deum. Non erat precatio? „
Quin potius doceat Divus Augu- „
ſtinus: Nam idem ac ſi diceret, in- „
quit: *O Beata Maria, ſæculum om-* „ *Serm. 11. de Temp.*
ne captivum, tuum deprecatur aſſen- „
ſum.

„ *ſum, te mundus ſuæ fidei obſidem fa-*
„ *cit, per te parentum ſuorum injurias*
„ *abſtergi deprecatur. Eſt nobis adi-*
„ *tus, ſi aſſenſus tuus fuerit commoda-*
„ *tus.* Et paulò poſt: *Reſponde ver-*
„ *bum, & ſuſcipe Filium, da fidem &*
„ *ſenti virtutem : pande ſinus roſeos*
„ *Virgo perpetua, fides tua modò aut*
„ *cœlum aperit aut claudit.* Adeò ut
„ iſta non explicitam precis formam
„ habeant, implicitam tamen con-
„ tineant.

„ Objicis, *non ea mente fineque pro-*
„ *nuntiatam, ut per eam attentio ſuf-*
„ *flammınaretur.* Ecquis tibi mentem
„ finemque Angeli detexit, aperuit?
„ Eſt porrò rei unius unus tantum
„ finis, unica mens & intentio? Eſt
„ etiam aliquid cælitus ſcriptum, quod
„ ad noſtram conſolationem non
Rom. 15. „ pertineat & ſpectet? *Quæcumque*
„ *ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam*
„ *ſcripta ſunt*, ait Divus Paulus. Sic
„ titubas, ut brevi cadas? Habebi-
„ mus firmum Angelicum ſermonem,
„ cui, *velut lucernæ lucenti in caligino-*
2. Pet. 1. „ *ſo loco, non attendere nos oporteat?* O
„ circumſpectam (ſi diis placet) A-
„ nonimi mentem!

„ *Utramque* orationem Domini-
„ cam & ſalutationem Angelicam
„ *honori Beatæ Virginis vult Lipſius re-*
„ *citari.* Quouſque impoſturæ? Si-
„ mul enim recitentur, tamen ut di-
„ erſi ſenſus, ita diverſis perſonis attri-
„ butæ, applicatæ. Oratio enim Domi-
„ nica ad Patrem cœleſtem, ſalutatio
„ Angelica, ad Virginem Matrem.

Hæc Doctor in defenſionem Angelicæ ſalutationis, ac proinde & ſacratiſſimi Roſarii, ex cujus frequentiſſima in Eccleſia recitatione ſi Monitor divexetur ſcrupulis, eò quod ſibi perſuadeat quod per hoc plus temporis ac precum impendatur B. V. Mariæ, quam Deo, conetur ex his etiam ſibi ſatisfacere; Plura enim huc ſpectantia dedit Palæſtrita, & adjiciet alia, quibus confido ipſum tandem planè tranquillandum, tantummodò ſit docilis.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Quid Deum Divamque, perinde ac ſi Patrem & Filium dicas in conſortium conjungere. Et cum plurimum Chriſto tribuere videtur, aut ſtatuam ſuam per ſe velle, per illum poſſe opitulari. *Permagnam itaque gratiam iniſſe à Deo Lypſius exiſtimandus, quod ſicut Liberti illi*

Indulſit Cæſar queis Claudius omnia, quorum
Paruit imperiis uxorem occidere juſſus.

Uſurpata ſibi dominationis univerſa vi & poteſtate, nomen titulumque inanem penes herum reliquerunt, Auguſtum & rerum Dominum dici haud ægrè paſſi: ſic ipſe B. Mariam cæli, terræ, maris Reginam ac Dominam, *non jure optimo maximo, ſed velut lege quadam clientelari, beneficiariam & obnoxiam conſtituerit, quæ mundi gubernationem juriſdictionemque demandatam publicè privatımque per ſe obiret, cauſaſque & poſtulata ſingulorum cognoſce-*

noſcere, *& pœnas & præmia pro arbitrio nutuque decerneret. Cæterùm Dei numen aliquod ſupra ſe agnoſceret, atque ejus majeſtatem comiter conſervaret.* Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Nolite me colere quaſi Deam ſubalternam. Non eſt pulchra dilectio, vel laus quæ Deo non tribuit omnia. Nolo ego quidquam Deo ſubtrahere, vel cum Deo dividere. Noli dicere quod Chriſtus ſibi reſervarit* juſtitiam, *mihi commiſerit* miſericordiam. *Deus enim* zelotes eſt, qui gloriam ſuam alteri non dat, nec dari ſinit. *Attende ne* dulia *tua degeneret in adulterinam* latriam. *Nolite me in parallelo ponere cum Deo, vel Chriſto. Procul à vobis ſint omnes comparationes finiti ad infinitum.* Ego conſerva veſtra ſum.

Monit. ſalut. § 5. n. 3 n. 1. n. 2. n. 7. &c.

Exod. 2. v. 5 Iſai 42. v. 8.

Palæſtrita Carmelita. Cap. 41.

„ Hoc te ſcandalizat? Et vates „ Regius Chriſtum & Sanctos in „ conſortium conjungit. Chriſtum *o-* „ *leo lætitiæ unctum præ conſortibus ſuis* „ affirmans. Et D. Petrus divinam „ naturam & nos in conſortium con- „ jungit: quando nobis gratiam & „ pacem precatur, *quia Deus per Chri-* „ *ſtum maxima & pretioſa nobis pro-* „ *miſſa donavit, per quæ divinæ conſor-* „ *tes naturæ efficimur.* Deum Divamque, quæ omnes poſt Chriſtum do- „ norum & gratiarum abundantiâ „ & plenitudine excedit, Lipſius haud „ in conſortium conjungeret? Facit „ aliquid à Pſalte Regio, & D. Petro „ alienum? Quid cenſes Anonyme? & quo vagabunda tua ſeſe Theolo- „ gia contulit? Revoca eam, ſi quam „ tamen habeas. Et diſce conſor- „ tium eſſe duplex: æqualitatis, quo „ Patrem & Filium conjungimus. Si- „ militudinis aliud: & iſtud rurſus „ duplex. Unum naturalis ſimilitudi- „ nis, quo Patrem & Filium ejus Do- „ minum noſtrum Jeſum Chriſtum „ copulamus. Alterum participatæ, „ quo Divam & Sanctos juxta men- „ ſuram gratiæ ipſis factæ, ipſi Deo „ conjungimus. De quo conſortii ge- „ nere Lipſius, cum Davide & Divo „ Petro intellexit & ſcripſit: Non au- „ tem de eo, in quod Patrem & Fi- „ lium venire profitemur. Dic Ano- „ nyme, dic ſimpliciter, an non ali- „ quando Dominum & ſervum con- „ tingit in ejuſdem muneris & digna- „ tionis conſortium conjungi, diſtin- „ ctis tamen gradibus & reſpectibus? „ An non egeno & pauperi eleëmo- „ ſynam erogari eandem à Domi- „ no & ſervo? Aut fieri non „ poteſt, ut res eadem à pluribus, à „ Domino ſua eroganté, à ſervo, alie- „ na diſtribuente, detur? Cadat in „ Dominum, ſua egeno erogandi, „ ultronea dignatio, non poteſt ea ei- „ dem diſtribuendi, cadere in ſervum. „ At ſic de Deo & Sanctis cogitare „ oportuit. Sic enim *illuminat à montibus æternis.* Sic Divam, ſic Sanctos „ *pacem, juſtitiam* ſuam nobis diſtri- „ buendam *ſuſcipere* ordinavit. Ideò „ Divam, ideò Sanctos *conſtituit ſuper omnia bona ſua.* „

Pſal. 44.

2. Petr. 1.

Pſal. 71. et 75.

Cur hic rurſus Lipſio imponis? „ Non imaginem, quam pro hæreti- „

,, co ingenio ſtatuam Lipſianam vo-
,, cas, dixit *per ſe, vel per Filium poſ-*
,, *ſe.* Imò ad Virginem ſic oratio-
,, nem direxit : *Vitiis & delictis fra-*
,, *ctos emenda, erige : & ad virtutem,*
,, *& illud robur vetus traductos te dig-*
,, *nos clientes, cœlo dignos incolas effice.*
,, *Quæ omnia per te vis ô bona, per Fi-*
,, *lium autem potes ô magna.* Adeò
,, ut non ad imaginem, quam ſciebat
,, aures habere & non audire, ſed ante
,, eam, ad Dei Matrem preces con-
,, verterit. Et quid in ea eſt, quod
,, te jure ſcandalizaret ? Quod Vir-
,, ginem *per ſe velle*, *per Filium poſſe*
,, dixerit ? Si illud, an non eſt ſuæ vo-
,, luntatis domina ? In noſtra pote-
,, ſtate non eſt noſtrum velle ? Imò
,, *velle quidem adjacet mihi, perficere*
Rom.7. ,, *autem non valeo*, ait Divus Paulus ;
,, Et quantò magis Sanctis adjacet ?
,, Quid quod, ut ſuprà vidimus ex
,, Divo Auguſtino, non ſolùm ſint ſuæ
,, voluntatis potentes, *ſed etiam omni-*
,, *potentes, ut Deus ſua ?* Ni verò quâ
,, impietate homini aufertis liberum
,, arbitrium, eâdem & majore Beatis
,, ademptum eſſe velis. Si autem iſtud
,, *Virginem per Filium omnia poſſe.* At
,, illud ipſum eſt quod Apoſtolus do-
,, cet : *Omnia poſſum in eo qui me*
Philipp. 4. ,, *confortat.* Quod olim Mater Sa-
1. Reg. 2. ,, muelis : *in ipſo infirmi accincti ſunt*
,, *robore.*

,, Liberti illi, quibus Claudius
,, Cæſar indulſit, ad quorum impe-
,, rium uxorem interfecit, nomen ac
,, titulum inanem penes herum reli-
,, querunt, Auguſtum & rerum Do-
,, minum dici haud ægrè paſſi ſunt.
Inde efficis, ut penes Deum, nomen, ,,
ac titulum inanem relinquamus, e- ,,
jus dominationis univerſæ vim & ,,
poteſtatem Matri illius uſurpando ,,
conferamus ? Ecquid nobis cum ,,
libertis illis ? Quid Deo aut ejus ,,
Matri cum uxoricida ? Regulus ,,
ille Obtritorum Nicletus Henrico ,,
Leoni Saxoniæ duci quantum vo- ,,
let, aduletur, eum pro Deo vene- ,,
retur. Et olim qui Cæſari nimium ,,
adblandiebatur his verſibus :

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula
mane.
Diviſum imperium cum Jove Cæſar
habet.

,, Eundem ſibi futurum Deum, ,,
his aliis profitebatur. ,,

----- Erit ille mihi ſemper Deus, il-
lius aram
Sæpè tener noſtris ab ovilibus imbuet
agnus.

,, Quid fidei noſtræ, cum adula- ,,
toria iſtorum profeſſione & actio- ,,
ne ? Peracutè verò, niſi etiam im- ,,
piè : ut obſtrigillares divinæ diſpo- ,,
ſitioni ac ordinationi : honori au- ,,
tem & gloriæ Matris ejus. Quid igi- ,,
tur nos, quid Lipſius ? *Reginam ac* ,,
Dominam cœli, terra, maris dicimus. ,,
Ergone *nomen & titulum inanem a-* ,,
pud Deum relinquimus ? Hoc tuum ,,
judicium, ſed noſtræ fidei ac profeſ- ,,
ſioni contrarium. Jam autem, ſi ,,
nemo poteſt cæli, terræ, maris Do- ,,
minus.

,,minus dici, niſi cum diſpendio ho-
,,noris ac dominationis univerſæ po-
,,teſtatis Dei, niſi ſimul penes eum
,,nomen tituluſque inanis maneat ac
,,relinquatur, Deum ipſum argue
,,& accuſa, qui totius terræ, maris,
,,cœli imperium homini dederat, qui
,,eum non modò nobilitate, ſed
,,etiam imperio omnibus præfecerat,
Geneſ.1.8. ,,qui omnia ei ſubjecerat, ſi in ſtatu
Eccli.17. ,,& vitæ innocentia perſtitiſſet. Ar-
Pſal 8.
Roman. 8. ,,gue, quod nos *Filios ſuos & hæredes,*
Proverb 8 ,,*cohæredes autem Chriſti*: Quod *per*
Matth.14 ,,*eum Reges regnent, & imperia* ob-
Roman 13.
Geneſ.8.9 ,,tineant. Non enim *eſt poteſtas ni-*
Dan.3.14. ,,*ſi ab eo.* Quod *ſervum fidelem ſu-*
4.Reg.1. ,,*per omnia bona ſua conſtituat.*
Ioſue 10. ,,Quod Noe Leones & cætera ani-
Eſa 38. ,,malia, terramque ſubjecerit. Quod
,,Danieli imperium in famelicos leo-
,,nes, tribus pueris in ignem; Heliæ
,,in cœlum, Joſue in ſolem, Iſaiæ in
,,eundem. Accuſa, quod tantam po-
,,teſtatem ſanctitati contulerit. Ideò
,,enim *obturaverunt ora leonum, ex-*
,,*tinxerunt impetum ignis, effugave-*
,,*runt aciem gladii, caſtra verterunt*
,,*exterorum.* Hebr. 11. Siquidem
,,ait Divus Chryſoſtomus Homil. 25.
,,in Geneſim: *Invenerat Deus alios*
,,*viros qui potuerunt imaginē priſtinam*
,,*innovare & ſervare virtutis caracte-*
,,*res, magnamque in mandatis Dei o-*
,,*bedientiam præ ſe tulerunt, & ad pri-*
,,*mum ſuum honorem redierunt. Vir-*
,,*tus ergo juſtorum divinâ miſericordiâ*
,,*adjuta primum reparavit dominium;*
,,*denique beſtiæ ſuam agnoverunt*
,,*ſubjectionem. Cum enim vident*
,,*juſtos, obliviſcuntur naturæ ſuæ.*

Imò non naturæ ſuæ, ſed fero- ,,
ciæ, & inſitam naturæ ferociam ,,
in manſuetudinem convertunt. Si au- ,,
tem juſtè Deum arguere non potes, ,,
qui hæc hominibus contulit ſine ,,
præjudicio ſui honoris, ſalvo nomi- ,,
ne & vero titulo Regis ac Domini, ,,
rerum omnium, ſalvâ ſemper ſibi ,,
dominationis univerſæ vi & poteſta- ,,
te: Quid cauſæ ſubeſſe poterit, ut ,,
non ipſi omnia remaneant integra ,,
& ſalva, ſi ejus Matrem Reginam ,,
ac Dominam cœli, terræ, maris ha- ,,
beamus? Mirum quod non erum- ,,
pis, quoties legis *Deum*, promitten- ,,
te Chriſto, *miniſtraturum Sanctis*, ,,
eos honorificaturum. Cum audis ,,
Chriſtum Matri & Joſepho ſubdi- ,,
tum fuiſſe, qui tamen Rex Regum, ,,
Dominus dominantium erat. Sed ,,
ut toties diximus, etſi Beatam Virgi- ,,
nem Dei Matrem Reginam cœli, ,,
Angelorum Dominam, terræ & ma- ,,
ris profiteamur; Sanctos quos Deus ,,
ſuper omnia bona ſua conſtituit; quia ,,
tamen hanc eis dignitatem, ho illis ,,
imperium dominiumq; largitur: at- ,,
que ita, ut numquam ab eis ſejunga- ,,
tur, nec Sancti ab ejus influentia ,,
recedant: quidquid illi, hoc Deus ,,
in illis & per eos faciat; fit ut nomen ,,
tituluſque inanis penes eum haud re- ,,
linquatur, nec Sancti uſurpatâ ſibi ,,
dominationis univerſæ vi & pote- ,,
ſtate, regnent & imperent. Fit, ju- ,,
re optimo, qui jure ſanctitatis, jure ,,
filiationis, *non lege clientelari*, quem- ,,
admodum impiè ſcribis; Nam non ,,
acceperunt, *ſpiritum ſervitutis in ti-* ,, Roman. 8.
more, ſed ſpiritum adoptionis filiorum, ,,

„ *in quo clamant Abba Pater*. Reges, „ Domini cœli, terræ, mariſque ſint „ & vocentur. Non etiam B. Virgo? „ Imò ex quo Creatoris Mater extitit. „ Hanc autem ſibi collatam juriſdi- „ ctionem & poteſtatem, eam, aut „ Sanctos, *per ſe obire*, nemo noſtrum „ eſt, qui credat. Hoc enim ex tuo „ addidiſti: ita copioſus in malitia & „ impoſtura. Sed neque *cauſas & po-* „ *ſtulata ſingulorum*, quàm revelante „ & aperiente Deo, cognoſcere pro- „ fitemur. Pœnas porrò & præmia „ decernere juxta divinæ ſcripturæ te- „ ſtimonium non negamus. *Judica-* „ *bunt Sancti nationes*, inquit Sapiens. „ Et Chriſtus Apoſtolos fore *judices* „ pronuntiavit. Judicis autem partes „ ſunt, pœnas & præmia decernere. „ Hinc quo judicii genere judicaturos „ promiſit, eodem pœnas & præmia „ eos decreturos ſignificat. *Pro nutu* „ tandem *& arbitrio*, ſed conformi „ Dei nutui & arbitrio: qui quicquid „ illi volunt, facit & vult. *Voluntatem* „ *timentium ſe faciet*, inquit Regius „ Pſaltes.

D. Damaſc. lib. 4 fid. orthod. c. 15.

Sapient. 3.

Matth. 19.

Cum igitur profiteamur, & docuerit Palæſtrita, omne quod B. V. Maria eſt, habet, operatur, eam eſſe, habere, operari per Dei influentiam, ac Deum per eam operari: Nihil Deo ſubtrahimus, at omnia tribuimus. Dum eam colimus ut Matrem miſericordiæ, Dominam ac Reginam cœli, terræ, mariſque, imò ut per Filium analogicè omnipotentem: per hunc, inquam, cultum Dei gloriam alteri non damus, ſed in Matre magnificamus, non degenerat *dulia* noſtra in *latriam*, ſed *latriam* uni ſolique adſcribimus Deo; Cum enim talem cultum tribuimus Dei Matri, qui non poteſt tribui Deo, non degenerat *dulia* (*hyperdulia* debebat dicere Monitor) in *latriam*: atqui talem tribuimus Dei Matri: Non igitur *latriâ* eam colimus. In minore propoſitione vis eſt, quam proindè probo: quia colimus Dei Matrem ut creaturam, & ut pro nobis oret tamquam ſubalterna Advocata & Mediatrix: quem cultum nullus fidelium tribuit Deo. Patet concluſio, ac per conſequens Monitoris craſſa hallucinatio, aut palpabilis impoſtura, nos traducens ut hæreticos Collyridianos. Adjecta alia monita monita directè diluit Palæſtrita.

HÆRETICUS ANONYMUS.

Hic Dei nomen exauditur parcius, Virgo Matris cuncta perſtepunt: Ut non immeritò infelix Chriſti ſimulacrum conqueri poſſe videatur. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Nolite plus temporis aut precum mihi quàm Deo impendere: abſint iſta à meis cultoribus.* Reprehenduntur quoque noſtri Concionatores, quod per horas integras deprædicent laudes Mariæ, non factâ mentione laudis Chriſti.

Mon't. ſalut. § 3. n. 9.

Palæſtrita Carmelita. cap. 41.

„ Quid tibi inepte, impieque, „ toties, in re una & eadem cornicaris? „ Ecquis pro materia ſubjecta non „ exſcribat? Agitur enim de miracu- „ lis, per divam Virginem, operante, „ Deo,

„ Deo, factis. Agitur de votis B. Virgini nuncupatis. Agitur de his quæ „ nonniſi *Deo* auſpice, auctore potuit. „ Unde etſi in littera fiat crebrior „ mentio de Virgine, non tamen ſenſu, mente, & intentione, minus frequens de *Deo*. Norunt enim omnes Beatam Virginem nihil habere, „ nihil facere, quod non à filio accepit. Ut cum de Matre ſermo „ eſt, de Filio quoque ſit, qui per eam „ operatur, cui per Matrem vota nuncupantur. Inter Filium & Matrem nulla intercedit invidia. *Tandem.* „ Quare & finio. Iſtis noſtris

Sapere ſi rectè neſcis, decede peritis.

Tollat ex his Monitor, cæterique temerarii, inſciique accuſatores cultorum, ac præconum excellentiarum B. V. Mariæ, quod ſuum eſt; grateſque referant Palæſtritæ Carmelitæ pro verè ſalutaribus monitis, juſtiſque increpationibus, ſcriptum eſt enim: *Argue ſapientem, & diliget te.* *Proverb. 8*

CAPUT XLII.

Reſpondet cavillis Petri Cabeliavii miniſtri hæretici Leidenſis ex ſacra Scriptura adverſus cultum B. Virginis detortis: unaque Monitori Anonymo, ex eiſdem ſcripturis Pſeudo-Monita adfingenti B. V. Mariæ.

MINISTER HÆRETICUS.

Monit ſalut. §. 3. n. 3

Unus eſt Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus.* 1. Timoth. 2. Ergo B. Virgo ut mediatrix non eſt adoranda. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Noli me colere ac ſi non daretur aditus ad Deum per Chriſtum ſine me.* Unus enim eſt *Deus*, unus & mediator Dei & hominum Chriſtus Jeſus.

ORTHODOXUS.

Alio modo Chriſtus, alio Mater Chriſti eſt mediatrix: Primò Chriſtus mediator eſt, ut Deus & homo, adeoque dignitate propria infinitæ perſonæ divinæ, non alterius beneficio. Secundò Redemptione & ſatisfactione ex juſtitia, qua intercessit apud Patrem, unde ſubjungit Apoſtolus; *Qui dedit ſemetipſum Redemptorem pro omnibus.* At verò Beata Virgo tantum eſt mediatrix intercedendo precibus, & impetrando à divina miſericordia & liberalitate, ac proindè longè inferiori gradu, & modo, quam Chriſtus,

prout Superiori capite latius expoſuit Palæſtrita Carmelita. Hoc diſcrimen qui non videt, nec cœlum à terra diſtare videt: ut proindè planè malitiosè traducamur, quaſi Beatam Virginem invocemus ut mediatricem, uti Filium ejus invocamus mediatorem.

MINISTER HÆRETICUS.

Si quis peccaverit, Advocatum habemus apud Deum Jeſum Chriſtum. 1. Joan.2. Ergo Beata Virgo non poteſt eſſe Advocata noſtra apud Deum. Unde ipſa Beata Virgo Maria eiſdem
Monit ſa lut. §.3.n.3. verbis inducitur monens: *Advocatum habetis apud Patrem, Jeſum Chriſtum qui interpellat pro vobis.*

ORTHODOXUS.

Alio quoque modo Chriſtus, ac alio Beata Virgo eſt Advocata: Chriſtus Advocatus eſt oratione interpretativa, exhibendo ſe, ſua vulnera, & merita Patri pro nobis: hinc Apoſtolus ſubdit: *Qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris*: Non ita Beata Virgo; quæ ſolùm Advocata eſt, intercedendo & deprecando per merita Chriſti. Deinde ea arguendi verſutiâ poſſet concludi, viventes apud Deum non poſſe orare pro viventibus, quia ſolus Chriſtus Advocatus eſt. Cæterùm Beatam Virginem ſuo modò Advocatam dici, legimus apud ſanctum Ire-
Lib.5.cap.19. næum dicentem: *Ut Virginis Evæ Virgo Maria fieret Advocata*, videlicet totius humani generis, cujus prima Mater extitit Eva. Unde Eccleſia Catholica in Cantico illo ſancti Hermanni Contracti, *Salve Regina*, Virginem à tot ſæculis invocavit: *Eja ergo Advocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos converte.* Eſt ergo Advocatus Chriſtus, eſt & Advocata ſanctiſſima Virgo, at ille incomparabiliter excellentiori modo. Ut latius quoque expoſuit Palæſtrita, capite præcedenti.

MINISTER HÆRETICUS.

Nec enim eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. Act.4.v.12. Hinc eiſdem verbis inducitur monens B. V. Maria: *Non eſt in aliquo ſalus, nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat vos ſalvos fieri*, quàm nomen *Jeſu Chriſti* Filii mei. Monit ſalut. ibidem

ORTHODOXUS.

Uti Chriſtus eſt unicus mediator Dei & hominum dignitate propriæ infinitæ perſonæ, homo & Deus, & ex juſtitia ſatisfecit pro peccatis noſtris, deditque ſemetipſum redemptionem pro omnibus, juxta illud Eſaiæ: *Dominus Judex noſter, Dominus legifer noſter, ipſe veniet & ſalvabit nos*; ita nomen *Jeſu Chriſti* eſt unicum nomen ſalutis, ſumendo nomen pro re nominata, *in quo*, id eſt, in cujus virtute, fide, & gratia, *oporteat nos ſalvos fieri*: Unde omnes orationes noſtras cõcludimus: *Per Dominũ noſtrum Jeſum Chriſtũ.* Sæpius jam ut ẽ probavimus mediatorẽ primariũ nõ excludere ſecundarios; & qui ſalvi Cap. 3.

ſalvi fiunt precibus & meritis Sanctorum, ſalvos fieri per Chriſtum, à quo Sancti habent quod Deo gratum offerunt: non ſequitur ergò: in ſolo nomine Jeſu Chriſti ſalvi ſimus: ergò Beata Virgo Maria non eſt ut ſecundaria Advocata ac mediatrix invocanda: nam alioqui non liceret quoque viventium petere preces ad Deum pro noſtra ſalute, contra apertam Scripturam, & ipſam hæreticorum praxim. Accedit quòd ex divina ordi-
1.Theſſ.5. natione ac admirabili Providentia
2.Theſſ.3. ſæpè ſit neceſſaria Sanctorum oratio
Hebr.13. ut in nomine Jeſu Chriſti ſalvemur:
Iacob.4. Coloſſ.4. ut clarè docet Sanctus Auguſtinus di-
Rom.15. 1.Reg.7. cens: *Si Stephanus ſic non oraſſet, Eccleſia Paulum non haberet:* Et conſequenter nec Paulus cœlum haberet.

MINISTER HÆRETICUS.

Serm.1. de Sanct. c.4. Chriſtus dixit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, ut ego reficiam vos.* Matth.11. Non verò di-
Monit. ſalut.§.3. n.8. xit: ite ad Mariam & Sanctos. Hinc ipſa B. V. Maria eiſdem verbis inducitur monens: Ille invitat *omnes qui laborant & onerati ſunt, ut illos reficiat.*

ORTHODOXUS.

Dignum tali inanium verborum Miniſtro argumentum. *Serione*, ait
Epiſt.44. Sanctus Auguſtinus Maximos, *an joco agere vis?* Chriſtus dixit, *Sinite*
Marc.10. *parvulos venire ad me*, & non dixit, ſinite parvulos ire ad Miniſtrum Baptiſmi: anne fortè propereà parvuli non erunt baptizandi? Non dixit quoque ſinite parvulos ire ad Matres ſuas: ergóne parvuli à Matrum uberibus erunt avellendi. Deindè per Matrem Chriſti & Sanctos imus ad Chriſtum tamquam per rivos ad fontem, & velut per aulicos ad Regem. Tollit ad hæc iſta argutia orationes viventium pro viventibus, quas ipſi miniſtri hæretici è Cathedra peſtilentiæ pro Principe ac Patria fundunt: Chriſtus enim dixit: *Venite ad me omnes*: Non autem: *Ite ad Pſeudo miniſtros ut pro vobis orent.* Rurſus, non dixit Chriſtus ite ad ignem, ite ad menſam, ad quietem, anne proptereà laborantibus ac oneratis interdictum voles ire ad ignem dum frigent, ad menſam dum eſuriunt, ad quietem dum laſſi ſunt? Chriſtus ergo omnes ad ſe invitando, non prohibuit proximorum quærere ſubſidium, non Sanctos beatos ac viventes implorare: at oſtendit ſe unicum eſſe Redemptorem, qui peccatorum onus, & labores, & pœnas ex peccatis contractas auferre poſſit; ſéque eſſe auctorem gratiæ, & legis Evangelicæ, atque ita ad ſe vocat ut ad auctorem, fontem, ac principium omnis boni, gratiæ, & meriti: hoc profitemur: at quòd indè prohibeamur implorare opem & auxilium ſuorum Sanctorum, bonorum ſuorum diſpenſatorum, qua ſpecie veri hoc indè concluditur? Sanè Sanctorum Patrum, aut Eccleſiæ non eſt ea dictæ Scripturæ interpretatio: At novi hæretici, novi interpretes, novi

vi Verbi Dei corruptoris.

MINISTER HÆRETICUS.

Ego ſum via, veritas & vita, nemo venit ad Patrem, niſi per me. Joan. 14. Ergò non licet invocare Sanctos & B. Virginem. Quapropter ipſa B. V. Maria inducitur monens: Ipſe eſt *oſtium*, ipſe eſt *via*, *veritas & vita. Nemo venit ad Patrem, niſi per ipſum.* *Monit. ſalut. §. 3. n. 3*

ORTHODOXUS.

Neque ergò permiſſum erit viventium ad Deum implorare preces, intercessiones; numquid enim Chriſtus ſemper, ac omnium reſpectu *via, veritas, vita?* *Via* igitur eſt Chriſtus per fidem in ipſum, per doctrinam ſuam, gratiam, merita, paſſionem, redemptionem, qua viam ad cœlum pandit, aperuit portas, vitam tribuit æternam. At hoc impedit quod Doctores, Apoſtoli, Evangeliſtæ, Paſtores ſint via, ſint lux mundi, quibus Chriſtus dixit: *vos eſtis lux mundi*, *Matth. 5.* dum homines inſtruunt, docent, ad Chriſtum ducunt, & per Chriſtum ad Patrem? Quid hæc ſunt contra invocationem B. V. Mariæ? Nugæ, impoſturæ Pſeudoprædicantium. Dixit de ſe Chriſtus: *Ego ſum Paſtor bonus*: an ideò nemo præter Chriſtum Paſtor bonus? imò nemo miniſtrorum hæreticorum. Nónne dixit Chriſtus: *Unus eſt bonus, Deus.* Numquid tamen Sancti, *ſervi boni?* Non igitur erunt via, non præcones veritatis, quia Chriſtus dixit: *Ego ſum via, veritas & vita?* neſcis unum poſſe affirmari, & alterum non negari? diſce Logicam. *Ioan. 10.* *Matth. 19.* *Matth. 25.*

MINISTER HÆRETICUS.

Torcular calcavi ſolus, & de Gentibus non eſt vir mecum: inquit Chriſtus. Iſa. 63. v. 3. Ergò non licet invocare Sanctos, nec Beatæ Virginis allegare dolores. Undè B. V. Maria inducitur monens: Chriſtus propriis meritis Deum placavit, ille ſolus pacem fecit inter Deum & homines. Ille *Torcular calcavit ſolus, & de Gentibus non erat quiſquam cum eo.* *Monit. ſalut. §. 3. n. 4.*

ORTHODOXUS.

Jam ſupra demonſtravit Palæſtrita Carmelita, Chriſtum etiam in ſuis membris paſſum, ac calcaſſe torcular, in martyribus ſuis, in Stephano, in Laurentio, in Bartholomæo, in reliquis. Quomodo ergò ſolus? quia ex paſſione & meritis Chriſti Capitis defluxit meritum in paſſiones membrorum, & quia per ſolius Chriſti paſſionem facta eſt redemptio & propitiatio humani generis. Quid ergò defuit paſſioni Chriſti? Communicatio, applicatio, participatio: atque ad hæc deſerviunt interceſſiones Sanctorum, dolores B. V., & Martyrũ paſſiones, ut cum meritis Chriſti Capitis cõjuncta merita Sanctorũ unum conſtituant meritorum theſaurũ. Ut melius, quam inſani Prædicantes, intellexit Apoſtolus, qui dicit: *Gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, & adimpleo* *Coloſſ. 1.*

ea,

ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore ejus quod eſt Eccleſia. Numquid aliquid defuit paſſioni Chriſti: quoad valorem & ſufficientiam? blaſphemus qui aſſerat: Quid igitur deſideratur? applicatio, ut dixi, per merita & paſſiones Martyrum, Virginiſq; dolores. Cedit verò in honoris Chriſti augmentũ, quòd ipſe ſit Caput martyrũ, cũ ipſo, propter ipſũ, & per merita ipſius ut principalis Mediatoris torcular calcanti: ſicut cedit ad honorem Regis, quòd alii omnes, ſi quid laude dignum præſtent, ipſius id faciant favore, imperio, ac auctoritate, quòd per ſuos miniſtros in cæteros ſuos diſtribuat gratias. Ex his omnibus concluditur cum Sancto Thoma; quòd liceat ſperare in creatura, in homine, in Sancto, in Beata Virgine tamquam agente ſecundario, ita enim ſpes ponitur in Principe, in Magiſtratu, in Patrono. Prædicans verò iſte comprobatus eſt agere, veluti qui glebam luti projicit ad parietem, & perindè habet, ſive hæreat, ſive decidat: ſolùm enim rapſodiando loca Sacræ Scripturæ inconditè, minimèq; intellecta congeſſit, importunéque ad ſimplicium circumventionem obtruſit. Monitor ex his omnibus ſuam quoque eliciat ſatisfactionem, nec intendo ut plus ſibi indè uſurpet, quàm opus habeat ad ſuorum ſcrupulorum depoſitionem, & ad ſalutaria danda monita hæreticis calumniantibus avitum B. V. Mariæ cultum.

MINISTER HÆRETICUS.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Matth. 22. Ergò Beata Virgo non debet diligi ex toto corde. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Deus infinitus eſt, & infinite amandus; omnem tuum expoſtulans & abſorbens amorem.* *Monit ſalut § 3. n. 2*

ORTHODOXUS.

Tripliciter amor, quo Dominum Deum ex toto corde jubemur diligere poteſt intelligi: Primò, comparativè, ut nullam partem amoris noſtri demus idolis, aut ulli rei Deo contrariæ: & hoc ſenſu non prohibet Deus diligere B. Virginem, qui præcipit diligere omnem proximum, adeóque non ſunt res Deo contrariæ: nec eam diligimus ut idolum. Secundò, finaliter, ut generatim debeamus habere Deum finem totum & ultimum omnium noſtrorum amorum; & ſic amor B. Virginis non repugnat amori Dei ex toto corde, cùm finis totus & ultimus hujus amoris ſit Deus, charitas enim virtus eſt, quæ inclinat ad amandum Deum propter ſe, proximum autem propter Deum: juxta illud Sancti Auguſtini: *Quiſquis rectè proximum diligit, totam dilectionem ſui & proximi referat in illam dilectionem, quæ nullum à ſe rivulum duci extra patitur, cujus derivatione minuatur*: Non minuitur autem amor Dei amore proximi, atque adeò nec amore B. Virginis, alioquin eam amari non præciperet. Tertiò, appretiativè, ut nihil ita æſtimemus, tantoque loco ac pretio habeamus, quanto Deum, ac proindè ut potius vitam, famam, opes, omnia eligamus *Lib. de doct. Chriſt cap 4.*

muſamittere, quàm Deo non obedire, aut offendere. Hoc ſenſu ſolus Deus eſt diligendus ex toto corde, non creaturæ, non homines, non Angeli, non B. Virgo: nec eam tali amore proſequimur, quidquid calumnientur Momi hæretici. Aliter adhuc poſſet exponi generaliter amor *ex toto corde*: nimirum debitè, ut his ametur *ex toto corde*, qui amatur toto amore debito & convenienti, quo ſenſu maritus dicitur amare conjugem ſuam *ex toto corde*, ſi eam omni debito proſequitur affectu ac reſpectu: ſic parentes *ex toto corde* diligunt proles, cùm eis omnem debitum tribuunt amorem ac honorem. Et hoc ſenſu etiam B. Virginem diligimus *ex toto corde*, nec aliter, nam omni debito tantùm eam proſequimur amore & honore, hoc eſt, poſt Deum ſummo, cùm ſuprà omnes puras creaturas in ea excellat formale objectum amoris & honoris, bonitas videlicet & excellens dignitas. Si hæc ſciviſſet ille Pſeudoprædicans, hoc eſt objectum formale amoris Dei & proximi, non tam ruſtico ſaltu intraſſet chorum Theologorum, inferens ex eo, quòd debeamus *ex toto corde* amare Dominum Deum, non amandam B. Virginem, undè nec ille ſuam poſſet diligere uxorem, filios, aut filias. Mittamus has nugas. Monitor ſit pro ſe ſollicitus, ut ex dictis ſuos ſcrupulos & hallucinationes reformet.

MINISTER HÆRETICUS.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. Matth. 4. Deut. 6. v. 13. Undè non licet colere Sanctos & B. Virginem. Hinc B. V. Maria inducitur monens: Attende ne *dulia* tua degeneret in adulterinam *latriam*, & impingas in præceptum divinum: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies*. *Monit. ſalut. § 4.*

ORTHODOXUS.

Hæc veſtra trita, maléque intellecta argutiuncula millies à Catholicis eſt exſufflata: lippis enim & tonſoribus notum eſt, ſolo cultu *latriæ* Deum ſolum eſſe adorandum ac ſerviendum. Alioquin ſi ſolum Deum cenſeas adorandum, ac ſerviendum, nec cultui civili manebit locus, non debebunt ſervi ſervire dominis, non diſcipuli honorare magiſtros, non proles Patrem & Matrem: ſi igitur eâ Scripturâ non inhibeatur cultus civilis ac politicus, quid religioſum *dulia* ac *hyperdulia* per eam arietatis homines prophani? neſcitis Angelis toties in Scripturis delatum adorationis cultum, non civilem aut politicum, religioſum ergò? Et jam piget diutiùs vanis hujuſmodi cavillis immorari. Moneo ſolùm Motorem, ut ex tradita Catholica doctrina ſibi aliiſque compilet monita verè ſalutaria.

Digitized by Google

CAPUT XLIII.

Aliorum quorumdam hæreticorum adverſus dignitatem Deiparæ cavilla configit: Unáque inſalutaria quædam monita B. V. Mariæ adficta.

LUTHERUS IN POSTILLA ad Evangelium Feſti Nativitatis Mariæ.

A*Ngelus Virginem Mariam in ordinem redigit, & omnibus aliis Sanctis æquat, dicens: Ne timeas Maria, inveniſti gratiam apud Deum. Nam apertè dicit gratiam eſſe, non meritum.* Hinc B. V. Maria inducitur monens: *A me nihil ſum. Ego enim* conſerva veſtra ſum.

Apocal. 4. 21. v 9. Monit. ſalut. §. 3. n. 1

ORTHODOXUS.

Infirma planè futiliſque illatio, Maria gratiã invenit, ergò in ordinem eſt redacta, omnibúſque Sanctis adæquata: invenit gratiam, ſed omnium Sanctorum gratia longè exuberantiorem, imò ab ipſo Angelo *plena gratia* eſt ſalutata: Undè meritò ex hac ipſa Angeli ſalutatione Sanctus Chryſologus concludit Virginem omnibus Sanctis digniorem: *Beata*, inquit, *quæ inter homines audire ſola meruit præ omnibus: Inveniſti gratiam. Quantam? quantam ſuperius dixerat plenam: & verè plenam, quæ largo imbre totam funderet & infunderet creaturam. Inveniſti enim gratiam apud Deum. Hæc quidem dicit, & ipſe Angelus miratur, aut fœminam tantum, aut omnes homines vitam meruiſſe per fœminam, ſtupet Angelus totum Deum venire intra virginales uteri anguſtias, cui tota ſimul anguſta eſt creatura.* Dum igitur ab Angelo dicitur Virgini: *inveniſti gratiam apud Deum*, non in ordinem redigitur, at ſupra omnem creaturarum ordinem extollitur. Ad hæc univerſa Eccleſia honorat Virginem tamquam omnium Sanctorum Reginam, ſuámque Dominam. Apage igitur vanum Lutheri commentum & à veritate, & ab Angeli mente prorſus alienum. Abi quoque qui Dominam ac Reginam omnium, ipſamque Dei Matrem, tuam confingis *conſervam*, in ordinem tecum redigis, tibi adæquas, imò in nihili abyſſum detrudis, dum eam ex ſe dicis eſſe nihil, non addendo, quàm ſit magna ex Deo: at hæc eſt laus tua ſobria, imò depreſſio nimia, qua Dei Ma-

Luc. 1.

Serm. 142.

tris arrodis gloriam, ut ſæpè te monui, & ſæpius hinc meritò vapulaſti à viris eximiæ ſcientiæ ac Religionis.

LUTHERUS.
Loco cit.

Monachi noſtri perditiſſimo ſuo Gnatoniſmo in mulierum gratiam Mariam in hoc honoris faſtigium collocarunt, & immodicè laudes ejus deprædicarunt. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Nolo ego iſta exceſſiva encomia, vel vanas adulationes. Simplex ſit mea laus & ſobria, non exceſſiva, non hyperbolica.*

Monit. ſalut. §. 3. n. 5.

ORTHODOXUS.

Non evehunt Monachi B. Virginem ad honoris faſtigium, in quo ab Eccleſia univerſa, Sanctiſque Patribus ab Eccleſiæ incunabilis non fuit collocata; dicere verò honorem ac laudes eidem ab Eccleſia & Sanctis doctiſſimiſque viris tributas forè immodicas, vanáſque mulierum adulationes ſumma Luthero digna eſt temeritas, præſumptio, inſania. Quoniam verò jam olim ventoſas has cacalumnias, blaſphemiáſque deſpuit diſpulitque Lutheromaſtix Joannes Cochleus, juvabit eum audire. Reſpondet igitur ille, omnem honorem qui à Catholicis Deiparæ tribuitur, tantæ Matris meritis & dignitati imparem eſſe, eam verò non Deam, ſed Dei veri Matrem à nobis agnoſci atq; reputari, per quam legitimè honorátam, Chriſtum non ſicut iſti volunt, inhonorari, ſed propter Chriſtum potius illam ipſam à Catholicis laudari atque coli. Adjungit, improbam & in Monachos nimium ſcurrilem, atque adeò in Dei Matrem verè blaſphemam eſſe calumniam, qua novi ſectarii cum Luthero fingunt, Monachorum arte factum, ac introductum, ut in muliercularum gratiam eadem Virgo Sacroſancta tantopere in Eccleſia per mendacium honoretur. Etenim tacentibus etiam Monachis non deeſſe Mariæ cultores plurimos, & cultrices Virgines ac viduas innumerabiles, in quibus pietatem ac honeſtatem ſingularem comperiamus: tum in Sancta Elizabetha, quæ Joannis Baptiſtæ Mater ornatiſſima fuit, Mariam devotè laudandi & honorandi præclarum nobis exemplum oſtendi. *Luc. 1.* Quòd ſi tam eximia & magnifica, quæ in Evangelio Sacro leguntur, rectè in Mariam in terris adhuc peregrinantem competunt, cur, obſecro, de illa in cœlis triumphante minus jam ſentiamus, ac inferiora quædam prædicemus? cavilletur, ut velit Lutherus, per honorem Mariæ tributum divinam Scripturam à Catholicis mendacem reddi: At res ipſa docet, eidem Scripturæ detrahi, & quaſi vim inferri, quum tantæ Matris honos in Eccleſia uſitatus & probatus detrahitur, potiſſimum ab impio & judaico

Virginis

Digitized by Google

Virginis blaſphematore Luthero, qui tantum ſanctimoniæ ſibi, quantum beatiſſimæ Mariæ audet adſcribere, quaſi non Mater Dei, at ſua foret conſerva. Monitor hinc tolle, quouſque eges.

LUTHERUS.
Loco cit.

Nonne hoc eſt Chriſti gloriæ detrahere, quod creaturæ tribuimus ea quæ Dei ſunt, eique ſoli competunt? Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Nolo ego quidquam Deo detrahere. Pulchra dilectio filiorum eſt, non mancipiorum. Non ergo te dixeris meum mancipium. Soli Conditori Deo, & Redemptori Chriſto homines mancipantur. An neſcitis quia poteſtas Dominica jus vitæ & necis habet in mancipia, omnem illis tollens libertatem & proprietatem. Hoc ſoli Deo competit.* Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.

Monit. ſalut. § 3. n. 2. & § 4.

Matth. 4. v. 10.

ORTHODOXUS.

Jam ante plus decies demonſtravimus, nos beatam Deiparam colere ut creaturam, cultu qui Deo nequit tribui, ipſique Virgini proprio: nos in omnibus eam profiteri à Deo dependentem, omnia quæ per eam accipimus, largiri nobis meritis Chriſti: nos ſoli Deo ſervire ut ſupremo omnium, etiam Mariæ, Domino, qui ex ſe author ſit vitæ & necis ſuorum mancipiorum: fruſtra igitur nos calumniatur Hæreſiarcha Lutherus, aut alius quivis, quod quidpiam detrahamus gloriæ Chriſti, quod tribuamus creaturæ ea quæ Dei ſunt. Si verò nomen mancipii B. V. Mariæ terreat, recolatur & alios homines habuiſſe, habereque ſua mancipia, etſi non tam abſolutè ac perfectè ſibi ſubjecta, ut forent eorum vitæ ac necis Domini, ut eſt Deus: Quidni igitur nos profiteamur ſervos, mancipia B. Virginis, id eſt, recognoſcamus, cooperante ipſâ nos laqueo diaboli ereptos, nos omnia quæ habemus à Filio ejus, habere per illam, adeoque nos meritò ejuſdem ſubjectos imperio ac poteſtati, nos nihil velle, quod non velit ipſa, quæ non vult Filius ejus, omnia quæ habemus, ita ipſi referamus accepta, quaſi habeamus pro peculio. Servi igitur ſumus, mācipia ſumus Dominæ noſtræ, ſecūdariæ ſalvatricis noſtræ, at non ea ratione & jure ut ſumus ſervi & mancipia Dei, Creatoris unici principalis ſupremique Redemptoris. Et ſi reverearis ſancita per Chriſti Vicarium ſummum Romanum Pontificem, lege Bullarium Cherubini, ubi reperies Ordinem quemdam religioſum approbatum à ſummo Pontifice Benedicto XI. Sub titulo *ſervorum B. Mariæ*, quæ res mundo Catholico eſt notiſſima. *O Domine ego ſervus tuus. Et ſervus Ancillæ tuæ.* Cap. 15.

LUTHERUS.
Loco cit.

Volumus ei etiam, titulum gratioſæ Dominæ tribuere, nec invidere honorem, quo eam Deus dignatus eſt. Verum ut ex ea Deam quandam & idolum faciamus,

mus, hoc non placet. Hinc B.V. Maria inducitur monens ; *Noli me colere quaſi Deam ſubalternam. Attende ne dulia tua degeneret in adulterinam latriam, laus quæ mihi defertur ut mihi, vana eſt : quæ verò mihi defertur ut Matri , & Ancillæ Domini, ſancta eſt.*

Monit. ſalut. §.3.n.3 & §.4 §.3. n. 1.

ORTHODOXUS.

Cavete fideles, latet anguis in herba ; propinat verſipellis venenum mellitum : Satan ſe transformat in Angelum lucis: ſimulat ſe Virgini velle tribuere titulum *gratioſæ, Dominæ*, nec eum , quo illam Deus dignatus eſt honorem invidere : dum interim cultores Mariæ traducit ut idololatras, nec titulum illum, quo ab Angelo à Deo miſſo,*gratia plena* eſt ſalutata, eidem integrum relinquat,imò ab Angelo eodem in ordinem redactam, omnibus Sanctis adæquatam, ſibique ſanctimoniâ æqualem, ſeu *conſervam* comminiſcatur, ut ab initio hujus capitis probatum eſt. Simulat ſe Virgini non invidere honorem, quo eam Deus eſt dignatus , quo nequit dari major : Cum nihilominus imponat cultoribus B.V.Mariæ, quod publicis laudibus, ac orationibus eam colendo, Chriſto honorem ſuum & gloriam ſubtrahant, ac obſcurent , & ea quæ Dei ſunt perversè ac impiè transferant in creaturam. In eo verò quod nobis attribuit, quaſi B. V. Mariam colamus ut Deam cultu latriæ,craſsè inſolenterque mentitur : calumnietur Lutherus, blaſphemet cum toto ſuo grege ut lubet,ut valet,in æternum non probabit , nobis Deiparam eſſe idolum, fontem ac principium gratiæ, primariam ſalvatricem per propria merita homines ſalvantem, immediatam Mediatricem & Advocatam in ſanguine ſuo apud Deum : adeoque nec probabit umquam, cultum Deiparæ,Chriſti Mediatoris abolere officium; noſtramque in Deum delere fiduciam : de quo quia affatim egi ſæpius, ſuperſedeo. Ex his autem Monitor ſibi conficiat monita.

LUTHERUS.

Loco cit.

Iſti eam ſuper omnes Choros Angelorum evexerunt, & ſic Dei gloriam diminutiorem reddiderunt, quæ maxima impietas eſt. Unde B. V. Maria inducitur monens : *Ego conſerva veſtra ſum :* Ergo non Domina, ergo non Regina Angelorum , ergo non evehenda ſuper omnes Choros Angelorum.

Apocal. 22 v. 9. Monit. ſalut. §.3. n. 1.

ORTHODOXUS.

Fatemur digniſſimam Dei Matrem à Filio ſuper omnes Angelorum Choros evectam , hoc agnoſcimus cum Eccleſia Catholica, quæ in hunc uſque diem à plus mille annis, ubivis terrarum de ea canit : *Exaltata eſt ſancta Dei Genitrix ſuper Choros Angelorum ad cœleſtia regna.* Unde apertiſſimè teſtatur ſanctus Anſelmus: *tota Chriſtianitas Mariam ſuper omnes cœlos exaltatam , & Angelicis Choris Præ-*

Lib. de excellent. Virg. cap. 4

Digitized by Google

prælatam certiſſimè credit. Nec per hoc Dei gloriam diminutiorem reddiderunt Cultores Mariani; nam ut veriſſimè docet ſanctus Hildephonſus: *B. Virginis honor, & gloria, laus, & gratiarum actio eſt Redemptoris.* Et de hoc nulli eſſe dubium, teſtis eſt Hieronymus. Hinc Monitor diſce monere Mariam eſſe tuam conſervam, at *Dominam* ſuper omnes Chriſti ſervos evectam.

Serm 3. de Aſſumpt.

Serm. de Aſſumpt. ad Paulam & Euſtoch. tom. 9.

LUTHERUS IN POSTILLA ad Evangelium feſti Annuntiationis Mariæ.

Monit. ſalut. §. n. 5.

Papiſtæ Virginem Matrem Mariam Deum conſtituunt, omnipotentiam ei in cœlo & in terra attribuunt, quaſi hæc ipſius propria ſint. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Ne me dixeris omnipotentem.*

ORTHODOXUS.

Nos Virginem Matrem Mariam Deum conſtituere, jam oſtendimus ſplendidum fore mendacium. Eam autem Analogicè per ſuum filium eſſe omnipotentem, non ſimpliciter, per ſe, & potentia propria & incommunicata, ut Lutherus calumniatur ſentire Catholicos, tenemus cum ſanctis Patribus: ſanctus Anſelmus ſic Virginem orat: *Rogamus te, Domina, per ipſam gratiam, qua te pius & omnipotens Deus ſic exaltavit, & omnia tibi ſecum poſſibilia donavit.* Et ſanctus Petrus Damianus: *Fecit in te magna* (inquit Virgini) *qui potens eſt, & data eſt tibi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Cum his ſanctis ſapientiſſimiſque viris diſce monere, ſi velis dare monita ſalutis.

Lib. de excellent. Virg. cap. 12.

Serm. 1. de Nat. B. V.

LUTHERUS.

Loco cit.

In Papatu Matres ſe ad Mariam contulerunt, & plus favoris & gratiæ ab ea exſpectarunt, quam à Chriſto ipſo. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Nolite plus fiduciæ in me collocare, quàm in Deo.*

Monit ſalut. §. 3. n. 9

ORTHODOXUS.

Contulerunt ſe omnes in Papatu, hoc eſt, in ſola vera Romana Apoſtolica Eccleſia, ad Mariam ut ad Refugium peccatorum, & mediatricem ad Mediatorem quem genuit, ut eum pro nobis orando, ſuaque maxima merita allegando, impetret nobis gratiam, ſalutem & gloriam à Chriſto, ſine quo nihil habet, nihil donat Maria: Unde nihil exſpectamus à Maria, quod non exſpectet ipſa ac nos à Chriſto: quod eſt revera fontem omnium quæ à Maria exſpectamus, ac per eam impetramus immediatum, ac proximum principium ſtatuere Chriſtum; adeò proindè mentitur craſsè Lutherus, nos plus favoris & gratiæ exſpectare à Maria, quam à Chriſto ipſo, ut omnia exſpectemus à Chriſto, nec quidquam à Maria, quod non à Chriſto ipſo. Unde etiam perſpicuè conſtat, nos non plus fiduciæ collocare in Beata Virgine, quàm in Deo, cum tam fiducia Virginis, pro nobis Deum exorantis, quam fiducia noſtra Virginis interceſ-

Digitized by Google

ceſſionem poſtulantium collocetur in in Dei bonitate, miſericordia, ac Chriſti meritis, ut omnis boni ac doni fontis, primi eſſentialiſque principii. Quorſum igitur hujuſmodi temerè ſuſpicioſa monita?

MELANCHTON LUTHERI Diſcipulus, in Apologia Confeſſionis.

Beatam Virginem invocarunt homines, hujus miſericordia confiſi ſunt, per hanc voluerunt placare Chriſtum, quaſi is non eſſet propitiator, ſed tantum horrendus judex & ultor. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Noli dicere quod Chriſtus ſit judex ſeverus, ego verò Mater miſericordiæ.* Monit. ſalut. §. 1. n. 7.

ORTHODOXUS.

Eadem vanitate ac ſpiritu mendacii agitur diſcipulus cum magiſtro. Invocant homines Catholici B. Virginem, hujus meritis & miſericordiæ meritò confidunt, eſt enim *Mater miſericordiæ*; per hanc jure volunt placare Chriſtum, plurimum enim valent apud Filium tantæ Matris preces & merita: non quaſi Chriſtus non ſit primarius propitiator in proprio ſanguine, ſed tantum horrendus judex, ſed quia homines de propria indignitate ac indiſpoſitione diffiſi, judicant ſe confidentiùs per Matrem acceſſuros ad Filiũ, per mediatricem ad mediatorẽ ac propitiatorem primarium; atq; etiam, quia per Matrem voluit nobis propitiari, ſuamque impendere miſericordiam, adeoque ſalvare, quos juſtè poſſet damnare, *ut ipſa ſit regni Dei Regina miſericordiæ, cujus Filius ejus Rex juſtitiæ*, ait ſanctus Thomas, quo cum expedit ſapere, & cum tota Eccleſia Dei parentem credere *Matrem miſericordiæ*, quam cum univerſo Lutheri grege delirare. Præfat. in Epiſt. Canonicas. Eſt igitur propitiator Chriſtus, eſt & propitiatrix Maria, Chriſtus jure proprio, & incommunicabili, per ſemetipſum, in ſuo Sanguine, Maria mediatè ac per Chriſtum quem genuit, quod eſt Chriſtum agnoſcere omnis propitiationis ac reconciliationis primam cauſam ac immediatam, eique totum decus quo Virgo honeſtatur adſcribere, Virginem autem non niſi Chriſti radiis collucentem exhibere. Unde evadit manifeſtum, omnem hac in re exulare injuriam erga Deum, & Chriſtum. Hinc

Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere Divos.

CALVINUS IN CAPUT ſecundùm Joannis.

Eò progreſſus eſt veſanus furor, ut Chriſti propemodum nudati ſpoliis, eam ornarint. Quaſi verò non habeat quantum illi honoris debeatur niſi Dea fiat: aut hoc illi, Mariæ injuriam faciunt, quando ut mentitis eam laudibus deforment, Deo eripiunt quod ſuum eſt. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Non eſt pulchra dilectio, vel laus quæ Deo non tribuit omnia. Illi ſoli debetur omnis* laus, honor, & gloria. Ego 1 Tim. 1. v. 17.
non

Ioan. 8. v. v. 50. non quero gloriam meam; *ſed gloriam ejus qui creavit, & redemit me. Noli cor tuum dividere ut me præter Deum, & non propter Deum ames. Nolo ego quidquam Deo ſubtrahere, vel cum eo dividere. Noli me colere quaſi Deam ſubalternam. Attende ne* dulia *tua degeneret in adulterinam* latriam *& impingas in præceptum divinum.* Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. *Nolite me in parallelo ponere cum Deo, vel Chriſto. Nolo ego iſta exceſſiva encomia, vel vanas adulationes.*

Monit. ſalut. §. 3. n. 1 n. 2. n. 3. 5. 4. §. 3. n. 6. n. 5.

Matth. 4. v. 10.

ORTHODOXUS.

Quo uſque progredietur veſanus furor tuus, inſane, impie? Non nos, at tu, tuique ſymmiſtæ, antiquæ Catholicæ Eccleſiæ deſertores ſunt, qui atrocem Dei parenti faciunt injuriam, quam non ſolùm ipſi debitis ac ab Eccleſiæ origine celebratis laudibus honoribuſque deſpoliant, verùm & veros fideles ab omni ejuſdem cultu ac veneratione per fraudes, dolos, mendacia avocare ac abalienare moliuntur. Atra quoque ſplendidaque eſt calumnia, quod Mariam Matrem Chriſti, cum Chriſti injuria honoremus, aut Chriſti propemodum nudati ſpoliis, ut Hæreſiarcha iſte inſanit, eam aut ornemus, aut deformemus: Numquid enim ut jam toties, ob inundantes hæreticorum calumnias blaſphemiaſque coactus ſum iterare, Chriſto Salvatori noſtro unico, qui in Sanguine ſuo noſtra eſt propitiatio, honorem, gloriam, laudem integram ſervamus, dum fatemur de ejus plenitudine omnes, Matrem, Sanctos, omnia accipere: Mariam autem fore Creaturam Chriſti Sanguine redemptam, Chriſti gratia adeò ſublimatam, ac unicè propter Chriſtum amandam, ac honorandam? Unde dum Chriſti Matrem debito cultu proſequimur, ac Deum in creatura beneficio ipſius tantopere exaltata, magnificamus, adeò Chriſto nihil ſubtrahimus, ut gloriam ejus potentiamque ac largitatem illuſtremus ac teſtatiorem reddamus.

Ioan. 1.

Calvinus interim cum grege ſuo plurima exorbitantia nobis affingit commenta: commentum eſt, quod Mariam ut Deam ac idolum veneremur. Commentum, quod eam ſacrilegis titulis ornatam, in Chriſti locum ſubrogemus. Commentum, quod eam mentitis laudibus deformemus, Deo eripientes quod ſuum eſt, cum Dei Matrem debitis ſolùm ac ab Eccleſia receptis titulis, atque à majoribus recepto cultu veneremur. Quæ omnia cum ſæpius ac fuſiùs demonſtraverim, non reor immorandum. Valeat igitur cum ſua impia mordacitate ac mordaci impietate Calvinus, valeant & aſſeclæ, ut qui hoc inani ſuo garritu non modò ſuam ſtultitiam & perverſitatem produnt ſanis & piis, verùm & venerandam antiquitatem, univerſalemque Eccleſiam ludibrio habent, ſolemnemque Dei Matrem colendi ritum ad ſacrilegium idololatricum Virginis dedecus cum inaudita inſolentiſſimaque injuria transferunt. Monitori ſi quid

Digitized by Google

hic deſit, hoc ſupplere dignetur ex ſæpè dictis.

LUTHERUS. CALVINUS.

Ille in Canticum Magnificat: Hic in Harmonia.

Quia Deus vilitatem meam reſpexit, *beata prædicabor*, ait nomine Mariæ Lutherus: qui addit: *Maria non ait futurum*, *ut prædicentur laudes ejus*, *ut commendentur virtutes*, *Virginitas aut humilitas extollatur in altum*, *aut ut carmine aliquo præclara ejus geſta canantur*: *at hoc ſolùm ingeminat*, *quod ipſam Deus aſpexerit*, *& quod inde beata prædicanda ſit.* Unde Calvinus accinit, graviſque criminis arguit Catholicos, quod Mariæ magnificos titulos adſcribant, ut Reginæ Cœli, ſtellæ ſalutis, portæ vitæ, vitæ, dulcedinis: *Hæc enim omnia*, ait *uno verbo ſancta Virgo repudiat, dum totam ſuam gloriam in Dei beneficiis ſtatuit*, *qui magnificè cum ipſa egerit.* Amplius impudentiuſque inſaniens Lutherus, vociferatur: *O Beata & Virgo Dei parens, quam omninò nihil, & contempta fuiſti? Attamen propitios in te defixit oculos prædives Deus*, *ac magnifica in te operatus eſt*, *quorum ne uno quidem umquam digna fuiſti.* Unde ſic inducit monentem Mariam: *Deus ſuper me inopem, abjectam, deſpectam, vilem, nullinſque exiſtimationis vel reſpectus puellam*, *direxit oculos.* Hinc alia B. V. Mariæ Monita: *Laus quæ mihi defertur ut mihi, vana eſt*, *quæ verò mihi defertur ut Matri & Ancillæ Domini, Sancta eſt*: *Sciens quod à me NIHIL SUM. Ego enim conſer-* Apoc. 22. v. 9. *va veſtra ſum. Omnis creatura quantumvis excellens*, *Deo comparata NIHIL EST. Quid ergo comparas NIHILUM ad Majeſtatem infinitam. Cum itaque me laudas, præcipuè Deum mecum lauda*, & magnifica, quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, & fecit mihi magna qui potens eſt. *Sobria ſit mea laus.*

Monit. ſalut. §. 3. n. 1. n. 6. n. 5.

ORTHODOXUS.

O impudentes calumniatores, ut vos jure excipit Caniſius, & inſani hoſtes Eccleſiæ, qui præclaro ſermone Virginis, tam turpiter audetis abuti, veſtram ut modò libidinem in proſcindendis Catholicis expleatis. Commentitium namque eſt, Mariam beatam prædicandam propter ſuam vilitatem imò nihileitatem involuntariam ac coactam; ſed magnificanda propter humilitatem voluntariam, ſeu ſponte ſuſceptam, qua ſeipſam coram Deo vilipendit, nihil ſibi tribuit, ancillæ loco ſe habet: tantò enim Virgo, in oculis propriis Ancilla, in oculis Dei Mater ſua, nobis magis colenda ac exaltanda, quantò ipſa ſe tam immenſo beneficio æſtimat indigniorem. Quid enim præclarius, quid ſanctius ab illa dici ac fieri poterat, quam ut tot cumulata gratiis, tot magnificis ornata titulis, ac ad ſummum humanæ capacitatis aſſumpta gradum, ſeipſam velut ignoraret, ſuaſque dotes tanto tegeret ſtudio? Lib 4 cap. 6. de Deip.

Digitized by Google

Serm. 213. de temp. dio? Cum etiam Sanctus doceat Auguſtinus, quod *quantò quis humilior erit de ſeipſo, tantò major erit in oculis Dei.* Et, *ubi profunda humilitas, ibi excelſa dignitas*: Conſequens ergo eſt, Virginem eò ſublimiora à Deo accepiſſe gratiarum chariſmata, quò demiſſior fuit ejus humilitas; atque adeò eam hinc amplius magnificandam ab hominibus nedum, ſed & ab Angelis, quos & humilitate, ita & exaltatione in immenſum ſuperavit. Quod præclarè aſſeruit Venerabilis Beda, dicens: *In cap. 1. Luc.* *Cujus humilitas reſpicitur, rectè beata ab omnibus gratulatur; ſicut è contrario cujus ſuperbia deſpecta condemnatur, Eva, id eſt, væ ſive calamitatis nomine mulctata tabeſcit.* Unde ſanctus *Serm. 2. de Aſſumpt. Virg.* Hildephonſus perſpicuè docuit: Hanc Mariæ vocem mirâ devotione plenam, & admirabilem Philoſophiam eſſe, qua Virgo ſuam humilitatem, nullamque virtutem aliam magis à Deo reſpici confeſſa eſt: *Ideoque exaltatam ſanctam Dei genitricem, tum quia humilis inventa, tum quia ineffabiliter gratia repleta ſit.* Unde commentitium quoque eſt, Virginem humilitatis ſuæ agnitione, virtutum ſuarum & gratiarum publicam commendationem ac laudes, ſivè carmine, ſivè *Serm. 2. de Aſſump. Virg. apud Auguſtin.* proſâ, impediviſſe: Sanè non ſic Virginis humilitatem intellexit author veteris homiliæ, quæ tot ſæculis in Eccleſiâ recitatur, ac de ea ſic laudando diſſerit: *Hæc Virgo glorioſa Beatam ſe dici ab omnibus generationibus manifeſtat, eò quod ejus humilitatem Deus reſpexit. Nam ſubdit: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. O verè Beata humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cœlos innovavit, mundum purificavit, paradiſum aperuit, & hominum animas ab inferis liberavit. O, inquam, verè glorioſa Mariæ humilitas, quæ porta paradiſi efficitur, ſcala cœli conſtituitur. Facta eſt certè humilitas Mariæ ſcala cœleſtis, per quam Deus deſcendit ad terras. Quia reſpexit, inquit, humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et quid eſt dicere, reſpexit, comprobavit, & placuit ei humilitas mea?* Commen- *Hom. 9. in Luc.* titium blaſphemum proindè eſt, Virginem digniſſimam fuiſſe NIHIL, ac omnino contemptam, nam, ut optimè dixit Origines Author vetuſtiſſimus, à ſancto Ambroſio toties æmulatus, *in quam humilitatem Mariæ reſpexit Dominus? Quid habet Mater Salvatoris humile atque dejectum, quæ Dei Filium geſtabat in utero? Quod ergo dixit: Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, reſpexit in temperantiam, reſpexit in fortitudinem atque ſapientiam. Dignum quippe eſt, ut virtutes reſpiciat.* Ac iterum: *Reſpexit Deus in humilitatem Beatæ Mariæ: propterea fecit illi magna, qui potens eſt.* Non igitur vox humilis Virginis, confeſſio ac deploratio eſt fœminæ vilem ſuam abjectamque ſortem explicantis ac deplorantis, ut hæretici contendunt, ſed Deo regratiantis, eique magna in ſe facta adſcribentis; quis ergò ex hiſce verbis non intelligat, eo ſublimiorem honoris gradum Virgini competere, quo illa ſtudioſiùs ſeſe dejecit, ſicut & Filius ejus, quantò magis ſe-

 ipſum

Digitized by Google

ipſum humiliavit, tanto ſublimior effectus eſt, majoremque ſibi in cœlo & in terra gloriam comparavit. Undè commentitium rurſus eſt, quod blaterat Calvinus, Deiparam magnificos ac præclaros titulos, quibus ab origine Eccleſiæ eſt laudata ac deprædicata, repudiare, eo quod humilis Virgo divinæ gratiæ accepta referat omnia, totamque ſuam ſummam gloriam in Deo ac Dei beneficiis conſtituat. Nam & Chriſtus Dominus licet eſſet plenus gratiæ & veritatis, tamen Patri ſuo gloriam & honorem omnem adſcripſit, nec propterea minus colendus eſt atque prædicandus. Profectò nihil ſtultius, quàm quod novi hæretici Antidicomarianitæ ſapientibus moliuntur perſuadere, Deiparæ ſummas ac admirandas virtutes, benefacta, ingentiaque merita non tanti facienda eſſe, ut ea vel commemoratione, vel laude, vel veneratione publica digna eſſe omnes arbitrentur; præſertim cum ſcriptura divina toties Sanctorum præclaras virtutes & heroica facta proponat, ſimulque hortetur eos laudare ac imitari. Ex his ſibi ſeligat Monitor quæ arrident, & judicaverit deſervire ad comprobandum, Mariam dignioribus titulis quam NIHIL & CONSERVÆ NOSTRÆ fore honorandam, eſt enim laus illa nimium ſobria, abjecta, indigna Dei Matre.

Jon. 1. Joan. 5. & 8.

LUTHERUS IN POSTILLA Majori in Dominicam tertiam Quadrageſimæ.

Nihil noſtrà refert, nihil nobis conducit, quàm Sancta & eximia ſit hujus Filii Mater. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Ego conſerva veſtra ſum.* Apocal. 22. v. 10.

ORTHODOXUS.

Inſulſa, falſa, impia eſt hæc hæretica vox: cum enim honor Matris ſit honor Filii, cum in Matre ſit magnificandus Filius, quem in omnibus ſuis operibus tenemur prædicare, permagni ſanè noſtra intereſt, multum per omnem modum nobis conducit, quam Sancta & eximia ſit hujus Filii Mater, nimirum omnes puras creaturas incomparabiliter excedens gratiis, meritis, dignitate, adeòque non noſtram eſſe conſervam. Hinc Monitor ſibi ſatisfaciat.

Monit. ſalut. §. 5. n. 1.

LUTHERUS IN EVANGElium diei Conceptionis Mariæ.

Gravant me carnales laudes (monet nomine Chriſti) *nec Mater mea hinc Beata eſt* (quod Chriſtum in utero portavit) *tua laus nullius momenti eſt, non enim adhuc ea quæ Dei ſunt aſſequeris: tu emolumentum & voluptatem carnis quæris, mirè tibi hiſce muliebribus & noxiis cogitationibus places. Quocirca cor tuum ab his frivolis, inanibus & vanis cogitationibus avertas.*

Hinc

Monit. ſalut. §. 3. n. 5 54. hinc B. V. Maria inducitur monens: *Simplex ſit mea laus & ſobria. Inanibus & aulicis ſubmiſſionibus mundus gaudet, non ego*

ORTHODOXUS.

Quæ hîc Lutherus in mulierem illam Evangelicam Chriſti laudatricem conjicit ſcommata, ac calumnias, ſuprà fusè diſſipavi ac diſpuli. Si autem Monitor per inanes & aulicas ſubmiſſiones intelligat genuflectiones, proſtrationes, ac inclinationes quæ à Cultoribus Virginis fiunt ad ſtatuas & imagines ejuſdem: nolitque Virginem glorioſam ſubmiſsè honorari, ut in imaginibus & ſtatuis honorantur ab aulicis Reges, ac Principes, jam tranſit ad partes Hagiomachorum: Kemnitius enim hæreticus deridet argumentum pro honore Sanctorum petitum ex conſuetudine illa in aulis recepta, qua ſubmiſsè honorantur Reges, & ſpeciales ſubmiſſiones fiunt Proregibus: in examine enim Tri-
Pag. 717. dentini ait, *ſtultiſſimum eſſe, Deum ex corruptis aularum moribus æſtimare.* Monitor autem ait nomine Virginis: *inanibus & aulicis ſubmiſſionibus mundus gaudet, non ego.* Doceat igitur Monitor in quo diſſentiat ab hæretico, cui Eccleſiæ doctrinam, fidelìumque praxim ſat eſt oppoſuiſſe.

BRENTIUS HÆRETICUS IN Evangelium Dominicæ ſecundæ poſt Epiphaniam.

Etſi nulla umquam fuit mulier in terris, nec ulla futura eſt, cujus debeamus honeſtiorem mentionem facere quam Virginis Mariæ Matris Chriſti, tamen non eſt ei tribuendus honor Meſſiæ Salvatoris. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Si me amas & colis ut Patronam tuam benè facis, ne tamen dixeris me eſſe* Salvatricem, *aut* Corredemptricem. Monit. ſalut §. 3. n. 5

ORTHODOXUS.

Aliud Hæreticus docet, aliud facit, more Scribarum ac Phariſæorum Chriſti Chriſtiparæque hoſtium: docet ut nullius mulieris æque ac Mariæ honeſta fiat mentio, cùm mox ille inhoneſtiſſimè ipſius meminerit, eam traducens quaſi in Meſſiæ Salvatoris officium involet. Sed benè habet, quòd turpiſſimam hanc notam tum Deiparæ, tum Cultoribus ejuſdem velut ſuperſtitioſis inuſtam ſæpè diluerimus: calumnientur, mentiantur quantum voluerint hæretici, numquam probabunt quòd quiſquam umquam Catholicus docuerit, vel tolerandum putaverit, ut à Virgine velut Meſſia ac Salvatrice ſalus ac peccatorum remiſſio peteretur. His & Monitor ſit monitus.

CALVINUS IN SECUNDUM Caput Joannis.

Hàc Chriſti voce (ad Matrem in nuptiis) *palam conſtat denuntiari hominibus, ne homines nominis Materni honorem ſuperſtitioſè in Maria evehendo, quæ Dei propria ſunt, in ipſam trans-*

tranſferant. Sic ergo Matrem Chriſtus alloquitur, ut perpetuam ac communem ſæculis omnibus doctrinam tradat, ne immodicus Matris honor divinam ſuam gloriam obſcuret. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Cavendum ne per hyperbolem vel zelum immoderatum mihi quidquam tribuas, quod ſoli Deo debetur, vel Chriſto. Deus enim* zelotes *eſt*, qui gloriam ſuam alteri non dat, *nec dari ſinit: Cave ne quidquam Deo detraxeris ut me honores ſicut Collridiani. Simplex ſit mea laus & ſobria.*

Monit. ſalut. § 3. n. 5

ORTHODOXUS.

Nihil hic novi calumniatur Calvinus, quod non ſæpiùs deterſerimus: falſum enim eſt Chriſtum verbo aut facto Matris laudem, cultum & titulos quibus in Eccleſia honoratur labefactaſſe, ac velut immodicos repudiaſſe: etenim reipsâ in nuptiis probavit ſibi Matris interceſſionem fore gratam, cujus petitioni mox annuit, & in cujus gratiam primum & illuſtre miraculum patravit. Fatemur, teſtamúrque ultrò, in Virginis Matris cultu id ſemper eſſe cavendum, ne per zelum immoderatum ipſi quidpiam tribuamus, quod ſoli Deo debetur vel Chriſto: Verùm hoc malignè adverſus fidelium Mariam venerantium inſtitutum & laudabile ſtudium detorquetur. Salutaria ergò moneantur, non calumnioſa, notetúrque cum Carthuſiano, ſi quando Virgo Maria dicatur *Salvatrix*, non id propter efficientiam, quia nec ſalutem, nec gratiam ipſa efficit, ſed propter ſubventionem dici, quoniam apud Deum gratiam ac felicitatem nobis precatur atque procurat. De quo ſæpiùs dicta plura.

Lib. 2. de laud. Virg. art. 9.

MELANCHTON CUM SUIS

Temerarium eſt inquirere, quòd Spiritus Sanctus noluit ſcribere, & abſque jactura fidei ignoratur. Hâc machinâ moliuntur Mariæ Deiparæ apparitiones ſubvertere. Hinc B. V. Maria inducitur monens: *Ne facilè recipiatis omnes & quaſvis hiſtoriunculas quæ de meis apparitionibus, aut revelationibus aut beneficiis & privilegiis promiſcuè circumferuntur.*

Monit. ſalut. § 2.

ORTHODOXUS.

Apparitiones nullas, nullas revelationes inter Catholicos probabis promiſcuè circumferri, quæ non à gravibus fidéque digniſſimis teſtibus ac Scriptoribus tradantur, probentur, commendentur, quos vanitatis, ſeu ut hiſtoriuncularum narratores, aut falſiloquii arguere, pluſquam temerarium foret. Nugentur, ait Caniſius, craſſi homines vanéque ſciſcitentur, an Mariam toties de cœlo deſcendere neceſſe ſit, quoties illam in terris apparere, rebúſque humanis intereſſe legimus. Prophanum eſt ſtudium cauſas divinorum operum adeò curioſè ſcrutari, nec fas eſt intellectus noſtri aciem ad ea myſteria penetranda, quæ humanum intellectum excedunt, intendere, ſed oportet, ut Paulus

Lib. 5. de Deip. c. 21.

Digitized by Google

Roman.12 Paulus loquitur, ſapere ad ſobrietatem. Sicut igitur Auguſtinus de Sanctorum miraculis tractans, modeſtè fatetur, ſibi non ſatis conſtare, an illi per naturam propriam, aut per Angelorum miniſterium mirabilia operentur, & invocati multis, quos per eos alioquin certum eſt, adjuvari, opitulentur: ita nos etiam, licet non aſſequamur, quò ordine & quâ ratione apparitiones illæ tam variis locis, modis atque temporibus fiant, tamen nihil hoc impedire dicimus, quò minus eaſdem apparitiones magni faciamus, & divinis miraculis Virginíſque beneficiis adſcribamus, ſimúlque non modò mirabilem, ſed etiam inſcrutabilem Chriſti Domini potentiam, ſapientiam & bonitatem in ejus Matre Sanctiſſima veneremur. Deníque certum eſt, multò plura quam nos vel dicere, vel æſtimare valemus, divino nutu per Angelicas poteſtates facta eſſe ac fieri tum in Deiparæ honorem, tum in certam, licet nobis frequenter ignotam, mortalium utilitatem. Ex his diſcat ſalubria monitor conficere monita.

Lib.22. de civit. Dei cap.9. & lib.10.c.12

CAPUT XLIV.

Reſpondet variis quæſitis concernentibus cultum Deiparæ Virginis, aliorúmque Sanctorum.

QUÆSITUM PRIMUM.

Quis ſit fructus uſus imaginum Deiparæ?

HUjus tam antiqui, ſacti ac pii inſtituti varius eximiúſque ſanè eſt fructus. Primus, fidelium inſtructio. Dum enim puerum Jeſum Matris Virginis ulnis portatum videmus, edocemur Filium Dei pro nobis dignatum de Virgine naſci, ipsámque Virginem Salvatoris noſtri Dei verè Matrem forè recolimus: quamvis enim hoc per fidem abundè acceperimus, acceptam tamen fidem eo aſpectu renovamus ac confirmamus. Secundus fructus eſt, quod indè excitemur ad toto affectu gratias agendum Dei Filio pro immenſo Incarnationis beneficio, quòd immenſæ gygas ſubſtantiæ amore hominis pulio eſſe dignatus eſt. Tertius fructus eſt amor erga Sanctiſſimam Deiparam & Matrem noſtram, qui enim diligit, libenter inſpicit imaginem abſentis amici, & inſpiciendo ampliùs amore inardeſcit. Quis enim viſa ex imagine Dei Matre genibus flexis coram Filio pro pecca-

peccatis totius mundi deprecante, ad ejus amorem non provocetur? Quis eamdem intuens Filium Dei in ulnis geſtantem, vel uberibus ſuis eum lactantem, flammam amoris tum erga Matrem non concipiat? Quis aſpiciens eam ſibi devotos amplexantem, & expanſo pallio in protectionis ſignum operientem, non redamet? Quis cernens eam ſuis Cultoribus benevolentiæ beneficentiæque ſuæ teſſeras Scapularia, Roſaria porrigentem, ejus amore non accendatur? Quartus fructus eſt excitatio ad imitandum: ſunt enim imagines velut Concionatores, diſertíque Oratores, homines ad pietatem provocantes: Undè non immeritò ſimplicium libri appellantur, quibus primo intuitu Sanctorum longiſſimam ſæpè hiſtoriam exponunt, pariterque ad imitandum eorum exempla movent. Si enim imagines turpes ad vitia inflamment, quantò magis imagines devotæ caſtiſſimæ Virginis, omniúmque virtutum ſpeculi ad caſtitatem, cæteráſque virtutes exſtimulabunt? Quintus fructus eſt, conſervatio in nobis memoriæ Matris noſtræ, Patronæ noſtræ, ut in omnibus neceſſitatibus noſtris eam habeamus præſentem, ejuſque auxilium, & patrocinium jugiter invocemus. Sextus fructus eſt profeſſio fidei: dum enim imagines Virginis intuemur, ejus fidem, humilitatem, puritatem, obedientiam, cæteráſque ejus virtutes nobis placere teſtatur. Septimus demum fructus eſt, honor Filii & Matris, docente enim Concilio Niceno ſecundo, *honor* (Act. 4.) *imaginis tranſit ad prototypum:* nec non Sancto Baſilio Magno, *honor qui conſervis bonis exhibetur, benevolentia erga communem Dominum eſt ſignificatio:* (Hom. in 4. Martyres.) ac proindè quem honorem Deiparæ ſigno ſeu imagini exhibemus, etiam benevolentiæ in Deum ipſum eſt teſtificatio; cùm etiam ſecundum Sanctum Ambroſium, *qui coronat imaginem Imperatoris, illum utique honoret, cujus imaginem coronavit.* Qui igitur coronat imaginem Deiparæ, illam honorat, cujus honor etiam eſt honor Filii ejus. Nefarii Dæmones, horúmque primarii ſatellites hæretici cognitis tot tantiſque utilitatibus, omni molimine principia earum, hoc eſt venerandas imagines, nobis ex oculis tollere contendunt, totámque Eccleſiam rei laudabiliſſimæ ac vetuſtiſſimæ ſingulari fructu defraudare: ſed adverſus horum furores præſenti *Clypeo* confido armatos atque præcautos fideles Amabilis noſtræ Dominæ cultores.

QUÆSITUM SECUNDUM.

Quando colantur Sancti cultu profano?

Coluntur Sancti cultu religioſo quando coluntur ob divinam eis communicatam excellentiam; ſive ob amorem & honorem Dei à quo ſunt redempti, juſtificati ac glorificati; is enim cultus eſt à virtute Religionis, tranſitque à Sanctis in Deum, in eóque terminatur ac hæret. Si verò colantur ob dona naturalia pulchritudi-

Digitized by Google

chritudinem, ſcientiam, eloquentiam, aut etiam propter impetrata ab eis beneficia, non conſiderando per fidem ſupernaturalem eorum omnium Deum eſſe auctorem, nec ad ipſius honorem ac amorem referendo, ſed potius proprium ex eis aucupando commodum, honores, opes, voluptates, tum coluntur cultu prophano, & inordinato. Nihilominus licitum eſt, Sanctos colere, & invocare propter bona temporalia ſeu naturalia, quatenus illa ſunt inſtrumenta virtutum, & media ad æternam ſalutem; ſi enim illa liceat à Deo petere & ſperare, licebit & petere ac ſperare mediante Sanctorum interceſſione ac invocatione: Undè licebit invocare ac colere Sanctos Reges Henricum, Stephanum, Ludovicum pro divitiis, ſeu bonis fortunæ, ut illis pauperes ſubleventur, templa in honorem Dei & Sanctorum extruantur ac exornentur, conveniénſque ſtatus conſervetur. Licebit quoque colere Sanctum Chryſoſtomum ob eloquentiam, qui gloriam Dei tantopere procuravit, innumeráſque animas ad ovile Chriſti, vitæque emendationem reduxit, ob quos fines laudabiliter etiam ipſius implorabitur patrocinium pro ſcientiæ ac eloquentiæ dono à Deo impetrando. Licitè quoque coluntur Sancti Coſmas & Damianus ob ſcientiam medicam, qua infirmos ex Dei amore ſanaverunt, ob quem finem eamdem ſcientiam laudabiliter etiam medici à Deo, eorum mediante interceſſione, poſtulabunt. Quod proportione ſervatâ extendendum eſt ad aliorum Sanctorum cultum propter beneficia quæ Deus ſpecialia per aliquos ſolet hominibus impendere. Indubitanter autem Sancti coli poſſunt *ob miraculorum gloriam*; cùm enim ipſi propria virtute non patrent miracula, ſed divina omnipotentia in ipſis, & per ipſos, dum honoramus ac colimus Sanctos *ob miraculorum gloriam*, divinam in eis prædicamus gloriam, ac omnipotentiam, qui facit mirabilia magna ſolus. Nec refert, quòd Simon Magus *ob miraculorum gloriam* vanè ſuſpexerit Petrum, nam impius ille non contemplabatur in miraculis divinam virtutem & gloriam, ſed inanem mundanum honorem & commodum, in quem finem & ipſe præparabat emere ac abuti donis Spiritus Sancti.

QUÆSITUM TERTIUM.

Utrùm, niſi invocatio Virginis ex quodam Dei amore proflueret, nullius eſſet pretii, nec tam deleret peccata, quàm fieret ipſa in peccatum?

Reſponſio Catholicorum eſt negativa, ſi ſermo ſit de Dei amore ut oppoſito affectui fidei, ſpei, ac timoris incurrendæ damnationis, aut amittendæ ſalutis æternæ. Atque imprimis invocationem Virginis magni eſſe pretii, licet non pro-

fluat ex Dei amore, probatur primò evidenter ex Sacro Concilio Tridentino de peccatorum juſtificatione ſic diſſerente: *Diſponuntur autem ad ipſam juſtitiam, dum excitati divinâ gratiâ & adjuti, fidem ex auditu concipientes, liberè moventur in Deum, credentes vera eſſe, quæ divinitùs revelata & promiſſa ſunt; atque illud in primis, à Deo juſtificari impium per gratiam ejus, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Jeſu; & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à divina juſtitia timore, quo utiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe convertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore.* Et rurſus: *Hoc enim timore utiliter concuſſi Ninivitæ, ad Jonæ prædicationem, plenam terroribus, pœnitentiam egerunt.* Utilis ergò magnique pretii eſt invocatio Virginis ex affectu fidei, ſpei, ac timoris. Probatur ſecundò: ſuppoſitâ primâ gratiâ vocationis, ac converſionis, adeóque juſtificatione jam quodammodo inchoatâ, indigemus tamquam ulteriori auxilio fide perfectiore, quàm orando poſſumus impetrare; undè magni prætii ac utilitatis erit ex affectu fidei talis Virginem invocare: præſertim cum ita de fidei merito congruo ſcribat D. Auguſtinus: *Si quis dixerit, quod gratiam benè operandi fides mereatur, negare non poſſumus*; meretur fides gratiam benè operandi: ex affectu ergò ac motivo hujus Virginem invocare permagni pretii erit. Probatur tertio de affectu ſpei ex Sacra Scriptura; quæ paſſim hominibus proponit

Seſſ.6.c.6

Seſſ.14 c.4

Epiſt.106.

præmium cœleſte, nullâ factâ mentione amoris Dei, (quòd tamen facere deberet, ſi nullius pretii, aut malum foret ſperare beatitudinem ibi ſiſtendo, ſic enim homines deciperet) ut benè operentur, monétque ut ex hoc motivo operentur: Chriſtus monet: *Primùm quærite regnum Dei.* Et iterùm: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Et Chriſtus prædicationem ſuam exorſus eſt à ſpe premii. Et David *inclinavit cor ſuum ad faciendas juſtificationes Domini in æternum, propter retributionem.* Undè & Sanctus Auguſtinus exhortatur: *Quando facis opus bonum propter vitam æternam fac, … noli facere niſi propter vitam æternam, ideò fac, & ſecurus eris, hoc enim mandavit Dominus.* Et alibi: *Si volumus animos ad rectè vivendum frigidos* (nota benè) *exhortationibus excitare, verberentur terroribus, & præmiorum laudibus erigantur.* Suffragatur Sanctus Gregorius in illa Verba: *Servite Domino: cui nimirum in veritate ſervimus, quando ejus præcepta pro* SOLA (nota benè) *ſuperna retributione perficimus.* Item Sanctus Ambroſius: *In preſſura non cadere*, inquit, *ſpe futurorum, magni meriti eſt apud Deum.* Nec ſanè Sanctis irrefragabilis defuit ratio, non enim poteſt non eſſe optimum magnique pretii operari propter iſtum finem ad quem conditi ſumus, conditi autem ſumus ad æternam beatitudinem: Undè meritò Sancti, Conciona-

Math.6.
Luc.16.

Math. 4. & 5.

Pſalm.118

In pſalm. 120.

In 1. Reg lib.5.cap.2

cionatores, Confeſſarii ſunt ſemper fideles exhortati, ut operarentur propter æternam mercedam, tamquam ob motivum magis accommodatum ad ſocordes ac imperfectos exſtimulandos ad piè Chriſtianèquè vivendum: magni proindè pretii erit ſi ob idem motivum excitentur ad invocandum Virginem, quæ eſt *janua cœli*, ſeu æternæ retributionis.

Ex his colligitur evidenter, invocationem Virginis non profluentem ex motivo amoris Dei, non fieri invocanti in peccatum: quòd prætereà expreſsè damnavit Tridentinum: *Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad Miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abſtinemus, peccatum eſſe, aut peccatores pejores facere, anathema ſit.* Et Rurſus alio loco: *Si quis dixerit, eam contritionem, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cùm propoſito melioris vitæ, non eſſe verum & utilem dolorem, nec præparare ad gratiam, ſed facere hominem hypocritam & magis peccatorem; demum illum eſſe dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium; anathema ſit.* Si igitur non fiat in peccatum dolor de peccatis ob metum gehennæ, per quem ad Deum confugimus; nec fiet in peccatum invocatio Virginis ad quam per metum confugimus ut nobis impetret miſericordiam. Si etiam dolor paratus ex metu amiſſionis æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſus cum propoſito melioris vitæ, ſit verus & utilis, nec homini fiat in peccatum; neque invocatio Virginis, quæ non profluit ex amore Dei, & ex metu amiſſionis æternæ beatitudinis, ac incurſus æternæ damnationis; fiet invocanti in peccatum, ſed verus ac utilis erit Dei Deiparæque cultus; falſum proindè etiam eſt, Deum vel Deiparam non verè coli niſi amando, non credendo, non ſperando, non timendo, cùm enim ſine amore Dei detur vera fides, vera ſpes, verus utiliſque dolor, ac vera legis obedientia, ut conſtat ex propoſitione 16. Bay à tribus Pontificibus damnata: *Non eſt vera legis obedientia quæ fit ſine charitate*; ſi ex motivo & affectu harum virtutum Deus vel Deipara colantur, verus, utilis, gratùſque ipſis exhibebitur cultus. Hæc omnia confirmantur ex eo, quòd dentur opera differentia in individuo, in ordine ad finem ſupernaturalem, ut probat ſolidiſſimè noſter R. Adm. Pater Bonæ Spei: & quod Pontifex damnarit in Bajo: *omnia opera infidelium eſſe peccata*: opera autem indifferentia & bona moraliter infidelium non fiant ex amore Dei: multò ergò minus in peccatum fiet invocatio Virginis fide ſupernaturali creditæ Matris Dei, licet non profluat ex amore Dei.

Objicies: Non eſt fructus boni o-

Seſſ. 6. can. 8.

Seſſ. 14. can. 5.

Tract. de actib. human.

Digitized by Google

Hom.27. in Evang. peris, qui non ſurgit ex radice charitatis. Sive ut Gregorius ait: *nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi non maneat in radice charitatis.* Nam *regnat carnalis cupiditas*, in moribus, in orationibus, in ſtudiis, omnibuſque actionibus, *ubi non eſt Dei charitas.* *Auguſtin. Enchir. cap.117.* Non colitur ergò Deipara iſto cultu dilectionis, quo colenda, niſi ejus cultus ex quodam Dei cultu ſive amore profluat.

Reſpondeò: Aſſumptum iſtius argumenti ad mentem objicientis intellectum, repugnare Scripturis, Concilio Tridentino, Sanctis Patribus, Pontificúmque Decretis præallegatis, à quibus & fidei, & ſpei, & timori ſuus attribuitur fructus ac utilitas, undè nullatenus eſt admittendum: & neceſſariò Gregorius & Auguſtinus ita ſunt interpretandi, ut nec fidei repugnent, nec ſibi: patenter enim ſuprà docuerunt, laudabile fore ac utile, propter æternæ mercedis retributionem Deo ſervire: & de timore non caſto iterum ſcribit Auguſtinus: *In pſal.127* *Ille autem timor nondum caſtus præſentiam Domini, & pœnas timet: timore facit quidquid boni facit, non timore amittendi bonum illud, ſed timore patiendi illud malum. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi ſponſi, ſed timet ne mittatur in gehennam, bonus eſt, & iſte timor, utilis eſt.* Undè cum docent Patres objecti, aut alii, non prodeſſe opera, etiam fidem, ſine charitate, loquuntur de charitate habituali ſeu ſtatu gratiæ ſaltem in termino operum: nam ſine illo ſtatu opera quantumvis præclara non proderunt ad vitam æternam, & hoc ſenſu *regnat carnalis cupiditas*, id eſt, opus inutile ad æternam gloriam conſequendam, *ubi non eſt Dei charitas* habitualis: vel etiam ſine charitate habituali regnat carnalis & prava cupiditas, quia destitutus gratiâ habituali, eſt Dei inimicus, carétque gratiis illis quas Deus amicis largitur, atque adeò magis ſubjicitur ſervituti concupiſcentiæ, ſæpiúſque ac facilius labitur in peccata, quàm exiſtens in gratia & charitate: indè tamen non fit hujuſmodi peccatorem, aut juſtum ſemper peccare, dum non operatur ex motivo ſeu imperio charitatis, cùm Scriptura nullibi hoc præcipiat, at oppoſitum ſæpius doceat, ut ſuprà vidimus.

Ad hæc, dupliciter adhuc poteſt exponi Sanctus Auguſtinus, quando ad opus bonum requirit *charitatem, amorem Dei, amorem juſtitiæ*, &c. Primo exponitur de amore cujuſcúmque virtutis: juxta hæc Auguſtini verba: *Quaſi verò aliud ſit bona voluntas, quam charitas.* *Lib. de gratia Chriſt. cap.2.* Et, *bona voluntas nihil aliud eſt, quàm charitas.* *Ibid.c.21.* Rurſum: *Quid eſt dilectio, vel charitas, quàm tantopere divina Scriptura laudat, & prædicat, niſi amor boni*, non dicit niſi amor Dei propter ſe; omnis autem virtus eſt bona, ergò juxta illam doctrinam Auguſtini, omnis amor cujuſvis virtutis dicitur charitas & dilectio: *Lib.8. de Trin.c.10.* & hoc quoq; ſenſu *ubi non eſt charitas, regnat carnalis cupiditas*, id eſt nulla vera virtus, ſeu utilis ad æternam gloriam promerendam, talem enim virtutem, ſeu dilectionem & charitatem tantopere divina Scriptura

laudat,

Digitized by Google

laudat, & prædicat, non virtutes morales & ſteriles. Ratio autem cur amor virtutis poſſit dici Amor Dei eſt, quia omnis virtus eſt à lege Dei æterna. Ceditque in ipſius bonum extrinſecum; ergò eam amare, eſt amare, bonum Dei, adeoque & Deum amare cum amare non ſit, niſi alicui bonum velle. Secundò, quando dicit, nullum opus bonum, ſeu meritorium eſſe quod non fit ex charitate, creberrimè charitatem ſumit pro gratia, ita ut tantum velit nullum opus fore bonum & meritorium ſi fiat ſine ſupernaturali gratia: Auguſtinum ſic aptè exponi colligitur ex ſubjectis ejuſdem verbis. *Deus operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate, non ſicuti iſti ſentiunt, tantummodo ſcientiam revelando, ut noverimus quid facere debeamus, ſed etiam inſpirando charitatem*, id eſt gratiam, *ut ea quæ diſcendo novimus, etiam diligendo*, id eſt ex gratia, *faciamus.* Ubi Auguſtinus gratiæ Pelagianorum quam conſtituebant in lege & doctrina, opponit charitatem, per quam proindè intelligit gratiam ſupernaturalem internam, circa quam inter Auguſtinum & Pelagianos eſt controverſia: quod haud obſcurè alio docet loco: *dat*, inquit, *Deus Spiritum Sanctum ut per charitatem*, id eſt per gratiam, *bona operemur.*

Epiſt. 143. Et alibi: *Hanc enim fidem, volumus habeant, qua impetrent charitatem*, id eſt gratiam, *quæ ſola benè operatur.* Ex his, conſtat, ut alia omittam loca, ſancto Auguſtino fuiſſe familiare, voce charitatis generaliſſimè auxilia gratiæ efficientis denotare, adeoque dum requirit ad quodvis opus bonum charitatem, non debet intelligi de charitate ſtrictè ſeu amore Dei propter ſe: unde & Virgo Deipara verè utiliterque colitur, etſi cultus ex amore Dei propter ſe non profluat, ut ſequens quæſitum amplius declarabit.

Expoſit propoſ. Epiſt. ad Rom. n. 60. *Epiſt.* 106. *ad Paulin.*

QUÆSITUM QUARTUM.

Utrum qualiterque peccatores rectè ac utiliter colant amabilem noſtram Dominam?

Peccatores rectè, utiliterque colere ac invocare amabilem Dominam Mariam, eſt dogma fidei contra Hagiomachos; Eccleſia enim à plurimis ſæculis ſalutavit ac invocavit, ſuoſque Filios ſalutare ac invocare docuit ſanctiſſimam Virginem, *Refugium peccatorum*, ac *Matrem miſericordiæ.* Confirmo primò: peccatores rectè utiliterque colunt & invocant Deum immediatè in ſe: Ergò & mediante interceſſione ac patrocinio Matris piiſſimæ à Deo datæ ut eſſet peccatorum refugium & mediatrix ad Mediatorem, ut in ſuperioribus ſæpius & fuſius eſt probatum; imò eo ſecurius ac utilius peccatores accedent ad Deum per Matrem ipſius, quò ipſi ſunt indigniores ut exaudiantur, merita autem Matris ipſi acceptiſſima, & preces efficaciſſimæ: Undè præclarè ad intentum docet ſanctus Thomas de Villa-Nova: *Licet*, inquit, *Advocatum habeamus Filium, opus etiam fuit habere Matrem Advocatam ad Filium; cum peccatis noſtris non ſolùm Deus offenditur,* *Conc.* 3. *de Annunt.*

cujus præceptum violamus; ſed & Filius Dei, cujus Sanguinem conculcamus: & ideò ſicut apud Patrem interpellat Filius, ſic apud Filium interpellat Mater. Unde ait Bernardus: Filius oſtendit Patri latus & vulnera. Mater oſtendit pectus, & ubera. Et ſermonem continuans Doctor mellifluus, ait: *Ibi nulla poterit eſſe repulſa, ubi ſunt tot amoris inſignia.* Confirmo ſecundò: quia ut ſæpè quoque vidimus, ſancti Patres docent, *nos nihil habere à Chriſto quod per manus Mariæ non tranſierit: omnem, qui ſalvus fit, ſalvari per Mariam*: Et ſimilia: docuerunt hoc ſanctus Germanus, ſanctus Bernardus, ſanctus Anſelmus, aliique, quibus accedit ſanctus Bernardinus: *Nulla*, inquit, *creatura aliquam à Deo obtinuit gratiam, niſi ſecundùm Matris ipſius diſpenſationem.* Meritò igitur, ac cum copioſo fructu peccatores invocabunt colentque cœleſtem hanc diſpenſatricem.

An autem, & ſub quibus conditionibus Maria rectè colatur à peccatoribus impœnitentibus, dicemus in objectionum ſolutionibus: hic tantum obſervetur, Eccleſiam hactenus non diſtinxiſſe inter peccatores impœnitentes & pœnitentes, at generaliter Virginem invocaſſe *Refugium peccatorum*, ne dicendo *Refugium peccatorum pœnitentium*, impœnitentes à tutiſſimo hoc Refugio avocarentur, & piiſſimæ Matris deſtituerentur interceſſione, quæ non ſolùm impœnitentibus, ſed & deſperatis converſionis gratiam poteſt impetrare: juxta hanc ſancti Petri Damiani S. R. E. Cardinalis ad Virginem Apoſtrophen: *Nil tibi impoſſibile, cui poſſibile eſt de ſperatos in ſpem beatitudinis relevare?* Et infrà: *Quid tibi negabitur, cui negatum non eſt Theophilum de ipſis perditionis faucibus revocare?* *Serm. 1. de Nat. Virg.*

Objicies nomine B. V. Mariæ: *Non eſt pulchra aut* ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Non eſt* pulchra *dilectio in corde* ſubdito peccatis. Ergo fruſtrà me colunt qui in peccatis perſeverant. *Eccli. 15. v. 9. Sap. 1. v. 4. M. nu. ſalut. §. 1.*

Reſpondeo hoc fore abuti verbis ſacræ Scripturæ, ac ex floribus, aranearum more, colligere venenum: hâc enim nox à calliditate miſeri ſimplicesque peccatores perſuadentur, nihil ſibi prôdeſſe devotionem erga B. V. Mariam, quamdiu ſunt peccatores, atque adeò avocantur ab inſcriptione in ſodalitiis ac confraternitatibus ad honorem Deiparæ inſtitutis, à recitatione Litaniarum, Roſarii, geſtatione ſacri Mariani Scapularis, aliiſque pietatis exercitiis, quibus ſolent peccatores Virginis opem implorare, ut ſibi impetret à Filio gratiam veræ pœnitentiæ, in eaque uſque ad mortem perſeverantiam. Imò ſi peccatores adhuc manentes peccatores fruſtrà colant B. V. Mariam, & fruſtrà Deum colent, orabunt, invocabunt, fruſtrà jejunabunt, fruſtra eleemoſynas dabunt: non enim eſt *ſpecioſior in ore peccatoris laus* Dei, quàm laus Matris Dei; non *pulchrior* dilectio Dei *in corde ſubdito peccatis*, quàm dilectio Virginis Matris. Heterodoxum autem eſt, peccatores fruſtra ſe exercere in operibus ex ſuo genere & objecto bonis ac honeſtis, illis e-

nim

Digitized by Google

nim diſponuntur, ac de congruo mereantur gratiam converſionis: ergò nec fruſtrà colent B. V. Mariam cujus meritis & precibus certiùs impetrant gratiam pœnitentiæ, quàm propriis. Non igitur Spiritus ſanctus per illam ſcripturam docet, laudem in ore peccatoris fore irritam ac inutilem, ut locum illum perperam quoque torquebant Donatiſtæ, ut probarent, baptiſmum collatum ab hæreticis eſſe invalidum, ideoque iterandum, ſed non eſſe ſpecioſam, pulchram ac decoram laudationem: atque ita illum locum interpretantur ſanctus Bernardus & Auguſtinus: *Non eſt ſpecioſa*, inquit Bernardus, *laus in ore peccatoris: etiam quæ eſt in ore peccatoris pœnitentis non videtur ſpecioſa: quia adhuc de peccati recordatione & memoria confuſionem patitur, & frequenter inde compungitur. Sed tamen in eo eſt utilis & fructuoſa confeſſio, etſi non ſpecioſa decoraque laudatio. Poſtquam verò de beneficiis Dei proficiens adhæret divinæ laudi, & in ea aſſiduè delectatur & proficit*, (Nota laudem Dei in ore peccatoris eſſe inchoatam & imperfectam quamdam pœnitentiam, & ad proficiendum ad ſpecioſam laudem diſpoſitionem) *ita ut nihil aliud placeat ei; tunc in ore ejus eſt ſpecioſa laus Dei: ad ſimilitudinem agricolæ, qui dum ſtercorat agrum ſuum, totus in luto eſt & ſtercoribus, non eſt etſi pulcher labor ejus, etſi ſit fructuoſus: ſed quando colligit manipulos ſegetis, tunc labor eſt ſpecioſus & dulcis.* Eſt igitur laus in ore peccatoris *utilis & fructuoſa confeſſio, etſi non ſpecioſa decoraque laudatio.* In eaque ſententia, ut dixi, eſt ſanctus Auguſtinus: *Cum*, inquit, *precatio peccatoris ore procedit, quærendum eſt cujuſmodi peccatorem hoc loco Scriptura ſignificare voluit. Nam & publicanus qui juſtificatus eſt magis quam ille Phariſæus, utique peccator erat. Si enim vera ejus peccata non erant, falſa erat confeſſio peccatorum: Si autem vera erat confeſſio, propter quam juſtificari etiam meruit, procul dubio vera erant peccata. Hæc etiam de oratione ſancti Danielis veriſſimè dixerim, qui profectò veraciter ait: Cum orarem & confiterer peccata mea, & populi mei. In cujus ergo ore peccatoris laus ſpecioſa non eſt, niſi maximè mendacis & ficti quem Spiritus Sanctus diſciplinæ fugit.* Hæc Auguſtinus. At, inquies, peccatores maximè mentiuntur & fingunt dum manentes in peccatis Mariam laudant, ejuſque opem implorant; verùm hoc potius eſt fingere, dum enim peccatores *Matris miſericordiæ* poſtulant patrocinium, oſtendunt ſe inchoatam quandam habere pœnitentiam, & ſemina converſionis, ſeque ad perfectam pœnitentiam aſpirare, petuntque gratiam contritionis per eam, quæ eſt Mater pulchræ dilectionis, quam proindè meritò ſe ſperant obtenturos.

Serm. 45. Parvor.

Lib. 2. contra Epiſt. Parmen. cap. 12.

Perniciosè igitur abuſus es loco deſumpto ex Eccleſiaſtico: nec felicius aut ſincerius tractaſti illum Sapientiæ 1. v. 4. non enim ibi legiſti: *non eſt pulchra dilectio in corde SUBDITO PECCATIS*: At hæc: *in malevolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.*

catis. Ubi noſter ſanctus Cyrillus Alexandrinus, *ſapientiam hanc, quæ in malevolam animam non ingreditur, eſſe* ait, *cognitionem myſteriorum, & malignam animam eſſe cujuſvis hæretici, hypocritæ, infidelis, etiam ad perſpicua nictantis,* ut eſt anima Hagiomachi, qui cultum Deiparæ adeò clarè ab initio Eccleſiæ edoctum & obſervatum tenebris & idololatriâ molitur obfuſcare: Et, hoc ſenſu non excluditur ſapientia à peccatoribus Catholicis, in quibus manet ſincera ac integra fides myſteriorum revelatorum. Secundò, per *ſapientiam* intelligitur practica quæ eſt donum Spiritus Sancti, præſupponens in habente charitatem, juxta ſanctum Thomam, & hæc indubiè non *habitabit in corpore ſubdito peccatis* mortalibus. At, ut directius tuas detegam technas, demus ſapientiam accipi pro dilectione, hinc equidem nihil concludes adverſus devotionem peccatorum erga *Matrem miſericordiæ*; uti enim datur quædam ſapientia ſpeculativa, informis, nec pulchra, nec ſpecioſa, tamen utilis & fructuoſa in peccatore; ita quoque datur in peccatore quædam dilectio informis, imperfecta, ſeu inchoata pœnitentia, nondum pulchra, ac ſpecioſa, tamen utilis & fructuoſa, ut diſpoſitio ad pulchram & ſpecioſam, ſeu amorem Dei propter ſe, quam peccator Virginem diligens, quamvis non pulchrè nec ſpecioſè, frequenter obtinet Virginis pientiſſimæ interveniente patrocinio ad Filium; pſeudo enim tuum monitum quod appingis Matri increatæ ſapientiæ: *Fruſtra me diligunt, qui in peccatis perſeverant,* vero & ſalutari elidit Eccleſia, quæ feſto immaculatæ Conceptionis B. Virgini applicat, illud Proverb. *Ego diligentes me diligo*: dilectio autem tam beneficentiſſimæ Matris non eſt ſterilis, pariet igitur ſalutarem in ſe diligentibus, atque à ſe dilectis effectum, &, ſi peccatores ſint, pœnitentiam perfectam, dummodò perſeveraverint in dilectione, in laude ejus, licet non pulchra, nec ſpecioſa: Veriſſimè namque loquitur Virgini ſanctus Bonaventura: *qui te diligunt benedicentur à Deo: & qui te diligere volunt non fraudabuntur à deſiderio ſuo.* Sed

Lib. 1. in Ioan cap. 4

2.2. q. 45. art. 4.

Cap. 8. v. 17

Pſal. 125

De Sacr. libr. 2 part. 13 cap. 6.

Inſtabis: Clariſſimè conſtat ex Hugone Victorino docente: *In bonitate, juſtitia & veritate diligendus eſt homo, & quando in iſtis diligitur, in Deo diligitur, quia Deus bonitas eſt, & juſtitia & veritas*; neminem Sanctos & Sanctorum Reginam Mariam colere cultu dilectionis, quo ſolo rectè coluntur, niſi etiam Deum diligat. Siquidem neceſſe eſt, ut omnis dilectio, qua Sancti & Sanctorum Regina coluntur, ex Dei, in quo diliguntur, dimanet dilectione. Nemo ergo ſibi de cultu Virginis, aliorumve Sanctorum blandiatur, niſi Deum diligat, nec quis credat ſe Deum amare, qui Dei præcepta contemnit. Nihil verius iſtis Chriſti oraculis, *ſi quis diligit me, ſermonem meum ſervabit.* Et, *qui non diligit me, ſermones meos non ſervat.* Ubi ergo nō eſt obſervatio mandatorum Dei, ibi nec Dei, nec Sanctorum dilectio, & ubi nec Dei nec Sancto-

Digitized by Google

ctorum dilectio, ibi nullus aut Deo, aut Divis gratus eſt cultus.

Reſpondeo: Cum omnis virtus ſit bona ex proprio objecto, adeoque & vera, & juſta, qui diligit Sanctos & Sanctorum Reginam in aliqua virtute, diligit eos proportionaliter in bonitate, juſtitia & veritate, & per conſequens in Deo: Unde clariſſimè conſtat ex Hugone Victorino, peccatores qui diligunt Sanctos & Sanctorum Reginam in fide, ſpe, timore, fiducia, etiam diligere Deum, & ſi non amore perfecto propter ſe: Hæc enim perfecta dilectio & inchoata pœnitentia, quam habent ſeriò invocantes Virginem, quaque ſe oſtendunt aſpirare, & diſponere ad converſionem perfectam, etſi adhuc ſint in ſtatu peccati, dimanat à Deo, atque eſt Dei imperfecta dilectio, ipſe enim eſt fons, & ſuprema regula omnis virtutis, bonitatis, juſtitiæ, veritatis, fidei, ſpei, fiduciæ, timoris; qui igitur ex motivo alicujus iſtarum virtutum colit Virginem, & Deum colit & diligit, etſi nondum dilectione pulchrâ & ſpecioſâ; at hâc ſolùm dilectione Virginem aut Deum rectè coli, ſuprà refutatum eſt. At, inquis, *nec quis credat ſe amare Deum, qui Dei præcepta contemnit*: Verùm hoc eſt ignorare gradus amoris, & obſervationis præceptorum Dei: uti enim datur inchoata & diſpoſitiva dilectio, ita & inchoata ac diſpoſitiva præceptorum obſervatio, & hæc datur in peccatore quærente media perfectæ converſionis, inter quæ ſingulare eſt invocatio ac imploratio opis *Matris miſericordiæ*. Porrò hanc inchoatam ac diſpoſitivam dilectionem ac præceptorum obſervationem fore utcumque Deo ac Divis gratum cultum, eſt evidens, nam habet adjunctam fidem, ſpem ac fiduciam in Deo ac Divis, in Deo ut omnis boni primo principio, in Divis ut Patronis, & bonorum Domini diſpenſatoribus, nam *ſuper omnia bona ſua conſtituit eos*: Et hinc eſt, quod hujuſmodi peccatoribus Deus & Divi etiam bonum velint, ſeu ament, *amare* enim *eſt bonum velle*, ſecundùm ſanctum Thomam: Unde ipſis B. Virgo opem ſuam implorantibus poſtulat à Deo auxilia gratiæ, quibus emolliantur, & Deus ea concedit. Neque hic amor adverſatur odio, quo Deus peccatores proſequitur: Nam & ipſe Deus non ſic peccatores odit, quin & velit illis & impertiatur bona multa ordinis & naturalis & ſupernaturalis, imò quin *ſtet ad oſtium & pulſet*, ut amantium mos eſt. Rectè igitur utiliterque peccatores adhuc in peccatis ſuis hærentes, recurrunt colendo, invocando ad Mariam. *Refugium peccatorum*, ut ipſius ope indè eripiantur: rectè ab impuris colitur *Virgo puriſſima*, ut mundi fiant: rectè ab injuſtis *ſpeculum juſtitiæ*, ut juſtitiam diligant: rectè à perjuris *Virgo fidelis*, ut veraces fiant: rectè ab imprudentibus, qui æterna temporalibus poſtponunt, *Virgo prudentiſſima*: rectè à ſtultis, qui malunt in hoc ſæculo quàm in æternum gaudere, illa quæ eſt, & ſalutatur *ſedes ſapientiæ*, ut diſcant ſapere, terrena deſpicere, & amare cœleſtia. Hos enim alioſque peccatores

Matth. 24.

1. p. q. 20. art. 2.

 res

res non fruſtrà colere B. Virginem manifeſtè docet ſanctus Auguſtinus Virginem in hunc modum alloquens: *Tu es ſpes unica peccatorum, per te ſperamus veniam delictorum, in te noſtrorum eſt exſpectatio præmiorum*. Et Doctor mellifluus: *Sileat*, ait, *miſericordiam tuam Virgo Beata, ſi quis eſt, qui invocatam te in ſuis neceſſitatibus ſibi meminerit defuiſſe*. Atque in hunc modum alii Patres commendant omnibus peccatoribus etſi efficaciter ac perfectè non pœnitentibus recurſum, cultum, dilectionem ac invocationem Virginis clementiſſimæ; ut perperam promiſcuè inducatur ipſa generatim monens: *Fruſtrà me diligunt qui in peccatis perſeverant. Noli me putare refugium peccatorum impœnitentium*. Eſt unicè ſanè deplorandum, hujuſmodi argutiunculis peccatores à cultu B. Virginis avocari.

Serm. 8 de Sanct.

Serm. 4 de Aſſumpt.

QUÆSITUM QUINTUM.

Utrum inſcriptio in ſodalitatibus B. V. Mariæ conſtituat verum ipſius cultorem?

Reſpondeo: uti cultus Chriſti, ita & cultus Mariæ ſuos habet gradus: ſicuti ergo eſt verus Chriſti cultor, qui Baptiſmatis Sacramento initiatus Jeſu Chriſti veri Dei & hominis ſalutarem doctrinam in ejus Eccleſia profitetur, cum pio aliquo in Deum voluntatis affectu, ſine quo, juxta communiorem Theologiam, nequit elici fidei ſupernaturalis aſſenſus: ita eſt verus cultor Mariæ qui in Sodalitate aut Confraternitate ejuſdem inſcriptus profitetur ſalutarem ejus doctrinam, ſeu ſodalium ac confratrum leges piiſſimas cum aliquo in Mariam voluntatis ſeu amoris affectu, inſcriptio autem in ſodalitate aut confraternitate B. V. Mariæ non eſt ſine illo pio affectu in Mariam, qui enim curat ſe adſcribi numero eorum, qui ſe ſpecialiter profitentur ſervos & clientes Virginis, oſtendit ſe quoque devotum erga eam gerere animum, cumque ſe profiteatur Virginis clientem, tacitè per ipſam in Confraternitate inſcriptionem ejus implorat opem, quæ imploratio facta à peccatore, eſt quædam inchoata pœnitentia diſponens ad perfectam charitate aut Sacramento complendam. Illum autem eſſe verùm cultum Chriſti & Mariæ reſpectivè, patet ex dictis, & denuo probo: quia utrobique honoratur Chriſtus & Maria cum debita ſubmiſſione, quæ, ut dictum fuit, non eſt ſine aliquo pio motu voluntatis; in hac autem honoraria ſubmiſſione conſiſtit eſſentia, ſeu veritas rei cultus religioſi. Ex his igitur concluditur, ſeriam ac piam inſcriptionem in ſodalitatibus ac Confraternitatibus ad honorem Deiparæ inſtitutis conſtituere verum ipſius Virginis cultorem, etſi nondum perfectum perfectione ultimâ, ſeu perfectâ charitate: Et hæc perfectio ut dixi non requiritur ad verùm conſtituendum cultorem, uti enim peccator eſt verus Catholicus & communionem habet ac radicalem ſocietatem

Digitized by Google

tatem cum juſtis & Sanctis ratione fidei, ita peccator eſt verus adhuc cultor Virginis, quamdiu affectu perſeverat in ipſius obſequio, honore & invocatione, ſicuti etiam malus religioſus adhuc eſt verus religioſus, & malus ſacerdos verus ſacerdos; quamquam hæ comparationes claudicent ex ea parte, qua ad eſſe religioſum & ſacerdotem non requiritur de præſenti pius motus voluntatis: attuli tamen eas ad aliqualiter hinc demonſtrandum, poſſe eſſe verum Virginis cultorem qui mortali inquinatus eſt culpâ. Perfectus autem cultor eſt Mariæ, qui ejuſdem adjutus meritis & interceſſione, Chriſtum perfectè diligit, ad quam dilectionem inſcriptio in ſodalitate & Confraternitate Virginis, & obſervatio legum Confraternitatum media ſunt, & ſingularia adjumenta. Alius ergo eſt verus Virginis & Chriſti cultor, & alius verus & perfectus amator: Unde peccator imperfectè pœnitens verus eſt cultor, non verus perfectus ac ſpecioſus Chriſti, aut Mariæ amator.

Objicies: apud Joannem habetur: *Scimus autem quia peccatores Deus non audit: ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit.* Ubi clarè innuitur, peccatores non eſſe cultores Dei, hos enim dicitur Deus exaudire, non peccatores: nec igitur ſunt cultores Deiparæ.

Tom. 2 de Relig. lib. 1 de orat. cap. 25. Lib. 5. de Baptiſm. contra Donat. cap. 20

Reſpondeo primò, Deum peccatores non exaudire, ſi orent malâ intentione, v. g. ad confirmationem & fomentum ſuorum peccatorum: at ſi rectâ intentione Deum invocent, frequenter eos exaudit, pœnitentiam & veniam indulget, aliaque bona ſpiritualia & temporalia largitur. Ita Suarez. Secundò reſpondeo cum ſancto Auguſtino, illa eſſe verba cæci à Chriſto illuminati, adhuc catechumeni, necdum ſatis in fide inſtructi, adeòque generalem illam locutionem non eſſe veram, nec eſſe Sententiam ſacræ Scripturæ; ſed ſcripturam tantum aſſerere illam prolatam eſſe à cæco, quod verum eſt & canonicum.

Audi ſanctum Auguſtinum. *Hae adhuc inunctus loquitur: nam & peccatores Deus exaudit: alioqui fruſtrà Publicanus diceret, Deus propitius eſto mihi peccatori; ex qua confeſſione meruit juſtificationem, ſicut & cæcus ille illuminationem.* Reſpondeo tertiò, Deum non exaudire peccatores hâc ratione & modò ut ad declarandam eorum ſanctitatem, quam nullam habent, miracula faciat, ut fecit per Chriſtum, ad teſtandum ipſum eſſe Meſſiam, de qua re agebatur, cum cæcus illa verba reſpondebat Judæis. Ita Theophylactus, Euthymius, & Maldonatus ad dictum locum. Primam & ſecundam reſponſionem docet quoque noſter Illuſtriſſimus Guido ad eumdem locum Evangelii. Inſtabis: peccatores in ſcriptura & ſanctis Patribus frequenter vocantur ſimulati & ficti Chriſtiani, ſolo nomine tales: non ergo ſunt veri Chriſti aut Mariæ cultores.

Reſpondeo, hujuſmodi locutiones fore intelligendas de peccatoribus ut talibus nec perfectè nec imperfectè pœ-

pœnitentibus, ac ad converſionem adſpirantibus, non verò de ipſis ut media converſionis & pœnitentiæ quærentibus, ut faciunt qui implorant Mariæ opem, ſeque in ſodalitiis ac Confraternitatibus ad honorem ejuſdem inſtitutis ipſius obſequio ſpecialiter ſe mancipant. Perniciosè ergo decipiuntur miſeri peccatores, dum dicitur: *Inſcriptio in ſodalitatibus non conſtituit verùm Sanctorum cultorem*, nullâ adjectâ explicatione.

Ex his etiam colligitur, quod ille qui committit crimina, rectè, verè, utiliterque frequentet exteriora pietatis officia, ut ea committere deſinat, quod utiliter in eum finem Ceremoniis ac Ritibus Deum Deique Matrem ſatagat honorare; quod fructuosè aſſiduus ſit in miſſis audiendis; liberalis ad eleëmoſynas diſtribuendas; diligens in obſervatione Feſtorum, aliiſque Catholicorum exercitiis: hæc enim omnia ſunt quædam exorationes divinæ clementiæ, ac diſpoſitiones ad converſionem; ut proindè noxium planè ſit eorum molimen, qui peccatores ab exterioribus pietatis officiis frequentandis revocant, ac deterrent, imò in peccatum vertunt, eo quod non fiant ex amore Dei propter ſe, nec proſint quamdiu in peccato perſeveratur; hoc enim eſt peccatores intrudere in abyſſum deſperationis, omnemque ad juſtificationem aditum miſeris præcludere: hoc eſt prædicare charitatem, & ſtabilire iniquitatem, Dei odium, & animarum ruinam.

QUÆSITUM SEXTUM.

Utrum Virgo Filium ſuum dilexerit, quia ejus caro de carne ſua propagata eſt, ſive quia ejus Mater eſt?

Ob diſtortam quorumdam ſpiritualem Theologiam, rem quaſi per ſe notam in controverſiam voco: quis enim meritò umquam addubitaverit, an parentes ament proles, eo quod ipſas genuerint, aut proles reciprocè ſuos genitores, cum ille affectus cunctis parentibus & Filiis ſit innatus? Reſponſio igitur affirmativa eſt indubitata, quam primò probo ex Apoſtolo: *nemo enim umquam*, inquit, *carnem ſuam odio habuit; ſed nutrit & fovet eam*, id eſt, diligit. Hinc idem Apoſtolus excitat maritos ad dilectionem uxorum, quia uxor eſt quaſi caro, & corpus viri, juxta illud ſacri textus: *erunt duo in carne una*: atqui *caro Chriſti, caro Mariæ eſt*, ut docet ſanctus Auguſtinus; dilexit ergo Maria Chriſtum ut Filium, ſive quia ejus Mater eſt. Probo ſecundò: cæteræ Matres rectè amant ſuos Filios, quia eorum caro de ſe propagata eſt, uti & proles Matres, quia ab eis poſt Deum participant ſuum eſſe; generatio enim eſt conjunctio & fundamentum amoris inter parentes & Filios, ob quam, plus quam extranei mutuo diligere tenentur: Ergo Virgo Mater ſuum quoque dilexit Filium propter carnalem generationem, ſive quia

Epheſ. 5.

quia caro ejus de carne ſua propagata eſt: atque eo majori amore, quia Chriſtum ſola genuit, adeóque ſola omnem carnem & ſubſtantiam dedit, quàm cæteris filiis dant pater & mater conjunctim: undè etiam amor qui à cæteris filiis dividitur in patrem & matrem, in Chriſto fuit unitus, totúſque ferebatur in Matrem: & Mater viciſſim duplicato quaſi amore patris ac matris diligebat Chriſtum; ideóque quaſi duplicato ſenſu ſenſit dolores Chriſti in cruce, ac viciſſim gaudia in reſurrectione. Probo tertiò; quia caro Chriſti de Maria propagata eſt, ideò eſt Mater Dei, licet non genuerit Deitatem, ita ut Perſona Filii Dei, quæ eſt Deus, verè dicatur nata ex Maria Virgine: quæ proindè Maternitas eſt fundamentum immenſæ Mariæ dignitatis: *Quia Maternitas iſta*, inquit Carthuſianus, *fuit in benedicta & præamanda Maria eo modo quo decuit, puta cum proportionata & correſpondente plenitudine virtutum & donorum gratiæ gratum facientis, patet, quòd ipſa digniſſima ſit tam ex parte donorum gratiæ gratis datæ, quàm gratiæ gratum facientis. Atque ex hac dignitate & excellentia, quæ eſt Mater ipſa Dei, inſunt & competunt ei aliæ plurimæ prærogativæ, excellentiæ & privilegia. Hinc námque ipſa & uterus ejus verè appellatur thalamus Dei, cubiculum ſponſi cœleſtis, domus & manſio creatoris, tabernaculum Salvatoris, Sacrarium Spiritus Sancti, templum Altiſſimi, hortus deliciarum, Paradiſus cœleſtium gaudiorum, myſticarum ſecretarum nuptiarum, quibus unita eſt Verbo æterno natura humana & ipſa quoque Eccleſia.* Undè Bernardus. *Jam uterum tuum tamquam Sacratiſſimum Dei templum totus mundus veneretur: quia in eo ſalus initiata: ibi decorem indutus eſt Filius Dei & electa Eccleſia formoſus in ſtola candida exultanter occurrit, deſideratum diu oſculum porrigens, & Eccleſiam ſibi deſpondens.* Hæc dignitas Mariæ, quia Chriſti caro de ejus carne propagata eſt, eſt tanta ut ne divinâ quidem omnipotentiâ dignior dari poſſit carnis propagatio, ac dignior Maternitas: quis igitur neget Mariam dilexiſſe Chriſtum, quia ejus Mater eſt, & de carne ejus caro Chriſti eſt propagata? quis inficias eat tot, tantarúmque prærogativarum, excellentiarum ac privilegiorum eam dilexiſſe fundamentum ac originem? Probo quartò: quilibet homo rectè diligit ſuam carnem quatenus eſt inſtrumentum virtutum, & particeps futura æternæ felicitatis: & non dilexerit Virgo Mater carnem ſuam & carnem Filii in qua totius humani generis operatus eſt ſalutem? O diſtortam ſpiritualitatem. Hinc meritò exclamat piiſſimus & illuſtratiſſimus Carthuſianus: *O prorſus incomparabilis Domina, pretioſiſſima Virgo Maria, cujus portio modica à Verbo æterno aſſumpta, ad redimendum totum genus humanum fuit idonea!* tantum bonum, tantum donum eſt Chriſti carnem de carne Mariæ forè propagatam, ac Mariam Chriſti eſſe Matrem, faceſſat igitur commentum iſtud, quòd Maria Filium ſuum ſecundùm carnem nec noverit nec amaverit, ſeu

Lib. de laud. Virg. art. 17.

ut Mater Filium quem genuit ſecundùm carnem, non dilexerit.

Objicies primò: ſicut Paulus ait: *Et ſi cognovimus ſecundùm carnem* Chriſtum, *ſed nunc jam non novimus.* Ita Virgo ſemper dicere poteſt, quòd Chriſtum numquam noverit ſecundùm carnem, hoc eſt, quòd ejus amor illi non adhæſerit, eo modo, quo paſſeres ex ſe natos paſſeres, lupi lupos ex ſe natos noſcuntur amare.

Reſpondeo, cognitioni & amori materno Mariæ erga Chriſtum ut Filium ſuum impertinenter opponi locum iſtum Apoſtoli: hîc eſt enim verborum ipſius ſenſus & intellectus: ſi aliquando Chriſtum æſtimavimus & vidimus, (ſi non ego Paulus, certè alii Apoſtoli noſtri) præſentem, mortalem, carnis paſſionibus, fami, frigori obnoxium, hominem nobis ſimilem; nunc non novimus niſi immortalem & impaſſibilem. Ita Chryſoſtomus, Theodoretus & Synodus VII. Generalis actione 6. quibus adhæret Cornelius à Lapide. Quæ igitur hîc ſpecies inhibitionis, ne Chriſtus cognoſcatur & ametur à Matre ſua, quia caro ejus de carne Mariæ propagata eſt? Vel Paulus loquitur de ſe pro eo tempore quo Chriſtum perſequebatur: ut ſenſus verborum ejus ſit: Etſi aliquando ſecundùm carnem, id eſt carnaliter judicantes, indignam de Chriſto æſtimationem habuimus, v.g. quòd Chriſtus futurus eſt Rex temporalis, qualem Meſſiam Judæi expectant, jam tamen non ita novimus vel exiſtimavimus. Ubi etiam nulla ſpecies improbationis cognitionis aut amoris Chriſti ſecundùm carnem ex Maria Virgine aſſumptam. Vel loquitur Apoſtolus de cognitione & gloriatione de ſola Chriſti carnali cognatione ſine recta fide de ipſius divinitate, reſurrectione ac immortalitate, quomodo Pſeudoapoſtolos de Chriſto gloriatos imprimis fuiſſe aſſerit indubitatum Eſtius ad præſentem Apoſtoli locum: & hoc ſenſu improbat Apoſtolus tantùm inordinatam Chriſti cognitionem & amorem qui in ſolam feratur carnem, at Maria & carnem & divinitatem perfectiſſimâ cognitione in Chriſto contemplata eſt & amore proſecuta. Sunt igitur (quòd ad rem præſentem pertinet, inquit Eſtius) tres gradus notitiæ Chriſti conſiderandi, in quorum infimo conſiſtit obſcura notitia, quam habuerunt de Chriſto Prophetæ, ac cæteri priorum temporum juſti. Secundum gradum tenet evidens per ſenſum notitia: qualis fuit Apoſtolorum, & omnium eorum qui Chriſtum in carne mortali videntes, in eum crediderunt. Tertius gradus eſt ejus notitiæ qua Chriſtus cognoſcitur per præſentiam in vita immortali, de qua idem Apoſtolus loquens, ait: *Bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum.* 2. Corin. 5. Medius autem gradus reſpectu primi magnum quiddam erat & vehementer optabile, cognoſcere nimirum Chriſtum in carne præſentem, & ex Virgine natum; unde Chriſtus beatos pronuntiat ſuos diſcipulos, Matth. 13. Luc. 10 quòd ipſum coram in carne mortali viderent & audirent; adeóque & quia

ex

ex Maria Virgine natũ amarent. Beatior autem erat ipſa Virgo Mater, quòd ipſum concepit, peperit, educavit ſecundùm carnem, unde & Chriſtum meritò ut Mater, ſive quia caro ejus de ſua carne propagata eſt, amavit, non eo modo quo paſſeres & lupos amant paſſeres & lupi eorum parentes (hinc de Matre Dei tam inepta cogitatio ac comparatio) at in Deo & propter Deum, in quo, & propter quem Maria amat omnia, carnem, animam & virtutes Filii ex ſe propagati: & quia caro ſua in Chriſti divinitate erat unita.

Objicies ſecundò: Maria dilexit Chriſtum ſicut ſeipſam diligebat. Seipſum autem nemo diligit, quia ſibi ipſi aut Pater, aut Mater, aut ſoror eſt. Ergò Virgo Filium ſuum ſecundùm carnem nec novit, nec amavit.

Reſpondeo hoc lepidum ſplendidúmque fore ſophiſma, nec uno ſolùm abſurdiſſimo paradoxo gravidum: ſequitur nimirum primò, nec parentes debere amare filios, nec filios parentes: ſequela patet ſecundù in iſtam ſophiſticandi methodum, quia debent parentes diligere filios, & vice versâ filii parentes ſicut ſeipſos: nemo autem diligit ſeipſum, quia ſibi pater aut filius eſt: ergò nec parentes filii, nec filios parentes debebunt, nec poterunt amare. Sequitur ſecundò, neminem debere amare ſuum proximum, patet ſequela; quia debemus diligere proximos ſicut nosipſos, nemo autem ſeipſum amat, quia ſibi proximus eſt: ergò nemo debebit amare proximos, imò nec poterit. Sequitur tertiò, ſubditos non debere, nec poſſe amare Superiores: ſequela eſt evidens, quia debent ſubditi diligere Superiores ſicut ſeipſos: ſeipſum autem nemo diligit, quia ſibi eſt ſuperior. Si igitur teneamur amare proximos ſicut nosipſos, etſi nemo ſit ſibi proximus, ſi obligemur amare parentes, licet nemo ſibi ſit parens; Superiores, licet nemo ſit ſibi Superior, rectè quoque Maria diligit Chriſtum ſicut ſeipſam & ut Mater, ſive *quia ejus caro de ſua carne propagata eſt*, licet ſibi non ſit Mater. Profluit proindè iſtud ſophiſma ex mala intelligentia præcepti dilectionis proximi ſicut diligimus nosipſos, particula námque illa *ſicut* ſignificat ſimilitudinem dilectionis noſtri & proximorum, non æqualitatem, multò minus identitatem, omnis autem ſimilitudo claudicat. Præcipit ergò Chriſtus: *diliges proximum tuum ſicut teipſum*, ut non ſolum te diligas & proximum negligas, ſed amorem quo te diligis, ad proximum quoq; extendas, utque ſicut te non fictè nec frigidè, ſed ſincerè & ardenter diligis, ſic pariter diligas & proximum, ac bona corporis & animæ quæ tibi optas, optes & proximo: *ea enim eſt regula dilectionis*, ait Sanctus Auguſtinus, *ut quæ homo vult ſibi bona provenire, & proximo velit; & quæ ſibi accidere mala non vult, & illi nolit.* (De vera relig. cap. 46.) Poteſt ergò Maria amare Chriſtum ſicut ſeipſam, id eſt, ipſi bona velle, de ipſius bono gaudere, illi mala nulla velle, ut ſibi vult bonum & non malum, licet ſeipſam non amet quia ſibi Mater eſt;

ndicu-

ridiculum enim eſt, hujuſmodi ſenſum appingere Verbis Chriſti quibus præcipit proximum amari *ſicut* nos ipſos.

Demonſtrato autem quod tam Apoſtolus, quàm Virgo cognoverint Chriſtum ut pro humana ſalute incarnatum, atque ut talem amaverint, ſive, quòd Maria dilexerit Chriſtum ut Mater Filium, patet falſum fore corrolarium ex confutatis objectionibus deductum, quòd ita habet: *Porrò, ſi Virgo nec Filium ſuum ſecundùm carnem noverit & amaverit, verius dicere poteſt, quam Paulus; neminem novimus ſecundùm carnem, id eſt, ſpeciem externam, ſcilicet quod hanc aut illam gerat veſtem, has aut illas fraternitatis teſſeras.* Uti enim Virgo amat Filium ad gloriam Dei ex ſe incarnatum, ita & amat geſtantes hanc aut illam veſtem, has aut illas teſſeras fraternitatis, ut ſigna honoris ac amoris ſui, atque adeò & Filii de ſe incarnati, in quem omnis honor & amor geſtantium ſymbola Mariana dirigitur, terminatur & hæret. At verò quemadmodum iſti diſtortè ſpirituales falluntur ac fallunt, dum in Virgine quandam merè naturalem ac brutalem cogitant Maternitatem, velut paſſerum ac luporum, ac correſpondentem Mariæ erga Filium amorem, ita haud minus hallucinantur, cùm in Marianarum teſſerarum ac ſymbolorum geſtatione merum externam conſiderant ſpeciem, & Phyſicam tantùm delationem, cùm tamen forent hæc, aliáque pietatis ſigna externa intuenda ut profluentia ex pio erga Mariam affectu, adeóque ut ipſi gratiſſima, ut innumera per teſſeras Marianas ope & interceſſione Virginis patrata miracula reddunt indubitatum, nominatim per Sacratiſſimum Marianum Virginis Scapulare, quòd ipſa munificentiſſima Virgo aſſeruit noſtro Sancto Simoni Stock, cui illud detulit, *ſuæ Confraternitatis ſignum.* Undè hæc, & conſimiles ſunt planè noxiæ machinationes, quibus Cultores Virginis perturbantur in ſua commendatiſſima erga ipſam devotione.

QUÆSITUM SEPTIMUM.

Utrum nulla teſſeris, in honorem Deiparæ Sacratis, fiat injuria, ſi dicas ſine charitate nihil profuturas?

Reſpondeò: uti proſunt diſpoſitiones nondum obtentâ formâ, & media nondum acquiſito fine, ita & teſſeræ in honorem Deiparæ Sacratæ nondum obtentâ charitate: ſicut igitur injuria fieret fidei, timori, ſpei, fiduciæ in Deum ut diſpoſitionibus ad charitatem, ſi quis diceret illa, charitate nondum obtentâ, non prodeſſe: & uti injuriam faceret medicinæ, qui diceret eam ut præparationem ad ſanitatem, eâ nondum obtentâ, non prodeſſe, ita quoque fieret injuria teſſeris, in honorem Deiparæ ſacratis, ſi dicatur eas, charitate nondum habitâ, nihil prodeſſe, ſunt enim diſpoſitiones ad charitatem impetrandam ope Virginis, cujus Patroci-

trocinium geſtatione teſſerarum, in honorem ipſius S[illegible]rarum, imploratur: proſunt igitur ſine charitate ut diſpoſitiones, non ut forma, ut media, non ut finis: obtentâ autem charitate hâc informantur teſſerarum geſtationes, ut alia pietatis opera, unàque cum illa proſunt: unde earum utilitas non eſt adeò extenuanda, nec in ſimplicium vilipendium ducenda, ut faciunt ſiniſtrè ac diſtortè ſpirituales otioſam quandam obtrudentes charitatem, ac importunam in Spiritu Patris æterni adorationem.

QUÆSITUM OCTAVUM.

Utrum verba, quibus Chriſtus Matrem ſuam legitur allocutus, non magnam præ ſe ferant obſervantiam, at potius reprehenſionem, & ſeveritatem?

Imprimis Matri dicenti ac quærenti: *Fili, quid feciſti nobis ſic?* ut te à nobis ſubduceres, ac nobis inſciis ac ſollicitis ſolus in urbe remaneres? reſpondit Chriſtus: *quid eſt quod me quærebatis? neſciebatis quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe.* Quæ verba quidam ait non eſſe ad inſtar conſolantis, aut dolorem mitigantis, aut parentis demiſsè honorantis, ſed quaſi reprehendentis: aſt hæc interpretatio non congruit eximio affectui amoris Chriſti erga Matrem ſuam doleſiſſimam, à qua ſola ſuam acceperat carnem, quamque proindè habuit ac amavit vice Patris ac Matris. Poterat quidem Chriſtus ut Meſſias, ut Legiſlator jure ſuo reprehendere Matrem, ſi peccaſſet: verùm cum nulla in ea fuerit culpa, nulla quoque fuit ejus in Chriſto reprehenſio; nec Verba Chriſti ſpeciem reprehenſionis præ ſe ferunt, cùm ſecundùm ſe ſint indifferentia, ut proferantur ad conſolandum ac inſtruendum, aut ad reprehendendum, neque conſtet ex modò quo Chriſtus ea protulit, animo reprehendendi eſſe prolata, nec ulla ſubſit ratio, cur per modum reprehenſionis fuiſſent dicta, ſed potius amor ac obſervantia Chriſti erga Matrem ſuperamantiſſimam contrarium perſuadeant. Undè præclari Verborum Chriſti Interpretes, Venerabilis Beda, Carthuſianus, Haymo, Janſenius Gandenſis Epiſcopus, noſter Joannes Silveyra, Cornelius à Lapide, & alii docent, hæc Chriſti Verba eſſe inſtruentis, conſolantis & ſe excuſantis: quaſi diceret: Non opus erat ut me quæreretis, quia cogitare poteratis me negotia ſalutis mundi, ad quæ à Patre cœleſti miſſus ſum, inchoando tractare. Nec enim cogitare debetis, me ſemper vobiſcum manſurum, ſed aliquando ad illa vobis relictis abiturum, uti jam abire cœpi. Porrò quod vobis inſciis abierim, ſtudio id feci, ut vos doceam in illis me non pendere à vobis, ſed à Patre cœleſti, & ex illius voluntate & conſilio, non ex veſtro eadem tractare debere. Ego ergò non dedi vobis cauſam doloris, ſed illam vobis partim amor veſter erga me, partim,

Luc. 2.

 igno-

Digitized by Google

ignorantia myſterii jam dicti vobis miniſtravit: ignorabatis enim me in Patris mei negotiis occupari, eſto enim vobis meritò in mentem id venire debuiſſet; tamen tener veſtei in me amor fecit ne veniret, & cogitationem hanc divertit. Ita Sylveira, & à Lapide: Undè Carthuſianus ait: *charitativè inſinuat qualiter quærendus ſuit, in his, ſcilicet in templo, & cultu Patris mei oportet me eſſe, quia veni, ut indeſinenter honorem Patris mei procurem.* Igitur Verba illa Chriſti ad Matrem blandimenta potius, honoris exhibitionem, ſingularem obſervantiam, grandémque de Matre ſua exiſtimationem præ ſe ferunt, quàm innocentiſſimæ ac Filio dilectiſſimæ Virginis reprehenſionem.

Difficilius abſque reprehenſionis ac cujuſdam ſeveritatis ſpecie exponuntur Verba Chriſti ad Matrem in nuptiis Canæ Galileæ, cùm enim vino deficiente Maria defectum indicaret Filio, dicens ei: *vinum non habent: dicit ei Jeſus: quid mihi, & tibi mulier? nondum venit hora mea.* Quæ reſponſio videtur duriuſcula, ac quandam ſonare repulſam: Nihilominus piè, rectè tamen, intellecta, omnis reprehenſionis ac repulſionis nota cernetur abeſſe: cùm enim Jeſum rogans diſcretè Virgo prudentiſſima, adeóque Sanctum ac juſtum fecerit miſericordiæ opus, nequaquam Verba Chriſti ut reprehenſiva ac repulſiva ſunt accipienda. Deindè, ut verba indifferentia ad reprehenſionem, inſtructionem, ac conſolationem cenſeantur prolata per modum reprehenſionis, potiſſimum pendet à modo loquendi, ſcilicet vultu ſevero, ſeu ad indignationem compoſito, aut alio correptionis ſigno, ſolus enim loquendi modus frequenter variat vocum ſignificationem: Verba autem illa Chriſti talia non ſunt, quin à Chriſto potuerint pronuntiari per modum annuentis, conſolantis, aut admirantis: cùm verò non conſtet (ut ſuprà dicebam) Chriſtum Matri reſpondiſſe vultu, aut ore compoſito ad reprehendendum aut repellendum, imò contrarium perſuadeant, & Matris in petendo compaſſio, & Chriſti erga eam filialis planéque dulciſſimus affectus, judicare debemus, Chriſtum Matri blandè, ore ſereno atque benigno reſpondiſſe, adeóque non per modum repellentis aut reprehendentis, at conſolantis ac annuentis, ut declaravit eventus facti miraculi ad Matris petitionem, videlicet converſionis aquæ in vinum. Undè Sanctus Auguſtinus, Gregorius Magnus, Richardus, Euſebius Emiſſenus, Divus Antonius de Padua, Beda, Haymo, Albertus Magnus, & Sanctus Thomas exponunt, reſponſum Chriſti per modum inſtruentis, ſi non Matrem, ſaltem circumſtantes, & docent, quòd, cùm in Chriſto Domino duplex eſſet natura, humana, & divina; ex humana, quæ erat à Matre, infirmitatem; ex divina, quæ à Patre procedebat, edendi miracula poteſtatem habebat; & hoc Chriſtum ſuo reſponſo innuiſſe. Ait ergò Chriſtus, inquit Sylveira noſter: *Quid mihi, & tibi mulier?* Scilicet in hoc,

Ioan. 2.

Tract. 8. in Ioan. lib. 8. epiſt. 42. Lib. de laud. Virg. cap. 19.

In Domin. 2 poſt Epiphan.

Cæteri in hunc locum.

hoc, quòd petis, operemiraculoſo nihil rei mihi tecum eſt, nihil mihi, & tibi commune, cùm à te edendi miracula poteſtatem non habeam. Et ideò dixit: *Nondum venit hora mea,* [illegible] oſtendam [illegible] habeo. Æ[illegible] laudatus Sylveira difficilem hanc expoſitionem, eò quòd prudentiſſima Virgo optimè ſciebat Chriſti poteſtatem [illegible] miracula ex divinitate eſſe. Verum hæc difficultas tollitur, ſi cogitetur hæc Verba Chriſtus reſpondiſſe Matri ad inſtructionem aliorum tum præſentium, & futurorum, ad inſtillandam fidem ſuæ divinitatis.

Alii Sancti Patres in confirmationem noſtræ expoſitionis, nimirum Chriſtum non reſpondiſſe Matri per modum reprehendentis ac repellentis, legunt Verba Chriſti per modum admirationis ac conceſſionis: ut ſenſus ſit: *Quid mihi, & tibi mulier?* id eſt, tam es mihi conjuncta, & tam arcto vinculo copulata, ut propter te anticipem [illegible] miraculi; quia licet nondum [illegible] hora mea edendi ſignum; venit tamen hora tua intercedendi, ac ob id hora mea te exaudiendi. Non enim inconvenit, ſubdit Salmeron, quòd Dei providentia, cùm non fiat extra ipſam, accedente aliquâ cauſâ ſecundâ, acceleret effectum ſine illa tardandum: ut ſi in maturatione ficuum, apponatur arboris pedi oleum, continuo olei calore matureſcunt. Quare in his Verbis Maria exaudita eſt, & honorata, & conſtituta Mediatrix, & Advocata noſtra, quæ ſemper pro ſua reverentia [illegible]ur, ut nos cum fiducia ad eam confugiamus. Si enim in terris illi nihil negavit, quid ergo erit in cœlis? Quare hora quæ non erat tam opportuna ad oſtenſionem divinitatis Chriſti, facta eſt opportuna ad oſtenſionem dignitatis Matris Dei. Et ita hoc loco utrumque per hoc ſignum declaravit, nempè & dignitatem Matris, & gloriam divinitatis ſuæ. Ideò Sancti ſunt orandi, ut quaſi advocati cauſam noſtram agant, ſed maximè Mater Dei quæ ſemper exauditur. Ita etiam noſter Carranca. Hic ſenſus pulcher eſt, addit laudatus Salmeron, & cum nihil contineat alienum à veritate, ac proprio Verborum ſenſu & ſignificatione, non eſt cur verus & genuinus non dicatur: quamvis enim forte Verba Chriſti ſecundùm ſe conſiderata potius videantur negare conjunctionem, & magis disjunctionem animorum quam conceſſionem & admirationem, tamen Chriſtus ipſo facto Matri annuendo & rogatum miraculum perpetrando eis [illegible] indidit ſignificationem, ſcilicet conceſſionis & admirationis, quàm etiam audientes ex modo loquendi Chriſti, ore ſereno ac benigno, non dubito potuiſſe animadvertere: Atque ita ſolvitur ratio ſententium oppoſitum. Patres autem, quos dixi hanc docere ſententiam, ſunt Sanctus Bernardus, & noſter Sanctus Cyrillus Alexandrinus: *Manifeſtè jam video*, ait Bernardus, *quòd non velut indignans, aut confundere volens Virginis Matris teneram verecundiam, dixeris. Quid mihi,*

Lib. de Virginit. Mariæ cap. 4.

Tom. 6. tract. 6.

Dom. 1. poſt Oct. Epiphan. ſerm. 2.

mihi, & tibi? cùm venientibus ad te (juxta Matris præceptum) miniſtris, nihil cunctatus facias quid illa ſuggeſſit. Ita ille. Cæterùm (ait noſter Carranca) divus Cyrillus, montis Carmeli quondam decus, & cultor inſignis, & in Sacris Litteris interpretandis nulli ferè ſecundus, longè aliter, ne dicam melius, quàm authores ſuperius relati, hunc locum interpretatur. Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. *Non à ſe, neque non rogatus ad actionem miraculorum Dominus ſolet pervenire, neceſſitati enim, atque uſui hominum gratiam ſuam præbere ſolet, quamvis gratiora etiam ſunt quæ petuntur, ſi aliquantulum differuntur. Ad hæc, quantus honor parentibus debeatur, facilè oſtendit, quum ſtatim ad actum propter Matrem accedat? quem quantum in eo erat, parumper diſtuliſſet.* Ubi noſter Sanctus Doctor apertè innuit, Verba illa Chriſti adjuncto facto ejuſdem habere ſenſum conceſſionis & annutûs, ac præ ſe ferre honoris exhibitionem, ſingularem obſervantiam, grandémque de Matre exiſtimationem. Quod clarius rurſum affirmat, dicens: *Magnam certè auctoritatem dignitatémque deferri ſibi à Domino Mater non ignorabat: qua perſuaſo, ut par erat, Filio, Miniſtros præparat, hortaturque ut omnia faciant quæ ipſe imperabit.* Quî autem cum his Sancti Doctoris verbis cohærent hæc cujuſdam Neoterici: *Mater Jeſu ſumma cum modeſtia illi dicit:* vinum non habent: *Et dicit ei Jeſus; quæ verba? quæ nemo cogitare poſſet à filiorum optimo Matrum optimæ dici poſſe?* Sanè indigna hæc eſt de optimo filiorum ac Matrum optima cogitatio, cogitavit Bernardus, cogitavit Cyrillus, cogitaverunt alii dignè de Filio ac Matre tanta ſentientes, verba talia filiorum optimum dixiſſe Matrum optimæ, quæ ſingularem obſervantiam erga Matrem, magnámque ejus auctoritatem dignitatémque præ ſe ferant, ſi piè rectéque intelligantur, prout ea jam oſtendimus intelligenda. *Non itaque*, inquit tandem Sanctus Cyrillus, *hic Verborum Domini, quibus ſuæ Sacratiſſimæ Matri reſpondit, ſenſus eſt, quem ipſi confingunt. Sed quoniam illa accomodum miraculo tempus prævenire, atque anticipare viſa eſt, reſpondit Chriſtus, nondum opportunum adventaſſe tempus, & horam tempeſtivã oſtendendi miraculum: ſed tantiſper differendum eſſe quod petiſſet, quoad opportunitas commodior adeſſet: quâ quidem oblatâ dulciſſimæ ſuæ Matri obſequutus eſt.* Quibus omnibus ritè expenſis, arbitror nullam Verba Chriſti præ ſe tuliſſe reprehenſionis, indignationis, aut repulſionis Matris ſpeciem, innuere enim beneficii rogati tantillam dilationem, concedentis ſignum eſt, non negantis. Piè proindè veracitérque dixit noſter laudatus Carranca præclarus Theologus: *Cùm enim Chriſtus reſponderit Matri: quid mihi, & tibi eſt mulier? Non durè neque inciviliter Chriſtus Matri dilectiſſimæ locutus eſt: non acriter, neque ſpinosè verba illa legenda ſunt, utpote quæ ſuavia ſint, & totius urbanitatis ſale, & pietatis dulcedine plena. Et quæ cum illis, quæ dum in cruce penderet, protulit,*

Lib. de perpetua Virginit. Matris Dei. cap. 4.

Lib. 2. in Ioan. c. 23.

Ibid. c. 24.

Lib. 5. in Ioan. c. 5.

*mbi, conjunctiſſimam oſtendant affi-
nitatem.*

At verò in ipſis Christi verbis in
cruce ad Matrem locutis, effundit
quidam ſtupendæ penè ſeveritatis
ſpinas, quaſi & nunc Chriſtus Ma-
trem acriter fuerit allocutus. Verùm
& illa Verba ut à Chriſto prolata,
conſolationis ac dulcedinis plena
fuiſſe, plenè probat idem Car-
ranca, hæc Chriſti verba: *Mu-
lier ecce Filius tuus*, in hunc modum e-
nucleans. ,, Quaſi diceret. O mu-
,, lier quæ muliebri affectu, dum eſſe-
,, mus in civitate, te omnium hominum
,, advocatam innuebas, habes jam
,, nunc quod & totâ mente petiſti.
,, Eodem prorſus fœmineæ compaſſi-
,, onis affectu, id impoſterum præſta,
,, quòd nunc, tanti tui deſiderii me-
,, mor, concedo. Ideò námque eo-
,, dem nunc mulieris vocabulo repe-
,, tito, tibi Joannem (in quo cæteri
,, qui gratiam divinam, tuique favoris
,, patrocinium optant, perfectiſſimè
,, adnotantur) in Filium amantiſſi-
,, mum trado. Scio itáque mulier
,, anxias tui pectoris curas: ſcio &
,, mœſtitudinem, miſericordiam, re-
,, ligionem, charitatémque tuam:
,, ſcio, & anxie ſcio. Quippè cum
,, doloris mei cauſa non minima ſis,
,, ego tui doloris unica cauſa ſum,
,, ſcio quamobrem aſtes: vis pietatis
,, unguento me delinire: cogitas
,, deſolatum, vel præſentiâ tuâ ſalva-
,, ri: (Mulieris hæc ſunt officia) optas
,, & mecum commori, vel ſola mori.
,, accepta ſunt hæc. At quantum mul-
,, cent, tantum ulcerant. Proindè mu-

Lib. de Virgin. Maria. cap. 5. Joan. 19.

lier fortiſſima ſis temporibus pre[illegible] ,,
& remunerationis ex ultimis finibus ,,
non fraudanda, neque in dubio ,,
ſolatio et deſtituenda. Si tamen ab ,,
afflictiſſime [illegible] quid remedii ,,
afferri poteſt? Vides quantis tor- ,,
mentis hic pendeam? Quantis diffi- ,,
cultatibus æſtuem? Quot angoribus ,,
mea cōt. beſcat virtus. Quo premio, ,,
quo impendio peccatorem redi- ,,
mam? Quâ charitate humanum ge- ,,
nus amplectar? Placavi Patris iram, ,,
reſtat ut etiam te non deſeram. Ha- ,,
ctenus quidem chariſſima genitrix, ,,
ab exordio nativitatis meæ, uſque ,,
in hanc noviſſimam horam, fideliſ- ,,
ſimam te mihi Matrem exhibuiſti, ,,
omnémque maternum affectum o- ,,
ſtendiſti: jámque me moriente ab ,,
omnibus derelinquendam times. ,,
Sed noli ob hoc triſtari. En aſtat ,,
Joannes ille nepos tuus, alioqui ti- ,,
bi, mihíque juxta percharus, de ,,
hoc omnia tibi bona pollicere. Hic ,,
interim tibi erit filius, qui te obſer- ,,
vet, colat, honoret, atque magni- ,,
ficet omnibus diebus vitæ ſuæ. Cui- ,,
que tu quoque Matris officia, quæ ,,
tanto tempore expetiſti, adjutricis, ,,
interventricíſque opem perpetuò ,,
demonſtrabis. Ac ne quid de hoc ,,
dubites, en ipſum in præſentia allo- ,,
quar. Hunc enim quaſi me ipſum in ,,
famulum, cuſtodem, & tutorem ,,
trado. Et converſus ad diſcipulum ,,
dilectum, dixit: *Ecce Mater tua.* ,,
Quaſi diceret. Egregiè quidem ha- ,,
ctenus mi Joannes vocationi tuæ ,,
reſpondiſti: Non igitur irremune- ,,
ratus abibis; ro tua ſingulari in me ,,

 ,, fide,

,, fide, & conſtantia: imò excellen-
,, tioribus donariis honoraberis,
,, quàm vel precari, vel ſperare aude-
,, res. Orbavit te amor meus dulciſſi-
,, ma navicula, parentibus, conjuge,
,, & teipſo, in me ſpem, curam,
,, & ſollicitudinémq; omnem jactaras:
,, in me petra ſecurè ædificabas. Ni-
,, hil hic tam dulce tibi, nec nuptiæ,
,, nec paterna domus; nihil tam gra-
,, ve, quod te à comitatu meo retta-
,, heret: per iniquas etiam Pontificum
,, ædes ſecutus, jam noviſſimè cruci
,, compatientiſſimus aſtas. Quare i-
,, gitur te relinquerem, qui me ſecutus
,, es? Quare non enutrirem, cujus
,, in me tota ſpes conſedit? Nequa-
,, quam morte meâ, omnis ſpes tua
,, corruet, non ingratus tibi ero. *Ec-
,, ce Mater tua.* Dixiſti parentibus tuis
,, propter me: Non novi vos. Ecce
,, Dei Genitrix Mater tua, agnoſce
,, eam. Reliquiſti conjugem anci-
,, pitis fidei: Ecce Virginem habes in-
,, tegerrimam. Renuntiaſti navicu-
,, læ piſcatoriæ: ecce navem inſtito-
,, ris, de longè portantem panem ſu-
,, um. Spreviſti parva, accipies ma-
,, xima. Repuliſti dubia, accipies
,, æterna. Vidiſti in monte Tabor
,, gloriam meam. Vidiſti curatam
,, Jairi filiam. Vidiſti me in horto
,, ſudorem ſanguineum pati. Heri
,, etiam in cœna ſuper pectus meum
,, recubuiſti. Sed nunc quod dile-
,, ctiſſimum in mundo habeo, tuæ
,, fidei commendo. *Ecce mater tua.*
,, Vides me morti propinquum, vi-
,, des Matrem deſolatam, vides mul-
,, tos eſſe adverſarios: eam igitur ti-
bi commendo, aſſigno, & tuam ,,
facio. Ecce quæ mea, jam tua ,,
Mater eſt. Tu igitur, quòd Fi- ,,
lium decet, eam ſerva, fove, ,,
dilige, miniſtra. Si enim eam a- ,,
gnoſcis Matrem, ego te agnoſcam ,,
in fratrem. Si eidem te totum ,,
commiſeris, ejus ſingularis pie- ,,
tatis, & materni affectus benefi- ,,
cia experieris. ,, Hæc æquè piè, ac
doctè noſter Carranca: quæ omnia
ſanè meritò paucis Chriſti verbis,
morte ſuâ inſtante, ad Matrem ſu-
peramantiſſimam ac dilectum
Diſcipulum prolatis, cenſentur com-
plexa: ut proindè nulla in eis ſeveri-
tatis appareat tenuiſſima umbra, at
undique ingentia dulcedinis ac ſolatii
indicia. Addit deindè idem Doctor
Marjophilus, nec mirum, quia Car-
melita, tres alias rationes, quare
Chriſtus Matrem in cruce pendens,
appellarit *mulierem*, quibus denuò
oſtendit omnem à Verbis Chriſti ab-
eſſe ſeveritatis ſpeciem.

,, Quis enim, *ait*, non videt ma- Loc. cit. c. 6
ximè Virginis dolorem augeri po- ,,
tuiſſe, ſi pendens in cruce Filius tan- ,,
tis tormentis onuſtus, Matrem il- ,,
lam nominaſſet? Sponte ad dolo- ,,
rem currenti calcaria addidiſſet. ,,
Cùm afflictis enim aut tacendum, ,,
aut duriuſculè loquendum. Ne ,,
dum cor ipſius dolentis ſicut cera ,,
liqueſcit, blandicella loquentis ,,
eloquia, ceu radii ſolares uren- ,,
tes, aut certè ignis ſylvas diva- ,,
ſtans atque conſumens, guttulas ,,
lacrymarum à corde mœrentis cre- ,,
brius diſtillare compellant. Hoc ,,
,, igi-

,, igitur abſtulerat tempus dulciter eam alloquendi, & multis nominibus dulce Matris nomen, ſuaviter exprimendi. Ad hæc mulierem ipſam etiam appellat: ne ſi Matrem vocaret, crucifixoribus anſam daret, durius contra ipſam agendi. Quemadmodum enim qui amicum diligit, & amici conjunctos honorare conatur: ita profectò & qui de hoſte proſtrato, trophæa exoptat referre, quæ ſunt etiam illi conjunctiſſima & injuriis laceſſere, & tormentis, ſi poteſt, affligere, non veretur: ut ſic inimici pœna immaniter duplicetur. Poſtremò etiam mulierem ipſam nominat: quia licet nomine virginitatis ſupra modum laudibus ſit extollenda: tamen mulieris nomine majoribus eſt laudibus cumulanda. Nimirum quòd Deus ipſius viſcera, hoc Sacratiſſimo fructu dignatus eſt viſitare: Et teſtamentum jam olim Abrahæ factum, & aliis Sanctiſſimis Patribus repromiſſum, per ipſam mundo exponere. Hinc eſt quod Chriſtus eam de cruce mulierem vocat: hinc eſt quod Angelus benedictam inter mulieres appellat: hin eſt denique quod Paulus dicit Chriſtum ex muliere factum. *Et infra.* Non enim neceſſe erat ſemper, quaſi cautè & timidè Virginem dicere ,, *aut etiam Matrem.* Ex his rurſum liquidò conſtat, Verba Chriſti de cruce ad Matrem plena fore dulcedine, ſolatio, obſervantiâ, honoréque ſingulari, ex eo vel maximè, quòd eam non Matris, at mulieris nomine vocarit, adeóque longiſſimè abeſſe *ſtupenda penè ſeveritatis* ſpeciem. Undè noſter Sanctus Cyrillus ait, hiſcè ipſis Verbis Chriſtum *re ipſa honorandos eſſe parentes docere nos voluiſſe:* quomodo autem parentes honorabuntur, verbis ad ſtuporem penè ſeveris? Non igitur exclamandum cum quodam Neoterico: *O ſtupenda Jeſu erga talem Matrem, penè dixerum, ſeveritas!* at melius cum doctiſſimo noſtro Carranca. ,, O mulier, quæ quia Virgo intacta, & Mater mea es, verius quam aliæ, mulier appellaris: hoc eſt, præſtantius officium mulieris imples. O mulier (cujus eſt adeò molle & fœmineum pectus, miſerationum abundantiâ plenum) advocatam te nunc primum (*de nuptiis ſermo eſt*) efficis peccatorum: & ipſorum neceſſitatibus in poſterum mederi auguraris, méque omnium neceſſitatum liberatorem copioſiſſimum, cunctis illud cernentibus, profiteris! Placet ſanè, placet tuæ pietatis miſeratio. Tua ſunt hæc innatæ miſerationis officia. Indè ſemper beatam te prædicabunt, orbis terrarum rationales creaturæ ,, Doctori noſtro lubens ſubſcribo: omnem cum eo à reſponſo Chriſti ad Matrem ſeveritatem ablego: omnem honoris exhibitionem, obſervantiam, ingentem de Matre æſtimationem agnoſco, profiteor, tueor.

Serm ult. de aſſump.

Objicies: meritò Mariam his patheticis

[illegible] Bernardus alloquitur: *[illegible] gladius fuit ſer-mo [illegible] pertranſiens animam, & pert[illegible] uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus. Mulier ecce Filius tuus? O commutationem! Joannes tibi pro Jeſu traditur, ſervus pro Domino, diſcipulus pro Magiſtro, filius Zebedæi pro Filio Dei, homo purus pro Deo vero. Quomodo non tuam affectuoſiſſimam animam pertranſiret hæc auditio, quando & noſtra, licet ſaxea, licet ferrea pectora ſcindit.* Poſt hæc verò verba concludit Bernardus, Mariam fuiſſe in anima martyrem.

Reſpondeo, nullo veritatis colore hinc poſſe concludi, Verba illa Chriſti ad Matrem *ſeveritatis ſtupendæ* fuiſſe ſermonem: at ſolùm, Mariam vehementer fuiſſe afflictam, ob tormenta & mortem Filii, cujus intenſam & affectuoſiſſimam cogitationem, ac à Filio ſuperdulciſſimo & ſuperamantiſſimo ſeparationis memoriam cauſabant in anima Matris verba Filii jam jam morientis: quæ triſtitia ac afflictio æque, imò magis fuiſſet excitata in Maria, ſi eam Matris nomine fuiſſet allocutus. Amor ergò affectuoſiſſimus Mariæ erga Jeſum cauſa fuit, quòd ſermo ille: *Mulier ecce Filius tuus*, plus quam gladius fuit pertranſiens animam tenerrimè & affectuoſiſſimè amantis Matris: & hac de cauſa concludit meritò Bernardus, Mariam fuiſſe in anima martyrem. Et hæc eſt ipſiſſima Bernardi mens & ſententia: ipſum audiamus: *Non miremini fratres quod Maria martyr in anima fuiſſe dicatur. Miretur qui non* Tom. 7. *meminerit ſe audiſſe Paulum inter maxima Gentium crimina mem[illegible]m, quòd ſine affectione fuiſſent. [illegible] id fuit à Mariæ viſceribus, longè ſit a ſervulis ejus. Sed forte quis dicat: Numquid non eum præſcierat moriturum? Et indubitanter. Numquid non ſperabat continuò reſurrecturum: Et fidenter. Super hæc doluit crucifixum? Et vehementer: Alioquin quiſnam tu frater, aut unde tibi hæc ſapientia, ut mireris plus Mariam compatientem, quàm Mariæ Filium patientem: ille etiam mori corpore potuit, iſta commori corde non potuit? fecit illud charitas, qua majorem nemo habuit: fecit & hoc charitas, cui poſt illam ſimilis altera non fuit.* Charitas fuit, non *ſeveritas* Jeſu, charitas Mariæ fuit, non Filii crudelitas quæ fecit Mariam in anima martyrem: quia *in illius anima dolor ſævе ſæviebat*, ait idem Bernardus, *optabat mori magis, quàm vivere poſt mortem Chriſti*: quia *vulnera Chriſti morientis*, ut canit Eccleſia, *erant vulnera Matris dolentis*: quia *dolores ſævi fuerunt tortores in anima Matris*, ideò in anima martyr, non quia ipſam *ſeverè* filius eſt allocutus. *In officio de pietat. Mariæ.*

QUÆSITUM NONUM.

Utrum, immanis foret error, ſi quis diceret eſſe duas ſcalas, quibus aſcenditur ad Deum, nempè ſcalam Mariæ & Chriſti?

Mirè Novatoribus diſplicet, ait Joannes

Apol. Marian. cap. 10 & 21. nes Paludanus Doctor Lovanienſis, hæc ætymologia, *Stella maris*: uti & innumeræ aliæ laudationes in lectione veterum, ut quod vocetur *peccatorum ſcala: tota ratio ſpei noſtræ. Tutiſſimum & ſingulare perditorum refugium, ſine quo Deus hominem non ſalvabit. Cæli & terræ mediatrix: cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra: quæ ſalvare poteſt per miſericordiam, quem Deus ſalvare non poteſt per juſtitiam.* Hæc Paludanus. Hic oſtendam Mariam rectè dici *ſcalam qua aſcenditur ad Deum*, de aliis enim titulis ſuperius ſæpius fuit nobis ſermo, quamvis & illa quibus Maria probatur *vita*, *ſpes*, *mediatrix*, *refugium peccatorum*, *advocata*, *ſalus noſtra*, probent cum proportione, eam rectè vocari *ſcalam per quam aſcenditur ad Deum.* Uti ergo Maria invocatur ac laudatur ab Eccleſia, *vita*, ac *ſpes* ſecundaria, ut ſæpius expoſuimus, ita & rectè dicitur *ſcala* ſecundaria: & ſicut eſt mediatrix ad Mediatorem principalem, Chriſtum, ita & *ſcala ad ſcalam*: uti etiam eſt ſecundarium peccatorum refugium ac ſalvatrix, ita & ſecundaria *ſcala per quam aſcenditur ad Deum.* Sicuti ergo non eſt immanis error, dicere plures eſſe mediatores, plures Advocatos, &c. Primarium Chriſtum propriâ authoritate, merito & Sanguine ſuo, ſecundariam Mariam, & alios Sanctos, ita immanis error non eſt, dicere *duas eſſe ſcalas*, primariam Chriſtum, ſecundariam Mariam, per quas proportionaliter aſcenditur ad Deum. Confirmo primò: unus eſt Deus: & tamen ipſe dixit Moyſi: *Conſtitui te Deum Pharaonis.* Et Pſalmiſta ait: *Ego dixi Dii eſtis vos, & Filii excelſi omnes.* Chriſtus dixit de ſe; *Ego ſum lux mundi*: qui tamen diſcipulis etiam ait: *vos eſtis lux mundi.* Dicit Apoſtolus: *Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus:* nihilominus idem Apoſtolus ſcribit Epheſiis: *ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum,* id eſt, quod ſint ipſi Apoſtoli: juxta illud ſancti Auguſtini: *Sicut fundamentum in primo loco ædificii ponitur, ita per eos* (Apoſtolos) *primitus Religio Chriſtiana initium ſumpſit: per eos fides novella ſurrexit, & quaſi ſupra molem ſolidam vaſtâ firmitate conſedit... Per illos ergo eſt ſalus confirmata credentium.* Adeoque per Apoſtolos quodammodo ad Deum aſcenditur: undè in Apocalypſi Joannis comparantur duodecim Apoſtoli, *duodecim portis* civitatis ſupernæ Jeruſalem, per quas ad eam intratur. Si igitur Catholicè dicantur plures Dii participative, ſi lux mundi Chriſtus, & Apoſtoli, ſi fundamentum Eccleſiæ Chriſtus & Apoſtoli, ſi via & porta & cœlum Chriſtus, & Apoſtoli, cur, quæſo immanis error ſit, dicere *duas eſſe ſcalas, quibus aſcenditur ad Deum, nempè ſcalam Mariæ & Chriſti*? Profectò nec ſanctus Auguſtinus, nec mellifluus Bernardus in eo umbram viderunt erroris, qui Mariam diſertis verbis *ſcalam* per quam ad cœlum aſcenditur appellarunt: *Facta eſt Maria*, inquit Auguſtinus, *feneſtra cœli, quia per ipſam Deus verum fudit ſæculis lumen*:

Exod. 7. *Pſal. 81.* *Ioan. 8.* *1. Corint. 3.* *Cap. 2.* *Tom. 5 de dedicat. Eccleſ.* *Cap. 21.* *Serm. 15. de temp.*

Digitized by Google

facta eſt SCALA cœleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, ut per ipſam homines aſcendere mereantur ad cœlos. Ipſis enim licebit illuc aſcendere, qui Deum crediderint ad terras per Virginem deſcendiſſe. Facta eſt Maria reſtauratio fœminarum, quia per ipſam à ruina primæ maledictionis probantur ſubtractæ. Et paulò poſt: *Maledicta fuerat Eva, quam nunc credimus per Mariam ad benedictionem gloriæ remeaſſe.* Ubi & ſanctiſſimus Doctor apertè expreſsèque Mariam appellat *ſcalam cœleſtem*, & cauſam, cur ſcala dicenda ſit, addit: quam alibi quoque tradit, Mariam ita alloquens: *Mundus per te, ô Virgo! parentum ſuorum injurias abſtergi deprecatur. Pande ſinus roſeos Virgo perpetua, fides tua modò aut aperit cœlum, aut claudit.* Meritò igitur Maria dicitur *ſcala*, janua, ac porta cœli: imò Doctor mellifluus amplius quid adjicit: *Hæc*, ait, *peccatorum SCALA, hæc tota ratio ſpei meæ*, poſt Chriſtum, & per Chriſtum.

Serm. 21. de temp.

Confirmo ſecundò: Salutatur ac invocatur Maria ab Eccleſia, *Janua cœli, cœlique feneſtra*: quidni ergo dicatur *ſcala* per quam aſcenditur ad Deum, janua enim proximius pandit aditum, quam *ſcala*. Cum igitur dicat de ſe Chriſtus: *Ego ſum oſtium*: Et nihilominus Maria Catholicè dicatur *janua cœli*, rectè quoque dicetur *ſcala*, etſi ſit *ſcala* Chriſtus.

Joan. 10.

Objicies: Certiſſimum eſt, Chriſtum in Sanctis eſſe omnia: illos Deo ac Domino noſtro Jeſu Chriſto adhærentes, ita unum ſpiritum cum illo eſſe, ut nihil velint, quàm, quod ipſe eos velle facit. Sine Chriſto nihil poſſumus facere. Ipſe eſt *via*, ipſe eſt *oſtium*, per quæ intratur ad cœlum.

Reſpondeo: omnia illa non convincunt Mariam & Chriſtum non eſſe duas *ſcalas*, aſt ſolùm, Mariam non eſſe *ſcalam* primariam & per ſe, quod Catholicè profitemur. Licet enim Chriſtus operetur omnia in omnibus, tamen cauſæ ſecundæ ſunt verè cauſæ, verèque operantur: ſimiliter ergo, quamvis Chriſtus omnia operetur per Mariam, & ipſo operante ac donante per Mariam aſcendamus in cœlum, tamen Maria rectè verèque dicenda eſt *ſcala cœli*, per quam in meritis Chriſti ad Deum aſcenditur. Ad hæc, unitas animi & voluntatis, non tollit diſtinctionem ſuppoſitorum, undè plures unanimiter homines ad eumdem effectum concurrentes plures ſimpliciter ſunt cauſæ, quamvis ſubordinatæ: ergo ſimiliter Chriſtus & Maria duæ poſſunt dici *ſcalæ*, licet Maria ſit una ſpiritu cum Chriſto & ad eumdem nos ducant Deum, Chriſtus primariò, Maria ſecundariò & ſubordinatè. Hæc nec non præmiſſa de Virgine mediatrice confirmat egregiè noſter ſanctus Cyrillus Alexandrinus, dicens: *Multi Sanctorum Mediationis miniſterio uſi ſunt, & ipſe Paulus clamat: Rogamus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Moyſes quoque Mediator fuit, miniſtravit enim Filiis Iſrael legem datam à Deo. Mediator etiam fuit B. Jeremias, præcipuè quando clamabat ad Deum: recordare mei ſtantis coram te, ad loquendum pro ipſis bona. Singuli Prophetarum Mediatores fuerunt: Apoſtoli*

Lib. 12. Theſaur. cap. 10.

Digitized by Google

ſtoli quoque ſinguli. Quomodo igitur unicus Mediator Dei & hominum Chriſtus eſt, niſi nova inauduaque in aliis meditatio ſua ſit. Si plures igitur mediatores, quidni plures *ſcalæ*?.

QUÆSITUM DECIMUM.

Utrum Deiparæ, aliorumque Divorum cultus ſit recens in Eccleſia: nominatim, an inceperit à Gregorio Magno ſummo Pontifice?

Huic quæſito affatim reſponſum foret per ea quæ hactenus de Deiparæ, aliorumque Divorum cultu ex praxi primitivæ Eccleſiæ, traditionibus, ac Sanctis Patribus protulimus, niſi inaudiviſſem etiam Catholicos, nomine ſaltem, eo titulo uſitatum ac antiquiſſimum Divorum cultum ſuſpectare, ac parvi, aut nihil pendere, quod à quibuſdam clancularîis ſubverſoribus Chriſtianæ pietatis ſint perſuaſi, modernum Sanctorum cultum novitium fore inventum, primitivæ Eccleſiæ ignotum, à Gregorio Magno primùm introductum, à Monachis autem quæſtus causâ dilatatum, exaggeratum, inmiumque commendatum: Huic igitur mendaci, planèque noxiæ machinationi ac perſuaſioni amoliendæ rurſum admoveo manum: Exordiorque cum noſtro Illuſtriſſimo Suffraganeo Colonienſi Everhardo Billichio. „ Neque hic mos ita nuper- „ rus eſt, quin calente adhuc San- „ guine Martyrum inter medias cædes „ olim in primitiva Eccleſia, nihil ho- „ rum Chriſtiana pietas negligebat. „ Non hic referam quæ ad hujus con- „ firmationem conſcripſit ſacer ille „ Hieronymus, litigans (ut Philippus „ vult) adverſus Vigilantium. En tibi „ Polycarpum illum Joannis Apoſto- „ li diſcipulum, cujus corpus ne cole- „ retur à noſtris, perſequutores poſt „ glorioſum Martyris agonem, rogo, „ ut in cineres redigeretur, impoſue- „ runt, invidiâ honoris in mortuum „ corpus, contra leges & mores gen- „ tium ſævitiam exercentes. Non „ tamen neque Judæorum obſervatio, „ neque perſequutorum immanitas „ noſtros potuit deterrere, quo mi- „ nus ambuſta oſſa, pretioſiſſimis gem- „ mis cariora, & omni auro probatio- „ ra per ignem facta, ſibi colligerent: „ ſicut teſtatur Smyrnæorum Eccleſia, „ cujus ea de re exſtat Epiſtola apud „ Euſebium, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ „ Libro quarto. Diocletianus quo- „ que Auguſtus Corpora Sanctorum „ Martyrum Dorothæi, Petri, & Gor- „ gonii, cum ejus cubicularii fuiſſent, „ eaque de cauſa humanitate aliquâ „ viderentur dignandi, effodit tamen „ & projecit in mare, videlicet ne per „ Chriſtianos colerentur. Dicens (ut „ eſt apud Euſebium) ne fortè Dii „ efficiantur Chriſtianorum, & illi qui „ Deos noſtros adorare nolunt, ſervos „ noſtros incipiant adorare. Non „ potuit Cæſar ille talem de Chriſtia- „ nis opinionem ex levi cauſa conci- „ pere, ut vereretur occiſos à Chriſtia- „ nis adorandos. Ex quo ſatis appa- „ ret, tam immodicè, tantoque ſtudio „

In defenſ. Judicii univerſ. Colon. contra Bucer. &c. tit. de colendis Sanctis.

Digitized by Google

„ olim in Eccleſia Beatorum Marty-
„ rum cineres & oſſa culta
„ fuiſſe, ut ambitioſi illi & glorioſi
„ tyranni, vel hinc ad invidiam com-
„ moverentur. Meminit Triparti-
„ ta hiſtoria ornatiſſimæ Baſilicæ S.
„ Thomæ in Edeſſa. Meminit item
„ Baſilicæ Sanctorum Apoſtolorum,
„ quam Bizantii Conſtantinus ædifi-
„ cavit. Extant ad noſtram uſque
„ ætatem adhuc plurimorum San-
„ ctorum per eumdem toto Romano
„ imperio conſtructæ Eccleſiæ. Ve-
„ rùm quid hîc peregrina commemo-
„ ro? Nondum trigeſimus annus ab
„ agone Sanctorum Gereonis, Victo-
„ ris, Caſſii, Sociorumque ſacratiſſi-
„ mæ illius Thebæorum legionis Mar-
„ tyrum decurrerat, quando eorum
„ memoriæ Helena Auguſta, hîc apud
„ Coloniam Agrippinenſem. Bon-
„ næ item, & apud Vetera, Baſilicas
„ regali ambitione conſtruxit, in tan-
„ ta veneratione olim habitas, ut cum
„ irrumpentes Barbari Vetera excidiſ-
„ ſent, ſoloque æquaſſent, à Sancto-
„ rum Baſilica, majeſtatis & religio-
„ nis ergo abſtinuerint: ubi poſteà
„ conditum oppidum quod ab ex-
„ tante templo Sanctorum, obtinuit
„ nomen ad Sanctos, quod Batavi ſuâ
„ linguâ Tſancten appellant. „ *Et*
„ *paulo poſt*. „ Nunc mihi ſat erit ve-
„ terum pietatem erga Sanctos pau-
„ cis oſtendiſſe, quo calumniatores
„ iſti Hagiomaſtiges, majorum no-
„ ſtrorum virtutem videant, intabeſ-
„ cantque videndo: id quod & Ju-
„ liano apoſtatæ illi uſuvenit, qui invi-
„ dentia commotus, ſolebat hæc pie-
tatis ſtudia Chriſtianis per convi- „
cium exprobare. Quapropter edi- „
tis adverſus Religionem noſtram li- „
bris, inter cætera (ut refert noſter „
Cyrillus) temporis illius Chriſtia- „
nos, hiſce verbis inceſſit & accuſat: „
Quod Sanctos colentes, colerent „
multos homines miſeros, uſos lege „
durâ quâdam & aſperâ, agreſtem- „
que Barbariem ſpirante. Quod „
item colerent, pingerent, adorarent „
complecterenturque & ornarent re- „
cens mortuorum ſepulchra contra „
præceptum illud Chriſti, quod diſ- „
cipulo precanti, Domine permitte „ *Matth. 8.*
mihi ut primum abeam & ſepeliam „
Patrem meum, dedit (inquiens) „
ſequere me, & ſine mortuos ſepeli- „
re mortuos ſuos. Rogat quoque „
nos Julianus. Si Jeſus veſter dicit „ *Matth. 23.*
ſepulchra eſſe plena immundicia, „
quomodo vos apud illa conſiſtentes „
invocatis Deum? Oro te Lector, „
quantulum diſtat apoſtatarum no- „
ſtri temporis perfidia, à blaſphemia „
Juliani? Aut quid iſti dicunt ab illo „
diverſum? Adſtipulatur Walden- „ *Tom. 3. tit.*
ſis. „ Si igitur tanta pietate tem- *16. cap.*
pore Juliani, Chriſtiani coluerint *318.*
Sanctos, eorumque ſepulchra, quo-
modo cultus ille dicitur recens, aut
à Gregorio Magno habere initium?
Accedit authoritas innumerorum a-
liorum pene Sanctorum Patrum, ac
ſacrorum Hiſtoricorum, qui vel ipſi
Sanctos nedum ante Gregorium Ma-
gnum, ſed & ante Sanctum Auguſti-
num coluerunt, ac invocarunt, vel
anterius cultos fuiſſe demonſtrarunt.
Invocavit Sanctos ante ſanctum Au-
guſti-

Digitized by Google

In tract. Threni.

guſtinum Origenes his verbis: *Incipiã, me genibus proſternere, & deprecari univerſos Sanctos, ut mihi, non audenti petere Deum propter nimietatem peccati ſuccurrant. O ſancti Dei, vos lachrymis & fletu pleno dolore deprecor, ut procidatis miſericordiis ejus pro me miſero.*

Orat. de S. Theodor. Martyre.

Invocavit Nectarius Conſtantinopolitanus: *O ſplendor Martyrum* (Theodore) *& decus Sanctorum! O verè Dei donum! O cuſtos, & invictiſſime defenſor fidelium, ne obliviſcaris noſtræ paupertatis & humilitatis: ſed ſemper pro nobis intercedere ne te pigeat! O vir imprimis admirande!*

Serm. de Sanct. Martyribus.

Invocavit ſanctus Ephrem. *Precamur, Beatiſſimi Martyres, qui pro Domino Salvatore, proque illius charitate ſponte tormenta ſubiiſtis, atque adeò familiarius Deo conjuncti eſtis, ut pro nobis miſeris & peccatoribus & negligentiæ ſqualore ſordentibus Dominum interpellare dignemini, ut ſuperveniat in nos gratia Chriſti.*

Oratio in Cyprian.

Invocavit Gregorius Nazianzenus: *Tu verò* (Cypriane) *nos ab alto propitius reſpice, noſtrumque ſermonem, & vitam dirige, & Sanctum ovile hoc paſce, aut unà rege, ac reliqua, quantum poſſibile eſt, ad meliora diſpone, moleſtoſque lupos, ſyllabarum & verborum venatores illos abige.*

Oratio in laudem. S. Theodor. Mart.

Invocavit Gregorius Nyſſenus: *Multorum beneficiorum indigemus: intercede ac deprecare pro Patria apud communem Regem & Dominum,* ſancte Theodore Martyr.

Lib. de viduis.

Ad Sanctos invocandos exhortatur ſanctus Ambroſius. *Obſecrandi ſunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præſidium dati ſunt: Martyres obſecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vendicare, &c.*

Epiſt. 27. ad Euſtochium Virg. cap. 14.

Invocavit ſanctus Hieronymus. *Vale, ô Paula, & cultoris tui ultimam ſenectutem orationibus juva.*

Lib. 1. controverſ. cap 7.

Hi omnes Patres, prætermiſſis aliis non paucis, ſancto Auguſtino ac Gregorio Magno antiquiores ſunt in cultu Sanctorum. Unde conſtat, ait Becanus, adverſarios vel mẽtiri, vel ut minimum errare, cum ajunt, invocationem Sanctorum cœpiſſe poſt Auguſtinum: quem non ſemel in ante dictis audivimus ſanctiſſimam Deiparam, alioſque Sanctos laudantem ac invocantem, quare ejus verba hic prætermitto. Jure igitur dixit Cardinalis Bellarminus; imperitiam vel malitiam eſſe intolerabilem in Novatoribus Hagiomachis, ante tempora ſancti Gregorii Magni non extare mentionem invocationis Sanctorum.

Nec privatim ſolùm, ſed & in publicis Dei officiis, Sanctos fuiſſe cultos ac invocatos multis ſæculis ante Gregorium Magnum, conſtat ex vetuſtiſſima commemoratione Sanctorum in ſacrificio Miſſæ: De qua ita loquitur

Eccleſ. Hierar. cap 3.

ſanctus Dionyſius Areopagita: *Sed & illud ſacratius imbuere, quod impoſitis ſancto Altari venerabilibus ſignis, per quæ Chriſtus ſignatur, & ſumitur, adeſt protinus Sanctorum deſcriptio.*

Lib. 8. Conſt. Apoſtolic. cap. 13.

Et ſanctus Clemens: *Memoremus Martyres Sanctos, ut mereamur certaminis eorum participes fieri.*

Lib. 3. Epiſt. 6.

Et ſanctus Cyprianus: *Denique dies eorum quibus excedunt, annotate ut commemorantes eorum inter memorias Martyrum celebrare poſſimus.* Clariſſimè autem noſter ſanctus

Catecheſ. 5. ctus Cyrillus Hieroſolymitanus: *Poſteà*, inquit, *facimus mentionem etiam eorum, qui ante nos obdormierunt. Primum Patriarcharum, Apoſtolorum, Martyrum, ut Deus orationibus illorum, & deprecationibus ſuſcipiat preces* *Tract. 84. in Ioan.* *noſtras.* Et ſanctus Auguſtinus. *Ideo*, ait, *ad menſam Domini non ſic Martyres commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requieſcunt, ut etiam pro eis oremus: Sed magis, ut ipſi orent pro* *Serm. 17. de verb. Apoſt.* *nobis.* Rurſum alio loco: *Habet Eccleſiaſtica diſciplina, quod fideles noverunt, cum Martyres eo loco recitentur ad altare Dei, ubi non pro ipſis oratur, pro cæteris autem commemoratis defunctis oretur.* Hinc autem conſtat, cultum Sanctorum ſemper fuiſſe in uſu in Eccleſia, adeoque eum Apoſtolicam fore traditionem: juxta illud *Epiſt. 118.* ſancti Auguſtini: *Illa autem, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſervantur, dantur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Conciliis, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas, commendata atque ſtatuta retinere*: In nullo verò plenario Concilio cultus Sanctorum velut res nova eſt ſtatuta; ab Apoſtolis igitur cenſendus eſt profluxiſſe, quorum Dionyſius & Clemens fuêre diſcipuli, adeòque idonei eorum ſententiæ teſtes: quamvis ipſi Apoſtoli Sanctos publicè non coluerint demptâ Deiparâ, ob rationes infrà allegandas ex noſtro Waldenſi. Apertum igitur ac pudendum eſt ſanè mendacium, ait Caniſius, vel è craſſa ignorantia, vel ex deſtinata potius malitia profectum, publicum Deiparæ, aliorumque Sanctorum cultum à Gregorio magno primum fore inſtitutum. Ordinavit quidem Gregorius ac inſtituit Litanias Majores, ut vocant, certis temporibus dicendas: at imprimis non ſolis Litaniis coluntur Sancti. Deinde Baſilius Magnus, Victor Aphricanus, & Agapitus Pontifex, qui *Epiſt 63. Lib. 3. de per ecut. VVandal.* ſunt Gregorio Romano vetuſtiores, Litaniarum inſtitutum comprobant. Ad hæc, ante tempora Gregorii fuiſſe in uſu Litanias, ſeu publicas Sanctorum invocationes, in Gallia, conſtat ex inſtitutione earumdem quam fecit Mamertus Epiſcopus Viennenſis, qui fuit Gregorio Magno antiquior: Eamque inſtitutionem ante Aſcenſionem Domini triduò retinendam *Lib 2 cap. 34. Homil. 3.* eſſe, confirmant Gregorius Turonenſis, & Cæſarius Arelatenſis. Denique *inſolentiſſima inſania eſt*, inquit Auguſtinus, *diſputare, an faciendum ſit, quod tota per orbem frequentat Eccleſia*, uti *Epiſt. 118* frequentat Litanias, aliumque Sanctorum cultum. Urgent hic Novatores authoritatem ac praxim Apoſtolorum, quos non legimus Sanctos, aut eorum imagines coluiſſe, adeòque nec à nobis eſſe venerandos. Cum ingenti ſtupore ac mœrore audivi non ita pridem ex ore civis Catholici hoc adverſus ſacrarum Divorum imaginũ cultum cavillum, quod ſanè non niſi à clanculariis ſeductoribus poterat accepiſſe, qui ſimplices circumveniunt, ac univerſas domos ſubvertunt: At *Tom. 3. tit. 12. cap. 113.* benè habet, quod Venerabilis noſter Waldenſis in Witcleffiſta quodam dudum has diſpulerit diſſiparitque argutias. *Quod autem dixit Guilhelmus*

(Wit-

(Witcleffiſta) *non expreſſum in actibus, aut Evangelicis Litteris ubi oraretur ad Sanctum. Quid ſi dicam* (reſpondet Waldenſis) *recenter tunc emigrantes non ſtatim exorandos pro Sanctis: quam formam ab eis hactenus obſervat Eccleſia, ut benè expectato tempore, Dei beneplacitum homines in Sanctis ejus agnoſcant? Sed revera cuncta gerebant Apoſtoli ad clarificandum Chriſtum hominem, ne obſcuraret eum crucis deſpectio. Unde per omnes actus ipſi baptizabant in nomine Jeſu, cum ipſe ſupra mandaret baptizare omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Tunc etiam orabant in Jeſu Filio hominis. Unde Stephanus vidit Jeſum ſtantem à dextris Dei. Unde etiā à dextris Dei Deus ſtare non dicitur, non forma Dei, ſed hominis videbatur. Unde ait: Ecce video cœlos apertos, & Filium hominis ſtantem à dexteris virtutis Dei.* Et paulò infrà concludit. *Itaque orationes in Deum dirigere conſuetum ſemper erat Judæis, & multis gentibus proximum erat, exorabilem facere Chriſtum hominem, ut hoc exercitato auditu, ad reliquos Sanctos orandos ordinatè venirent.* Denique addit, primitivæ Eccleſiæ Chriſtianos etiam beatos in cœlis exoraſſe: *Qui diligenter, ait, oraſſe Petrum leguntur pro mortua, plus jam cœlis Beatus credi poteſt oraſſe eos pro tota Eccleſia.* Porrò non una hæc eſt ratio, cur Sancti ab initio planè Chriſtianiſmi non fuerint ſolemniter publicèque culti: Imprimis vivente adhuc Chriſto non erant feſta Sanctorum, quia tunc necdum erant cum ſuo Capite Chriſto glorificati: Unde etiam tunc non erant feſta ipſi Chriſto inſtituta, non convenit autem membra glorificari ante, ac ſine capite. Tempore quoque Apoſtolorum non erant in principio feſta, prius enim debebat Eccleſia fundari ac dilatari; & demum ſolemnitatibus exornari. Deinde tunc adhuc in ergaſtulo carnis cum fidelibus degebant Duces Religionis, quos præ cæteris decet colere & venerari: quamvis verò longè ante aliqui fuerint coronati Martyrio, ut Jacobus Minor, & Innocentes trucidati ab Herode, necnon Sanctiſſimus Domini Præcurſor, non tamen expediebat ſtatim eos coli inter gentiles, Judæoſque converſos, aut adhuc infideles, ne daretur ſuſpicio, quod cultui idolorum, Judaicíſque obſervantiis abrogatis, Apoſtoli vellent ſubſtituere proprios honores, cultum ac præconia. Non conveniebat quoque, eadem de causâ, Evangelicæ Hiſtoriæ ſcriptores de invocatione & veneratione Sanctorum, multa ſcribere, ne idolorum cultui, ut dixi, feneſtram coram recenter ex Paganiſmo natis Chriſtianis, ideòque in fide tenellis, aperirent; docendo Sanctos velut quoſdam ſemideos colendos, quos turpiſſimâ morte vidiſſent affectos. Quibus hodiè, ac à ſæculis plurimis, cauſis ceſſantibus, ad magnum Dei honorem, gratiæ Chriſti exaltationem, ac fidelium ædificationem Chriſti, Chriſtiparæ, aliorumque Sanctorum cultus & ſolemniſatio non ſine magni ratione conſilii eſt introducta: ut prorſus aut ignari, aut imprudentes ac malevoli ſint, qui fallaciis ab authorita-

ritate negativa Chriſti ac Apoſtolorum deſumptis, ſimplices in ſua Catholica ac undequaque pia erga Sanctos devotione moliuntur perturbare, nihil reveriti infallibilis Eccleſiæ traditionem ac obſervantiam; neque penſi habentes, multa Apoſtolos verbo tradidiſſe, quæ non ſtatim, at tempore opportuno erant exequenda, uti in decurſu hujus operis ſatis ſæpè oſtendimus.

QUÆSITUM UNDECIMUM.

Utrum Carmelitæ ſolemnius celebrent feſtum Commemorationis B. V. Mariæ de Monte Carmelo, quam feſtum Paſchæ, cum injuria honoris Chriſti?

Et hîc habet quod carpat pruriens reformandi libido: nuper enim quidam (cui mirè placent ſalutaria illa (ſcilicet) Monita B. V. Mariæ ad cultores ſuos indiſcretos, dudum ab Eccleſia meritò proſcripta) mihi objiciebat, quod templa noſtra magis ſplenderent in Feſto Patronæ noſtræ ſingularis ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, quam in feſto Paſchatis, cum injuria, ut opinabatur, honoris Chriſti. At hic zelus eſt nec ſecundùm ſcientiam, nec ſecundùm pietatem: oſtendo. Perquam contracta ac limitata eſt humana facultas, pietas & devotio, plurimis impeditur repagulis, ne poſſit omnia ſemper æquè feſtivè divina recolere myſteria ac beneficia: hinc cogitur Chriſto Domino, & Sanctis ejus, per quos nobis ſua elargitur beneficia, diverſa, diſpariaque diverſis temporibus impendere officia, cultum & venerationem: nunc aliqua myſteria humanæ Redemptionis ſolemnis recolere ac celebrare, nunc cultum illum intermittere: nunc Chriſtum honorare in ſe immediatè, nunc in ſuis Sanctis, quos à nobis quoque vult amari ac honorari ob beneficia per ipſos nobis præſtita, amplius autem quoſdam Sanctos ab iis, qui ab illis ampliora conſecuti ſunt beneficia, ut gratitudo reſpondeat liberalitati, ita tamen ut omnis Sanctorum honos, cultus, amor & gratiarum actio dirigatur, terminetur, & hæreat in Chriſto, à quo habent Sancti, quidquid boni ab illis accipiunt mortales. Quibus rectè expenſis, nulli mirum, nec honori Chriſti injurium videbitur, ſi quibuſdam anni temporibus ſolemnius agant aliqui Chriſtiani feſta Deiparæ, aliorumque Sanctorum, quam feſta Chriſti Domini, etiam Paſchatis: Feſta enim Domini ab univerſali celebrantur Eccleſia, ob communia ab ipſo accepta beneficia: Feſtum verò Paſchæ longo tempore lætiſſimè celebratur ab omnibus fidelibus, imò & nos Carmelitæ, ſolemnius celebramus Paſcha, quàm feſtum Commemorationis ſolemnis B. V. Mariæ de Monte Carmelo: In Paſchate enim ſolemniſſimè totum divinum canimus officium, aliaſque Eccleſiæ adhibemus ſolemnitates, quibus pares non habet feſtum Patronæ noſtræ. Nullam proindè honori Chriſti ejuſque Reſurrectionis gloriæ inferimus injuriam, dum eâ cum tota lætiſſimè celebratâ Eccleſia per plures hebdomadas, diem ac Octa-

Octavam ſolemnem dedicamus ipſius Matri, etiamſi cum quadam majori ſolemnitate, ſplendidiore apparatu, ac cum ſymbolis ſpecialis devotionis erga datam nobis à Chriſto Patronam; per quam, uti nobis ſpecialia ac plurima contulit Privilegia, dona, & prærogativas, ita convenit & ſpecialibus ſignis nos Chriſtum in Matre magnificare, ac regratiari: undè & hæc ſolemniſatio feſti Patronæ noſtræ redundat in honorem glorioſi Redemptoris; neque quidquam in hoc Ritu meritò venit reprehendendum, quem nedum omnes ſervant Religioſorum Ordines, ſciente & annuente Chriſti Vicario, ſed & omnes rectè directæ Eccleſiæ, in quibus feſtum Patroni majori exteriori apparatu, proceſſionibus Muſico cantu, aliiſque, feſtivis ſignis colitur, quàm Feſtum Paſchæ commune cunctis Ordinibus & Eccleſiis; at, dixi, omnis is honor tandem refluit in Chriſtum, qui reſurrexit propter juſtificationem & gloriam Sanctorum, in quibus eum magnificamus. Ad hæc, Nónne præſente ac officiante ſummo Pontifice, ſolemnius peragitur Sancti alicujus Canonizatio, quàm feſtum Dominicæ Reſurrectionis? anne forte per hunc ſolemniſſimum Ritum opinaberis derogari honori Chriſti? Sequitur tamen, ſi ſplendor feſti Commemorationis B. V. Mariæ de monte Carmelo deroget ſplendori feſti Paſchalis. At quid tum tibi ſuppetet reſponſi, ſi interrogeris, utrum ſumma Sancti Norberti feſtivitas, aliorúmque Religionum Patronorum non minuat honorem Chriſti reſurgentis? Quid, ſi opponantur magnificentiſſimi triumphi Regum, Principum, bellique Ducum? Videris: & dum hos ſplendores æquo tuleris animo, deſine indignari Carmelitis, dum in feſto Commemorationis ſuæ Patronæ quædam ſpecialia exhibent devotionis ac triumphi ſymbola, quæ non oſtendunt in Paſchate, attamen in gloriam omnia glorioſi Redemptoris.

QUÆSITUM DUODECIMUM.

De Pontificia Scapularis Partheno-carmelitici approbatione.

Ne fides mea, in cauſa propria, hominibus modicæ fidei circa cultum Deiparæ reddatur ſuſpecta, devotionem erga Sacrum Marianum Scapulare per univerſam Eccleſiam celeberrimam, teſtimonio extraneo viri ſapientiſſimi ac undequáque doctiſſimi Theophili Raynaudi aſſeram ac defendam adverſus novos arroſores. Præſens igitur quæſitum declarat, ut ſequitur, *lib. de Scapulari Mariano illuſtrato & defenſo. part. 1. cap. 2. in tom. 7. operum.*

„ Scapularis Mariani & Sodalitii religioſa obſervantia, quamvis per „ Deiparam ipſam conſtituta; tamen „ pro ſtylo in Chriſti Eccleſia recepto, à Pontificibus Chriſti Vicariis comprobanda fuit. Nam ne „ ipſæ quidem Scripturæ (tametſi literæ de cœlo ad nos delatæ, juxta „

 „ D. Au-

In Pſ. 131. ad v. 4. & in Pſ. 149. ad v. 2. contr. epiſt. fund. c. 5.

„ D. Auguſtinum) ratæ haberentur, „ niſi Eccleſiæ comprobatio, & (ut „ loquuntur) verificatio accederet. „ Evangelio non crederem (ajebat „ Auguſtinus) niſi me Catholicæ Ec- „ cleſiæ commoveret authoritas.) Et „ Doctor gentium, quamvis non ab „ hominibus, neque per hominem, „ Evangelium ſuum didiciſſet, ſed „ per revelationem Jeſu Chriſti; eſſét- „ que de veritate doctrinæ quam an- „ nuntiabat, adeò certus, ut vellet „ incidi anathema cuicúmque ſecus „ prædicanti, vel ſi eſſet Angelus de „ cœlo; tamen ne qua vacillandi & „ nutandi cauſa daretur audientibus, „ aſcendit Hieroſolymam videre Pe- „ trum, ut ab eo tamquam viſibili „ Eccleſiæ capite comprobatum, E- „ vangelium quod diſſeminabat, nulli „ pateret, vel calumniæ, vel tergiver- „ ſantium cavillo. Itaque ſimiliter, „ tametſi ut ferebat privata revelatio „ facta Beato Simoni, Scapulare Ma- „ rianum erat ſecundùm ſe inſtru- „ mentum ſacrum exploratæ pietatis, „ tamen, ut quo ad nos faceſſeret „ omnis ambiguitas, neceſſe fuit cœ- „ leſti illi viſo accedere Eccleſiæ per „ ſuos Rectores comprobationem, „ qualem continent varia Pontificia „ Diplomata quæ exhibitum venio, pauca de plurimis. „

„ Joannes XXII. Pontificatus fuit „ anno I. die 3. Maij, ex facta ſibi, „ (ut teſtatur) antè ſuſceptum Ponti- „ ficatum apparitione Deiparæ; imò, „ ex ſponſione promotionis in Pon- „ tificem ſub hac conditione, Scapu- „ lare Marianum, quod vocat *ſancti habitus ſignum*, authoritate ſuâ com- „ munivit. Mendosè quidam Co- „ dices, notam temporis conſignant „ anno Pontificatus Sexto. Quis hoc „ credat, in re ſibi per Deiparam ſub „ tali præmio commendata, hæſiſſe „ tam diu Joannem? Vecordis animi „ eſt, procraſtinare in boni executio- „ ne, idque meritiſſimò tanquam „ Caini labem, exagitant Origenes, „ & Sanctus Ambroſius, utérque „ poſt Philonem. Joannes igitur „ mox ab inito Pontificatu, deman- „ datam à Deipara ſancti habitus „ comprobationem eſt executus. Ve- „ rùm eſt Joannem non meminiſſe „ Beati Simonis, & muneris eidem à „ Deipara collati: ſed hoc non refert „ ad rem præſentem. Sicut cum „ Liberius, à Deipara per viſum mo- „ nitus eſt, de exædificatione templi „ Mariani in Exquiliis, quòd item „ viſum eâdem nocte Joanni Patricio „ obtigit; nihil deceſſit veritati viſi „ utrique eorum ſeorſum objecti, „ quòd Liberius nihil à Deipara acce- „ piſſet, de ſimili viſo Joanni exhibi- „ to, neque Joannes de apparitione „ facta Liberio. Quare haud dubiè, „ viſio Joanni XXII. obſervata pro „ confirmatione Scapularis, ſpecta- „ vit illudmet Scapulare, de quo an- „ tè annos circiter ſexaginta, viſum „ Beato Simoni objectum fuerat. „ De veritate autem Diplomatis quo „ Joannes XXII. Sacrum hoc Sca- „ pulare communivit, dicendum in- „ frà. „

Hom. 4. in Gene. lib. de Cain. c. 8 lib. de Sacr. Abel & Cain.

„ Alexander Quintus ex Petro de Candia Ordinis Minorum, ſum- „ „ mus

„ mus Pontifex Anglis fuit addictiſ-
„ ſimus; quia puer Cretæ à parenti-
„ bus abjectus, à Minorita Anglo il-
„ lâc tranſeunte ſuſceptus, & in præ-
„ cellentem Theologum in Anglia
„ excultus, deníque ad infulas Epi-
„ ſcopales, & Cardinalitiam purpu-
„ ram, ipſúmque ſummum Pontifi-
„ catum evectus erat. Is ergo natæ
„ in Anglia pietati ſuffragatus lucu-
„ lenter eſt, dato Diplomate quo Jo-
„ annis XXII. autographum abs ſe
„ ſuſpectum, & diligenter recogni-
„ tum teſtatur, ejuſdem autographi
„ apographum verbatim exſcriptum,
„ ſuo Diplomati inſerens, veritatem
„ viſionis Joanni objectæ confirmat,
„ & concurrere in Beati Simonis ap-
„ paritionem, fidem facit. Ex hoc
„ porro Alexandri Diplomate, liqui-
„ dum eſſe poteſt Diploma Joannis
„ XXII. ab Alexandro firmatum,
„ non minus cadere in Scapulare Ma-
„ rianum, quàm ipſum Alexandri
„ Diploma: quòd æque dicendum
„ eſt de poſteriorum Pontificum Bul-
„ lis; quibus Joannis & Alexandri
„ Diplomata memorant, inter com-
„ probandum Scapulare Marianum,
ut ſtatim referemus. „

2.9 Reg.9. 7. „ Clemens Septimus in Diploma-
„ te quod edidit anno 1530. Pontificii
„ ſui anno ſeptimo: ruſúſque in alio
„ Diplomate quod legitur apud Da-
„ nielem Rodericum allegat Bullas
„ Joannis, & Alexandri, eáſque ra-
„ tas habet; aliorúmque inſuper An-
„ teceſſorum ſuorum Diplomatibus,
„ idem eſſe firmatum teſtatur. Cúm-
„ que aliqui contra muſſarent, & fi-

dem Diplomatum Joannis, & A- „
lexandri vocarent in dubium, di- „
ſcuſſionem cauſæ Cameræ Apoſto- „
licæ Auditori Generali commiſit „
per hunc ſuum Judicem delega- „
tum, ſilentium perpetuum obſtre- „
pentibus indixit. „

„ Paulus Tertius, anno 1534. Pon-
tificatus ſui primo, novo Diploma- „
te cui Bullam Clementis Septimi „
inſeruit; & eam Bullam confirma- „
vit; & totum hoc negotium com- „
munivit. „

„ Paulus Quartus peculiari Diplo-
mate cui Bullam Joannis XXII. „
indidit, Sacri Scapularis religioſam „
obſervantiam de novo confirmavit. „

„ Pius Quintus, anno 1566. duo-
decimo Calend. Maij antedicto- „
rum omnium Pontificum circa hoc „
negotium Bullas ratas habet ſingula- „
ri Diplomate quod memorat Gre- „
gorius XIII. ſtatim adducendus. „
Diplomatis Pii initialia verba ſunt: „
ſuper diſpenſatione. „

„ Gregorius XIII. anno 1577.
Pontificatus ſui anno ſexto, verbis „
ampliſſimis, ſodalitium Mariani „
Scapularis commendat. Nec tan- „
tum Litteras Apoſtolicas Joannis „
XXII. & Alexandri Quinti, ac „
Clementis Septimi in actu ſignato „
memorat tanquam legitimas: ſed e- „
tiam nova eas roboratione commu- „
nit: referens idem feciſſe qui imme- „
diatè ipſi præiverat Pium V. & a- „
lios anteriores Pontifices. „

„ Paulus Quintus, ab anno 1606.
Pontificii ſui anno ſecundo multi- „
plici Diplomate Anteceſſorum ve- „

 „ ſti-

Digitized by Google

„ ſtigiis inſtitit. Et cum Inquiſitor Ave„ nionenſis Ordinis Prædicatorum „ negotium faceſſeret Carmelitanis „ circa Diploma Joannis XXII. veta„ rétque proponi de ſacro ſuggeſto „ quæ in eo continentur; Monitus „ Pontifex (F. Joanne Antonio Fezaio „ apud eum rem agente) ſtetit pro an„ tiqua poſſeſſione: & obſtrepentes „ compeſcuit, Decreto in generali In„ quiſitionis Congregatione edito, de „ quo inferius. Similes motus in Lu„ ſitania per idem tempus excitati per illud Decretum ſunt ſedati. „

„ Idem Pontifex per S. Rituum „ Congregationem, recognovit Offi„ cium ſolemne de Beato Simone. Nec „ non aliud Officium de eximio bene„ ficio ei per Deiparam collato. In eo „ Officio die 16. Julii recitando, viſum „ Beato Simoni objectum explicatiſſi„ mè refertur, in lectionibus ſecundi „ Nocturni, *per Cardinalem Bellarmi-* „ *num* compoſitis; quæ ſubſtitutæ ſunt „ lectionibus, quæ prius legebantur „ ex S. Auguſtini ſerm. 35. de Sanctis.

„ Tandem ad caput Pontificiæ „ comprobationis in quo verſamur, „ pertinet conceſſio largiſſima Indul„ gentiarum Sodalibus Virginei Sca„ pularis collatarum, qua illecebra in„ numeri per univerſam Eccleſiam „ Sodales, accedente perſuaſione pro„ miſſionis à Deipara factæ B. Simoni „ in favorem Sodalium Pium hunc ri„ tum uſurpantium, magna voluntate „ in ſodalitium dant nomina: & ob„ ſervationes ſacras in eo præſcriptas, „ ſingulari pietate frequentant. Undè „ potens argumentum, & meo judicio ineluctabile ducitur, pro veritate „ viſionis Marianæ. Præterquam e„ nim quod tot populos per univer„ ſum Chriſtianum orbem in re Sacra „ hallucinari, fidem fabulonibus ad„ hibendo, nemo ſapiens veriſimilè „ duxerit; qui credat, Pontifices, & „ qui cum eis excubant circa Religio„ nem; Epiſcopos item in ſuis quem„ que Diœceſibus, adeò alte ſterte„ re à tot ſæculis, quibus hæc viſio in„ ter fideles ac pios diſſeminatur, ut „ non viderint imponi hac in parte „ fidelibus per fabulamenta? Sanè „ ſi fabulati eſſent Carmelitæ, hanc „ narrationem jam venditantes ut „ veram; ejuſdem noxæ rei eſſent „ Rectores totius Eccleſiæ, atque „ immediati Antiſtites, in quorum „ oculis, hæc per ipſos eſſent jactata. „ Quia ut eſt apud creditum Ambro„ ſium, unum & idem eſt, mentiri & „ credere menti tri. Et ut docet Sy„ nodus Metenſis, non eſt immunis à „ crimine, qui cum poſſet ac deberet „ ejus initia, vel progreſſionem impe„ dire, obmuteſcit, malè ſilens à bonis. „

QUÆSITUM DECIMUM-Tertium.

De primaria Scapularis Mariani prærogativa quæ eſt tranſcriptio in ſpecialem Virginis Matris Filium, & fratrem. Ex Theophilo Raynaudo loc. cit. c. 3.

„ Ex prima origine Scapularis Mariani, per Eccleſiam ritè firma„ „ ta,

,, ta, eruenda imprimis eſt, omnium e-
,, jus prærogativarum præcipua; quæ
,, ſita eſt in ſpeciali tum filiatione, tum
,, fraternitate Sodalium, reſpectu B.
,, Virginis. *Et infrà.* Itaque adjun-
,, gendus eſt (*ſpeciali ſodalium ergà*
,, *B. Virginem ut Matrem ac Patronam*
,, *devotioni*) ejuſdem filiationis titu-
,, lus, ex bona tantæ Virginis volun-
,, tate, eoſdem in ſpeciales filios ad-
,, optante, collatus. Non enim ex eo
,, quod quis extraneus, velit alteri eſſe
,, Filius, & eum colat ut Patrem; ex-
,, urgit illico relatio Patris in Patrono,
,, & relatio Filii in cliente: ſed tantum
,, ſi per adoptionem ritè interpoſi-
,, tam, Patronus clientem ſibi aſciſcat
,, in Filium & idem pronuntiandum
,, eſt de Matre. Igitur B. Virgo, quâ
,, eſt erga nos facilitate & propenſio-
,, ne, lubens volens admittit in Filios
,, quos ſpecialius diligit, & evectis ad
,, illuſtriſſimi tituli dignitatem annuit
,, Mater eſſe; quo ipſo transſcribuntur
,, in ſortem ſpecialium ejus Filiorum;
,, & ipſa Mater eorum appellari acce-
,, ptum habet.

,, Ad hunc porrò modum, Car-
,, melitanos, & qui ab eis in fratres, ac
,, ſodales aſciſcuntur, evaſiſſe in ſpecia-
,, les Deiparæ filios, ac fratres, non eſt
,, monſtratu operoſum: Deipara
,, quippè, Ordinem Carmelitanum,
,, *edidit, propriique nominis titulo in-*
,, *ſignivit.* Verba ſunt Gregorij XIII.
,, in Diplomate cujus initium eſt, *ut*
,, *laudes*, dato Pontificij ſui Anno 6.
,, Chriſti 1577. Idque conſiderans
,, Urbanus VI. ut idem Gregorius
,, eo loco refert; (perpetuò conceſ-

ſit, his qui Ordinem Carmelitarum, ,,
& Fratres ejuſdem Ordinis, *Ordi-* ,,
nem, ſeu *fratres glorioſiſſimæ Dei Ge-* ,,
nitricis ſemper Virginis Mariæ de ,,
Monte Carmelo vocaverint, nomi- ,,
naverint & appellaverint, ſi in gra- ,,
tia extiterint, tres annos & totidem ,,
Quadragenas Indulgentiarum.) Et ,,
quidem hæc Urbani largitas pluri- ,,
morum ſubſequentium Pontificum ,,
confirmatione ſtabilita, adeò ho- ,,
norifica huic ſacro cœtui eſt; ut ,,
ſtuporem injiciat attentius eam con- ,,
ſideranti. Conceſſas ſanè Indul- ,,
gentias legi, certas pro aliquo oratio- ,,
nes fundentibus. v. g. Innocen- ,,
tius IV. decem dies Indulgentia- ,,
rum elargitus eſt precantibus pro ,,
Rege Francorum, ut refertur in ,,
Gloſſa Pragmaticæ Sanctionis, & à ,,
Selva in opere de Beneficiis. Adje- ,,
cit ad eam ſummam Clemens, 10. ,,
dies, Joanne Ferraldo teſte. Cumu- ,,
lavit inſuper eam largitatem Leo X. ,,
anni integri erogatione, ut eſt apud ,,
Benedictum ad caput *Raynutius*, & ,,
apud Eliam Turonenſem in Con- ,,
cordatorum defenſione. Cele- ,,
bratur, hæc è cenſu Theſauri Eccle- ,,
ſiaſtici deprompta largitas. Et ta- ,,
men agitur de Rege, nec qualicum- ,,
que, ſed de Eccleſia Dei jam olim ,,
Benemeritiſſimo. Nec confertur ,,
indulgentia, niſi fundentibus ora- ,,
tionem. Et eſt indulgentia aliquot ,,
dierum, & tandem non niſi anni u- ,,
nius. Res hic eſt prorſus alia. Nam ,,
agitur de pauperculo aliquo fratre ,,
in quem quis incurrat, caſu factum ,,
ſibi obvium: Nec mandatur pre- ,,

In præm. 3. verb miretur. q. 23. V Si abſque liberu.

„ catio ulla, vel genuflexio, vel de- „ miſſionis ſignum quodpiam: ſed „ præciſè depoſcitur, ut quis dicat de „ de obvio ſibi Carmelita, *Ecce frater* „ *gloriſſimæ Virginis Mariæ.* Sti- „ pendium verò indultum, eſt multò „ auctius; triennii ſcilicet, & totidem „ Quadragenarum. Me ſanè (ut præ- „ mittebam) hæc exornatio ſtupore „ defigit. Eſt enim ornamenti-ge- „ nus, quod numquam legi, num- „ quam audivi, in alio quocumque „ eventu eſſe collatum, ut ad nudam „ appellationem, aut demonſtrationē „ certæ ſuperſtitis perſonæ, haud te- „ nue ſtipendium promatur è The- „ ſauro Eccleſiaſtico. Sed nimirum „ perſpexêre Pontifices tenerrimum „ Deiparæ affectum erga hunc Ordi- „ nem, velut abs ſe editum, & mam- „ mis pietatis lactatum, & in filio- „ rum, ac fratrum ſortem adoptatum. „ Ideóque meritò cenſuerunt, tantæ, „ Matris affectum eâ gratitudinis ſig- „ nificatione eſſe recolendum, & fi- „ deles ad id præſtandum, Indulgen- „ tiarum illecebrâ eſſe pellicendos. Et „ hæc quidem filiatio, ac fratria, præ- „ rogativa eſt Ordinis Carmelitani „ jam ab ejus incunabulis, auſpice „ Deiparâ.

„ Acceſſit verò longè poſt ejuſdem „ ſpecialis filiationis, & fraternitatis „ firmatio, & ad ſodales quoque aſci- „ titios transfuſio, in exhibitione Sca- „ pularis Mariani. In ea quippe B. Vir- „ go, non modo Carmelitas, quos per „ ſe primò ſpectat ſacrum Scapulare, „ ſed etiam quotquot pium illum ha- „ bitum religiosè geſtaverint, profeſ- ſa eſt ſe ſuppares Carmelitis in ea ſor- „ te filiorum ſuorum, ac fratrum ſpe- „ cialium habituram; adoptans utroſ- „ que in filios & fratres ſpeciales, non „ ea adoptione qua perfidia generan „ te, imaginarii parentes umbratile fi- „ liorum nomen inſcribunt, ut non „ abſque concitatione loquitur Sal- „ vianus: ſed Sancta, & in cœlo pro- „ bata. Apage verò tricas legales, „ quod mulier adoptare non poſſit, „ *ex l. 5. C. de adopt & l. 21. ff. eodem.* „ Vel quod adoptare nequeat, qui li- „ beros proprios habet naturales, ac „ legitimos *ex lib. 17. ff. de adopt. &* „ *l. 3. C. eodem.* Nam & alia ſunt „ jura fori, & jura poli: & Reginas „ jure illo communi non teneri, A- „ lexandri per Adamam Cariæ Regi- „ nam, & Alphonſi Tarraconenſis „ per Joannem Neopolitanum, adop- „ tione docemur. Quantò magis „ idem licuerit cœlorum, & terræ Im- „ peratrici? Adoptari itaque ab ea, „ pro bona voluntate ſua Sodales „ Marianos in ſpeciales filios, & fra- „ tres, & ipſimet B. Simoni benevolen- „ tiſſimè profeſſa eſt, ratum eſto. „

Lib. 3. ad Eccleſ.

„ Hæc quanta ſit Carmelitani „ Scapularis prærogativa (ut ſapidiſ- „ ſimam veritatem, obiter hic ſumma „ duntaxat progloſſide contingam) „ nemo ſatis explicet. Quantum e- „ nim conſolationis Argumentum eſt „ habere eandem cum Chriſto Ma- „ trem, atque adeò provehi in Fratrem „ Chriſti? Hoc certè tantum eſt, ut „ vix ſperandum, aut etiam cogitan- „ dum videretur, niſi frequenti ſacra- „ rum litterarum affectione nitere- „ tur.

Digitized by Google

Epiſt. 4. ,, tur. Et verò ſanctus Paulinus (ut ,, erat humillimus) extimuit dicere, ,, Chriſtum per Beatam Mariam eſſe ,, Fratrem noſtrum, invidioſam (ut ,, putabat) appellationem refugiens. ,, Sed timebat ubi non erat timor, ,, fruſtraque refugiebat glorioſiſſi- ,, mum titulum in tanta luce ſcriptu- ,, rarum id ferentium: Et ipſius Chri- ,, ſti denominantis ſe fratrem noſtrũ, ,, pluries repetitâ aſſertione. Nec ,, par eſt animis cadere, & Chriſti ,, ſummam hac in parte dignationem ,, aſpernari; quâ confundens faſtum ,, mortalium, inæquales dedignan- ,, tium (ut ſanctus Chryſoſtomus e- ,, gregiè perpendit verſans illud Pau- ,, li, nolo vos ignorare fratres) Ho- ,, munciones, *Fratrum ſuorum* ap- ,, pellatione cohoneſtat. Et ut Scrip- ,, turæ id tacuiſſent, ratio ineluctabi- ,, lis rem conficeret. Mater enim ,, noſtra eſt Maria, & quidem Soda- ,, lium Carmelitanorum ſpeciali titu- ,, lo, Mater, ut demonſtratum eſt. ,, Igitur Chriſtus Mariæ Filius, eſt ,, Frater noſter. Conquirat anxiè hu- ,, mana ſuperbia, titulos ſublimes, ac ,, glorioſos: Nullus ad hunc titu- ,, lum, per B. Mariam Sodalibus ſuis ,, collatum, accedit. Nec decus dun- ,, taxat & honor ex eo per Mariam ,, Fraternitatis Chriſti titulo, obtingit: ,, Sed fiducia quoque, ac penè ſecu- ,, ritas, ineffabili ſuavitate mentem ,, perfundens.

Hom ad- ditia in 1. Corinth.

Lib. de 4. virtut. B. V. Ma- ria. ,, Eja (exclamat ſanctus Anſelmus) ,, quis deſperabit? Judex Filius eſt Ma- ,, tris noſtræ. Quis ſibi à Fratre ,, non timebit, & à fratre per antiphraſim (ut ille quondam ,, Ægyptius) ſed ſincerè & medullitùs ,, Philadelpho? Hos mihi ſuaviſſi- ,, mos fructus, ritè ſtabilitum, & ſo- ,, lidè Carmelitani Cœtus Congregi- ,, bus jure vendicatum, MARIÆ ,, FILIORUM AC FRATRUM ,, SPECIALIUM nomen, progig- ,, nit.

QUÆSITUM DECIMUM-QUARTUM.

Qualiter Scapulare Marianum ſit ſignum ſalutis æternæ, ac nota prædeſtinationis? Ex Theophilo Raynando loc. cit. cap. 7.

,, Pono, ut exploratum, totam ,, Scapularis efficacitatem ad bono- ,, rum ſpiritualium devotionem ex eo ,, pendere, quod ſit teſſera ac pignus ,, benevolentiæ, quâ B. Virgo piè ge- ,, ſtantes hujuſmodi veſtem comple- ,, ctitur. Hæc autem benevolentia ,, quantorum ſpiritualium munerum ,, ſit ferax, S. Bernardus mellitiſſimè ,, attigit, ſpectato honore, quem Fi- ,, lius Matri debet. Itaque quid non ,, poteſt apud gratiſſimum Filium op- ,, tima Mater? Nihil proindè non ex- ,, orabit, quod ad ſalutem hominis ,, pertineat, ſi benevolum oculum in ,, aliquem adjecerit. Adjiciet autem ,, ſi qui ſint quibus hoc veſtimentum ,, ſalutis curaverit. Ut hoc ſummæ ,, conſolationis argumentum Sodali- ,, bus Marianis innoteſcat, aperienda ,, eſt radix prima omnium ſpiritualium ,, bonorum, & huic negotio accom- ,, modanda. ,,

Serm. 1. de aſſumpt.

,, Do-

Rom. 8.

„ Docente igitur Apoſtolo, con-
„ ſtat primam radicem boni cujuſvis
„ ſpiritualis fructuoſi ad optatum æ-
„ ternæ gloriæ finem, eſſe Divinam
„ prædeſtinationem. Inde enim vo-
„ catio, ex qua juſtificatio; ac deni-
„ que glorificatio, juſtificationem,&
„ vocationem obſignans. Quare ſi
„ conſtiterit, ſacri Scapularis pium u-
„ ſum, eſſe ſignum prædeſtinationis,
„ eo ipſo liquebit Scapulare eſſe ſig-
„ num ſalutis, & vivam ſcatebram
„ ſpiritualis cujuſvis boni, atque adeò
„ verè ſignum in bonum. Quatenus
„ autem Scapulare Marianum ſtatui
„ poſſit ſignum prædeſtinationis,non
„ omninò liquet. Sed illud eſt extra
„ controverſiam, nemini viatori, ex-
„ tra ſpecialem revelationem, notam
„ eſſe poſſe prædeſtinationem ſuam,
„ juxta illud à S.Gregorio expoſitum, (30. Mor. cap. 32.)
„ in hunc ſenſum. *Numquid noſti*
„ *ordinem cœli, & pones rationem ejus*
„ *in terra?* Item tradit alibi, expen-
„ dens illud Joannis 3. *Spiritus ubi vult* (Lib. 6. in 1. Reg.)
„ *ſpirat; & neſcis unde veniat, aut quo*
„ *vadat*. Nimirum in tanto per hanc
„ viam lubrico,& pugnis aſſiduis, ac
„ tam multorum conſpicuâ dejectio-
„ ne, omnia in futurum ſervantur in-
„ certa, ut benè conſiderat non uno
„ loco ſanctus Bernardus. (Ser. 1 ſepi. ſer. 2 in Oct. Paſchæ ſer. 5. in dedic. Eccl.)

„ Nihilominus ſana doctrina ex Pa-
„ tribus,ipſiſque ſcripturis hauſta, ag-
„ noſcit, ſalvâ regulari prædeſtinatio-
„ nis incertitudine, dari quædam veri-
„ ſimilia ejus ſigna. Ejuſmodi præſer-
„ tim ſunt, quæ octo vulgatis beati-
„ tudinibus continentur,ut fusè pro-
„ ſequitur Andreas à Vega.His addunt (Lib. 12 in Conc. Trid.)
„ alii, perſeverantiam in ſemel i-
nito ſtatu religioſo, ut benè mon- „ (à c. 11. ad 19.)
ſtrant Laurentius Juſtinianus,ac Hie-„ (1. De perf. Monaſt. con. rov. cap. 7.)
ronymus Platus. Eòdem pertinet au-„
ditio Verbi Dei,cum interiori affectu „
conjuncta; quod ſignum ex multis „
ſcripturis, & Patribus illuſtrat Mi- „
chael Medina. Sed unum aliud, ne- „
mini cæterorum ſignorum, de ali „
quali evidentia concedens, cenſetur „
eſſe pietas ſingularis erga B. Virgi- „
nem. In quam rem latè, & benè diſ- „ (Lib. 1. de bono ſtat. relig. c. 32.)
ſerit Pellartus,& ex eo Spinellus:& e- „
ruditè (ut omnia) Recupitus. Sanè „
ex affectu quo quis fertur in B. Vir- „ (Lib. 3. pa- r. n. c. 5. in ſtelia 10.)
ginem inferre licet reciprocum Dei- „
paræ affectum erga addictum ſibi „
clientem, quia filii imitatione, dili- „
gentes ſe diligit, nec gravatur, imò „
gaudet,amantes ſe redamare. Quin „ (In thron. Deip. n. 17.)
etiam ſicut Deus ita diligit diligentes „
ſe, ut præveniens eorũ dilectionem, „
anteoccupet voluntatem humanã, „
Et immittit ſemina, unde dilectio „ (Trac. de ſig. prædeſt.)
progerminet: ita B. Virgo amato- „
res ſuos benevolentiâ indebitâ præ- „
venit & anteoccupat, inferens per „
impetrationẽ ſãcta lumina & pios af-„
flatus,ac benedictiones dulcedinis ſa- „
pore vitali(ut Ennodius appellat)per-„ (Epiſt. ad Conſtant.)
fundentes hominis voluntatẽ;quo ſic,„
permota,velit diligere.Et eo modò ſe,„
gerit B.Virgo ergà populũ honorifi-„
catũ; in quo propterea *radicare* dici-„
tur,& *in electis Dei radices mittere.*„

Ferunt hoc,inſignes pleriquetitu-„
li à nobis digeſti in nomenclatore „
Mariano,in qua opella noſtra,B.Vir-„
go, dicta à Patribus refertur, *ja-* „
nua, aut *porta cœli*. Ita Petrus Da-„
miani, Epiphanius Junior, & „
Damaſ-

„ Damaſcenus. Dicta item legitur *fe-* „ *neſtra*, apud Chryſoſtomum atque „ Fulgentium. Ab aliis, denominata „ eſt *Columna flammea deducens ad al-* „ *teram* : *corona Sanctorum omnium* : „ *Diarium unicum cretura Domini*. Il- „ lius, inquam, *creatura*, cujus primi „ Chriſtiani erant initium, hoc eſt „ creaturæ ad gloriam æternam, an- „ te tempora ſæcularia, prælectæ. „ aliqua quidem hujuſmodi illuſtrium „ nominum, delata interdum ſunt „ B. Virgini propter Filium; ita ut „ dicta ſit v. g. *Janua cœli*; quia edi- „ dit Chriſtum qui cœli aditum re- „ ſeravit. Non infrequenter tamen „ iidem tituli juxta Patres, immedia- „ tè cadunt in B. Virginem. Nam „ qui eos deferunt, ſatis inſinuant ex „ mente ſua, aditum ad gloriam, & „ conſcriptionem cujuſcúmque Electi „ in Libro vitæ, in ſuo gradu, & or- „ dine pertinere ad B. Virginem. Ac „ proindè ratum eſſe debet, agnoſci à „ Patribus influxum aliquem mora- „ lem B. Virginis in executionem „ prædeſtinationis æternæ; nexam „ cum ipſo delectu ad gloriam, ut e- „ xecutionem cum intentione. Sta- „ tuendum item eſt ut ratum, ipſam „ quoque eſſe, quæ ſuo modo, id eſt, „ impetrando ac exorando, ſubmini- „ ſtrat ſuppetias omnes quibus electi „ deducuntur ad ubertatem domus „ Dei; ibi inebriandi fonte vitæ, & „ pane intellectus ſaginandi. Non du- „ bitavit ſanè S. Germanus, præ ea „ ſubminiſtratione aſſiduâ, Deiparam „ denominare, *Spiritum*, *& vitam* „ *Chriſtianorum*. Quomodo enim

Orat. de zon. B. V.

corpus noſtrum, vitalis ſignum o- „ perationis habet reſpirationem: ita „ Sanctiſſimum Virginis nomen, „ quod in ſuorum ore aſſiduè verſa- „ tur, vitæ, lætitiæ, auxilii, non ſo- „ lùm eſt ſignum, ſed etiam ea cu- „ rat. „

„ Idipſum fert, quod aliqui Pa- tres tradunt, perire non poſſe, qui „ benè affectus fuerit erga Matrem „ ſalutis. Adduxi nonnullos in Dy- „ pticis Marianis, quibus nunc ad- „ do Laurentium Juſtinianum, qui „ gloſſans Verba illa Chriſti in Cruce „ ſuffixi, ad Matrem, *Mulier ecce* „ *Filius tuus*, ſic inducit colloquen- „ tem Matri Chriſtum. [Volo ut il- „ lam (Eccleſiam) de cætero in Fili- „ um habeas, illam tuis orationibus „ protegas, átque virtutibus auctam „ ad me perducas, eidem quoque „ mandabo ut te tanquam Matrem „ veneretur, te diligat, ad te con- „ fugiat: te inter Deum & ſe media- „ tricem faciat. Te advocabit in peri- „ culis, te in dubiis conſulet, in ne- „ ceſſitatibus implorabit. Non mi- „ nus de te, quàm de me capiet fidu- „ ciam. Faciam prorſus ut omnes „ concurrant ad te, eríque nomen „ tuum honorabile in omni generati- „ one & progenie. Nemo in tui in- „ vocatione ſpernetur, nullúſque de- „ votus tibi, à me efficietur alienus. „ Indiſſolubili charitatis fœdere te illi, „ & ipſam copulabo tibi:] Totus „ locus, ſonat quod propoſui. Sed „ expendantur nominatim Verba illa: „ *Nullus tibi devotus*, *à me efficietur* „ *alienus*. Atqui *non eſſe à Chriſto a-* „

Part. 2. p. 10. n. 37

 „ *lienum*,

Digitized by Google

„ *lienum*, eſt eſſe cum eo; & acceneſeri prædeſtinatis ad æternam ſortem beatitudinis. „

„ Quare habere faventem atque „ benevolam hanc divini Ærarii „ erogatricem, à qua ſubſidia electa „ ad potiendum æternâ felicitate ſuppeditentur ad modum prædictum, „ habere, inquam, amicam hanc „ cœleſtem Theſaurariam, quæ ſumptus in cœli viaticum neceſſarios liberaliter ſubminiſtret, hanc cœli „ Janitricem per quam pateant portæ „ æternales, ſignum eſt prædeſtinationis. Nec verò qualecúmque, ſed admodum veriſimile. „

„ Quòd autem Sodales Mariani „ potiantur ſpeciali benevolentiâ B. „ Virginis conjicere licet ex hoc pignore per ipſammet Deiparam delecto: & ex tot argumentis, quibus „ jam à multis ſeculis prodidit placere ſibi hujus religioſæ obſervantiæ „ teſſeram, & qui eam uſurpant, pro „ ſpecialibus filiis à ſe haberi. Itáque „ perſpicuum videtur Scapulare Marianum inſigni illâ prærogativâ exornari, quòd ſit prædeſtinationis „ nota, quia cum ſit teſſera incenſi „ affectus erga Deiparam, ex ſeminio per ipſammet jacto excitati, eſt „ etiam ſignum reciprocæ ſpecialis „ benevolentiæ tantæ matris, creaturæ media electa ad æternæ ſalutis „ adeptionem, quâ eſt apud Filium „ gratiâ, & in dilectos ſuos benignitate. „

„ Hanc ratiocinationem, quæ poteſt cenſeri à priori (quippè continens cauſam cur geſtatio Scapularis Mariani, dicatur ſignum prædeſtinationis) firmat optima ratio „ ducta ab experimentis, quæ interdum fuerunt ejuſmodi, ut nihil deeſſe videretur ad palpandum inſignem hunc effectum, cui declarando inſiſtimus. „ Subnectit deindè duo exempla duorum peccatorum, quorum unus beneficio Scapularis Mariani à morte fuit præſervatus & ad pœnitentiam perductus: alter à deſperatione in articulo mortis, ad devotam Sacramentorum ſuſceptionem excitatus: ſubdítque: *Quis hic non videat ſignum prædeſtinationis in Scapularis admotione luculentum?*

Traditæ doctrinæ ex Raynaudo non gravabor, ad piorum Virginis Cultorum ſolamen, juſtâmque obmurmurantium increpationem, ſubnectere digniſſima Verba noſtri Illuſtriſſimi P. M. Sebaſtiani ab Alexandro, Aſſiſtentis Reverendiſſimi P. Generalis, in Regno Neapolitano S. Officii Conſultoris, & Qualificatoris: nec non in Urbe Sacræ Congregationis Indicis Conſultoris: ac tandem à Clemente X. ad Rubenſem Epiſcopatum evecti. Itáque in appendice ad librum ſuum, cui titulus: *Libra penſilis, in cujus geminâ lance prædeſtinati, & reprobi quoad numerum penſitantur*, Hæc, inter plurima alia, habet ad intentum. „ Quid mirum quod fideles devotioni Deiparæ addicti intuitu *Roſarii*, & *Scapularis* non permittantur ex hac „ vita diſcedere, niſi Sacramentis „ muniti, ut æternam aſſequantur „ ſalutem, cum ſimile Privilegium „

„ piè

„ piè credatur etiam conceſſum à Deo „ profitentibus devotionem erga „ Sanctam Barbaram Virginem & „ Martyrem. *Et infrà.* Quis eſt „ igitur qui dicat, Deum non conce- „ dere Matri, quod ſervis non negat? „ Certi igitur certitudine morali, & „ ex parte Virginis infallibili poſſunt „ eſſe, devotè, & frequenter reci- „ tantes *Roſarium*, nec non ritè ge- „ ſtantes, & piè morientes in *Scapu- lari*, de æterna ſalute aſſequenda. „

„ Non inficior, Hæreticos hæc, & „ ſimilia divinæ gratiæ prodigia, me- „ ritis, interceſſionibus, precibúſque „ Beatiſſimæ Matris ſuæ ſupra naturæ „ ordinem patrata, Monachorum „ deliria, figmenta, ſomnia cum de- „ riſu, & ſarcaſmo vocitare: ſed „ quid mirum, quòd talia non cre- „ dunt qui ſine Deo, ſine fide, obli- „ qua ſua judicia, tamquam rectam „ credendi regulam ſibi præfigunt? „ Id quod ſine religioſa indignatione „ ſatis mirari non poſſum, eſt, quòd „ inter ipſos Catholicos, Heterodo- „ xi aliqui reperiantur, qui (quo ze- „ lo, qua pietate, quo animi can- „ dore, ignoro) naſo adunco, fron- „ tè rugoſa, ſeveróque ſupercilio tam „ magna, tam rara, tam exquiſita, „ tam vera miracula legentes, inſul- „ ſos vocant, qui illa credunt: inſul- „ ſos qui illa prædicant: captiuncu- „ láſque vocitant, veritates à loco- „ rum Ordinariis omni debita ſolem- „ nitate approbatas, nec non à gra- „ vibus, doctis, piiſque Auctoribus „ verè, & integrè proditas. Alii, „ qui (ut præſumo) Catholicè ſen- tiunt, hæreticè tamen loquentes, „ *lacinias panni*, & *corallas*, ſeu *coralla* „ per contumeliam nominant, quæ „ à Catholicis *Sacrum Scapulare*, ac „ *Sanctiſſimum Roſarium* appellantur. „ Alii eadem nominare dedignantes „ (qua intentione, quo fine, penitus „ neſcio) *rem, qua in dorſo geſtatur*, „ pro *Scapulari* indigitant: Roſari- „ úmque invida, & deteſtabili ironia „ *preces* dicunt *Privilegiatas*; & ita „ plus ſapere volentes, quàm requi- „ rat ſobria mediocritas, *Roſario*, & „ *Scapulari* fidem derogant: cùm ta- „ men quadringentis ab hinc annis, „ maxima pietate, & doctrina viri, „ nec non Magnates, Principes, Re- „ ges, Imperatores, Pontifices ea „ mirum in modum coluerint. Undè „ ſciolis iſtis, & ſuperciliofis, qui per „ contemptum vel *Roſarium*, vel *Sca- pulare*, non modò non recitant, ſi- „ ve deferunt; verùm etiam piorum, „ ac devotorum hominum ſimplicita- „ tem rebus illis, ea, qua decet, pie- „ tate, pióque ritu utentium, irrident, „ diceremcum noſtro Leone à S. Jo- „ anne: *Malo guttam ſimplicis, ac* „ *veræ pietatis, quàm ſecularis, &* „ *incredulæ ſapientiæ vas pleniſſimum.* „ Præterquam quod dies tandem for- „ taſſe veniet, in quo Deipara ipſos „ ſubſannabit, & irridebit: imò ipſi- „ met præ anguſtia ſpiritus gementes „ dicent, quando viderint Sodales „ *Roſarii*, & Scapularis Cœlitibus „ adſcriptos: *Nos inſenſati vitam illo-* „ *rum æſtimabamus inſaniam, & fi-* „ *nem illorum ſine honore: Ecce quo-* „ *modo computati ſunt inter filios Dei,* „

Digitized by Google

„ *& inter Sanctos ſors illorum eſt. Ergò erravimus à via veritatis.* Profectò ego cum omnibus iis,qui Chriſtianâ pietate pollent, & veros ſe „ Virgini devotos profitentur, tales „ Hæterodoxorum inſcitias parvi „ pendens, pia credulitate, tum e-„ narrata, tum eis ſimilia miracula, „ complector:ex eiſque infero,Deum „ ex ſua liberaliſſima miſericordia, & „ ad oſtenſionem fidelitatis, & veracitatis ſuæ dilectiſſimæ Genitricis „ Mariæ, Sodalibus *Roſarii* & *Scapularis* præſto eſſe, eiſque ſpecialem „ gratiam, quâ ad contritionem, & „ pœnitentiam ante mortem exciten-„ tur, conferre: ut Deo reconciliati ex hac vita decedentes, tartareos „ effugiant ignes, æternáque refrigeria conſequantur. „ Hæc veraciter æque ac piè noſter Illuſtriſſimus D.Sebaſtianus, quæ peropto pio, pacatóque animo perpendi ab univerſis oſoribus univerſalis devotionis erga *Sacrum Roſarium*, ac *Mariano carmeliticum Scapulare*, ut eidem deſinentes inſultare, & ipſi felici Marianorum Sodalium numero mereantur adſcribi, promiſsíſque à Virgine gratiis ac favoribus digni inveniri.

Quòd ſi fortaſſe hactenus dicta non ſufficiant quibuſdam prurientis genii, ac ingenii hominibus, ad eorum obliqua, temerariáque judicia de devotione erga *Marianum Scapulare* reformanda, legant noſtros doctiſſimos ac piiſſimos Authores, Venerabilem P. Lezanam in Annalibus, tom. 4. pag. 337. & in Mária Patrona, per plura capita. Relatum Illuſtriſſimum D. Sebaſtianum, per totam appendicem citatam. Leonem à S. Joanne trium Regum Chriſtianiſſimorum Concionatorem, in pictura veſtis religioſæ. Danielem à Virgine Maria in Vinea Carmeli, in Chronologia vitæ S. Simonis Stochii. Irenæum à S. Jacobo, in Tractatu Theologico de ſingulari Immaculatæ Virginis protectione. Eximium P. Philibertum Fezayum S. The. Doctorem, ejuſdémque Facultatis Decanum in Univerſitate Borbonia Aquenſi: Nec non olim Philoſophiæ, ac Theologiæ in eadem Univerſitate Profeſſorem Regium: in Reſponſione ad D. Joannis de Launoy Conſtantienſis, Theologi Pariſienſis duplicem diſſertationem; quarum una eſt de Privilegiato Scapulari Carmelitarum, altera de viſione Simonis Stochii Prioris Generalis Carmelitarum. Joannem Cheron, in Privilegiati Scapularis vindiciis adverſus cavilla, & ineptias præfati Joannis de Launoy, libri initium eſt iſtud: *Scripturiendi temerati ſæculi libertas, famoſum libellum, cui titulus*: Diſſertatio duplex, una de origine & confirmatione Privilegiati Scapularis Carmelitarum,&c. *Lutetiæ nuper, quo prælo neſcio, edidit: Authore, Joanne de Launoy, Conſtantienſi, Theologo Pariſienſi.* Hos Launoyomaſtiges legant Launoy ſequaces, nè, decepti ipſi, plures decipiant ipſi. Paulum ab omnibus Sanctis Carmelitam excalceatum, in Clavi regia Theſauri Partheno-Carmelitici. His, dum opus fuerit, addam plures, addámque plura.

QUÆ-

Digitized by Google

QUÆSITUM DECIMUM-quintum.

Qualiter reſpondendum cavillis adverſus Scapulare Marianum, ut prædeſtinationis notam. Ex Theophilo Raynaudo lib. cit. part. 2. quæſt. 7.

„ Inter beneficia ſpiritualia eminet, quòd hic ſacer habitus, ſit ſignum ſalutis, & nota prædeſtinationis, ut ſignificarunt ea Verba Deiparæ ad B. Simonem: *In quo* (Scapulari) *quis moriens, æternum non patietur incendium.* Et illa ſimiliter ad Joannem Papam: *Ego eos* (Sodales) *ad montem ſanctum vitæ æternæ, glorioſè reducam.* „

„ Altè hîc clamorem tollunt Anti-Mariani, contendentes imprimis, id verò eſſe venditare Scapulare pro octavo Sacramento novæ legis. Nam vera definitio Sacramenti novæ legis, continetur Verbis illis, *ſignum ſalutis*; quæ idem ſonant atque illa, *ſignum gratiæ*. „ Et paulò poſt „ Gallum Scapularis exagitatorem armat telum, quod ſuggerit Siracides adverſus inſomnioſos. *Quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventum, ſic & qui attendit ad viſa mendacia.* Hoc primum, ſecundum hoc; *viſio ſomniorum; ante faciem hominis, ſimilitudo hominis.* „ Reſpondet, omiſſis quorumdam reſponſis. „

Cap. 34.

„ In primis ergò, divinare quod Scapulare ſuum, Carmelitæ proferant tanquam Sacramentum novæ legis, nugatorium eſt, imò calumniæ refertum. Nemini quippè umquam tam inſana fatuitas in mentem venit. Et meritò. Nam Sacramentum novæ legis, dicit duo. Unum eſſe ſignum internæ Sanctitatis implantatum alicui ſtabili & religioſæ actioni ſenſibili, ut D. Auguſtinus ſæpè confirmat. Hæc eſt generica Sacramenti ratio, ſuo modo communis Sacramentis antiquis, ſuprà quam noſtrum Sacramentum, tanquam arte factum, & inſtrumentum divinum addit vim gratiæ cauſativam, rationi ſigni extraneam: divinitùs tamen adjunctam hujuſmodi ſigno, per Chriſti merita intra illud contenta, velut in Sacro promptuario pretioſi Sanguinis, quaſi agni immaculati. Ac proindè Sacramentum novæ legis non eſt qualecùmque ſignum gratiæ; ſed practicum, ſive ſignum gratiæ efficax, eámque conferens, ut affirmant Theologi, cùm Hugone Victorino, & Magiſtro, ac S. Thoma, à quibus non abhorruit Scotus, ut ſibi fingit Aquarius.... Hoc eſt, eſſe Sacramentum novæ legis. Quis verò commentus umquam eſt, talem Sacramenti notionem, cadere in Scapulare Monaſticum? Nugæ, nugæ. „

Trac. 5. 26 & 45. in Ioannem. Et in Pſal. 62. 77. & hom. 27. & 50.

Lib. 1. de Sacram. p. 9. c. 2. in 1. d. 32. concl. 7.

„ Incertitudinem gratiæ & prædeſtinationis, ultrò damus eſſe dogma fidei, niſi adſit revelatio ſpecialis, quæ hîc reverâ non intervenit. Meritò tamen piè, & probabiliter agno-

,, gnoſcimus revelationem genera-
,, lem, cum incertitudine Metaphy-
,, ſica probè cohærentem, & pluſ-
,, quam veroſimiliter, imò indubiè
,, habituram effectum, ſi adhibean-
,, tur certæ conditiones, cum com-
,, munes, tum particulares. Com-
,, munes dico, obſervationes omni-
,, bus demandatas, queis in primis
,, neceſſe eſt inſiſtere. Particulares
,, verò appello, quæ continentur cer-
,, tis capitibus præſcriptis Sodalitio
,, Mariano, ex Virginis monito. ,,

,, Dicere quod hæc revelatio, qua-
,, tenus Joanni XXII. per ſomnium
,, obtigit (B. enim Simoni quicquid
,, ſit aſſumptum in ratione dubitandi,
,, revelatio facta eſt in vigilia, tametſi
,, noctu) ſit ſomnium vanum, non
,, modò temeritatem, ſed etiam e-
,, motionem cerebri redoleret. Eâ-
,, dem enim licentia criminandi, pa-
,, terent ludibrio innumeræ revelatio-
,, tiones per ſomnium exhibitæ, juxta
Cap.2. ,, illud apud Joëlem. *Et ſenes veſtri*
,, *ſomnia ſomniabunt*, in novo teſta-
Act.2. ,, mento implendum, ut S. Petrus
,, eſt interpretatus. Nec dubitarim
,, errori proximum pronuntiare aſſer-
,, tionem ejus qui diceret, ab Eccle-
,, ſia Catholica poſt Apoſtolos, com-
,, prehenſo Ævo noſtro, exulare o-
,, mnes divinas revelationes per ſom-
,, num. Quid verò fieret de revelati-
,, one objecta Liberio Papæ quoad
,, Joannem Patricium? & alia obje-
,, cta Innocentio III. quoad SS. Do-
,, minicum, & Franciſcum, & alia
,, facta S. Hugoni Gratianapolitano,
,, quoad Carthuſianos? Et eâ quâ B.
Joannes Matta per quietem admo- ,,
nitus eſt, redemptioni captivorum ,,
intendere, & Ordinem in id incu- ,,
biturum fundare? Quid ſpicas ap- ,,
pendo, cum extent hujuſmodi reve- ,,
lationum integræ meſſes apud Del- ,, *Lib. 4. mag.cap.1. q.2.ſ.2.*
rium, ac Leyerium. Omnes ergò ,,
hujuſmodi revelationes per quie- ,, *Lib.4. de ſpectr.c.11*
tem factæ, æque proſcribendæ eſ- ,,
ſent, ut inſomnia, ſi revelatio de ,,
fructu Scapularis, nutaret, quia ,,
per ſomnum obtigit. Ceſſent er- ,,
gò ſannæ, & ludibria ſuſpicionum, ,,
circa veritatem Viſionis, ſive B. ,,
Simoni, ſive Joanni Pontifici ob- ,,
jecta. ,,

,, In objecto ejus, hoc eſt ſigno
gratiæ & prædeſtinationis, eſt præ- ,,
cipuus nodus hujus negotii, qui ta- ,,
men haud difficilè expediendus vi- ,,
detur, dicendo Scapulare Maria- ,,
num, eſſe ex Deiparæ inſtituto ſi- ,,
gnum ſalutis, & notam prædeſti- ,,
nationis, quatenus geſtatio Scapu- ,,
laris ejuſmodi, teſſera eſt ſingularis ,,
protectionis B. Virginis, affuturæ ,,
Sodalibus, & conciliaturæ media ,,
gratiæ ſingularia, quibus & ſecurius ,,
ſerventur mandata, & tutius ad o- ,,
ptatum finem beatitudinis pertin- ,,
gatur. Non plus dicitur, cum aſ- ,,
ſeritur geſtationem Scapularis eſſe ,,
ſignum ſalutis, & pignus vel notam ,,
prædeſtinationis. Quid verò ſolidæ ,,
difficultatis circa hoc proferri poſ- ,,
ſit, pluſquam adverſus alia ſigna ſa- ,,
lutis, & prædeſtinationis equidem ,,
non video. ,,

,, Octonarius beatitudinum ab *Lib.12. in*
Andrea Vega aſſumitur pro octu- ,, *Conc.c.11.*

,, plici

„ plici nota prædeſtinationis, & æternæ ſalutis à Chriſto propoſita. Itàque pauper ſpiritu, ac mitis, & perſecutionem patiens propter juſtitiam, pronuntiantur in fine futuri compotes gratiæ, & immunes ab æterno incendio; ſupponendo ſemper quod communia omnibus mandata ſervaverint. Et cum talia hoc ſenſu dicuntur eſſe ſigna ſalutis, & prædeſtinationis, nemo ſuccenſet. Quàm multa vero alia dicuntur juxta Scripturas habere vim juſtificandi, & ſalvandi, quæ tamen ſubintelliguntur vim illam ſuam exertura, ſi cætera adſint ex natura rei, vel ex divino inſtituto neceſſaria? Sic Rom. 3. dicitur: *Arbitramur hominem juſtificari per fidem.* Rom. 8. *Spe ſalvi facti ſumus.* Tob. 12. *Eleëmoſina à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata.* Jacobi 1. *Inſitum verbum poteſt ſalvare animas veſtras.* Hæc & alia id genus, paſſim in Scripturis leguntur, neque tamen (ut benè notat Bellarminus) ullus eſt qui indè colligat, ſolam fidem, aut ſpem, aut eleemoſynam, vel ſolùm verbum, juſtificare aut ſalvare, aut à morte æterna eripere, abſque aliis ad eumdem finem requiſitis. Sed Scriptura ſic loquens, vult tantum ſignificare, prædicta habere vim ſuam ad illum finem: Et eum (quod ad ſe attinet) advehere, ſi cætera non deſint. „

Lib. 1. de pœnit. c. 7. ad 5.

„ Ut quid ergò aliter ſtatuitur de geſtatione Scapularis, cùm dicitur illud eſſe ſignum ſalutis, & prædeſtinationis. Tantum enim ſignificatur, eam geſtationem piè factam, habere vim ſuam, ut quis ſalutem adipiſcatur, & fiat in eo executio prædeſtinationis; ut fert Deiparæ promiſſio, binis revelationibus patefacta. „

„ At nihil ſingularis privilegii habebunt Sodales Mariani, ſi promiſſio tantum ferat, eos potituros ſalute, ſi ſervent mandata, & piè vitam exigant. Æque enim Chriſtiani omnes, etiamſi Scapulare non geſtaverint, ſi ſervent mandata, & vitam piè exigant, ſalvabuntur: & tanquam verè prædeſtinati, deducentur ad montem Sanctum vitæ æternæ. Quæ ergò utilitas Scapularis ad eum finem? Magna planè per omnem modum. Eſt enim Scapularis geſtatio, teſſera, & pignus uberis gratiæ auxiliatricis, à Deipara Sodalibus ſuis exoratæ, cujus interventu ſervabunt mandata, & vitam ſancto fine concludent. Et hæc eſt vis illa ſpecialis, quàm agnoſci volumus in geſtatione Scapularis, juxta Deiparæ ſponſionem, „

„ Fateor me verſantem in hoc loco, qui præ cæteris hujus negotii, ſalebroſus, & impeditus cenſetur; non poſſe ſatis mirari, fuiſſe & eſſe, qui cenſere viderentur. Hunc nodum eſſe inexpedibilem; cùm tamen ejus extricatio, ingeniis non anteoccupatis, videatur facillima: nec plus propoſitis argumentationibus (verius argumentationibus) quatiatur; quàm alia quædam Sanctorum hominum enunciata, de „

„ qui-

Lib. de excellent. Virg. c. 4. in fine.

,, quibus nemo litem movet, nemo
,, ſcandalum patitur. V. G. Sanctus
,, Anſelmus, negat periturum, qui
,, in B. Virginem fuerit benè anima-
,, tus. Et ſimilia habent alii quos
,, adducit Franciſcus Mendoca, qui-
,, bus plures addidi in Dypticis Ma-
,, rianis. Hæc, intellecta cum eo
,, condimento quod adhibui circa
,, geſtationem Scapularis, à nemine
,, reſpuuntur, quia tantum ſignifica-
,, tur vis alicujus medii ad obtinen-
,, da ſubſidia, quibus quis à fine ſuo
,, non aberret. At nihil aliud dici-
,, tur de geſtatione Scapularis. Eam
,, item S. Onuphrio factam ſponſio-
,, nem, quàm Pachomius in ejus A-
,, ctis his verbis conſignatam reliquit,
,, à nemine damnatam videmus.
,, (Hæc eſt poſtulatio mea, quam im-
,, petravi à Domino. Si quis obla-
,, tionem ob amorem nominis mei,
,, ante conſpectum D. N. Jeſu Chri-
,, ſti, & ad laudem ejus immolat: ab
,, omni tentatione Diaboli: & à vin-
,, culo pravitatis humanæ, liber exi-
,, ſtet; atque cum Sanctis Angelis, in
,, regno cœlorum æternæ hæredita-
,, tis capax fiet.) Nimirum per ſubſi-
,, dia quæ ei exorabo, quibus ſi obi-
,, cem non apponat, pollicitationis
,, meæ effectum percipiet. Mutentur
,, pauculæ voces in promiſſione Dei-
,, paræ pro geſtantibus Scapulare, &
,, loco *Oblationis ob amorem B. Onu-*
,, *phrii*; dicatur, *geſtatio pia Scapu-*
,, *laris, ad honorem Deiparæ*; non e-
,, rit gutta ſimilior. Undè ſicut illa
,, B. Onuphrii promiſſio, innoxia
,, habetur, & à nemine allatratur,

In Virid. lib. 2. flo. ſacr. cap. 9 part. 2. punc. 10. n. 37.

Cap. 13.

ſed piè exponitur: ita par eſt de pro- ,,
miſſione Deiparæ quam excutimus, ,,
pronuntiare. ,,

,, Attexo Corollarium ac ſuper-
pondium ex libello cui titulus do- ,,
ctrina S. Bernardi; qui libellus et- ,,
iamſi non videtur ipſius S. Bernar- ,,
di, ex ejus tamen dictis ſtudiosè an- ,,
notatis coagmentatus eſt, atque ,,
adeo ſuâ authoritate non vacat. In ,,
eo ergò libello ſic præſcribens in- ,,
ducitur S. Bernardus. (Cogita Mo- ,,
nachum illum, Girardum nomine, ,,
qui cum de Dei Miſericordia ultrà ,,
modum deſpararet infirmus ad ,,
mortem, jacuit per triduum ocu- ,,
lis clauſis in mentis exceſſu: & viſi- ,,
,, tatus ab Abbate, oculis apertis ,,
ait: bona eſt obedientia. Ad tri- ,,
bunal Chriſti fui, animas Sancto- ,,
rum vidi, ipſúmque facie ad faciem ,,
audivi dicentem mihi; ecce locus ,,
tuus, inter fratres tuos. Nullus tui ,,
Ordinis peribit, ſi ordinem ama- ,,
verit, aut in morte purgabitur, aut ,,
brevi poſt mortem. Salvi autem ,,
qui de Ordine tuo ſunt, aut in ,,
Ordine Apoſtolorum aut Marty- ,,
rum, aut Confeſſorum, ſortem ,,
accipient. Et hæc dicens, Com- ,,
munione acceptâ deceſſit.) Quæ ,,
Gloſſa, Verbis Chriſti ad hunc ,,
Monachum in vitæ margine poſitũ, ,,
atque adeò veracem, accommoda- ,,
bitur, erit in rem præſentem op- ,,
portuna. ,,

Sodali-

Digitized by Google

Sodalibus Partheno-Carmeliticis congratulatio, & parænesis ex eodem Theophilo Mariophilo.

„ Venio ad Sodales Aſcititios, gratulans ipſis ſortem bonam. Et admonens, ut eam pondere Sanctuarii libratam, æſtiment pro rei dignitate, ac utilitate recogitent nobilitatem, cùm uberi fructu certantem; utrámque prorſus inſignem, & leviculo pretio annumerato comparandam. Quæ verò poteſt eſſe dignior, ac nobilior Sodalitas, quàm quæ ad Deiparam refert inſtitutionem ſuam: & Chriſti nutu, per ſummum ejus Vicarium (quoad nos) comprobato coaluit? Aliæ paſſim Sodalitates, tametſi eò ipſo quod pietatem ſpectant, afflatu Spiritus Sancti ſunt conſtitutæ, aliquatenus Spiritum Sanctum habent autorem: tamen non niſi remotè, gaudent cœleſtis inſtitutionis prærogativâ. Hîc omnia proximè & immediatè per cœli, & terræ Reginam, Filio cooperante, & in omnes Matris voluntates concurrente, auſpiciis divini ſpiritus ſunt conſtituta. Cedo nobilius Sodalitium, quo conſortium ejuſdē cum Chriſto Matris obtingat.

„ Nec utilitas nobilitati concedit. Hoc Sacrum ſchema, & verè cœleſtis habitus, longè aliud commodum præſtat animæ, quàm corpori veſtis materialis, atque corporea. Hæc enim tametſi meditatè prohibeat, frigus tamen non depellit, ut fert popularis perſuaſio, benè rejecta à Theodoro verbis illis. (Non ut quidam arbitrantur, tunicæ, indumenta, & veſtes calorem præbent corpori: lapides enim, & ligna calefacerent, quibus ea admota eſſent. Sed nemo umquam vidit, lignum vel lapidem, veſtibus evaſiſſe calidiorem. Ergò nec corpori ea præbent, ſed ſervant calorem corporis. Et frigidi quidem aëris arcent incurſionem. Suſcipientes autem vapores qui exeunt ex corpore & iis calefiunt, & calorem exhibent corpori. Hujus autem rei, teſtis eſt experientia. Sæpè enim frigidum lectum ingredientes, corporis applicatione ſtragulum quod prius erat frigidum, calidum efficimus. Cibus ergò magis corpus calefacit quam veſtis.) Optimè iſta Theodorus, de veſte corporea, operiente exteriorem hominem. At habitus Marianus hoc plus habet, quòd corpus operiendo, calorem immittit; quo animа ipſa incaleſcit, ac fervet. Conciliat enim ſpiritus planè vitales. Cœleſtes, inquam afflatus à Sanctiſſima Dei Genitrice exoratos; quorum interventu calor vivificus animam vegetat, & ad omne opus ſanctum fervidam facit. Accedunt uberes jam ex hac vita pœnarum pro peccatis pendendarum, laxationes: & optio deligendi ſemel, & iterum Confeſſarii, inſtructi poteſtate pleniſſimâ, ad quoſvis ferè culparum nexus exſolvendos. „ *Orat. de charit.*

„ Sed nihil hæc omnia, ad fructum protectionis ſingularis; quam ſpopondit, quæ apud Deum omnia „

„ poteſt; datâ fide curandi lectiſſima
„ ſalutis æternæ ſubſidia, quibusvi-
„ ta (ſi mens læva non ſit) felici exi-
„ tu concludatur. Quò certè, nul-
„ lum poteſt eſſe humanorum voto-
„ rum expetibilius; cùm omnia ho-
„ minis ſtudia ad id unum collimare
„ debeant, ut detur ad finem illum
„ pertingere; quòd iſtis per Dei Ma-
„ tris favorem aſſequi licet, & ſecurè,
& levi opera. „

„ Quid enim verò exigit Deipara,
„ in tot favorum, & bonorum vicem?
„ Expreſſit ipſa mentem ſuam Joan.
„ XXII. poſcens, ut qui charum ſu-
„ um Sodalitium iniverint, Scapula-
„ re Ordinis Carmelitani deferant,
„ quò hujus ſe cœtus membra profi-
„ teantur: caſtitatem, pro gradu ſuo,
„ colant; qui necdum illigati ſunt
„ conjugio, illibatam, & puram:
„ qui fœdera conjugii iniverunt, ſer-
„ vent eam, intra thorum ſanctum,
„ & connubium immaculatum: qui-
„ bus ea vincula per comparis mor-
„ tem diſrupta fuerint, illimes ma-
„ neant (ut eum ſtatum decet)
„ quamdiu novum jugum non ſubi-
„ verint. Hæc, omnes, ab ipſo
„ ſuſceptæ ſacræ veſtis principio te-
„ nenda, inviolabiliter promittere,
„ & exequi debent. Jam ſeorſim,
„ omnes litteris informati, (Divini
„ Officii penſum vel ex Beati Alberti
„ præſcripto; vel ſuetum in Eccleſia
„ quodvis aliud, vel (ex Pauli V. in-
„ terpretamento,) Parvum, quòd
„ vocant Virginis Mariæ Officium,
„ perſolvere tenentur. Qui rudes
„ ſunt litterarum, indicta per Eccle-
ſiam jejunia, ſecluſis juſtis cauſis „
excuſantibus, explere jubentur, ad- „
dita apocreaſi feria quarta, & ſab- „
batho, niſi in eos dies incidat Chri- „
ſti Natale. „

„ En totum, pro tot bonis quan-
ta attigimus, Sodalitii Sacri jugum. „
Imò, ſi alioqui illis ſuſtinendis ſint „
impares, commutationem in alia „
pietatis opera à Confeſſariis licet ex- „
torquere. Næ Deipara erga clien- „ *Cyprian. à S. Maria Tqeſau. cap 23. pag. 276.*
tes ſuos, prodiga potius, quàm „
munifica, & non vulgarem in mo- „
dum liberalis, videri voluit; tanta „
in eos commoda, ad eò vili profun- „
dens, verius quam erogans. Ac ne „
molliculum propoſita exterreant, „
Scriptores non ignobiles negant, „
abſtinentiam à juſculo ex carnibus „
eo nomine comprehendi. Item ne „
verbulum unum quod ex Clemen- „
tis VIII. Diplomate adhibui, de „
promittenda caſtitatis obſervatione „
intra ſuum cujúſque gradum, me- „
ticuloſum quemque permoveat, „
quaſi Sodales ad caſtitatis obſervan- „
tiam voto illigentur, non intem- „
perantes modò, ſed etiam ſacrilegi „
futuri, ſi ſe contaminant, delin- „
quentes ea in parte, quòd magno „
oneri à timidis ducitur, molliri po- „
teſt ea durities: ſi tamen (durities, „
& non decus ſupernaturale Religi- „
onis, honeſtati temperantiæ ſuper- „
additum;) Si recolatur, plerúm- „
que, *promiſſionis* nomen in hujuſ- „
modi negotiis, non niſi firmum „
propoſitum, à voto longè diver- „
ſum, ſonare, ſicut pœnitentes ſæ- „
pè, inter confitendum fervore ſpi- r,
„ ritus

„ ritus correpti, tundentibus animum „ adhibitis quà minis de cœlo, quà „ verbis fortibus Confeſſarii, promit- „ tunt ſe deinceps abſtituros flagitio. „ Non quod voveant vitæ integrita- „ tem, & ſceleris illius puritatem; „ ſed quod conteſtentur, quàm cu- „ piant frugi evadere, nec quod vo- „ mitu ejecerint, reſorbere. Expli- „ catè id tradiderunt graves recenti- „ ores quoad promiſſionem illam „ quam Sodalibus præſcripſit Cle- „ mens VIII. Et annuunt qui diſertè „ exprimunt, nullam Scapularis Ma- „ riani obſervantiam, obligare ad „ peccatum, nec eſſe cur ejus viola- „ tio in Confeſſione exprimatur; „ quòd nemo diceret de voti infracti- „ one; quæ cùm ſacrilegio ſordeat, „ ſpecialiter aperienda eſt in iſto foro.

Irena. à S. Iacob. ſect. 2. c. 7. §. 5. Cyprian. à S. Mar. in Theſau.

„ Sodalis ergò, ſi nitorem debi- „ tæ caſtimoniæ inquiret (quòd Deus „ avertat) aſtringitur quidem obliga- „ tione explicandi noxam intempe- „ rantiæ, ſicut cæteri fideles ſimiliter „ peccantes. Sacrilegium tamen o- „ petire non tenetur, quia nullum ad- „ miſit; nullo ad id voto, ſed tan- „ tum nudo propoſito aſtrictus. Ita- „ que ſolvitur prætenſa durities, & ju- „ gum Sodalibus Marianis, man- „ dante Deipara impoſitum, ſuave eſſe, ac onus leve. „ Sequitur infrà.

„ Neceſſitas igitur magna injici- „ tur hiſcè Sodalibus, non modò a- „ deò leve jugum non detrectandi, „ & refugiendi tanquam oneroſum, „ ac durum, ſed etiam gratulandi ſibi „ illius ſuſceptionem, & præſtandi „ ſe quod dicuntur, hoc eſt, *Deiparæ ſpeciales filios, ac fratres*, nè, vacu- „ um nomen præferant, quæ eſt di- „ gna lachrymis exerratis, omnibus „ in Dei Eccleſia Ordinibus, ſtatibus „ item omnibus, ſive Laicis, ſive Sa- „ cris pernicioſa, & exitialis. „

QUÆSITUM DECIMUM-Sextum.

Utrum Sacrum Marianum Scapulare præſtet ſecuritatem peccatoribus impœnitentibus, ut ſub prætextu facilis & commodæ pietatis externæ differant pœnitentiam?

Docuit vir ſapientiſſimus ac religioſiſſimus Raynaudus, Sodales Marianos, geſtantes Scapulare Carmeliticum, à Virgine delatum noſtro B. Simoni, æternam felicitatem per Dei Matris favorem aſſequi poſſe, *& ſecurè, & levi operâ.* At grande hic offendit ſcandalum Monitor ille inſalutaris, allatrátque ac arrodit ex antro ſuo Privilegium à Deipara ſuis Sodalibus elargitum, hoc doloſo Monito, quòd ipſi Deiparæ confidenter affinxit. *Non eſt privilegium ullum peccatori impœnitenti conceſſum, ut æternum non patiatur incendium, quantumvis me colere præſumpſerit:* niſi enim pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis, *ſive Cultores mei, ſive non. Non eſt enim auditum à ſæculo, ut qui ſeriam pœnitentiam neglexerit, per me liberatus fuerit. Nec quidquam juvabunt eum formulæ & precatiunculæ, quas recitaverit, aut ſigna & inſtru-*

§. 2.

Luc. 13.

menta pietatis quæ geſtaverit, nec Confraternitates aut Sodalitates, quibus nomen dederit. Cavete à laqueo diaboli, qui ſub pretextu facilis & commodæ pietatis externæ, ſecuritatem peccantibus ſuadet, ut differant pœnitentiam, & mortificationem carnis negligant; præſumentes de divina Miſericordia, & mea interceſſione illis non defuturâ.

Hoc eſt iſtud ſpecioſum, imò prorſus pernicioſum Monitum, planéque noxia ſimplicium decipula, quâ Deiparæ Sodales, à ſalubertimo ipſius cultu avocantur, adeóque ſpeciali ſalutis ſigno, juxta Virginis ſponſionem, ac electo per eam pœnitentiæ medio, miseri peccatores deſpoliantur. Verùm evaneſcet palliata falſitas, dum veritatis ſplenduerit claritas. Initio igitur ſuppono, & evidens eſt, hic non poſſe eſſe ſermonem, de peccatoribus finaliter impœnitentibus; uti enim his impoſſibilis eſt (ſecundum modernam Dei ordinationem) pœnitentia, ita & in vanum fierent eis ad pœnitendum Monita: loquendum proindè hîc de peccatoribus in via adhuc verſantibus, nondúmque pœnitentibus. Hoc poſito, membratim excutiamus Monitum. Dicitur in eo primò: *Non eſt privilegium ullum peccatori impœnitenti conceſſum, ut æternum non patiatur incendium, quantumvis me colere præſumpſerit. Sed hæc ſplendida eſt impoſtura.* Non enim conceſſit B. Virgo privilegiatum ſuum Scapulare Sodalibus, ut peccantes neque pœnitentes, *æternum non patiantur incendium*, ſed ut de impœnitentibus fiant pœnitentes, de peccatoribus juſti, de reis gehennæ, liberi ab æterno incendio: *Eſt enim Scapularis geſtatio*, (ut benè Raynaudus docuit) *teſſera, & pignus uberis gratiæ auxiliatricis, à Deipara Sodalibus ſuis exorata cujus interventu ſervabunt mandata, & vitam ſanctò fine concludent. Et hæc eſt vis illa ſpecialis, quàm agnoſci volumus, in geſtatione Scapularis, juxta Deiparæ ſponſionem.* Eſt quoque B. Virgo *peccatorum refugium, medicina*, ut eam ſalutat Eccleſia: *Pax, gaudium, conſolatio & ſalus mundi*, juxta S. Ephrem: *Porta cœlorum*, juxta S. Auguſtinum: *Mediatrix Dei & hominum*: Sancto item Ephrem; nec non *ſalus firma omnium Chriſtianorum ad eam recurrentium; Spes certa miſerorum, Mater orphanorum, levamen oppreſſorum, medicamen infirmorum, omnibus omnia*, juxta proſam de Conceptione. *Stella cujus ductu ad patriam transfretamus*, juxta Alterc. Synagog. & Eccleſ. Quæ omnia Epitheta evidenter indicant, B. Virginem peccatoribus impœnitentibus, eámque implorantibus, impetrare converſionis & pœnitentiæ gratiam, diligit enim Mater pulchræ dilectionis diligentes ſe, licet necdum perfecto & caſto eam proſequantur amore: hujus autem mutui affectûs inter peccatores & B. Virginem ſignum, pignus & teſſera eſt ſuum Sacrum Scapulare: quòd proindè ſingulare eſt privilegium, peccatori adhuc impœnitenti, ut pœnitens fiat, conceſſum, ut æternum non patiatur incendium; Undè meritò peccatores, licet adhuc impœnitentes, Sacrum

Orat. de laud. Virg.

ſerm. 6. de temp. loc. cit.

Apud Chåtov. l. 4. Elucid. Cap. 116.

Sacrum Virginis habitum induunt, abſque ulla præſumptionis nota, imò cum magna ſpe, fiducia ac indicio, quòd æternum non patientur incendium; ut ex Superioribus relinquo colligendum.

Luc. 12. Dicitur ſecundò in monito: *Niſi enim pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis, ſive cultores mei ſive non. Non eſt enim auditum à ſæculo, ut qui ſeriam pœnitentiam neglexerit, per me liberatus fuerit.* Hæc eſt continuata fallax Privilegii Mariani conceſſi ſuis Sodalibus interpretatio: Non enim dicimus per Virginem quemquam ſalvari ſine pœnitentia, ſaltem interna in fine vitæ concepta, at peccatores interventu Matris Miſericordiæ ad pœnitentiam ſeriam, ſaltem in vitæ termino concipiendam, & exercendam perduci; imò etiamſi, dum viverent, ſeriam pœnitentiam neglexerint, ſæpè tamen auditum eſt, per Virginem ab æterno incendio liberatos fuiſſe. Duo in hanc rem exempla illuſtria adducit laudatus Raynaudus: Primum eſt iſtud. Miles è Croatia, ductore Friſero quodam, cùm duodecim ſociis prædabundus obibat Lotharingiam. Comprehenſus in oppidulo ad Muſſipontem, cui nomen *Tiocourt*, confoſſis militari manu ſociis, tametſi quà gladio impacto, quà breviſſimi ſclopi miſſu, centies ſaucius, etiam capite validè diffiſſo, & cranio in duas partes diſrupto, conteſtatus ſemper eſt, fruſtra niti, qui lethum ejus urgebant, & nullâ vi eripiendam ſibi fore vitam donec expiatâ ritu Catholico per exomologeſim conſcientiâ, nitens ad Deum migraret. Hortantibus qui aderant, ut ſibi per contritionem proſpiceret, Ego (inclamabat) Filius Dei paræ Virginis ſum: Sacro ejus habitu jam pridem amictus. Nec ante extrudetur è meo corpore anima, quàm ſim de peccatis confeſſus. Felici ſorte, nec abſque Numinis ſpeciali Providentia, & Virginis Matris in Clientem miſerum ſuum benevolentia, Sacerdos Metas petens, in hominem incidit, à quo auditus, & ritè abſolutus, illicò efflavit animam, ultimo Januarii 1640.

Lib. de Scap. Marian. cap 6 part. 2

Alterum exemplum ſanè luculentum in eandem rem adducitur à Petro Suanigtono B. Simonis Stochii ſocio. Refert enim nobilem ad extrema deductum, attactu Sacri Scapularis à furore ac œſtro Dœmoniaco quo fœdè agitabatur, eſſe liberatum. Sicque facto mentis fluſtro, ſedatè „ ſuſcepiſſe Sacramenta, & optimè diſpoſitum obiiſſe, cùm priuſquam ſacro Scapulari contingeretur, nullam Confeſſionis, nullam Euchariſtiæ mentionem admitteret. Quis hîc non videat, ſignum prædeſtinationis in Scapularis admotione luculentum? Hic ſi Sacrum Scapulare non contigiſſet, inexpiatus peribat. In Eliæ verò melote, moraliter ſecurus tranavit amnem hujus mortalitatis, & ad littus æternæ quietis feliciter emerſit, certus ſalutis ſuæ humano modo, ac veriſimillimè, adeò nullus perit, invocato nomine Mariæ. Hactenus Raynaudus! qui hæc, aliáque per ſacrum Scapulare patrata miracula enarraturus, præmittit. *Delectu habito,* *Ibid. c. 7*

bito, ego quædam pauca proferam indubiæ fidei, quantum feret humana diſquiſitio; & prudens in fide narrantibus præſtanda maturitas. Undè hic deſinat obſtrepere ille Monitor (verius Momus) *Ne itáque facilè recipiatis omnes & quaſvis hiſtoriunculas, quæ de meis apparitionibus, aut revelationibus, aut beneficiis & privilegiis promiſcuè circumferuntur.* Evidenter quoque ex his eluceſcit falſitas quæ ſequitur in Monito prius relato: *Nec quidquam juvabunt* (peccatorem nondum pœnitentem) *formulæ & precatiunculæ, quas recitaverit, aut ſigna & inſtrumenta pietatis quæ geſtaverit, nec Confraternitates aut Sodalitates quibus nomen dederit.* Tantum enim geſtatio Sacri Mariani Scapularis juvit militem illum Croatam, ac nobilem deſperabundum, ut ſi Confraternitati Mariano-Carmeliticæ non dediſſent nomen, perjiſſent. Tantum quoque juvit peccatricem illam Mariam Ægyptiacam precatiuncula, quàm recitaverat ad Deiparæ imaginem in porticu templi Hieroſolymitani, ut per eam à Matre Miſericordiæ meruerit mirabilem ſuam converſionem, de
Act. 4. qua teſtatur VII. generalis Synodus. Apage ergò hujuſmodi fraudulenta monita.

Dicitur tertiò: *Cavete à laqueo diaboli, qui ſub prætextu facilis & commodæ putatis externæ, ſecuritatem peccantibus ſuadet, ut differant pœnitentiam, & mortificationem carnis negligant, præſumentes de divina Miſericordia, & mea interceſſione illis non defutura.* Plurimas, paucis lineis hic Monitor complexus eſt temerarias ſuſpiciones, fallacias, ſimpliciúmque deceptiones: quibus ante omnia velut antidotum, hoc oppono monitum ſalutare. *Cavete à laqueo diaboli, qui ſub prætextu difficilis & rigidæ pœnitentiæ externæ, deſperationem peccantibus ſuadet, ut planè negligant pœnitentiam ut impoſſibilem, & mortificationem carnis negligant, omníque libidini habenas laxent, deſperantes de divina Miſericordia, & mea illis non defutura interceſſione: ſolum Deum cogitantes ſeverum judicem, nec me conſiderantes ut Virginem clementem, aut miſericordiæ Matrem: planè exitialis eſt iſte diaboli laqueus, miſeros peccatores in deſperationis detrudens abyſſum, adeóque longiſſimè declinandus. Non talia vos terreant monita, peccatores, proprium enim eſt filio meo miſereri ſemper & parcere, dives eſt in miſericordia, quæ eſt ſuper omnia opera ejus, nec deſpicit cor contritum & humiliatum, licet non ſervetis praxim rigidorum Patrum Confeſſariorum: Potius ſcindite corda veſtra, quàm corpora veſtra, magis ſatagite de interna pietate & pœnitentia, quàm de externa paradoxa noxiáque ſatisfactione in Eccleſia inuſitata, aut etiam præſcripta. Nolite audire indignè de mea ſentientes apud Filium meum potentia, magnáque ergà peccatores clementia: benè autem conſideretis; quæ de mea ergà mortales benignitate, dum adhuc viveret concionatus eſt unus è meis Carmelitis ſervus fideliſſimus Sanctus Petrus Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus & Legatus Apoſtolicus, quem diligentem me multum, dilexi plurimum.*

Digitized by Google

rimum. Iſti ſæpiùs ſingulariter apparui, & in virum magnum coram Deo & hominibus enutrivi: nec defuit amori reciproco; meámque expertus benevolentiam, frequenter inculcavit auditoribus præpotenti virtute verborum, ut in omni tribulatione & anguſtia ſemper fiducialiter me invocarent in Adjutricem, Conſolatricem, & Mediatricem: cùm Mediatrix aptior apud Deum eſſe nequeat, quàm quæ Deum genui, peperi, lactavi, alui, & in virilem ætatem uſque perduxi. Et, ſi aliæ mulieres hoc proprium habeant, ut virorum ſuorum rigorem precibus frequenter emolliant, hoc propriiſſimum mulieri eſt, mihi, inquam, quàm propterea filius meus toties mulieris nomine appellavit, quæ ſola potentiſſima Divinæ Majeſtatis rigorem adverſus peccatores, ultionem provocantes, Sanctis orationibus meis emollire poſſum. Hæc de me prædilectus meus alumnus in ſublimis amicitiæ meæ gradu ſummo ſpecialis, ſecretus, & familiaris amicus, devotiſſimúſque Capellanus, eum imitemini, & ſitis in laudibus meis cum ipſo liberales, non avari cum degeneribus meis Cultoribus, vos enim in me debetis mecum magnificare Fiium meum: nec vos à mea laude deterreant peccata veſtra, at potiùs ideò me ardentius colite & invocate: nam peccatores non abhorreo, ſine quibus numquam forem tanta digna Filio; qui mea inhabitans viſcera, mihi viſcera dedit miſericordiæ; Pater miſericordiarum ille, Mater Miſericordiæ ego per illum. Redite ergò prævaricatores ad meum Filium per me, ut redeatis ad cor, præbete hoc mihi, & ego præbebo Filio. Sentite de Domino veſtro, & Domina veſtra in bonitate, non in ſola ſeveritate: Judex veſter eſt etiam frater veſter, & ego Mater Judicis etiam ſum Mater veſtra: ille Patri pro vobis exhibet vulnera, ego utrique ubera, nón eſt timenda repulſa, ubi tanti Filii tantæque Matris tanta interpellant charitatis miſericordiæque illicia. Nolite proindè detrectare jugum meum, aut Filii mei, utriúſque enim jugum ſuave eſt, & onus leve, propter ſuavitatem, & benedictiones dulcedinis, quas vobis à Filio meo impetrabo & aſſiduè effundam, dum meo patrocinio excuſſeritis jugum tyrannicum diaboli. Venite ergò ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis ſarcina peccatorum, & ego ut benigna Mater recipiam & reficiam vos. Hæc ſunt monita Matris veſtræ, hinc diſcite Filii miſeri benè confidere & ſperare vos à miſeriis veſtris liberandos, ac in Filii mei gratiam denuò admittendos. Hæc Monita ſunt ſalutaria, multiſque peccatoribus cauſa fuerunt æternæ ſalutis, Theophilo, Mariæ Ægyptiacæ, S. Andreæ Corſino ſervo meo Carmelitæ, Beato Franco etiam Carmelitæ, aliiſque innumeris, ea ergo ſcribe in corde tuo, & ne comtemnas legem Matris tuæ, ne perſeveres in contemptu legis Filii mei, fratris tui: Et ne credas Pſeudo-monitis, quæ de meis beneficiis circumferuntur.

Reſpondeo ergò abſolutè: nos Sodalibus noſtris cum diabolo non ſtruere præſumptionis laqueos, cùm ipſis ex Deiparæ ſponſione, à Chriſti Vicariis ratificata ac confirmata, ac ab univerſa Eccleſia ut pia ac admodum ſalutari recepta, promittimus æternam ſalutem, ſervatis conditionibus à Virgine requiſitis, at verò per

hoc

hoc diaboli laqueos diſſolvimus, præſumptionem prohibemus, & per media ordinata ab ipſa Chriſti Matre peccatores in ſpem erigimus, & ad æternam perducimus ſalutem. Non ſuademus pœnitentiæ dilationem, ſed accelerationem: ipſo Sacri Mariani habitus ſuſceptionis die, Confeſſionem & Sacram Communionem indicimus, quam ad minus menſtruatim exhortamur iterandam: carnis quoque, ex Virginis præſcripto, inculcamus mortificationem, per abſtinentias, per jejunia, per orationes, aliáque externæ pietatis exercitia, quæ non ſunt adeò facilia & carni commoda, ut videntur quibuſdam novi rigoris præoccupatis præconibus. Non leve ſanè eſt peccatoribus, graviſſima ac pudenda ſua peccata Confeſſariis aperire cum ingenti verecundia ac rubore, libidinem domare, ſtatarum precum penſum perſolvere, ſpirituales hortationes audire, Officiis divinis intereſſe, eleemoſynas elargiri, aliáque carni moleſta obire Chriſtianorum munia: atqui hæc, & ejuſmodi externæ pietatis opera ſuademus, imponimus Sodalibus Marianis, nulla proindè hîc ad præſumendum de divina Miſericordia, & Virginis non defutura interceſſione, anſa, meritò enim qui hæc ritè obierint, Mariæ interceſſione interveniente, divinam ſibi confidunt non defuturam Miſericordiam, qui verò ſecus dogmatizant, latam ad deſperationis abyſſum pandunt viam. Sed quomodo igitur diximus leve eſſe quidquid Deipara à ſuis poſtulat Sodalibus, in omnium ſuorum favorum & bonorum vicem? ratione copioſæ auxiliatricis gratiæ, & benedictionum dulcedinis, & interioris ſolatii, quæ dona, munificentiſſima Virgo à Filio ſuis exorat clientibus, intuitu Scapularis, quam poſuit ſignum ſalutis, teſſeram & pignus ſuæ benevolentiæ; quibus auxiliis roborati divina ſervabunt mandata, & vitam beato fine concludent. Levia etiam ſunt onera Sodalibus impoſita, mutuis adjutis meritis & orationibus, ac unanimi pro æternæ ſalutis bravio certamine, in quo invicem exemplis movent & excitant: ac deníque propter infinitam felicitatem, à Virgine fideli Sodalibus ſuis promiſſam. Exhortor igitur univerſos fideles verbis Sancti Ambroſii. *Accedite ad eum* (ad eam) *& illuminamini: ſuſcipite jugum Chriſti* (& Chriſtiparæ) *nolite timere quia jugum eſt; feſtinate, quia leve eſt; non conterit colla, ſed honeſtat. Quid dubitatis? Quid procraſtinatis? non alligat cervicem vinculis, ſed mentem gratiâ copulat, non neceſſitate conſtringit,* cùm nullam in conſcientia obligationem imponat.

CA-

CAPUT XLV.

Cumplectitur quinque priora capita Tractatus de vita Mariæ-formi & Mariana in Maria propter Mariam: *qui eſt ordine tertius Libri quarti Inſtitutionum Myſticarum noſtri R. Adm. Patris Michaëlis à S. Auguſtino Provincialis Provinciæ Belgicæ.*

PRæclarè, ac ſolidè in Tractatu illo docetur ac exponitur pietas & devotio erga amabilem Dominam ac Matrem noſtram Mariam: & quia doctrina rara eſt à nemine authorum Aſceticorum hactenus tam luculenter tradita; multúmque conducit ad confirmandum ea quæ hucuſque tradidimus de cultu Mariano, ideò in gratiam Cultorum B. V. Mariæ judicavi expediens, eam latius hîc inſerere, ut hæc verè ſalutaria Monita elidant quoque ſpuria illa de cultu Virginis, quæ jam radicitùs diſcuſſimus & diſpulimus.

CAPUT I.

Sicut Deiformiter & divinè vivere poſſumus, ita etiam Mariæ-formiter & Marianè; ſive conformiter ad beneplacitum & in Spiritu Mariæ.

„ ANtequam finem imponam iis, „ quæ de vita Deiformi & di- „ vina in Deo, ſpiritui noſtro divina Clementia ſuggerere dignata eſt, „ operæ-pretium duxi aliqua addere, „ & inſtruere, quomodo nos ge- „ rere

„ rere oporteat in ordine ad Matrem
„ amabilem ; nam filialis ergà eam
„ amor urget nos : itáque ſicut alibi
„ diximus, oportet nos vivere *Dei-*
„ *formiter*, id eſt, conformiter Dei
„ beneplacito, vel ſecundùm exigen-
„ tiam divinæ voluntatis; ſimili mo-
„ do decet nos vivere *Mariæ formiter*,
„ ſeu conformiter beneplacito Geni-
„ tricis Dei Mariæ : quare qui faci-
„ unt profeſſionem, quòd ſunt filii
„ chariſſimi, utuntur eodem diſcre-
„ tionis oculo, quo diſcernant, an
„ id, quòd faciunt, vel omittunt,
„ ſit juxta Beneplacitum Dei, & Ma-
„ tris amabilis, conando in omnibus
„ agendis & omittendis habere ocu-
„ lum apertum ad Deum, ejúſque
„ Sanctiſſimam Matrem, ut prom-
„ ptè, & hilariter exequantur, quid-
„ quid noverint ipſis placere, & ſolli-
„ citè vitent, quidquid ſciverint
ipſis diſplicere. „

„ Deindè ad ducendam vitam ſu-
„ pernaturalem, ſeu divinam, con-
„ currere debet gratia ſupernaturalis,
„ ſeu ſpiritus divinus, qui animam
„ præveniat, excitet, coadjuvet,
„ comitetur, & ſubſequatur, cui a-
„ nima Deum amans fideliter coope-
„ rando ducit vitam ſupernaturalem
„ & divinam ; cum autem ex mente
„ Sanctorum Patrum, Deus decre-
„ verit nullam hominibus dare gra-
„ tiam, quæ per Mariæ manus non
„ tranſiret ; propter quam cauſam,
„ eam vocant collum Eccleſiæ, per
„ quod ex Chriſto, qui eſt caput Ec-
„ cleſiæ, omnes gratiæ, omnéſque
„ cœleſtes benedictiones in reliqua
membra derivari neceſſe eſt ; ita ut „
omnes Dei gratiæ etiam ſint bene- „
ficia & gratiæ hujus ſuperamabilis „
Matris ; benè ſequitur, quòd „
non ſolum gratia ſeu Spi- „
ritus Dei in ſimilibus anima- „
bus faciat opera, & cauſet vitam „
divinam, ſed etiam gratia & Spiri- „
tus Mariæ operatur & cauſat vitam „
Marianam. „

Sanctus Ambroſius optabat, ut „
Spiritus Mariæ taliter in nobis vive- „
ret, dum dicebat: *ſit in omnibus* „
anima Mariæ, ut magnificet Domi- „
num; *ſit in omnibus Mariæ ſpiritus*, „
ut exultet in Deo ſalutari ſuo. Et „
ego ulterius dico, ſit in nobis om- „
nibus Spiritus Mariæ, ut illo ſpiritu „
vivamus; ut ejus ſpiritus in nobis „
manens, ipſe in nobis faciat ope- „
ra noſtra, & nos ſic per ſpiritum „
ejus vivere poſſimus: ideò ipſa lo- „
quitur per os Matris Eccleſiæ: *Spi-* „ Eccle. 24. 27.
ritus meus ſuper mel dulcis: &, *qui* „
operantur in me, id eſt, cùm gra- „
tia per me acquiſita, *non peccabunt*, „ Eccle. 24. 30.
*qui me invenerit, inveniet vitam, & * „
hauriet ſalutem à Domino. Alibi ait, „
in me gratia omnis viæ, id eſt, pro „
omni ſtatu animarum Deum aman- „
tium vel quærentium, *in me omnis* „ Ibid. 25.
ſpes vitæ & virtutis: ſic, ut nemo „
cujuſcúmque ſtatus vel conditionis „
fuerit, aliquam gratiam conſequa- „
tur, nec poſſit habere aliquam ſpem „
vitæ divinæ, vel Chriſtianæ virtu- „
tis, niſi mediante Mariâ, niſi ex „
diſpenſatione, & diſtributione Ma- „
tris amabilis: atque hoc ſenſu, a- „
nima devota paulatim aſſueſcit du- „

„ cere

„ cere vitam divinam, & unà Marianam, utpote provenientem ſimul „ à Spiritu Dei, & Spiritu Mariæ, „ ſeu à divina gratia ſibi impetrata & „ conceſſa per manus Mariæ: quo ſenſu, & quo modo, dum anima „ Deum quærens, eò venit, ut conſtanter degat vitam Chriſtianam & „ divinam, ei licet dicere: *Vivo ego*, Galat. 2. 20. „ *jam non ego; vivit vero in me Chriſtus*, & Maria: vel *Spiritus* Jeſu & „ Mariæ *in me manens*, *ipſe facit opera*: eſt *unus atque idem Spiritus* „ Jeſu & Mariæ, qui operatur omnia in anima. Hoc ſenſu etiam dicere „ licet, quòd Maria habeat regnum „ ſuum in anima, ac thronum ſuum „ juxta thronum Jeſu Filii ſui; & quod „ cum proportione, quâ regnum Jeſu augetur, & magis floreſcit in anima, etiam in ipſa augeatur, & „ floreſcat regnum Mariæ: tunc in „ anima verificatur, *aſtitit Regina à* „ *dextris tuis*; ſi quidem regnum Jeſu, & regnum Matris ejus indiviſibiliter tunc floret in anima, Jeſus & „ Maria unanimiter in ipſa regnant. „

CAPUT II.

Sicuti in Deo, ſic & in Maria vivere poſſumus, ſive operando, ſive patiendo, ſive moriendo, id quod in anima fit vel per conſuetudinem acquiſitam, vel per amorem Dei.

„ VLterius, quemadmodum antea oſtendimus, quomodo vita „ Deiformis & divina ſit exercenda „ in Deo; ſic etiam exerceri poteſt „ in Maria, hoc modo: ut vivamus „ in Deo, in omnibus agendis, omittendis & ſuſtinendis, oportet ſua „ opera facere, vel quidquid in corpore, vel anima, intus vel extra, „ ab hominibus vel malignis ſpiritibus patiendum occurrit, ſuſtinere cum „ reverentiali & amatorio animo, „ cùm ſuavi & amicabili ſpiritus converſione, introverſione, acclinatione, vel aſpiratione ad Deum, „ cùm tranquilla divinæ eſſentiæ „ quaſi reſpiratione, prout Salvator „ ſinebat omnia ſua opera à Patre in „ ſe manente agi, & ipſe illa, unà „ cùm Patre, operabatur cum ſua- „

,, vi, amoroſa, reverentiali ſpiritus ,, converſione ad Patrem ſuum cœleſtem. ,,

,, Simili modo etiam poſſumus vi- ,, vere in noſtra Matre ſuperama- ,, bili Maria, ſatagendo in agendo ,, & patiendo, in omnibus faciendis ,, & omittendis; in pœnalitatibus, ,, doloribus, afflictionibus & preſſu- ,, ris, in nobis conſervare & fovere ,, etiam filialem & teneram, ac inno- ,, centem animi converſionem, amo- ,, roſam aſpirationem ſeu reſpiratio- ,, nem ad Mariam velut ad Matrem ,, ſuperamabiliſſimã & dilectiſſimam ,, in Deo; ſic nimirum, ut amor er- ,, ga eam, & ab eâ ad Deum habeat ,, ſuavem ſuum fluxum & refluxum.

,, Hoc videtur divinus ſpiritus ali- ,, quando in anima operari per ſuper- ,, ſperſionem, & ſuperfluentiam aut ,, exundationem divini timoris ad ,, Mariam, & ab ipſa rurſus ad Deum: ,, prout factũ eſſe patet in *Sancta Ma- ,, ria Magdalena de Pazzi*, quæ in ſua ,, exuberantia divinæ charitatis, ſæ- ,, piùs ad Virginem Deiparam, ve- ,, lut ad Matrem ſuperſuaviſſimam ,, ſolebat habere ſuos amoroſos re- ,, curſus, filiales decurſus, amatoria ,, colloquia, teneritudine & innocen- ,, tiâ plena, etiam in ſuis extaſibus, ,, quas indubiè in illa operabatur di- ,, vinus Spiritus: quibus exemplis ,, etiam ſcatent vitæ variorum San- ,, ctorum, Bernardi, Petri Thomæ, ,, Joſephi, aliàs Hermanni, & ſimi- ,, lium.

,, In tali diſpoſitione, quam in a- ,, nima operatur quaſi ſpõte ſpiritus amoris, vel facilitat habitus acquiſitus ,, ex frequentatis actibus amoroſæ ad ,, Matrem amabilem converſionis, a- ,, nima retinet jugem, & ſuavem ipſius ,, reminiſcentiam, & conformem in- ,, clinationem ad illam, eo ferè modo ,, quo experitur amoroſam vel reve- ,, rentialem memoriam Dei, in om- ,, nibus ſuis operibus: ita ut, ſicuti ,, per fidele exercitium fidei, & ſtabi- ,, lis dilectionis, acquiſivit habitum, ,, ſeu conſuetudinem Dei præſentiam ,, ſemper & ubique in mente haben- ,, di, & ſincero amoris affectu in De- ,, um fluendi, cùm tali facilitate, ut ,, videatur illi impoſſibilis oblivio ,, Dei; ſimili modo amans Mariæ Fi- ,, lius per conſtans exercitium eam ve- ,, lut Matrem amabilem in memoria ,, habendi, acquirit habitum ſeu con- ,, ſuetudinem iſtius filialis & amoro- ,, ſæ memoriæ: ita ut omnes ejus co- ,, gitationes, & affectiones ſimul ad ,, ipſam, & ad Deum terminentur, ,, nec anima Matris amabilis, nec Dei ,, oblviſci poſſe videatur. Talem ,, conſuetudinem acquiſiverat *Sanctus* ,, *Petrus Thomas* Patriarcha Conſtan- ,, tinopolitanus Ordinis Carmelita- ,, rum, qua fiebat, ut in omnibus ſuis ,, operibus, & ſublimium officiorum, ,, ac Legationum Apoſtolicarum fun- ,, ctionibus, ad Mariam velut ad Ma- ,, trem amantiſſimam filiali affectu ,, maneret inclinatus, omniáque ſua ,, opera ejus amore condiret, ac ad e- ,, jus honorem actu dirigeret; & ipſa ,, viciſſim materno affectu & ſollici- ,, tudine eum ubique proſequeretur, ,, conſolaretur, & confortaret. ,,

Digitized by Google

CAPUT III.

Quomodò amor divinus ſeſe in anima extendat ad Matrem amabilem, & animam in Deo, & ſimul in Maria faciat vivere; quomodò etiam anima extrà operationem iſtam ſeſe gerat ergà Matrem Dei.

,, QUandò tenellus ille, filialis, vel
,, etiam innocens animi affectus
,, ergà Matrem amabilem, in anima
,, devota exercetur à Spiritu Dei, ſeu
,, divini amoris, tunc omnia ſponte
,, fluunt, & etiam natura pro illo
,, tempore videtur immutari, ita ut
,, aſſumere videatur innocentiam, te-
,, neritudinem, parvitatem, aliáſque
,, conditiones, & inclinationes, unius
,, parvuli ad Matrem ſuperamabiliſſi-
,, mam & chariſſimam, & ut talis a-
,, git cum illa valdè innocenter.

Rom. 5. ,, Cùm autem *charitas Dei diffuſa ſit*
,, *in corde* ejus *per Spiritum Sanctum*,
,, *qui datus eſt illi*, quique animam tunc
,, dirigit, agit, animat, ac in hoc luſu
,, amatorio eſt principalis agens, inno-
,, cens illa cum Matre amabili tra-
,, ctatio nihil eſt aliud, quàm exube-
,, rantia & effluxus divini amoris, quo
,, anima tunc etiam agitur, & tenerri-
,, mè fertur ad Matrem amabilem, ita
tamen, ut eodem tempore anima ,,
cum eadem amoris teneritudine in ,,
Mariam, illicò quaſi illam ſecum ,,
trahat, ſicque in Deum refluat, abſ- ,,
que ullo medio, impedimento, vel ,,
mixtione ſpiritus, atque hoc mo- ,,
dò amor Dei & Mariæ videtur eſſe ,,
unus & idem, unà fluens & refluens, ,,
donec anima ſimul cum Matre a- ,,
mabili amorosè quieſcat in Deo; vel, ,,
potius eſt *unus atque idem ſpiritus*, ,, 1. Cor. 12.
qui iſtum amoris affectum ad Deum ,,
& ad Mariam operatur, prout vult, ,,
& quando vult, ſaucians animam, ,,
& efficiens ut tenerrimam ſponſam ,,
inter brachia Dilecti ſui, & aliquan- ,,
do ut innocentem parvulum ad ,,
Matrem hanc dulciſſimam. ,,

,, Porrò extra actualem illum tra-
ctum, & operationem Spiritus San- ,,
cti, ſeu divini amoris, manet amo- ,,
roſus Mariæ Filius in ſuavi ejus me- ,,
moria, & amabiliter ad eam inclina- ,,

Digitized by Google

„ tus, non tamen cum tanta innocen-
„ tia, vel teneritudine, ſed cum affectu
„ rationaliori, maturiori, & viriliori;
„ imò, licet vellet, non poſſet tunc ſe
„ ita innocenter & temerè gerere, vel
„ operari, & talis agendi modus quaſi
„ fictè ab ea procederet; ubi alias o-
„ mnia quaſi naturaliter, ab intrinſe-
„ co, & ſponte fluunt, ſine ulla perce-
„ ptibili fictione aut ſimulatione; ni-
„ mirum à Spiritu Dei in anima ma-
„ nente, qui operatur diverſimodè pro
„ ſua bona voluntate, & quando vult,
„ & quomodo vult: diceretur eſſe duæ
„ diverſæ perſonæ in anima, quæ per
„ vices agunt ſuas partes, non fictitiè
vel affectatè, ſed naturaliter, quaſi „
nunc unum, nunc aliud eſſet à natu- „
ra inſitum: ita ut anima ſubindè ſe- „
ipſam miretur, quòd, modici tem- „
poris ſpatio, nunc unam, nunc ali- „
am diſpoſitionem, & inclina- „
tionem, ita diverſam, & in- „
vicem contrariam in ſe deprehen- „
dat, quaſi non eſſet ipſa una & ea- „
dem perſona: quocircà nè luſus hic „
corrumpatur, conatur ſemper atten- „
dere ad internas ſuas, quaſi ſponte „
fluentes inclinationes, ut illas ſim- „
pliciter ſequatur, ſine ulla umquam „
violentatione ſpiritus. „

CAPUT IV.

Sicuti oportet vivere, operari, pati, mori propter Deum; ita etiam propter Matrem amabilem: quo modo?

„ EX omnibus ante dictis colligere
„ licet, quomodò anima Deum a-
„ mans, etiam poſſit vivere in Maria:
„ quæſtio eſt, an etiam deceat, & liceat
„ vivere propter Mariam, ſicut opor-
„ tet vivere propter Deum, & re-
„ ſpondeò, quòd ſic; in hunc modum,
„ quòd anima Deum amans, præter-
„ quam quod vivat propter Deum,
„ id eſt, omnes ſuas operationes vita-
les omnium ſenſuum & potentia- „
rum activarum, ſimiliter omnes paſ- „
ſiones, ſeu pœnalitates virium paſ- „
ſivarum, exerceat & dirigat ad ho- „
norem, juxta bene placitum, & ad a- „
morem Dei; tali etiam modo cone- „
tur vivere, id eſt, omnes ſuas vires „
activas & paſſivas occupare & con- „
ſumere propter Mariam, ſive ad ob- „
ſequium, ad honorem, & propter „
„ amo-

Digitized by Google

„ amorem Mariæ, ut etiam ipſa in o-
„ mnibus honoretur, glorificetur, &
„ ametur, ejúſque regnum promoveatur, perficiatur, & extendatur in
„ regno Jeſu Filii ejus: ita ut, ſicuti
„ vivimus, operamur, patimur, morimur propter Jeſum; ſic etiam vivamus, operemur, patiamur, moriamur propter Mariam; & ſicut Jeſus
„ debet habere ſuum regnum in nobis, ita etiam Maria regnet in nobis,
„ habendo ad ſuum placitum & obſequium, omnes noſtras actiones &
„ paſſiones, quatenus ſic ipſa, nobis
„ cooperantibus, etiam ponatur in
„ plena poſſeſſione regni ſui, cujus
„ gaudet titulo, tamquam Regina cœli & terræ, tamquam Regina juſtorum & Sanctorum omnium, qualis
„ non eſſet, ſi ei non competeret aliquod in nos dominium & imperium, nec nos teneremur vitam noſtram componere & dirigere ſecundùm ejus beneplacitum, ad ejus obſequium, & honorem. „

„ Tali modò Sanctus *Petrus Thomas* Carmelitici Ordinis decus eam inſtituebat & venerabatur Reginam animæ ſuæ, dum omnia ſua
„ opera, omnémque vitam ſuam continuò ad illius honorem & amorem
„ conſecrabat, & in ſignum perfecti
„ ejus in ſe regni, Sanctiſſimum ipſius
„ nomen cordi gerebat inſculptum.
„ Similiter Sanctus *Gerardus* Carmelita, in ſignum quod eam agnoſceret in Reginam ſuam, quotidie recitabat officium glorioſæ ejus in Cœlũ Aſſumptionis, quò ſic haberet jugem memoriam illius inaugurationis in Reginam Cœli & terræ; in quam agnitionem etiam adduxit Sanctum *Stephanum* Regem Hungariæ, qui proindè totum ſuum Regnum ſe ut illius Reginæ conſecrabat, & ordinabat, ne ullus ſubditorum eam aliter nominaret, quàm *Dominam ſuam ſeu Reginam*: undè nos etiam decet diſcere, quòd totam, noſtram vitam ad ejus honorem componere debeamus. „

„ Deindè, cùm ipſa ſit Mater omnium Electorum, rationi conſentaneum eſt, quòd ei exhibeamus affectum filialem, & tenerum amorem in omnibus agendis & omittendis, in operando & patiendo, in vivendo & moriendo; ita ut ipſa ſit ſecundum objectum omnis noſtræ reſpirationis, intentionis, & refugii, propter quod vivimus, nobis perſuaſum habentes, quòd ſive vivimus, huic Reginæ Matri vivimus, ſive morimur, huic Dominæ Matri morimur, quia ſive vivimus, ſive morimur, hujus Dominæ Matris filii ſumus: quamobrem ipſam ad nos clamantem audire videor, etſi multas nutrices, ſeu novercas habeatis, ſed non multas Matres, *in Chriſto enim Jeſu ego vos genui*. „ 1. Cor. 4. 15

CA-

CAPUT V.

Vita & mors propter Mariam ulterius dirigi debent ad Deum propter Deum, abſque propria quæſitione; idem eſt in cultu aliorum Sanctorum.

,, VErumtamen hîc advertendum
,, eſt, quod vivere & mori pro-
,, pter Mariam (idem eſt de cultu, a-
,, more, & veneratione aliorũ Sancto-
,, rum) oporteat ulterius dirigere &
,, ordinare propter Deum: ſicuti enim
,, Maria tota eſt ad beneplacitum
,, Dei, & in æternùm vivet propter
,, Deum, ad ejus placitum, amorem
,, & gloriam; ita omnis vita & mors
,, propter Mariam debent ulterius ſer-
,, vire & dirigi propter Deum, ita ut
,, non vivamus vel moriamur pro-
,, pter Mariam tamquam propter fi-
,, nem noſtrum ultimum, vel cum re-
,, flexione adhæſiva ad noſtrum pro-
,, prium commodum, vel ad aliquid
,, aliud extra Deum; ſed duntaxat, ut
,, per vitam & mortem in Maria, &
,, propter Mariam, perfectius vivamus
,, & moriamur in Deo propter Deum
,, ad ejus beneplacitum & amorem;
,, atque ut perfectum regnum Mariæ
,, in nobis, ſimul conſiſtat cum perfe-
,, cto regno Jeſu in anima noſtra; ne-
,, que enim regnum Mariæ contrari-
atur regno Jeſu, ſed ad illud totali- ,,
ter ordinatur. ,,

Quocirca anima Deum amans, ,,
quæ profitetur ſe genuinum Matris ,,
amabilis Filium, advigilat in omni- ,,
bus ſuis operibus, ut charitatem ,,
Dei, quæ *diffuſa eſt in corde ejus per* ,,
Spiritum Sanctum, qui datus eſt illi, ,,
etiam ſinat fluere, & extendi ad Ma- ,,
riam, ſuaviter & amatoriè ad eam ,,
confugiendo, amoroſè ſuum ſpiri- ,,
tum ad illam convertendo, cùm a- ,,
micabili & filiali ejus ubique me- ,,
moria, & reverentiali ad eam ani- ,,
mo; ita tamen, ut hic fluxus, hæc ,,
extenſio charitatis Dei ad Matrem ,,
amabilem, rurſus revertatur, & re- ,,
fluat, & ultimatè terminetur ad ,,
Deum, nec aliâ ratione permitta- ,,
tur, vel exerceatur, niſi propter ,,
Deum. ,,

Hoc perfectè fit, dum anima, ,,
in hoc, à divino ſpiritu, ab intus ,,
quaſi ſponte agitur & dirigitur; ,,
tunc enim experitur, quòd hæc ,,
vita propter Mariam non ſit im- ,,
,, pedimen-

Digitized by Google

„ pedimento vitæ propter Deum, ſed „ potius adjumento, & ad illam calcar addat: vel potius eſt confluentia charitatis Dei per Mariam, & „ cum Maria in Deum, cùm finali liquefactione amoris, & conquieſcentia cum Matre amabili in Deo, vel „ in amore, ſimul ad Matrem amabilem & ad Deum, finaliter tamen „ conquieſcendo in Deo, tamquam „ in fine ultimato.

Piiſſimè pariter ac doctiſſimè demonſtravit Ordinis noſtri, vitæque myſticæ Antiſtes, nos, nedum particulas quaſdam & ramenta vitæ noſtræ, ſed & vitam, omnes ejus affectiones activas & paſſivas, omne deníque quod ſumus & poſſumus, „ poſſe, ac debere dicare, poſt Deum, amabili noſtræ Matri, Dominæ ac Reginæ Mariæ Deiparæ: neque hoc fore affectum noſtrum dividere, Deo honorem ac amorem ſubtrahere, at contra, indè honorem Dei ac amorem adjuvari, incrementum ſumere, ac promoveri, ut feliciſſimo ſucceſſu ac fine amor noſter tandem per Mariam, cùm perfectiſſimo amore Mariæ in Deum confluat, ac in eò ut ultimo fine conquieſcat. Hinc autem à fundamentis ruinam agunt Monita illa prætensè ſalutaria B. V. Mariæ ad cultores ſuos indiſcretos, huic unico innixa fulcro, quòd per noſtrum ergà amabilem Matrem, Dominam, affectum, honorem, ac amorem, derogemus honori ac amori Chriſti, affectum noſtrum ſecantes, partem Filio, partem Matri diſtribuentes. Quapropter unicè monitum cupio architectum temerariorum iſtorum Monitorum, ut, non ſolum quinque hæc capita, verùm & integrum Tractatum citatum: *De vita Mariæ-formi*, conetur attentè perlegere ac percipere, futurum enim tum erit, ut propediem editurus ſit Monita nomine & re ſalutaria ad Cultores B. V. Mariæ.

CAPUT XLVI.

Sancti Patris Ephrem Syri ſermo præclarus de Sanctiſſimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ laudibus ſcriptus ante 1313. *annos: Annotationibus illuſtratus.*

„ INviolata, integra, planéque pura ac caſta Virgo Dei Genitrix Maria, Regina omnium, ſpes „ ſperantium, Domina noſtra glo- „ rioſiſſi-

„ rioſiſſima, eadémque optima, ac
„ præcellentiſſima: ſublimior Cœliti-
„ bus, candidior ſolis radiis atque ful-
„ goribus: honoratior Cherubim, &
„ multis oculis claris ſpiritibus perſpi-
„ cacior. Sanctior Seraphim, & in-
„ comparabiliter reliquis omnibus ſu-
„ pernis exercitibus glorioſior. Uni-
„ ca ſpes Patrum, gloria Propheta-
„ rum, præconium Apoſtolorum, ho-
„ nor Martyrum, lætitia Sanctorum,
„ & lumen probatiſſimorum Abra-
„ ham, Iſaac, & Jacob: decus Aaron,
„ ſplendor Moyſis, & Gedeonis vel-
„ lus: cœtus Hierarcharum, omni-
„ úmque Sanctorum, ac Virginum
„ corona, ob immenſum fulgorem
„ atque ſplendorem inacceſſa. Thuri-
„ bulum aureũ, lucerna clariſſima, ur-
„ na pulcherrima cœli manna geſtans.
„ Tabula ſcriptam legem mortalibus
„ adferens: Arca vera, charta di-
„ viniſſima, Princeps omnium pru-
„ dentiſſima ac ſagaciſſima, & lucifera
„ Virgo: conſolatrix Sanctiſſima,
„ & dux univerſorum, Sacratiſſima,
„ puella. O rube ardens incombu-
„ ſte, & prædium patens, viridánſ-
„ que Aaronis Virga. Virga enim
„ verè extitiſti, & flos Filius tuus.
„ E radice quippe David, ac Salomo-
„ nis germinavit Chriſtus creator no-
„ ſter, Deus & Dominus Omnipo-
„ tens, ac ſolus altiſſimus. Tu
„ Deum genuiſti & hominem,
„ Virgo ante partum, Vir-
„ go in partu, & Virgo poſt par-
„ tum. Claves illas Portæ O-
„ rientalis ſemper clauſæ non excuſſit
„ Deus creator tuus, in virginali
tuo utero ſine ſemine carnem in- „
dutus, téque, ô clariſſima, ta- „
lem præſervans, qualis ante par- „
tum fueras. Per te reconciliati „
ſumus Chriſto Deo noſtro, Fi- „
lio tuo dulciſſimo. Tu pecca- „
torum, & auxilio deſtitutorum u- „
nica Advocata es, atque adjutrix. „
Tu portus naufragantium tutiſſi- „
mus. Tu mundi ſolatium. Tu „
orphanorum ſuſceptio. Tu ca- „
ptivorum redemptio atque libera- „
tio. Tu ægrotantium exultatio, „
mœſtorúmque conſolatio, & om- „
nium ſalus. Tu Monachorum ac „
ſolitariorum ſtabilimentum, & „
ſpes ſæcularium. Tu Virginum „
gloria, corona, ac gaudium. Tu „
mundi lætitia, ô Domina Princeps, „
atque Regina præſtantiſſima, & „
perquam benedicta, puella hono- „
ratiſſima, & Dominarum Domi- „
na puriſſima atque caſtiſſima. Sub „
tuum præſidium confugimus, ô „
Sancta Dei Genitrix: ſub alis „
pietatis atque miſericordiæ tuæ, „
protege & cuſtodi nos. Miſerere „
noſtri, qui ſordibus peccato- „
rum conſpurcati ſumus: qui ſce- „
leribus atque delictis quampluri- „
mis Creatorem Deum noſtrum, „
& Judicem univerſorum offendi- „
mus: nè adverſus nos inſole- „
ſcat, ac glorietur Satanas per- „
nicioſiſſimus; nè in nos inſurgat „
deteſtandus inimicus noſter: „
nè ſervos tuos à tui ſpe *excidere* „
videamus; *nevè calumnietur* nos „
os loquentium iniqua. Non no- „
bis eſt alia, quàm in te fiducia, „
„ ô Vir-

„ ô Virgo ſinceriſſima. Ex ulnis „ ſiquidem maternis tibi, Domi- „ na noſtra, dediti ſumus miſe- „ ri, tuíque clientes appellati: nè „ igitur à maligno Satana, ad in- „ ferni portas abduci nos ſinas. „ Tu enim noſter es portus, ô „ Virgo intemerata, & præſes „ pia auxiliatrix. Sub tua deníque „ tutela, & protectione toti ſu- „ mus: quare ad te unicam con- „ fugimus, crebríſque te lachry- „ mis, ô celeberrima Mater, im- „ ploramus, tibíque procidimus „ ſuppliciter clamantes ac deprecan- „ tes, ne dulcis Filius tuus Salvator „ noſter, & vitæ omnium dator, „ ob plurima quæ commiſimus ſce- „ lera, è medio tollat nos, miſe- „ rabileſque animas noſtras, inſtar „ leonis diripiat, aut ſicut fi- „ cum (rogo, atque obſecro) „ ſterilem, nos excîdat. Cæte- „ rùm obſecramus, ut ad Chri- „ ſtum ſecuri pervenire poſſimus, „ auleſque illas beatorum ſubire, „ ubi non ſunt lachrymæ, neque „ luctus, non vexatio, non mo- „ leſtia, non calamitas, non „ mors, non cruciatus, non lo- „ corum anguſtiæ: ſed lætitia in- „ exhauſta, voluptas juſtorum ma- „ xima, deliciæ infinitæ, exul- „ tatio & jubilatio, gloria & ſplen- „ dor. Reple deinceps os meum „ gratia dulcedinis tuæ, ô Do- „ mina: & illumina mihi men- „ tem, ô gratiâ plena. Move „ linguam meam, & labia, ad laudes tibi alacriter, lætóque „ animo decantandas, & præſertim „ dulce illud melos Angelicum lon- „ gè celebratiſſimum, quòd Ange- „ lus Gabriel in Nazareth, ſervili ha- „ bitu, ad te Virginem, Matrém- „ que Dei mei integerrimam, cla- „ mans cecinit: ſalutationem, in- „ quam, maximè congruentem at- „ que decentem, & digniſſimam „ mundi ſalutem, cunctarúmque a- „ nimarum medelam, atque tute- „ lam. Dignare me ſervum tuum „ humilem laudare te, Virgo Sa- „ crata, ac ſuaviter dicere: Ave „ præclarum, & electum vas Dei. „ Ave Domina Maria, gratiâ „ plena. Ave inter mulieres, Vir- „ go Beatiſſima. Ave radix San- „ ctiſſima, ex qua Chriſtus proceſ- „ ſit. Ave lux ſplendidiſſima, Ma- „ ter & Virgo. Ave, quæ admi- „ rabiliter Regem omnium pe- „ periſti. Ave, per quam cla- „ riſſimus Sol juſtitiæ nobis illuxit. „ Ave Regina, ac Domina cun- „ ctis ſublimior. Ave, canticum „ Cherubim, ac Seraphim, & „ hymnodia Angelorum. Ave pax, „ gaudium, conſolatio, & ſa- „ lus mundi. Ave, humani gene- „ ris lætitia. Ave, Patrum præ- „ conium, & decus Prophetarum. „ Ave pulchritudo Martyrum, & „ Sanctorum corona. Ave, pio- „ rum gloria, & laus in ſolitu- „ dine degentium. Ave præclariſ- „ ſimum cœleſtis Hierarchiæ orna- „ mentum. Ave pulchra hymni- „

Digitized by Google

„ graphorum omnium oratio. Ave, „ præſtantiſſimum univerſi orbis terræ miraculum. Ave, terrigenarum omnium oblectamentum. „ Paradiſe deliciarum, totiúſque „ amœnitatis, & immortalitatis. „ Ave lignum vitæ, gaudium, & „ voluptas. Ave lilium convallium, „ & vallum fidelium, mundíque „ ſalus. Ave portus tranquilliſſime, & à fluctibus procellíſque „ agitatorum liberatrix deſideratiſſima. Ave periclitantium opitulatrix. Ave progenitoris illius „ Adæ reſurrectio. Ave jucunda „ libertas. Ave omnium parens. „ Ave fons gratiæ, & totius conſolationis. Ave peccatorum refugium, atque diverſorium. Ave „ laborantium propitiatorium. Ave „ profugium in Hieroſolymis. Ave „ throne Creatoris noſtri glorioſiſſime. Ave ævi ſplendor illuſtriſſime, ac fulgentiſſime. Ave „ ſpes omnium proborum, rebus „ adverſis afflictorum. Ave dulce converſorum refugium, atque „ præſidium. Ave virorum pariter atque mulierum Regina & „ Patrona. Ave Dei & hominum „ mediatrix optima. Ave totius „ orbis conciliatrix efficaciſſima. „ Ave Domina noſtra, fœdus pacémque fidelibus tuis impetrans, „ & ſceptrum cunctis imperans. „ Ave gloria, & lætitia omnium „ Sacerdotum. Ave Virgo, ſolitariorum ſolatium. Ave Regina ſupernorum civium, & Domina Angelorum. Ave porta „ cœlorum, & ſcala, aſcenſúſque „ omnium. Ave portarum cœleſtis Paradiſi reſeramentum. Ave „ noſtra conſolatrix: quæ mœrores ſedaſti, & oppreſſorum moleſtias leniiſti, cunctáſque oppreſſiones ſuſtuliſti. Ave clavis cœlorum, & regni Chriſti. Ave „ portus tutiſſime, in hac vita navigantium. Ave animæ noſtræ „ ſpes fida, & optima. Ave firma ſalus univerſorum Chriſtianorum, ad te ſincerè & verè recurrentium. Ave lumen lucidiſſimum, quo mundus illuſtratur. „ Ave Mater alma Chriſti Filii „ Dei vivi. Ave noſtra omnium „ protectio inſignis, & gloria. „ Ave, quæ nullo ſpatio comprehenſum, tuo ſinu ac ulnis comprehendiſti. Ave, quæ vitæ „ datorem educaſti: Chriſtum, „ inquam, miſericordiſſimum omnium Creatorem, dulciſſimum „ Dominum noſtrum Jeſum, educatorem atque altorem totius „ mundi, benigniſſimum humani generis amatorem, & Patrem cunctorum omnipotentem: „ Cui convenit omnis honor, gloria, & decus, & potentia in „ perpetuum; laus & jubilatio, „ atque magnificentia, unà cum „ æterno Patre, & Sancto „ Spiritu: nunc & ſemper, & „ in infinita ſæcula ſæculorum. Amen. „

„ Precibus & meritis Sanctiſſimæ Dei

„ Dei genitricis Mariæ ſemper Virginis, exercituumque omnium cœleſtium, & univerſi cœtûs Angelorum, Cherubim & Seraphim, Prophetarum & Apoſtolorum, Martyrum & Confeſſorum, Sanctorumque omnium interceſſionibus, ac Beatorum ſupplicationibus, miſerere tuæ creaturæ, mi Deus clementiſſime: Et à dextris tuis in hora tremendi judicii, humiles ſervos tuos colloca. Neque, ô Domine, vitæ auctor ac dator, ad opera noſtra mala, quæ legem tuam tranſgrediendo, commiſimus, aſpexeris: Sed potius ad immenſam clementiam, & pietatem, atque miſericordiam tuam benignè reſpicias, obſecro, noſtrîque miſerearis. Amen. „ Hæc magnus ille Ephræm, de quo hæc S. Gregorius Nyſſenus: *Ephram, cujus vita atque doctrina ſplendor univerſo terrarum illuxit orbi.* *In vita S. Ephrem.*

ANNOTATIO I.

Sanctus Ephrem meritò tot epithetis laudavit Mariam: & tot nominum redditur ratio.

Luc. 1. Si ſacrum conſulamus Evangelium, non niſi unicum ſingulare Virginis Deiparæ nomen reperiemus: *Et nomen Virginis MARIA*, inquit Lucas. Qua igitur de cauſa, nedum ſanctus Ephrem, ſed & Catholica Eccleſia, ac alii paſſim Patres, tot, ac tam variis ac magnificis nominibus Virginem appellant? Profectò ad declarandam eximiam, ſublimem ac præcellentem ejus dignitatem, quæ tanta eſt, ut unico nequeat exprimi vocabulo. Unde hac in re contingit, ſervatâ proportione, quod circa Deum, ut obſervat ſanctus Bernardinus, quem variis nominibus appellamus, eò quod unico, aut pluribus ſingulatim nominibus divinas perfectiones, etiam quoad nos, nequeamus adæquare, quem defectum, plurimis divinis nominibus coacervatas, conamur ſupplere: Hac, inquam, de cauſa, Virginem tot appellamus nominibus, quia unico infinitam quodammodo ejus dignitatem non poſſumus adæquare, Maternitate ſiquidem Dei infinitam quamdam ſortita eſt excellentiam, ut cum Doctore Angelico communiter aſſerunt Theologi. Modum hunc circa Deum ſacra quoque obſervat ſcriptura: quamvis enim cum omnes divinas perfectiones unà complexione vult ſignificare, utitur nomine, *Deus*, tamen dum particulariter de unà aliqua loquitur divina perfectione ac attributo, aliud particulare adhibet nomen, volens utcumque exprimere pluribus, quod uno ſingulari nomine nequit præſtare. *Tom. 3. ſerm. 1. de nom. B. V.*

Aliud hic poſſumus adhibere exemplum petitum ab ipſo filio Virginis,

 ginis,

Digitized by Google

Luc. 1. *Al ca.46* *Ezech.* *Carm. de cognom. Salvatoris.*

ginis, qui cum unicum proprium habeat nomen (*& vocatum eſt nomen eius JESUS*) plurima tamen habet appellativa, de quibus ſanctus Hieronymus, & Damianus, nec non alii. Quemadmodum igitur unum ſingulare Salvatoris nomen admittit innumera propè appellativa, à variis ejus perfectionibus, ac multiplicibus nobis collatis beneficiis petita, quibus aliqualiter noſtros de Chriſto adæquamus conceptus & notiones: ita quoque Matrem Jeſu diverſis & plurimis meritò appellamus nominibus, quibus cauſam præbent eximiæ illius dotes, gratiæ & prærogativæ, nec non plurima per eam nobis collata beneficia.

Orat. de Nat. B.V.

Præclarè ad intentum docet ſanctus Germanus, digniſſimam Dei Matrem plurimis in ſcripturis ſacris quoque exprimi nominibus, ſic loquitur: *Variis nominibus ipſam videas adumbratam, & paſſim in ſacris litteris clarè exhibitam, ut quoties loqui introducitur, ipſam nomines Juvenculam, Propheti ſſam, Thalamum nuptialem, Domum Dei, Templum Sanctum, Aureum Tabernaculum, Sacram menſam, Altare, Propitiatorium, Thuribulum aureum, Tabernaculum, Sancta Sanctorum. Cherubim gloriæ, Urnam auream, Tabulas Teſtamenti, Virgam ſacroſanctam, Regni ſceptrum, Diadema pulchritudinis, Cornu in quo unguenti pigmentum, alabaſtrum, lucernam, Vaporem, Lampadem exiguam, Elychnium Vehiculum, Arbuſtũ, Petram, Terram, Hortũ, Tegimen, Arvum, Fontem, Agnam, Guttam. Quæque S. Spiritus miniſtri, hanc ſecundùm myſticam in ſymbolis inſpectionem prævidendo nominant; Rubũ, Virgam, Radicem, Terram Sanctam, Terram deſiderabilem, Terram ſurgentem, Themam, Montem, Olivã, Arcam, Thronum, Portam, Matrem, Ferculum, Lectũ, Caput. Librum, Volumen, Forcipem, Virginem, Propheti ſſam, Reginam, proximam ſeu amicam, Sororem, Hortũ, Filiam, Sponſam, Nubem, Viſionem Electorum, Diem & Noctem, Cælum, Orientem, Occaſum, Solẽ, Civitatem, Laterem, Locum, Vellus, mulierem B. Mariam.* His, aliiſque ſymbolis, figuris ac nominibus laudatur & commendatur ſublimiſſima Deipara Virgo in ſacris litteris, ex mente ſancti Germani: imò omnia cujuſcumque præclaræ rei nomina in ſcripturis tradita Virgini meritò accommodari, comprobat imprimis Eccleſia, quæ tum in divinis officiis, tum in ſacris concionibus, figuris ac nominibus ex ſcripturis depromptis eam laudat ac celebrat. Deinde hoc evincunt Biblia Mariana Beati Alberti Magni, opuſculum ſancti Bonaventuræ inſcriptum, *Laus Beatæ Virginis Mariæ*, ejuſdem *Speculum Beatæ Virginis Mariæ*, *Pſalterium Beatæ Virginis Mariæ* minus, & majus: *Carmina in Salve Regina* & aliæ hujus, aliorumque Patrum, in Virginem copioſiſſimæ laudes ac panegyres, ſymbolis ac figuris ex ſacris litteris plerumque adornatæ. Præclarè in hanc rem diſſerit Divus Bernardus, magnus ille Mariæ cultor ac Encomiaſtes, cujus proindè digniſſima verba ſubnecto. *Cæli enar-*

Pſalm 18. *Super Salve Reg.*

enarrant gloriam Dei. Et quæ major in omni gloria Dei, quàm ineffabilis plenitudo cœli? Et nos cum ipſa, id eſt cum Angelis & Archangelis, cum Thronis & Dominationibus, cumque omni militia cœleſtis exercitûs hymnum gloriæ Sancta Sanctorum canimus. Illi gloriam, nos hymnum gloriæ; illi gloriam quam præſentes vident, in jubilo cordis invicem enarrant: nos hymnum tantummodo gloriæ, id eſt memoriam eructamus abundantiæ ſuavitatis tuæ. Et opera manuum ejus annuntiat firmamentum. Fiat, inquit, firmamentum, & dividat aquas ab aquis. Omnibus firmamentis firmius firmamentum tu Domina: quæ eum quem cœli cœlorum capere non poterant, cepiſti & concepiſti: portaſti & non defeciſti: genuiſti, aluiſti, paviſti, mammaſti & educaſti. Tu in medio aquarum diviſiſti aquas ab aquis, affectus videlicet æternorum ab affectibus temporalium. Tuam enim animam pertranſivit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Poſuit in hoc firmamento Deus Solem & Lunam, Chriſtum & Eccleſiam, & ſtellas, prærogativas gratiarum multas. Laudamus Dominum in Sanctis ejus. Firmitas, robur, & conſtantia, & fortitudo mentis ejus, quia mundi contempſit gloriam, carnis calcavit illecebras. Virtus eſt altiſſimi, de qua ſcriptum eſt: Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Non ſolùm autem cœlum & firmamentum Domina rerum intelligitur, ſed aliis nominibus convenienter appellatur, & rerum vocabulis deſignatur. Ipſa Tabernaculum Dei, ipſa templum, ipſa domus ipſa atrium, ipſa thalamus, ipſa Sponſa, ipſa Filia, ipſa Arca diluvii, Arca Teſtamenti Urna aurea ipſa manna. Virga Aarō, Vellus Gedeonis, Porta Ezechielis, Civitas Dei, ipſa Cœlum, ipſa Terra, ipſa Sol, ipſa Luna & Stella matutina, Aurora ipſa & Lucerna, Tuba & Mons, Fons quoque hortorum & Lilium convallium. Deſertū ipſa, & Terra promiſſionis lacte & melle manās, ſtella maris. Navis quoque, & Via in mari, Sagena, Vinea, Ager, Area, Horreū, Stabulum, Præſepe, ſubjugale, Apotheca, Aula, Turris, Caſtra, Acies, Populus, Regnum, Sacerdotium. Ovis eſt, Paſcua eſt, Paradiſus eſt, Palma eſt, Roſa eſt, Fluvius eſt, Potus eſt, Columba eſt, Columna eſt, Veſtis eſt, Margarita eſt, Candelabrum eſt, Menſa eſt, Corona eſt Sceptrum eſt, Panis eſt, Oleum eſt, Vinum eſt, Arbor eſt, Virga eſt, Cedrus eſt, Cypreſſus eſt, Platanus eſt, Cinnamomum eſt, Balſamū eſt, Thus eſt, Myrrha eſt, Oliva eſt, Nardus eſt, Crocus eſt, Fiſtula, Calamus, & Storax eſt, Soror & Mater eſt. Et ut breviter concludam, de hac, & ob hanc & propter hanc omnis ſcriptura facta eſt, propter hanc totus mundus factus eſt, & hac gratiâ Dei plena eſt, & per hanc homo redemptus eſt, verbum Dei caro factum eſt. Deus humilis, & homo ſublimis. Ad te ergo tantam ac talem, Domina rerum, Sancta Sanctorum, Regina cœlorum ſuſpiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle. Hæ ſunt dignæ Sanctorum Patrum de ſanctiſſima Dei Matre voces, hæc juſta epitheta & elogia: Unde evidenter conſtat, perquàm temerarium ac inſalutare eſſe monitum B. Virgini nuper à quodam ignoto prurientis gedii & ingenii homine adfectū:

Geneſ 1. — Luc. 1. — Ibid.

Rece-

Recedant ab ore veſtro omnes iſtiuſmodi laudes, cum gloſſis quibus futiliter excuſantur. Nolo ego iſta exceſſiva encomia, vel vanas adulationes, ſimplex ſit mea laus & ſobria, non ambigua, non exteſiiva, non hyperbolica. O avare! hoc eſt ſuper Senes, ſuper Sanctos antiquoſque Patres intelligere, ac proindè ridere, non monere: abi abi cum tuâ ſimplici & ſobria laude, nos aliter & ſanius ſumus moniti.

ANNOTATIO II.

Aliquot Epitheta, à Divo Ephrem Virgini adſcripta enodat.

VNICA ADVOCATA. DEI & hominum mediatrix. Salus mundi. Spes fida. Laborantium Propitiatorium. Noſtra fiducia. Conciliatrix orbis. Scala, aſcenſuſque omnium.

Plurimos eſſe titulos ex iis quos modò ex ſancto Ephrem deſcripſi, ante quoque retuli, ac in decurſu ſum allaturus, qui proprii videantur eſſe Deo aut Chriſto, apparet vel tantillum attendenti. Hujuſmodi tituli ſunt, quibus Beata Virgo appellatur *Advocata, Mediatrix ſalus mundi, fons gratiæ, noſtra fiducia*, de qua hæc ſanctus Ephrem: *Non nobis eſt alia, quam in te fiducia, ô Virgo ſinceriſſima! Vita, dulcedo, & ſpes noſtra: Cauſa ſalutis. Propitiatoriū Conciliatrix, Radix gloriæ.* Quibus conſimilibus titulis tum Eccleſia, tum Patres paſſim Mariam Virginem honorant. Verùm, dixi, hæc Deo aut Chriſto videntur propria. An non David pſallit: *gratiam & gloriam dabit Dominus.* Cæteri autem tituli videntur Chriſto adſcribendi, videlicet, *Advocati, mediatoris, Salvatoris, Propitiatoris, &c.* Nihil enim in Apoſtoli Epiſtolis decantatius, quàm Chriſtum eſſe *mediatorem Dei & hominum.* Chriſtus quoque frequentiſſimè noſtra unica aſſeritur *propitiatio.* Ipſum noſtram eſſe *ſpem & fiduciam* jam ante dudum à Propheta fuit prædictum, & poſtmodum ab Apoſtolo de Chriſto expoſitum, nimirum, *in eum gentes ſperabunt.* Videntur igitur cum injuria Chriſti nomina iſta à Patribus & Eccleſia transferri ad Virginem Matrem Chriſti.

Pſalm. 83.

Galat. 3.
1. Tim. 2.
Hebr. 8. 9. & 12.
Rom. 15.

Sanè inveniunt hic Neoantidicomarianitæ grandem offenſionis lapidem, firmamque anſam, Eccleſiam deſerendi: durus eſt ipſis hic ſermo, cum ipſi duri ſint, non ſermo. Calumniantur hanc apertam idololatriam, ac, abdicato Chriſto, Mariam novam Deam à nobis confingi, obmurmurant. Lutherus, Monachus ille perjurus, ac perfidus apoſtata, garrit hunc Monachorum eſſe Gnatoniſmum perditiſſimum, ad demerendas mulieres: O dignum hoc nebulone ſcelus. Melancton Mariam in locum Chriſti ſucceſſiſſe flebiliter deplorat. Calvinus virulentiſſimè, ac malignisſimè (quod huic proprium) nobis inſultat, quod hiſce titulis nedum Filio, ſed & Matri atrocem irrogemus injuriam; audi clamorem horri-

horridum : *atrocem injuriam Mariæ faciunt, quando & mentitis eam laudibus deforment, Deo eripiunt quod ſuum*
Lib. 1. 2. 3. 4. 5. de Deip. Tom. 1. Theſau. l. 3. art. 5. In defen. Iud. Cleri Colon. Paleſt. hon. D. Hallen. lib. de cultu SS. Tom. 3. Doctrinal. fid.
eſt. Hujuſmodi furfuris calumnioſas tetraſque crocitationes noſtrorum hæreticorum benè multas propalant ac profligant Caniſius, Coccius, & noſtri Illuſtriſſimus Billichius Suffraganeus Colonienſis, Anaſthaſius Cochletus, & Thomas Bauxamis, maximèque Waldenſis. Verùm quid opus iſtorum deſperatorum hæreticorum inveſtigare ſcripta? Haræ, ſtabula horum Satanæ ſatellitum nullis ſanè aliis crebrius reſonant calumnioſis ac blaſphemis vociferationibus, quàm quas impia eorum novandi libido in hanc impietatem ac idololatriam (ut mentiuntur) extorquet.

Nec defuit hinc adverſus Dei Matrem bello planè tragico, aliquis, neſcio quis, indiſcretus Monitor, qui zelo prorſus indiſcreto & nō ſecundū ſciētiam, & ſecundùm pietatem, exagitatus, univerſum Deiparæ cultum admolitus eſt adducere in diſcrimen, ſub ementito illo prætextu & pallio, quod per eum Chriſto ſuus detrahatur debitus honos & cultus: hinc illa, inter alia, B. Virgini Mariæ adfinxit inſalutaria Monita, quibus eò amplius nocet, quò fraudulentius ipſam Virginem Matrem monentem inducit:
§. 3. n. 1. *Non eſt pulchra dilectio, vel laus quæ Deo non tribuit omnia. Illi ſoli debetur*
1. Tim. 1. v. 17. *omnis laus, honor, & gloria. Ego non quæro gloriam meam*; ſed gloriam e-
Ioan. 8. v. 50. jus qui creavit, & redemit me. *Laus quæ mihi defertur ut mihi vana eſt: quæ verò mihi defertur ut Matri, & Ancilla Domini ſancta eſt. Ego enim ante pedes Agni mitto coronam meam, quamvis ſit pretioſiſſima inter omnes a-*
lias, ſciens quod à me nihil ſum. Ego e- Apoc. 4. v. 10.
nim CONSERVA VESTRA SUM. Et infrà. *Deus infinitus eſt,* Ibid. 22. v. 9.
& infinitè amandus, omnem tuum expoſtulans & abſorbens amorem. Noli me colere ac ſi non ſufficeret tibi Deus. abſit à te iſta cogitatio. Noli me colere §. 3. n. 2. n. 3.
ac ſi non daretur aditus ad Deum per Chriſtum ſine me. Unus enim eſt 1. Tim. 2. v. 5.
Deus, unus & Mediator Dei, & hominum Chriſtus Jeſus. Advocatum 1. Ioan. 2. v. 1.
habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum, qui interpellat pro vobis. *Ipſe eſt* oſtium, *ipſe eſt* via veritas & vita. Nemo venit ad Patrem niſi per ipſum. Rom. 8. v. 34.
Ipſi data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, *non mihi.* Non eſt in alio Ioan. 10. v. 7. 14. v. 6.
aliquo ſalus, nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri, *quam nomen Jeſu filii mei. Noli me colere quaſi Deam ſubalternam.* Et infrà. *Ille* no- Matth. 28 v. 18.
vi Teſtamenti mediator eſt. *Ille proprii meritis Deum placavit, ille ſolus pacem fecit inter Deum & homines.* Il- Act. 4. v. 12.
le Torcular calcavit ſolus, & de gentibus non erat quiſquam cum eo. *Ne-* Hebr. 9. v. 15.
mo itaque mihi hæc tribuat. Numquid Colloſ. 1. v. 20.
ego crucifixa ſum pro vobis, aut in nomine meo Baptizati eſtis? *Ne itaque* 1. Cor 1. v. 13.
me dixeris omnipotentem: *ne me vocaveris* ſalvatricem, *aut* Corredemtricem. *Nolite me in paralelo ponere cum Deo, vel Chriſto.* Et hujuſmodi pluribus pſeudomontis traducit ille Catholicos, quaſi honorem divinum transferant ad Mariam.

Digitized by Google

que terrarum orbis conciliatrix efficaciſſima : Hoc autem reipſa eſt, omnium munerum & gratiarum, quas accipimus à Maria, fontem, & primum immediatumque principium ſtatuere & agnoſcere Chriſtum, ipſique omnem honorem & gloriam qua afficitur Virgo, adſcribere, & Virginem non niſi decore Filii exornare: adeoque hinc exulat omne periculum injuriæ Chriſti, ac intentatæ idololatriæ impietatiſque ſcelus. Liquet ex his quoque, in vanum moneri Catholicos nomine B. V. Mariæ : *Cave ne quidquam Deo detraxeris, ut me honores ſicut Collyridani. Nolite me in paralelo ponere cum Deo vel Chriſto*: Sunt enim hæ manifeſtæ impoſturæ, prorſuſque temerariæ ſuſpiciones, omni Religioni, ac Eccleſiæ doctrinæ, fideliumque ſenſui contrariæ. Liquet denique Mariam ſano ac Catholico ſenſu appellari, *ſpem noſtram*, *ſalutem mundi*, *Conciliatricem*, *Salvatricem*, *ac Corredemptricem* ſecundariam, quæ & ipſa à Filio eſt ſalvata, atque redempta : hinc omnium fidelium vox : *quoniam tu es Domine ſpes mea*, principalis. De titulis *Mediatricis*, & *Advocatæ*, adverſus quos *Pſalm. 90.* Antimarianitæ mirè inſurgunt, velut Chriſtum ſuo præcipuo privent officio, difficultas omnis per præmiſſa diffugit : his enim ſolùm agnoſcimus Mariam mediatricem ad ipſum mediatorem, pro nobis orando, ſuaque eximia merita, quæ, Chriſto principali mediatore donante, produxit, allegando : at Chriſtum profitemur in proprio ſanguine ſingulariſſimum mediatorem, qui ſolus condignum pretium & ſatisfactionem Patri obtulit pro debitis & delictis humani damnati generis, quæ prærogativa ipſi adeò à Cultoribus Virginis agnoſcitur propria, ut nec Virgini queat concedi de potentia Dei abſoluta, ut Theologi loquuntur. Verùm, quoniam non ſolùm Chriſtus Advocatus & Mediator noſter eſt, ſed & Judex; ideò ex ſua infinita miſericordia ſpecialem nobis providit Advocatam clementiſſimam ſuam Matrem, ut in ſalutis noſtræ cauſa, ſpecialem ipſa ſuſcipiat curam & defenſionem; & quidem ardentius & efficacius, quam quiſquam cæterorum Sanctorum : quò enim major eſt apud Deum ejus & dignitas, majora merita, & erga nos charitas, eò efficacius & patrocinium. Cum verò omnis quæ nobis à Virgine impenditur apud Filium favor, omnis, quam per eam impetramus, miſericordia, procedit ex conceſſione Filii, liquet evidenter, ex officio Mediatricis Virginis, Chriſtum Mediatorem plurimum commendari, non deprimi, ut cæci garriunt Antidicomarianitæ : veriſſimè namque dixit devotiſſimus Virginis Capellanus, *Serm. 3 de Aſſumpt.* ſanctus Ildephonsus : *Beata Virginis honor, & gloria, laus, & gratiarum actio eſt Redemptoris* : Et de hoc *Epiſt. ad Paulin. & Euſtoch.* nulli eſſe dubium, teſtis eſt Divus Hieronymus.

Irrefragabaliter porrò probatur, malevolè planè obmurmurare adverſarios, quod nomina Dei & Chriſti

Digitized by Google

Chriſti in ſenſu longè inferiori accommodemus Mariæ, ſi obſervetur, quod in ſacris Scripturis Spiritus Sanctus illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt: & Chriſti nomen ad Chriſti quoque tranſtulit imitatores. Et hæc eſt obſervatio Divi Gregorii Nazianzeni, accommodantis laudibus ſancti Athanaſii, quæ de Chriſto locutus eſt Apoſtolus: *Quid autem*, inquit, *vobis hominem deſcribere attinet, quem Paulus antevertens depinxit, cum Pontificem illum magnum qui cœlos penetravit, deprædicat? Huc enim uſque progredi non dubitabit oratio; Chriſtum vivunt, pro Chriſtis agnoſcat.* Ecce, abſque violatione inabdicabilis juris Chriſti, à Nazianzeno, magno illo Theologo, nomen Chriſti ex ſcriptura adaptatum Athanaſio. Sed & nomen *Dei* non ſemel in ſacris litteris hominibus invenitur applicatum: Hinc illa: *conſtitui te Deum Pharaonis*, ait Deus ad Moyſen. Et illa: *Ego dixi, Dii eſtis, & filii excelſi omnes.* Et illa: *Deus ſtetit in Synagoga Deorum*, id eſt, Judicum, & Prælatorum. Eſt hæc ipſiſſima expreſſiſſimaq; ſententia eximii Eccleſiæ Doctoris, Divi Hieronymi, ad hæc Chriſti, ad Apoſtolos verba: *Vos autem quem me eſſe dicitis.* Ita enim illa interpretatur laudatus Hieronymus: *Prudens Lector attende, quod ex conſequentibus, textuque ſermonis, Apoſtoli nequaquam homines, ſed Dii appellantur. Cum enim dixiſſet: Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? Subjecit: Vos autem quem me eſſe dicitis? Illis, quia homines ſunt, humana opinantibus, vos, qui eſtis Dii, quem me eſſe exiſtimatis?* Si igitur alii homines inſpirante Spiritu Sancto, Patribuſque interpretantibus, appellati ſunt *Dei* nomine; jure longè potiori hoc nomine vocanda venit Mater Dei, quæ proximè Chriſtum Deum contigit, ratione communicatæ ei ſubſtantiæ, ita ut, docente Magno Auguſtino, *caro Chriſti, ſit caro Mariæ*, quæque vitæ Sanctimonia, aliiſque in illis fundatis prærogativis Chriſto ſtrictiſſimè conjungitur.

Orat. 21.

Exod. 7. Pſalm. 81. Ibid. Matth 16. Lib. 3. in Matth.

Magnum, imò infallibile, robur titulis ex ſcripturis Virgini applicatis, ſubminiſtrat Eccleſia, *columna, & firmamentum veritatis*, quæ varias ſcripturas de æterna ſapientia, Chriſto, pronuntiatas, accommodat Virgini Matri, in primis ejuſdem ſolemnitatibus Conceptionis & Nativitatis, imò & aliis Virgini dicatis officiis Eccleſiaſticis, cujuſmodi ſunt, quæ ex cap. 8. Proverb. & cap. 24. Eccleſ. de æterna ſapientia, ſive Chriſto prolata, attribuuntur in dictis Eccleſiæ officiis, Virgini ſuperbenedictæ. 1. Tim. 3.

Ex omnibus his liquidò conſtat, titulum hunc, *SCALA aſcenſuſque omnium*, Virgini rectè à ſancto Ephrem fuiſſe adſcriptum, & quidem à fortiori, ut ajunt Philoſophi; proindeque immaniter erravit ille, qui liberè aſſeruit: *quam immanis foret error, ſi quis diceret eſſe DUAS SCALAS, quibus aſcenditur ad Deum, nempè SCALAM MARIÆ & CHRISTI:* Immaniter, inquam, erravit hoc evulgando; hoc

hoc ſiquidem effato arguuntur *immanis erroris*, præter Sanctiſſimum & Sapientiſſimum Ephrem, Sanctus Auguſtinus, cui Maria eſt SCALA *cœleſtis, per quam Deus deſcendit ad terras, & è terris homines ad Deum.* Et Sanctus Bernardus, cui Maria eſt SCALA *peccatorum.* Et Sanctus Bonaventura, cui Maria eſt SCALA *Jacob.* Et Sanctus Damaſcenus, cui Maria eſt SCALA *viva, cujus locum Jacob conſpexit.* Et Divus Gregorius Nicomedienſis, cui Maria eſt SCALA *honeſtatis ad cœleſtium altitudinem, per quas Verbum deſcenſu novo ad nos deſcendit, per quas quod inferius erat ſitum, terrenum naturæ tabernaculum, aſcendit ad cœlos.* Et Anaſtaſius Anthiochenus, cui Maria eſt SCALA *ad cœlum extenſa, Paradiſi porta, ingreſſus ad incorruptionem, hominum ad Deum unio, ac conſortium.* Et Hymnus Græcorum, quo Maria laudatur ut SCALA *omnes è terra ad gratiam ſublevans.* Et Joannes Geometer, cui Maria eſt SCALA *per quam deſcendit Deus, ſed aſcendit homo, à terra quidem incipiens, ſed ad cœlum pertingens.* Hi omnes præſtantiſſimi Eccleſiæ Scriptores & Doctores *immanis* arguuntur *erroris* ab iſto Neoterico: nec hoc ſolum, & Eccleſia ipſa laruata illa facie per cuniculos invaditur; nam Eccleſia Mariam non ſolum SCALAM, ſed etiam *Januam cœli*, & *feneſtram* appellat & invocat; adverſus hanc invocationem, dico, tacitè & ex inſidiis adhibuit machinas ſuas, ſi enim ſit *immanis error* Mariam dicere SCALAM, profectò nec *janua cœli*, ac *feneſtra* invocari poterit, proximius enim *januâ*, quàm *Scalâ* ad Deum aſcenditur.

Serm. 34. de Sanctis Serm. de Nat. B. V.

In laud. B. V.

Orat. de Aſſumpt. B. V.

Orat. de Præſentat. B. V.

Orat. de Annunt. apud But. p. 128.

Apud Corderium in Catena ad 1. Luc.

Unum adhuc titulum, quo Divus Ephrem Virginem exornavit, ſubjungam illuſtratum.

PULCHRA HYMNIGRAPHORUM OMNIUM ORATIO.

Docet per hoc epithetum Divus Ephrem, Mariam præclarum ac illuſtre præbere argumentum, de quo quilibet egregii hymnigraphi decores concinant hymnos. Et ſanè quænam, poſt Deum & Chriſtum, uberior aptiórque hymnorum materia, quàm Maria Mater Dei, creaturarum omnium longe digniſſima. Verum quidem eſt, juxta ſtrictam vocis, *Hymnus*, uſurpationem, eum à Sancto Auguſtino definiri: *Cantus continens laudem Dei.* Nihilominus ſi latius & generalius ejuſdem vocis accipiamus ſignificatum, ſic quodlibet Sacrum poëma, quo Deus, vel divinum quodvis opus celebratur, *Hymnus* rectè appellatur. At verò quod divinum opus præſtantius ac excellentius Maria Dei & Salvatoris noſtri Matre? cujus omnis laus & honos cum redundet quoque in ipſum factorem ac opificem Deum Virginis Filium, cantus quilibet Virgini dicatus, etiam ſecundum ſtrictam traditam à Sancto Auguſtino *hymni* definitionem, *hymnus* jure dicetur. Cecinerunt autem

In Pſal. 72

rem hymnos Virgini glorioſiſſimæ præclariſſimi Sancti innumeri. Quocirca Sanctus hortatur Auguſtinus: *Plaudat nunc tympanis ſcena tuis, & veloces articulos puerpera concrepent. Concinant lætantes chori, & alternantibus modulis dulciſona carmina miſceantur. Audiamus fratres, audiamus pio mentis affectu, audiamus, quemadmodum tympaniſtriarum doctrinis concrepet Beata Virgo Maria. Audiamus, inquam, & huic harmoniæ moribus reſpondeamus.* Inter hos Virginis hymnigraphos, choragos ac præcentores egere Sancti Angeli, quos per ſingulas Hierarchias Virgini panxiſſe hymnos Sanctus & Magnus Athanaſius docuit. Quibus inter homines ſuccincte, prætermiſſis Patriarchis, Prophetis, & Apoſtolis, vertices illi Theologorum, quos ad collaudandam Sacris hymnodiis glorioſam Virginem conveniſſe, teſtis eſt divinus Dionyſius. Accinit Andreas Cretenſis; aliique complures Sancti, omnibus Chriſtianis ſæculis, Græci, ac Latini. Inter Græcos, carmina Divi Nazianzeni elogia Virginis præclare pangunt. Has ipſis Sanctus Damaſcenus, Coſmas Hieroſolymitanus, Theophanes, Theodorus Studita, Theoſterictus, Joannes Geometra, & quotquot hymnos Græcos conſcripſere, devotiſſimè celebrant. Quin imò teſte Raynaudo quibuſlibet Sacris hymnis, aſſolet à Græcis ſubnecti verſus illi conſimilis, Mariam concernens: *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, cum Patre, & Sancto Spiritu, in ſempiterna ſecula*: quem & Latina Eccleſia hymnis ſuis, certis anni temporibus, licet alia ſpectantibus divina myſteria, ſubtexit, quaſi jejuna ſit omnis Dei laus, niſi Virginis memoriâ condiatur.

Serm. 2. de Aſſumpt. B. V.

Serm. de Sanctiſſ. Deip.

Lib. de divin. nom. cap. 3. orat. 2. de Aſſumpt.

Fruſtra autem recenſerem Latinos Sacros Virginis hymnigraphos, ubíque námque proſtant, in Virginem hymni & carmina Prudentii, Fortunati, Sedulii, Bonaventuræ, Hermanni contracti, noſtri Chriſtiani Virgilii Baptiſtæ Mantuani, & aliorum, qui unanimiter Virginem Matrem Dei verſibus, aut Rythmis verificatoriis mirificè laudarunt & commendarunt. Eſt igitur ſublimiſſima Maria cœleſtium atque terreſtrium, omníſque linguæ *hymnigraphorum*, *pulchra oratio*, de qua verius, quàm de Andronico ſeniore Imperatore ſcripſiſſet Nicephorus, quòd ſit *ſuavis omnium linguarum narratio & commemoratio.*

Lib. 10 hiſtor.

ORATIO

Ejuſdem Sancti Patris Ephrem Syri, ad Sanctiſſimam Dei Genitricem.

„ Immaculata & intemerata, incorrupta & prorſus pudica, atque „ ab omni ſorde ac labe peccati alieniſſima, Virgo Dei ſponſa, ac Domina noſtra: quæ Deum & hominem mirifica ac glorioſa conceptione tu peperiſti, Deúmque Verbum hominibus miro modo conciliaſti, & rebellem humani generis naturam cœleſtibus conſociaſti: unica ſpes deſperantium, oppreſſo-

„ rum

„ tum auxilium, & ad te recurrenti-
„ um præſentaneum ſublevamen, om-
„ niúmque denique Chriſtianorum
„ firmum præſidium: Me maximum
„ peccatorem, enormibuſque meis
„ cogitationibus, verbis, ac factis ef-
„ fectum viliſſimum, atque adeò fal-
„ laces voluptatum illecebras animo
„ planè ſervili atque abjecto ample-
„ xatum, nè averſeris, obſecro: quin
„ potius, ſicut mitiſſimi ac clementiſ-
„ ſimi Dei Mater es, ita me peccato-
„ rem benigniſſimè ſuſcipe, & meam
„ ſordidiſſimam, impuri que labiis
„ meis expreſſam orationem clemen-
„ ter admitte: Nec non dulcem qui-
„ dem Filium tuum, meum autem
„ Dominum ac Deum Maternis pie-
„ tatis tuæ viſceribus amanter liben-
„ térque exora: ut ipſe mihi quoque
„ illa inexhauſtæ miſericordiæ ſuæ vi-
„ ſcera reſerare dignetur: & poſtpo-
„ ſitis innumerabilibus peccatis meis,
„ ad ſalutarem me pœnitentiam con-
„ vertat, ſuáque me rectius complere
„ mandata faciat. Adeſto mihi nunc,
„ & ſemper, ô Virgo Dei Genitrix,
„ Mater Miſericordiæ, benigna &
„ clemens, in præſenti quidem vitæ
„ curſu fervens protectrix atque auxi-
„ liatrix, hoſtiles quoſcúmque impe-
„ tus à me avertens, & in via ſalutis
„ me conſtituens; ac in extremo vitæ
„ articulo miſeram meam animam
„ conſervans, & tenebroſos atque
„ horrendos peſſimorum dæmonum
„ aſpectus ab ea procul repellens, in
„ tremendo autem die judicii, ab æ-
„ terna me damnatione liberans: &
„ poſtremo in numerum juſtorum
me referens, atque inacceſſæ Filii tui „
& Dei gloriæ me hæredem effici- „
ens. Quòd utinam! per piam in- „
terceſſionem tuam, atque Patroci- „
nium, Domina mea, Sanctiſſima „
Dei Mater, mihi, & omnibus humi- „
liter ad te recurrentibus, & ſpem to- „
tam in te figentibus poſt hoc exili- „
um concedatur, gratia, miſeratio- „
ne, & benignitate unigeniti tui Filii, „
Domini Dei ac Salvatoris noſtri „
Jeſu Chriſti. Quem decet omnis „
gloria, honor, potentia, & adoratio, „
cùm æterno ejus Patre, & Sancto, ac „
vivifico Spiritu; nunc & ſemper, & „
in æterna ſæcula ſæculorum. Amen. „

ANNOTATIO.

Hæc eſt devotiſſima ac laudabiliſ-ſimma Sanctiſſimi ac doctiſſimi Ephræm ad Mariam oratio, ex qua luculentiſſime conſtare reor, quàm improbe nos moderni Antidicomarianitæ calumnientur, quòd cum antiqua Eccleſia, cujus Sanctus Ephrem nobile ſanè extitit membrum, hiſcè invocemus, atque laudemis vocibus: *Maria Mater miſericordiæ, Mater gratiæ, tu nos ab hoſte protege, & in hora mortis ſuſcipe*: quibus in vita, & in morte piam & efficacem Mariæ opem imploramus, eámque noſtram apud Chriſtum Advocatam conſtituimus. Credant igitur ac jactent Novatores iſti Mariæ, aliorúmque Sanctorum tum laudes, tum invocationes antiquæ atque eruditæ ætati prorſus ignotas fuiſſe ac inuſitatas, cùm divinus hic Theologus Divo Baſilio conjunctiſſimus

Digitized by Google

ctiſſimus eo vixerit ſæculo, quod florentis Eccleſiæ hortum amœniſſimum meritò dixeris, in quo maximorum Sanctorum, illuſtriſſimorúmque Doctorum, veluti vernantium arborum flores & fructus pulcherrimè virebant ac florebant. Non offendantur quoque devoti B.V. Mariæ Cultores, cùm audiunt ex hac parte Mariam à Sancto Ephrem vocari ac invocari, *unicam ſpem deſperantium*, ex alia autem ſubdolum quemdam ita nomine Virginis monentem: *Nolite me colere ac ſi non daretur aditus ad Deum per Chriſtum, ſine me. Unus enim eſt Deus, unus & Mediator Dei & hominum Chriſtus Jeſus.* Non, inquam, his terreantur Monitis inſalutaribus Cultores Mariæ, Sanctus enim Ephrem ſua rectiſſima oratione ad Virginem à Filio Virginis nequaquam abducit, at ſolum Mariam poſt, & per Chriſtum *unicam ſpem deſperantium* conſtituit, qui loquendi, ac Mariam exorandi modus tum Eccleſiæ, tum Sanctis Patribus eſt frequentatiſſimus. Primum quidem Spei noſtræ fundamentum ſunt divina Miſericordia, atque promiſſa quæ vult adimplere per Chriſtum, & poteſt per illum, & propter illum adimplere Deus: juxta hæc Sancti Bernardi verba: *Tria ſunt quæ ſic confirmant cor meum, ut nulla me penuria meritorum, nulla conſideratio vilitatis propriæ, nulla æſtimatio cœleſtis beatitudinis ab altitudine Spei dejicere poſſit in ea firmiter radicatum. Tria igitur conſidero, in quibus tota ſpes mea conſiſtit; charitatem adoptionis, veritatem promiſſionis, poteſtatem redditionis.* At poſt Chriſti merita, ſpei etiam noſtræ fundamentum eſt Virginis Patrocinium. Quod ipſum agnoſcit Sanctus Bernardus hiſce dulciſſimis verbis: *Totis medullis cordium, totis præcordiorum affectibus Mariam hanc veneremur, quia ſic eſt voluntas ejus qui totum nos voluit habere per Mariam. In omnibus & per omnia providens Deus miſeris, trepidationem noſtram ſolatur, fidem excitat, ſpem roborat, diffidentiam abigit. Filioli, hæc peccatorum ſcala, hæc maxima mea fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ*: poſt Deum & Chriſtum. Ubi Sanctus Doctor innuit, ideò Deum providiſſe peccatoribus patrocinium & interceſſionem Mariæ, nè, ſuâ deterriti ac retracti indignitate, veriti immediatè accedere ad divinam Majeſtatem, fiduciam abjicerent, ſed per Mariam aſcenderent ad thronum gratiæ. Conſonat & Sanctus Auguſtinus, Virginem ſic alloquens: *Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excuſa quod timemus: quia tu es ſpes unica peccatorum, per te ſperamus veniam delictorum, & in te, beatiſſima, noſtrorum eſt expectatio præmiorum.* Hæc Sanctus Auguſtinus.

Monit. ſalut. §.3.

1. Tim. 3. v. 5.

Serm 3. de ſeptem panibus.

Serm. de Nat. B.V.

Serm. de Annunt.

EJUSDEM SANCTI PATRIS Ephrem Syri

Threni, id eſt, Lamentationes glorioſiſſimæ Virginis Matris Mariæ, ſuper Paſſione Domini.

„ Stans juxta Crucem pura & immaculata Virgo, Salvatorémque in „ Ioan. 19.

„ ca

,, ea ſuſpenſum cernens, diriſſimas
,, plagas perpendens, & clavos, queri-
,, monias, alapas, flagelláque proſpi-
,, ciens, magno cum planctu, lamen-
,, tíſque dolore plenis exclamabat di-
,, cens: Mi Fili dulciſſime, Fili cha-
,, riſſime, quomodo Crucem iſtam
,, portas? Mi Fili, & mi Deus, quo pa-
,, cto ſputa, clavos, & lanceam ſuffers?
,, Quo pacto colaphos, irriſiones, in-
,, jurias, ac contumelias pateris? Quo
,, pacto coronam ſpineam, veſtémq;
,, purpuream, ſpongiam, arundinem,
Pſal. 146. ,, fel & acetum ſuſtines? Quomodo
,, in ligno pendes mortuus, ac denu-
,, datus, mi Fili, qui cœlum nubibus
,, tegis? Quomodo ſitim tuliſti: qui u-
,, niverſorum es conditor, quiq; Maria
,, & aquas omnes creaſti? Quomodo
,, innocens, in medio flagitioſorum &
,, impiorum moreris? Quid feciſti: aut
,, in quo Hebræorum gentem, Fili mi,
,, offendere potuiſti? Et cur ſcelerati il-
,, li ſimul atque ingrati, te in ligno
Matth. 8. ,, Crucis ſuſpenderunt? quorum clau-
Mar. 1. ,, dos & languentes plurimos ſanaſti,
Luc. 5. 6. 7. 14. ,, mortuos ad vitam revocaſti, paraly-
Ioan. 9. 11. ,, ticum conſolidaſti, mi Fili benigniſ-
Matth. 15. ,, ſime: quique à Nativitate cæcum
Matth. 8. ,, illuminaſti Salvator optime; & viduæ
Ioan. 11. ,, Filium vitæ reddidiſti, ô vita univer-
,, ſorum: qui Chananeæ filiam ſerva-
,, ſti, & Centurionis Filium à morte
,, liberaſti. Arena quantumcúmque
,, numeroſa, ſuam habet menſuram:
,, at tua mi Fili, miracula omnem pla-
,, nè modum ſuperant. Lazarum à
,, monumento ſuſcitaſti fœtidum:
,, *Lazare mi*, inquiens, *exi de ſepul-*
,, *chro foras*: & tua cum vox traxit
ab inferis, & ad vitales revocavit au- ,,
ras. At tu quomodo jam occi- ,,
deris, mi Fili dulciſſime, idém- ,,
que magnanime Deus? Deficit ,,
mihi animus, dum te Cruci ſuffi- ,,
xum intueor, conclavatúmque ac ,,
plagis plenum, amantiſſimè Fili. ,,
O Judæi impii, Chriſtíque inter- ,,
fectores, in Deum unicum, & ,,
Creatorem veſtrum ingrati. Num- ,, *Exod.* 6.
quid in eremo, ipſe vos manna ,, *Ibid* 15. 14
aluit? Numquid per Moyſen, ,, *& Ioſ.* 22.
mare diremit, & in terram ,, *Matth.* 27
promiſſionis vos traduxit; Verùm ,, *Mar.* 15.
tu, populе nequam, & abne- ,, *Luc.* 23.
gator Chriſti, pro beneficiis ma- ,, *Ioan.* 19.
leficia; pro bonis & commo- ,, *Pſal.* 68.
dis, mala atque contraria repen- ,, *Ioan.* 6.
dis: fel, pro manna; & pro ,, *Luc.* 9.
aqua acetum reponens: potione ,,
enim amariſſimâ te potaverunt ,,
iniquiſſimi illi, mi Fili. Quinque ,,
hominum millia, quinque pavi- ,,
ſti panibus: & ipſam Judæam ,,
tuis impleviſti prædicationibus, ,,
dilectiſſime Fili. Sed ubi modò ,,
ſpecies, atque pulchritudo tua, ,,
mi Fili? Ubi tuus ille nunc de- ,,
cor? & quo in Cruce jam ex- ,,
tinctus es, Fili mi, & Deus meus? ,,
Sol ſuum obſcuravit lumen, & ,,
à ſe alius factus eſt. Lucida Lu- ,,
na in tenebras verſa eſt: Pe- ,,
træ ſciſſæ ſunt, & monumen- ,,
ta aperta, ipſúmque templi ve- ,,
lum in duas partes diſciſſum eſt. ,,
Creaturæ illæ ſuum agnoverunt ,, *Matth.* 27
creatorem, atque opificem: & ,, *Marc.* 15.
perverſi iſti, ac miſeri Hebræi ſuas ,, *Luc.* 23.
obturaverunt aures, clauſerúntque ,, *Ioan.* 19.

 ,, ocu-

Digitized by Google

,, oculos, ne Solem nullo umquam
,, tempore occidentem aſpicerent,
,, mi Fili. ô Gabriel Archangele, &
,, miniſter Dei! ô Gabriel Archan-
,, gele, age jam, & tuere cauſam.
,, Ubi illud nunc Ave, ô Angele!
,, Ubi Ave illud benedictum, quod
,, ad me dixiſti, ô nuntie? Ubi mo-
,, do illa lætitia, ac benedictio, qua
Lib.1. ,, dixiſti mihi: Benedicta tu in mu-
Ibid. ,, lieribus? Quorſum verò dolorem,
Ibid. ,, & victimam, quam dilectiſſimi mei
,, Filii nomine acceptura eram, non
,, patefeciſti: dum magnum illud
,, mihi gaudium, quòd ab initio per-
,, cepi, ſignificaſti? In continuis
,, tribulationibus, atque gemitibus
,, fui: ſemperque immenſam Judæo-
,, rum invidiam, & perverſorum er-
,, ronum ac transgreſſorum ingrati-
,, titudinem ſuſtinui. O Simeon ad-
Lib 2. ,, mirande: ecce jam gladium quo cor
,, meum trajiciendum prædixiſti. Ec-
,, ce gladium; ecce vulnus, mi Fili,&
,, Deus meus: Mors tua, cor meum
,, ſubiit: diſrupta ſunt mea viſcera:
,, lumen meum obſcuratum eſt, pe-
,, ctuſque meum dirus gladius per-
,, tranſiit: Tremendam tuam paſſio-
,, nem intueor; Fili mi, & Deus meus:
,, Immeritã mortem tuam cerno: nec
,, ſuccurrere queo. Ubi modo forma
,, tua, ac decor, mi Fili? Miſerere jam
,, deſolatæ, atque orbatæ Matris, mi
,, Fili. Miſerere dejectæ ac derelictæ
,, Mariæ, ô dulciſſime. Miſerere, pien-
,, tiſſime Fili: & me conſolare. Re-
,, ſpice, mi Fili, lachrymas meas: at-
,, tende ſuſpiria mea & gemitus, & os
,, tuum aperi. Solatium mihi præbe,
mi Fili: non enim habeo prorſus, ,,
ubi vel caput reclinem. Non alius ,, Matt.
mihi ſupereſt cognatus, pater, vel ,, Luc.9
Mater, frater aut ſoror, qui animum ,,
mihi reddant. Tu mihi es Pater, tu ,,
frater, tu Filius. Tu mihi vita, & ,,
Spiritus, ſpes atque protectio. Tu ,,
mea es conſolatio, & creatio. Tu ,,
Dominus meus, & Deus meus: tu ,,
Creator & òpifex meus. Plangite ,,
jam mecum, cunctæ diſcipulæ Do- ,, Pſalm.30.
mini: quæ dolores meos, & pro- ,,
fundiſſima cordis mei vulnera ad- ,,
ſpicitis. Tu mihi, jam Crux San- ,,
ctiſſima, lignúmque benedictum ,,
decumbe: ut dilectiſſimi Filii mei, ,,
ac Dei mei plagas exoſculer, pro- ,,
priúmque Filium ſalutem: ut Filii ,,
mei corpus amplectar, & os ſuaviſ- ,,
ſimum, oculoſque ac faciem, ma- ,,
nus atque pedes, & cædem iniquiſ- ,,
ſimam deoſculer. Decumbe, Crux ,,
veneranda decumbe. Eximia, ô ,,
Crux, tua eſt gloria, magna tua ,,
gratia, immenſáque vis tua atque ,,
potentia. O lignum Sanctum, ac ,,
benedictum: in quo Deus tuus, at- ,,
que Creator innocens, inſtar latro- ,,
nis & nocentis, expanſus eſt.

,, Mi Fili, Fili mi ſuaviſſime atque
chariſſime, honoro tuas illas affli- ,,
ctiones: colo & adoro miſericor- ,,
diam, & magnanimitatem tuam. ,,
Veneror lanceam, vulnus, arun- ,,
dinem, clavos, ſpongiam, alapas, ,,
irriſiones, atque opprobria, fel ,,
& acetum, ſputa, colaphos, & ver- ,,
bera, mi Fili dulciſſime. Sed quo- ,,
niam cuncta illa, creaturæ tuæ gra- ,,
tia, perpeti placuit, ignominia tua, ,,
,, mi

Digitized by Google

„ mi Fili, gloria cunctis facta eſt: tuá-
„ que mors toti mundo vita evaſit.
„ Verùm enimverò, reſurge quàm
„ primum, mi Fili & Deus, ſicut præ-
„ dixiſti mihi: ut totus mundus ſalvus
„ fiat. Mortem atque interitum tuâ
„ morte protriviſti ac conculcaſti: ut
„ gaudium majus mihi humili Ma-
„ tri tuæ affulgeat, mecúmque læten-
„ tur cuncti dilecti tui. Erubeſcant
„ autem, & confundantur quicúm-
que tui inimici. „

„ Sed te jam nos, ô pura & imma-
„ culata, eadémque benedicta Virgo,
„ Magni Filii tui, univerſorúmque
„ Dei Mater inculpata, integra, & Sa-
„ croſanctiſſima, deſperantium atque
„ reorum ſpes, collaudamus. Tibi, ut
„ gratiâ pleniſſimæ benedicimus, quæ
„ Christum genuiſti Deum & homi-
„ nem: omnes tibi procidimus: omnes
„ te invocamus, & auxiliũ tuũ implo-
„ ramus. Eripe nos, ô Virgo Sancta,
„ atque intemerata, à quacúmque ne-
„ ceſſitate ingruente, & à cunctis ten-
„ tationibus diaboli. Noſtra conci-
„ liatrix, & advocata in hora mortis,
„ atque judicii eſto: nóſque à futuro
„ inextinguibili igne, & tenebris ex-
„ terioribus libera & Filii tui nos glo-
„ riâ dignare, ô Virgo, & Mater dul-
„ ciſſima, ac clementiſſima. Tu ſiqui-
„ dem unica apud Filium Chriſt a-
„ norum, ſpes noſtra ſecuriſſima, &
„ Sanctiſſima. Cui gloria & honor,
„ decus atque imperium; in ſempi-
terna ſecula ſeculorum. Amen. „

ANNOTATIO.

Valdè pathetica, & ad pios exci-tandos affectus efficax eſt hæc, Divi Ephrem piiſſima dolorum Virginis Matris ſuper Filii ſui Paſſione explica-tio, & profectò digniſſima quæ frequẽ-terà Chriſtianis & Chriſti Paſſioni & Matris compaſſioni devotis legatur, attentéque pervolvatur, ut eorum pectoribus altiſſimè Dominicæ paſſi-onis memoria, Dominæque com-paſſio inſculpatur. Cujus proindè piiſſimi argumenti tractatus varios complures edidêre Sancti: edidit in hanc rem ſermonem Divus Bernar-dus, cujus hoc eſt initium: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut poſſim flere per diem & noctem.* In quo Threni, ſeu lamentationes quoque variæ ſub perſona Virginis Matris plangentis paſſionem ac mortem dilectiſſimi ſui Filii, ſicut & hîc apud Sanctum E-phrem, adducuntur, dignæ etiam piorum lectione ac meditatione, ac cum hâcè Sancti Ephrem collatione. Spectant huc etiam quæ Sanctus Bo-naventura de laudibus Virginis, déque corona, ac compaſſione ejuſdem pi-iſſimè conſcripſit. Accedit planctus ille ſub perſona ejuſdem Matris com-patientis, ac ſtantis juxta crucem Chri-ſti Filii ſui, cujus hoc eſt initium: *Sta-bat Mater doloroſa juxta crucem lachry-moſa, dum pendebat Filius.* Qui planctus rythmicus, totus quoque threni-cus eſt, ac patheticus, uti præmiſſa San-cti Ephrem lamentatio. Plura huc ſpe-

ſtantia requirēda imprimis ab Interpretibus Evangelii Sancti Joannis, ac præſertim ſuper locum cap.19. ubi de Sanctiſſima Matre juxta crucem ſtante, agitur. De qua & S.Ambroſius, inter cætera, ait: *Stabat ante crucem Mater, & fugientibus viris, ſtabat intrepida*: Stabat ergo fida cuſtos, & Mater anxia, ſe totam fide ſuſtentans, probè ſciens, nihil in cruce fortuitò geri, ſed volentem Agnum, juxta Prophetarum oracula, pro hominum redemptione immolari. Stabat ineffabile amoris incendium contemplans, quo Filius ſuus ardebat, nullus Judæorum injuriis adeò non exaſperatus, ut quidquid impii ingratíque molirentur, hoc ultrò omnibus condonaret, Patrem etiam pro obtinenda eis venia exorando. Stabat partim gratulabunda, quòd Filium tam gloriosè certantem, hoſtéſque omnes brevi vincentem conſpiceret: partim mœrore quaſi confecta, quòd ſolum calcantem torcular Filium, undíque conſperſum ſanguine, in extremis mortis anguſtiis videret; ſéq; unico hoc ſolatio deſtituendam doleret. Stabat ſuæ virtutis, atque conſtantiæ, memorandum omni ævo exemplum præbitura, cùm nec tribulatio, nec anguſtia, nec periculum, nec perſecutio, nec gladius, nec mors, nec vita, neque alia creatura illam potuerit ſeparare à Filio patiente, tanto amoris igne ſuccenſa, ut neque Judæorum furore, neque militum ſævitiâ, neq; comprimentium turbâ, neq; doloris acerbitate à ſtatione ſuâ potuerit dimoveri. Stabat novo velut transfixa ſpiculo, cùm illam Filii moribundi vocem exciperet: *Mulier ecce Filius tuus.* Mulier dicta, ut materni doloris magnitudo leniretur, ut noſter Chriſtianus Virgilius Baptiſta Mantuanus cecinit.

Lib. de inſtit. Virg. cap.7.

Iſa.35. & 50.

Iſa. 63.

Rom.8.

> *Talibus & monuit Matrem, ſine nomine Matris.*
> *Ne materna pium laniarent viſcera nomen.*

Porrò Sanctus Anſelmus hos compatientis Matris dolores tanti facit, ut eam Sanctis Martyribus crudeliſſimos perpeſſis cruciatus, non dubitet præferre, ita doloroſam Matrem alloquens: *Quicquid crudelitatis inflictum eſt corporibus Martyrum, leve fuit, aut potius nihil comparatione tua paſſionis. Non crediderim te potuiſſe ullo pacto ſtimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres, ſuſtinere, niſi Spiritus dulciſſimi Filii te intùs doceret, non eſſe mortem eum abſumentem, ſed magis triumphum omnia ei ſubjicientem.* Hinc Sanctus Hieronymus, Mariam plus quam Martyrem docet, hánceque addit rationem: *Undè conſtat, quia plus omnibus dilexit, propterea & plus doluit, in tantum, ut animam ejus totam pertranſiret, & poſſideret vis doloris, ad teſtimonium eximiæ dilectionis. Quæ quia mente paſſa eſt, plus quam Martyr fuit: nimirum quod dilectio ejus, amplius fortis, quàm mors fuit: quia mortem Chriſti ſuam fecit.* His ſimilia alii docent Patres relati à Caniſio. Plurimos quoque adducit noſter Pater Jacobus à Paſſione Domini, qui nuperrimè edidit librum, cujus hîc eſt titulus: *Filius patiens, & Mater compatiens*, in quo ſtylo polito ac ingenioſo uni-

Lib. de excellent. B. V. cap.5.

Serm. de Aſſumpt. B. V.

Lib.4. de Deipa. c.28.

univerſos Virginis dolores ex tota Filii Paſſione conceptos patheticis ac threneticis vocibus exhibet in gratiam Concionatorium Virginis dolores è ſuggeſto meditantium.

Cum igitur adeò acerbi ac incomparabiles fuerint Virginis compatientis dolores, mirandum nequaquam eſt, Patres exaggerativis aliquando uti verbis, ad inexplicabiles cruciatus quadantenus exprimendos: cujuſmodi in Sancto noſtro Ephrem, ſunt iſtæ, quibus Maria inducitur loquens atque lamentans: *Deficit mihi animus, dum te cruci ſuffixum intueor, Fili. Diſrupta ſunt mea viſcera.* Eâdemque de cauſa excuſandi ſunt pictores aliqui, exhibentes Virginem doloroſam iis fortè coloribus, formâ ac geſtu, qui conſtantiſſimum ejus animum minus clarè repræſentent, hac enim arte non niſi intenſiſſimos Matris Filio compatientis cruciatus intendunt intuentium oculis ac mentibus objicere: quamvis enim Maria affectum humanum ſpiritus robore coercuerit, nihilque deſignarit quod cum Sancta modeſtia & debita gravitate pugnaret: tamen quoniam ſpectatrix fuit acerbiſſimæ mortis dulciſſimi, ac dilectiſſimi Filii, ſenſumque doloris cor ejus tenerrimum ſenſit, procul dubio vultum & habitum corporis eo tempore mœſtiſſimum præ ſe tulit, majuſque ſpecimen ſui luctus dediſſe videtur, quam novi exiſtimant Antidicomarianitæ. Non ſunt proindè præcipiti ac indiſcreto zelo iſtiuſmodi Matris doloroſæ imagines, ait ſtatuæ, quæ paſſim à Catholicis cum ingenti devotionis fructu venerantur, cum eorum ſcandalo ac perturbatione è Templis ejiciendæ. Obmuteſcat etiam os impium Bulingeri, qui clamoroſas has voces, hæreticâ mephiti fœtidas edit in piiſſimos dolorum Virginis Cultores: *In cap. 19. Ioan.* *Deus bone, quanta nugarum plauſtra invexerunt Spermologi verius quam Sermologi Papiſtici? Quantas excitarunt de compaſſione Beatæ ac intemeratæ Virginis Mariæ tragœdias.* Et rurſus. *Quorſum pertinet prodigioſa quædam de Mariæ deploratu & lamentatione apud plebem deprædicare, & ad miſerationem propenſa pectora ad largiſſimas provocare lachrymas. Nam hic quorumdam Monachorum hac in re unicus finis eſt.* At quorſum, hæretice, tragicas has voces effutire in Catholicos, meriſque ad numerare magis, quæ Concionatores noſtri ex Sanctis, antiquis, doctiſſimiſque Patribus de Dei Matris compaſſione ita deprædicant apud plebem, & dolorem ſalutarem excitent in auditoribus, ac piis pias ſæpè lachrymas exprimant, quæ Chriſto patienti Matrique compatienti non poſſunt non eſſe gratæ. Verùm aridi, frigidi & ſicci hæretici in ſuis dictis ac ſcriptis, ferre nequaquam poſſunt, quod multos in Eccleſia Catholica non modo diſertos, ſed & ardentes ac efficaces habeamus Concionatores, qui auditorum ſuorum animos feliciter flectunt, ac Evangelicam doctrinam ad animos inflammandos producunt.

Digitized by Google

CAPUT XLVII.

Sermo S. Epiphanii Epiſcopi Salaminæ Cypri, de laudibus ſanctæ Mariæ Deiparæ, ſcriptus ante 1308. annos: Annotationibus illuſtratus.

„ MIſer ego ſum, qui effulgentes „ ſplendores Deiparæ radios, „ terribiles & incomprehenſas facul- „ tates, cœli & terræ inhabitatæ my- „ ſterium, admirandumque propi- „ tiatorii verbis conſequi tentavi. „ Geſtiebat quidem interioris animi „ cogitatio ad exactiorem intelligen- „ tiam, quæ exprimere conabatur „ profundæ memoriæ, & altiſſimæ „ ſpeculationis miraculum. Verum- „ tamen, chariſſimi, & timor multus „ & gravis continuit me. Nam me- „ moria contemplationis horrendæ „ exagitans tremebundam animam „ meam, & cor exhorreſcens non „ mediocriter afflixit ſed & graviter „ vexavit. Concutit enim mentem „ meam maximæ contemplationis, „ ac velut incomprehenſi myſterii „ memoria, nempè quæ illud eloqui „ minimè poſſit. Quis enim hu- „ juſmodi myſteris exprimendo que- „ at ſufficere? Quale verò os pro- „ nuntiare, quæve lingua proferre. „ Nequaquam poteſt dicere quod „ latet. Jam verò audebo, dicam de „ ſola Deipara, quatenus aſſequor; denuò tamen vereor, utpotè qui lin- „ gua non ſim præditus idonea, ad ea „ dicenda quæ ſunt valdè magna: „ ſum enim exili voce, tardaque lin- „ gua; & minimè diſertus, ut ſic ver- „ ba facere poſſim de percelebri, ſan- „ cta, innupta, & Deipara Maria Ma- „ tre Domini, de qua leviter loqui „ non debet humana lingua, perte- „ nuem enim habet vocem illius ha- „ bita ratione, & imminuta eſt lin- „ gua, quæ pro dignitate facultatem „ dicendi non habet. Ita ſiquidem „ vel Cœlorum virtutes in ſtuporem „ convertit. Obſtupuerunt omnes „ Angeli, Principatus, Poteſtates, „ Throni, Dominationes, Cherubim, „ ac Seraphim, & Angelorum univer- „ ſus exercitus, timore, tremoreque „ gravi detenti: quia cernunt illum „ qui habitat in cœlis, per eam verſa- „ ri in terra, & exhorreſcebant. Spe- „ ctabant Virginem, Cœlum, & „ Thronum, & formidabant dum „ conſpicerent eum, qui principio ca- „ ret, deſcendentem à Throno Che- „ rubico, in utero virgineo ſedere.

„ O beata radix, quæ hanc pro- „ duxit! *Iſa.* 11.

„ duxit! De hac Eſaias Propheta Tur- „ turis more gemendo ſubmurmurat, „ ignea lingua exclamans : *Exurget* „ *virga de radice Jeſſe, & flos de ra-* „ *dice aſcendet, & requieſcet ſuper eum* „ *Spiritus timoris Dei.* De radice „ Jeſſe ortus eſt Rex David, & de „ tribu Regis Davidis ſancta Virgo: „ ſancta, inquam, & Sanctorum vi- „ rorum filia, cujus parentes fuerint „ Joachim & Anna, qui quidem in „ vita ſua Deo placuerunt, atque „ etiam fructum ejuſmodi germina- „ runt, ſanctam Virginem Mariam, „ Templum ſimul & Matrem Dei. „ Joachim porrò, Anna, & Maria, hi „ tres Trinitati palam ſacrificium „ laudis offerebant. Joachim enim „ interpretatur præparatio Domini, „ eo quod ex illo præparatum ſit „ templum Domini, nempè Virgo. „ Anna rurſum ſimiliter gratia inter- „ pretatur: propterea quod Joachim „ & Anna gratiam acceperunt, ut „ accedentibus precibus talem fru- „ ctum germinarent ſanctam Virgi- „ nem adepti. Joachim ſiquidem „ precabatur in monte, & Anna in „ horto ſuo. Anna verò gravida ef- „ fecta, Cœlum & Thronum Che- „ rubicum peperit, ſanctam puel- „ lam Mariam. Illa enim reperitur „ eſſe Cœlum, Templum, & Thro- „ nus: quia Mariam interpretari ſo- „ lemus Dominam, atque etiam „ ſpem, peperit enim Dominum, qui „ eſt ſpes totius mundi, nempè Chri- „ ſtum. Rurſum nomen illud Ma- „ ria interpretatur myrrha maris: Myr- „ rham verò aliquis (quod ego etiam ajo) de immortalitate dicet, eò quod „ paritura eſſet gemmam immorta- „ lem, in mari, hoc eſt in mundo. „ Mare autem dicet univerſum mun- „ dum, cui Virgo ſerenitatem & „ tranquillitatem contulit, dum por- „ tùm peperit Chriſtum. Rurſum „ itaque præclaræ puellæ Mariæ Bea- „ tum nomen interpretatur illuſtrata „ utpotè quæ illuſtrata ſit à Filio Dei, „ & cunctos uſque ad terminos ter- „ ræ credentes Trinitati illuminave- „ rit. Sancta enim puella Maria eſt „ Sponſa Trinitatis, & Theſaurus di- „ ſpenſationis planè arcanus, cui Ga- „ briel inquit: *Ave gratia plena, Do-* „ *minus tecum:* Subjunxit Gabriel; & „ Pater miſit arrhabonem de cœlo „ Spiritum ſanctum, præparavit Vir- „ ginem unigenito Filio cœleſti Spon- „ ſo, quam Pater dilexit, Filius inha- „ bitavit, Spiritus Sanctus percupivit. „ Ipſa enim eſt Sponſa & Thalamus, „ & ex ea Sponſus procedit Chriſtus, „ Virgineum indumentum, juxta ſua- „ vem Davidis Prophetæ cantionem: „ *In Sole poſuit Tabernaculum ſuum,* „ *Pſalm. 18* *& ipſe tanquam Sponſus procedens de* „ *Thalamo ſuo.* „

„ O Sponſi deſiderium ſummæ „ puritatis, propriam Ancillam pro- „ penſiore affectu conſtituit Sponſam „ & Matrem. Gabriel effectus ho- „ ſpes Virginis, cœli & terræ incenſum „ atque ſuffimentum unà copulavit. „ Quam quidem Virginem Prophe- „ tæ clarè deſcripſerunt, dum prædica- „ runt ſeriem nuptiarum. Quomo- „ do Virgo invenitur eſſe cœleſtis „ Sponſa & Mater, quæ donorum „ ante

„ antenuptialium nomine, Spiritum „ Sanctum accepit, dotis verò gratia, „ cœlum unà cum paradiſo? Quæ- „ rebat igitur Virgo conſpicere quem „ deſiderabat, inquiens: Ubi eſt „ Sponſus cujus pulchritudinem „ exopto? Ubi eſt pulchritudo „ Sole ſplendidior? Ubi totius for- „ mæ gloria ineffabilis? Ubi lumen „ quod extingui nequit, quod ego „ ſummo cum deſiderio requiro? „ Ubi Sol qui radium exquirit? Ubi „ ipſorum Cherubim cithara? Ubi „ oculus Seraphim numquam dor- „ miens Chriſtus? Ubi Angelorum „ adoratio, quam Gabriel indicavit? „ Ubi ſolus ac ſolius Patris unigeni- „ tus Filius, quem Virgo exoptans re- „ clamat, perquirens ſalutat? Cui „ Gabriel ait: *Ave gratia plena, Do-*
Luc. 1. „ *minus tecum. Ave gratia plena.* „ Multis virtutibus exornata Virgo, „ in lampade geſtans lucem inextin- „ guibilem, Sole ſplendidiorem. *A-* „ *ve gratia plena*, hami eſca ſpiritalis, „ in te ſiquidem hamus divinitas. *A-* „ *ve gratia plena*, gloriæ ſpiritalis. „ *Ave gratia plena*, quæ es urna au- „ rea continens Manna cœleſte. *Ave* „ *gratia plena*, quæ ſilentes perennis „ fontis dulcedine ſatias.

„ *Ave gratia plena*, mare ſpiritale „ habens gemmam cœleſtem Chri- „ ſtum. *Ave gratia plena*, ſplendi- „ dum cœlum, quæ in cœlis incom- „ prehenſum contines Deum. *Ave* „ *gratia plena*, quæ Cherubicū Thro- „ num divinitatis fulgore ſuperas. „ *Ave gratia plena*, quæ cœli circu- lum habes, & Deum incompre- „ henſum anguſto potiſſimum loco „ in te ipſa contines. *Ave gratia* „ *plena*, nubes columnæ ſimilis, quæ „ Deum habes, qui populum deduxit „ per deſertum. Quid dico? Et „ quid proloquar? Quo pacto bea- „ tam prædicabo gloriæ radicem? „ Solo enim Deo excepto, cunctis ſu- „ perior exiſtis: natura formoſior „ es ipſis Cherubim, Seraphim, & „ & omni exercitu Angelico, cui præ- „ dicandæ cœleſtis ac terrena lingua „ minimè ſufficit, immò verò nec An- „ gelorum. Etenim ipſi quidem „ hymnum, laudem, honorem protu- „ lerunt, non tamen eo modo elo- „ qui pro dignitate potuerunt. Læ- „ tabantur verò Angeli tanquam ipſi „ dumtaxat Deum haberent, quibus „ ſanctiſſima Virgo Superior nata, „ Deum habitantem in cœlis conce- „ pit in terra; ut hac ratione exerci- „ tus Angelorum traheret in terram, „ & verſarentur cum hominibus. Ipſa „ enim eſt cœli & terræ mediatrix, „ quæ unionem naturaliter peregit. O „ beata Virgo, columba pura, & Spon- „ ſa cœleſtis Maria, Cœlum, & Tem- „ plum divinitatis, quæ coruſcan- „ tem in cœlo & terra ſolem habes „ Chriſtum. Nubes lucida, quæ „ fulgur de cœlo luciditſſimum ad il- „ luminandum mundum deduxiſti „ Chriſtum. Nubes cœleſtis, quæ „ Tonitruum Spiritus Sancti in ſe ipſa „ reconditum deduxit in mundum, „ & imbrem Spiritus Sancti in univer- „ ſam terram ad producendum fidei „ fructum cum impetu demiſit.

„ *Ave*

Digitized by Google

Ezech. 44 ,, *Ave gratia plena*, porta cœlo-
,, rum, de qua Propheta vociferatus
,, eſt, his verbis: *Ecce porta clauſa,*
,, *& nullus ingreditur per eam, nec e-*
,, *gredietur, præterquā Dominus Deus ſo-*
,, *lus, & erit porta clauſa duci, quia dux*
,, *ipſe vocabitur, & in ipſum ſperabunt*
,, *omnes gentes.* De hac porta etiam
,, in Canticis Propheta in diſcurſu
,, orationis planè & apertè proloqui-
Cant. 4. ,, tur inclamans: *Hortus concluſus,*
,, *fons ſignatus.* Manſit in virgini-
,, tate Sancta & præclara puella Ma-
,, ria, quæ eſt nubes lucida habens
,, intus Deum Verbum; ad quam
Iſa. 29. ,, vocaliſſimus Eſaias: *Ecce nubes le-*
,, *ves, & veniet in Ægyptum, mons*
,, *nullatenus inciſus*, præruptam ha-
,, bens Petram, Chriſtum, de qua ſa-
Dan. 2. ,, pientiſſimus Daniel ait: *Abſciſſus*
,, *eſt lapis de monte ſine manibus,*
,, hoc eſt abſque viro ſolidam Pe-
,, tram Chriſtum Virgo perperit: Ip-
,, ſa Templum minimè compoſitum,
,, quæ lapidem cœleſtem habet Chri-
,, ſtum: ipſa nubes tonitrui formis,
,, quæ fulgur in utero geſtat: ſermo-
,, nique meo atteſtatur divina ſcrip-
,, tura, dum ait: *Venter tuus acervus*
,, *frumenti vallatus liliis.* Ipſa eſt a-
,, ger minimè cultus, quæ verbum
,, velut granum frumenti ſuſcipiens
,, & manipulum germinavit. Ipſa
,, clibanus intellectualis, quæ ignem
Cant. 7. ,, & vitæ panem habebat. Ipſa eſt
Ioan. 12. ,, facta Mater Salvatoris, quæ Ver-
,, bum Patris ex ſe incarnatum pepe-
,, rit: ad quam Eſaias: *Ecce Virgo*
,, *in utero habebit, & pariet filium, &*
,, *vocabunt nomen ejus Emanuel.* O

Virgo pura, ſancta Mater Domini ,,
Beata Sponſa Trinitatis individuæ. ,,
Beata tu inter mulieres, quæ Deum ,,
& hominem omnium Creatorem ,,
velut infantem in terra peperiſti. ,,
Beata tu inter mulieres, quæ ſola in ,,
terra Deum cœleſtem concepiſti. ,,
Beata tu inter mulieres, cujus ubera ,,
ſuxit is qui alit univerſa. Sancta Ma- ,,
ria Virgo Deipara, beata tu inter mu- ,,
lieres, quæ nunc genuiſti eum qui ,,
olim in Paradiſo formavit Adam è ,,
Luto. Tu enim es Deipara, quæ ,,
Verbum ex te incarnatum peperiſti. ,,
Deipara exiſtis, quia Deum Verbum ,,
ſuſcipiens incarnatum peperiſti. ,,
Deipara exiſtis, quæ Deum Verbum ,,
in forma ſervi concepiſti. Deipa- ,,
ra exiſtis, quæ ſola ſolius Dei unige- ,,
nitum Filium genuiſti; non tempo- ,,
raneum Deum genuiſti ex te incar- ,,
natū, ſed æternū, qui ante te eſt, & ,,
ante omnia. Ovis immaculata, quæ ,,
peperit Agnū Chriſtū. Juvenca nū- ,,
quam jugum experta, quæ vitulum ,,
genuit. Fidei menſa intellectualis, ,,
quæ panem vitæ mundo ſuppedita- ,,
vit. Quid dicam? Et quibus ver- ,,
bis explicabo gloriam radicitùs fun- ,,
datam? De hac ſancta puella, ſem- ,,
per, inquam, puella & Virgine, De- ,,
us per Prophetam ait: *Ex te mihi* ,, Mich. 5.
exibit Dux qui ſit Dominator in Iſra ,, Matt. 2.
el & egreſſus ejus ab initio à diebus ,,
æternitatis: proptereà dabit eos uſ ,,
que ad tempus parientis, pariet, & ,,
reliqui filiorum ejus convertentur ad ,,
filios Iſrael, aſtabit, & videbit, & ,,
paſcet ovile ſuum in potentia Domi- ,,
nus. O Virgo ſancta Lucis æter- ,,

Digitized by Google

„ ſale corpus indumentum purpuram „ referens : Conſtantiſſima Chri- „ ſtianorum fides : Liber incom- „ prehenſus, quæ Verbum & Filium „ Patris mundo legendum exhibuiſti. „ Beata inter mulieres, quæ Verbum „ ex te incarnatum peperiſti, Ver- „ bum, inquam, Patris, Filium Ver- „ bum, ante ſæcula Deum, Verbum „ initio carens & æternum, Verbum „ eumdem cum Patre habens thro- „ num, Verbum ſedens ſuper Che- „ rubim, Verbum quod glorificant „ animalia quadruplicem faciem ha- „ bentia, Verbum quod creavit An- „ gelos, Verbum quod fecit ut Prin- „ cipatus & poteſtates eſſent, Verbum „ quod extendit cœlos, & terram „ condidit, Verbum verum Deum „ ipſum Chriſtum Dominum no- „ ſtrum, quem ſanctiſſima Virgo pe- „ periſti, & denuo poſt partum Vir- „ go, quæ gemmam produxiſti, & „ coronam regiam plexuiſti. O Beata „ Virgo, quæ gloriam cœleſtem por- „ taſti, & ex multis floribus Paradiſi „ mundum odore bono repleſti. Vir- „ go eſt Lilium immaculatum, quæ ro- „ ſam immarceſſibilem genuit Chri- „ ſtum : Votis veritatis fertiliſſima, „ & quoad virginitatem minimè vin- „ demiata, quæ licet non foſſa, uva- „ rum tamen feraciſſima, nempè ma- „ turam uvam germinavit Chriſtum. „ Quamobrem ſanctiſſima Virgo fac „ nobis fidem, quâ ratione germi- „ naveris, quo pacto ſuſcipiens Ver- „ bum, quod eſt ante ſæcula, Mater „ Dei viſa ſis ſuper terram. Ego „ Virgo incorrupta, quæ in utero geſtavi, effecta ſum Templum im- „ pollutum habitantis in me Verbi „ Dei nuptiarum expertis. Ema- „ nuelem geſtavi in utero incor- „ rupto, in ventre impolluto, ſi- „ milis effecta throno Cherubico, in „ quo caro factum eſt Verbum Pa- „ tris, qui Deus eſt initio carens : Et „ licet inviſibilis, ſpectabilis tamen „ per diſpenſationem aſſumptæ carnis „ factus eſt. Non expertaſnæ cog- „ noſcens virum, peperi Deum, qui „ eſt ante ſæcula, ipſum Chriſtum; „ nam etiam nunc ſum Virgo poſt „ partum, purior (ſi dicere licet) quam „ antea : ſine labore peperi, non ut „ omnes mulieres : diſſimiles enim „ fuerunt res meæ ac illarum inter pa- „ riendum. Non novit natura huma- „ na partum meum, excepto ſolo „ Deo qui in me habitavit. „

„ O Virginem, ſtupendum Ec- „ cleſiæ theſaurum, qui adeptus eſt „ ingens myſterium. Virginem ap- „ pello velut ſacerdotem pariter & „ altare quæ quidem menſam ferens, „ dedit nobis cœleſtem panem Chri- „ ſtum in remiſſionem peccatorum. „ O uterum impollutum, habentem „ circulum cœlorum, qui Deum in- „ comprehenſum, in te verò com- „ prehenſum portaſti. O uterum „ cœlo ampliorem, qui Deum in te „ non coarctaſti. O uterum, qui „ cœlum es ſeptem circulis conſtans, „ & capacior illis exiſtis. O uterum „ ſeptem cœlis ſublimiorem atque la- „ tiorem. O uterum, qui es octa- „ vum cœlum, ſeptem firmamentis „

 ceſſio-

,, celſiorem. O uterum habentem
,, inextinguibile lumen ſepties lucen-
,, tis gratiæ. Quid dicam ? Aut
,, quid loquar de præclara & ſancta
,, Virgine. Deſiderium me trahit
,, ut de Deipara verba faciam, & for-
,, mido me retinet in ſilentio, ut qui
,, non habeam facultatem dicendi pro
,, dignitate. Animus hortatur, &
,, metus deterret : ille quidem tra-
,, hit me , iſte verò me abſtrahit.
,, Cum ergò ab utroque diſtinear, ex-
,, pedit mihi ut ſermonem habeam de
,, percelebri & ſancta Virgine. Di-
,, co enim illam eſſe cœlum, Thro-
,, num, ſimul & crucem , extendens
,, enim ſanctas ulnas Dominum por-
,, tavit. Thronus Cherubicus, cru-
,, ciformis , & cœleſtis : de qua
,, per ſcripturas in cœlos incumbo,
,, & conſpicio illam ab Angelis ado-
,, rari. Hinc Gabriel inprimis ſa-
,, lutat Virginem : *Ave gratia plena*,
,, quæ es ſplendidum cœlum. *Ave*
,, *gratia plena* , quæ habes radium
,, de cœlo lucidis facibus coruſcan-
,, tem, utpote ſolem Chriſtum. Vir-
,, go plurium nominum, & multo-
,, cula effecta eſt. Seraphim incom-
,, prehenſæ viſionis; quæ inventa eſt
,, velamentum quoddam intellectua-
,, le corporis univerſalis, Cherubim
,, tranſcendens : illa enim avertun-
,, tur , cum nequeant ſpiritalem ig-
,, nem divinitatis , fixis oculis intue-
,, ri : hæc autem apertis oculis fixè
,, intuens incomprehenſibilem &
,, ſomni expertem oculum Chriſti,
,, cum deſiderio & oſculo ſalutabat.
Exercitus Angelorum (qui ſunt ,,
ſcabellum pedum Chriſti) proci- ,,
dentes nec videre poſſunt ; hæc ve- ,,
rò labra labris conjungens incom- ,,
prehenſum ſalutabat. O Virgo ,,
incomprehenſi myſterii , ferens mi- ,,
raculum quæ fidem ter optatam or- ,,
bi prædicaſti. ,,

,, Virgo ſublimior Angelis fa- ,,
cta eſt , ſuperior ipſis Cherubim & ,,
Seraphim , placens Chriſto Re- ,,
gi , à Deo in honore habita , tan- ,,
quam Ancilla digna & Mater. ,,
Sancta Mater immaculata , quæ ,,
genuiſti Chriſtum , qui eſt ante te, ,,
& dixit : *Priuſquam Abraham fie-* ,, *Ioan. 8.*
ret , *ego ſum*. Quæ ſtabulum ,,
gloria exornaſti , & præſepe illu- ,,
ſtraſti : Virgo ſiquidem , ſpelunca, ,,
& præſepe , cœli circulum præ ſe ,,
ferentes, Deum incomprehenſum ,,
geſtabunt , utpote tres Trinitati ,,
apertè miniſtrantes , quando Vir- ,,
go in ſpelunca citra laborem præg- ,,
nans, cœli & terræ Dominum de- ,,
poſuit in præſepio , tunc etiam or- ,,
dines Angelorum circumſtabant ,,
Virginem cum clamore dicentes: ,,
Gloria in altiſſimis Deo , *& in ter-* ,, *Luc. 2.*
ra pax hominibus bonæ voluntatis. ,,
Quapropter etiam Paſtores qui ,,
ruri pernoctabant , hujuſmodi glo- ,,
rificationem Angelorum audie- ,,
runt de Salvatore , & celeri ,,
curſu properantes , lucem ad- ,,
oraverunt , ſpectantes Miracu- ,,
lum inſolens : Ancillam Domini, ,,
& virginem in terra verſantem, eva- ,,
ſiſſe

Digitized by Google

„ ſiſſe Sponſam cœleſtem: ipſa enim „ & Sponſa,& Thalamus,& Dei Mater viſa eſt in ſtabulo, quando peperit infantem Chriſtum. *Et infrà.* „ Obtuleruntque dona, aurum, thus, „ & myrrham, aurum quidem velut „ Regi, thus autem tanquam Deo,& „ myrrham, tanquam mortali, vel „ potius ut indicarent ſepulturam „ Creatoris & Opificis omnium Chriſti, quem peperit Sponſa cœleſtis „ Maria, quæ eſt Cœlum, & Templum, & Thronus divinitatis, inexplicabile Paradiſi monile. Angeli „ accuſabant Evam, nunc vero Mariam gloriâ proſequuntur, quæ mulierum infirmitatem verè glorioſam „ reddidit, quæ lapſam Evam erexit, „ & Adamum è Paradiſo dejectum in „ cœlos miſit: quæ Paradiſum clauſum aperuit, & per Latronem rurſum Adamum complantavit. Per „ te enim, ô Sancta Virgo! medius „ obſtructionis paries inimicitias diſſolvit, per te Pax cœleſtis donata „ eſt Mundo, per te homines facti „ ſunt Angeli, per te homines appellati ſunt amici, ſervi, Filii Dei, „ per te homines meruerunt eſſe conſervi Angelorum, & cum eis familiariter converſari, per te notitia cœleſtis, à terra tranſmittitur „ in cœlos: per te homines fiduciam „ habent in cœlo erga Altiſſimum. „ Per te Crux reſplenduit per univerſam terram, in qua quidem Cruce „ pependit Filius tuus Chriſtus Deus „ noſter: per te mors conculcatur,& „ ſpoliatur per te infernus: per te receciderunt idola, & excitata eſt notitia cœleſtis: per te cognovimus „ unigenitum Filium Dei, quem Sanctiſſima Virgo peperiſti, Dominum „ noſtrum Jeſum Chriſtum, quem „ omnes Angeli atque homines adorantes, dicimus principio carentem Patrem, carentem principio „ Filium, & principio carentem Spiritum Sanctum, Trinitatem individuam & conſubſtantialem glorificantes in ſæcula ſæculorum. Amen. „

ANNOTATIO I.

Quam diſſideat à Sancto Epiphanio Author Monitorum *pratenſe* ſalutatinm B. V. Mariæ ad Cultores ſuos indiſcretos.

Quanto putas, Monitor, amore flagrabat erga B. Virginem Mariam pectus illud, quod talem prompſit de ea ſermonem, quod has ardentiſſimas eructavit flammas? Ego ſanè præ ſtupore ferme hæſi, cùm tantam devotionem contemplarer: Æthna amoris ardebat in illo, quando iſtam declamavit Virginis panegyrim, præ dulcedine Spiritus liquefiebat, quando iſta de dulciſſima Virgine Deipara meditabatur, proloquebatur, conſcribebat: æſtuabat mirificè zelo honoris, laudis ac cultus Mariæ, qui tot tantáque eam honorandi, laudandi ac colendi omni poſteritati reliquit incentiva ac argumenta. Quam vero tu, Monitor, alges amore, friges zelo

 hono-

honoris B. V. Mariæ, quam immane ab epithetis, laudibus, elogiis ab Epiphanio Virgini Matri attributis diſtant tua monita, quæ, pudore retractus, nomine ſuppreſſo, B. V. Mariæ affinxiſti! Monet Sanctiſſimus hæreticorum Maſtix, ne *leviter* de Deipara Maria *loquatur humana lingua*; tu verò loqueris etiam fraudulenter, Cultores Virginis etiam in idololatriæ ſuſpicionem adducens, aut reos agens: an non hoc tuum profert monitum Virgini adfictum: *Nolite me in paralello ponere cum Deo, vel Christo*? Monet Epiphanius, quod *Virgini prædicandæ cœleſtis ac terrena lingua minimè ſufficit, immo verò nec Angelorum: Etenim ipſi quidem hymnum, laudem, honorem protulerunt, non tamen eo modo eloqui pro dignitate potuerunt.* Tu verò hymnum, laudem, honorem quem Eccleſia hodie profert de Virgine, quemque ab Eccleſiæ exordio protulêre Patres Sanctiſſimi pariter ac ſapientiſſimi, traducis velut Christo injurium, vanáſque Virginis adulationes: hinc præclara, ſcilicet, illa Monita Deiparæ adficta: *Nolo ego iſta exceſſiva encomia, vel vanas adulationes. Simplex ſit mea laus & ſobria, non ambigua, non exceſſiva, non hyperbolica. Nec te moveant hyperbolicæ aut anomalæ phraſes & locutiones quorundam Sanctorum, quæ non ſunt promiſcuè uſurpandæ, nec ſine prudentia & circumſpectione proferendæ, multò minus amplianda, vel extendendæ*: at potius forſan tollendæ; quis enim exceſſivas ferat laudes, vanáſque adulationes? O voces inſulſas, temerarias, ſcandaloſas hominis plus ſapientis, quam oportet ſapere! ignorarunt fortè, quibus encomiis ac laudibus foret celebranda digniſſima Dei Mater, Patres Sanctiſſimi ac Sapientiſſimi, eximia organa Spiritus Sancti? Scrupulo quoque atque anxietate opus, dum eorum legimus veſtigia, ne imprudenter ac incircumſpectè proferantur quæ ab illis ſunt prolata, & in hanc uſque horam, annuente Eccleſiâ, à Virginis Sapientiſſimis Cultoribus uſurpatâ? Neſcivit nempè Epiphanius, neſciverunt alii Patres Eccleſiæ lumina ac columina qualiter Maria Virgo abſque jactura honoris Christi eſſet laudanda atque colenda, niſi ab aliquo, quo neſcio, Monitore inſtruerentur: ô fera præſumptio. At quid miramur ſi huic homuncioni ſint laudes exceſſivæ, quæ Epiphanio ac aliis Sanctis ſunt defectivæ? iſtis Maria Domina eſt, Regina, Hera, Cherubim, Seraphim, ac univerſo Angelorum exercitui Superior; illi Ancilla tantum Domini, ſuáque *conſerva*. Si, Monitor, Sanctiſſimi Epiphanii Monita perlegiſſes, ac juxta ipſius prudentiam expendiſſes non tua Cultoribus B. V. Mariæ obtruſiſſes, non in tam periculoſa præcipitia incidiſſes junior, contempto conſilio Seniorum. Neſcio quis tibi adfuerit genius, cùm Dei Matrem ſupra omnes puras creaturas evectam tuam tibi perſuaſiſti *Conſervam*. Ancilla quidem Domini eſt, ſed & Mater Domini, & *Sponſa cœleſtis*, ut Epiphanius te monet, indéque altiſſimè ſuper omnes conſervos atque conſervas

Monit. ſalut. §.

Digitized by Google

ſervas tuas ſublimata, propriôque cultu, hyperdulia dicta, à cunctis fidelibus dignâ habitâ ac venerata: ab his *diſce muſſitator*, verius quam Monitor, *legem*. Et diſce adhæc ab Epiphanio, quod Maria *Adamum è Paradiſo dejectum in cœlos miſit*, quod *clauſum Paradiſum aperuit*: quod per eam *pax cœleſtis donata eſt mundo*; & *homines facti amici Dei*, imo *Angeli*. Hæc cum docearis à tanto Eccleſiæ Doctore, quid tu præſumis docere Magiſtros tuos, hunc, aliósque Patres, ne Mariam vocent *Salvatricem*, aut *Corredemptricem*? an non, *Paradiſum aperire, homines amicos Dei facere*, ſalvare, redimere eſt? Imo ego cum tuo devotiſſimo Capellano Epiphanio agnoſco, Maria, *Salvatrix*, *Corredemptrix* mea, quod *per te homines fiduciam habent in cœlo apud Altiſſimum*: nec hinc vereor Filii tui injuriam, ſed magnifico gloriam, ex ejus enim hauris fonte, quidquid mortalibus propinas, qui ſalvantur per te, principaliter ſalvantur per Filium tuum, qui unicus eſt omnium Salvator in ſanguine ſuo, quod omnes Cultores tui profitentur cum tuo Epiphanio, qui toties ingeminavit, te, quidquid es, eſſe *per Chriſtum quem peperiſti*. Faceſſat igitur temerarium Monitum: *Ne me vocaveris Salvatricem, aut Corredemptricem*. Aut, ut alius vult *Scalam*, quâ aſcenditur in cœlum.

Iſa. 29. — *Monit. ſalut. §. 3.*

ANNOTATIO II.

Elogia aliquot Virgini ab Epiphanio attributa dilucidat.

MEDIATRIX, QUÆ UNIONEM NATURALITER PEREGIT. Quo ſenſu Maria ſit Mediatrix Dei & hominum, jam aliquoties expoſuimus, nimirum ſecundaria, & per merita Chriſti, qui eſt cauſa principalis omnis meriti, & in proprio ſanguine Salvator & Mediator hominum. Hic vero ſpecialiter diſquirimus, qualiter dicatur *unionem naturaliter peregiſſe*. Hoc ut intelligatur, triplicem reor diſtinguendam *unionem*: prima eſt moralis, ſeu pacis & reconciliationis: & hanc unionem Mariam peregiſſe expreſſit ipſe Divus Epiphanius hiſce ad Virginem verbis, *per te pax cœleſtis donata eſt mundo*. Et ſubſcribit Synodus Conſtantinopolitana Epiſtolâ ad Hormiſdam Papam: *Ecce*, inquit, *interceſſione Sanctiſſimæ Virginis, quæ olim fuerant membra diviſa, per Spiritus Sancti gratiam ad unitatem & charitatem perfectam ſunt redacta*, tum inter ſe, tum etiam cum Deo. Atque ita ſenſus verborum Epiphanii erit, quod Maria tamquam centrum univerſi mundi rationalis, naturali quaſi vi & affectu omnes ad pacem & unionem, cum Deo præſertim, attrahat. Quam interpretationem haud obſcurè corroborat Divus Bernardus, dum ita loquitur: *Et tunc jam operabatur* (Chriſtus) *ſalutem noſtram in medio terræ, in utero videlicet Virginis Mariæ,* *Serm. 3. de Pentecoſt.*

qui

qui mirabili proprietate terra medium appellatur. Ad illam enim ſicut ad medium, ſicut ad Arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſæculorum reſpiciunt & qui in cœlo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Illi qui ſunt in cœlo, ut reſarciantur: & qui in inferno ut eripiantur: qui præceſſerunt, ut Prophetæ fideles inveniantur: qui ſequuntur, ut glorificentur. Eò beatam te dicunt omnes generationes Genitrix Dei, Domina mundi, Regina cœli. Secunda *unio* eſt Phyſica, illa nimirum quæ eſt nexus & vinculum animæ cum corpore: quo ſenſu docet Epiphanius Virginem *naturaliter unionem peregiſſe*, eo quod naturaliter produxerit unionem inter animam & corpus Chriſti, quam unionem cæteræ matres naturaliter quoque producunt; & ab hac Phyſica unionis cauſalitate, eſt Maria vera & naturalis Chriſti Mater: juxta illud Sancti Maximi: *Qui non dicit, Dominam noſtram ſuperlaudabilem, Sanctiſſimam, intemeratam, & omni naturæ intellectuali venerandam, naturalem veraciter Matrem Dei effectam, qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, ſit Anathema.* Tertiò *unio* ſumi poteſt pro unitate, ſeu unico Virginis Filio; & ita Maria *naturaliter peregit*, quia ut naturalis Mater produxit Chriſtum Filium ſuum unigenitum: quem ſenſum ſæpiùs tradit Divus Hieronymus: Primo ad illud Iſaiæ: *Exiet Virga de radice Jeſſe*: Sic enim loquitur de Virgine: *Virga, Mater eſt Domini, ſimplex, pura, ſincera, nullo extrinſecus germine cohærente, & ad ſimilitudinem Dei, unione* (id eſt, Unigenito) *fœcunda.* Et alio loco: *Deſertum*, ait, *intelligimus Sanctæ Mariæ uterum Virginalem, quod abſque ſemine humano, nullo frutice pullulaverit, ſed Virga ſimplex atque puriſſima, & unione fœcunda, ediderit eum florem, qui dicit in Cantico Canticorum:* Ego ſum flos campi.

In Collat. cum Theodoſſo.

Epiſt. 22.

In cap. 13. Oſeæ.

Columba pura. Columbæ nomine in Sacris Litteris deſignari Beatam Virginem, communis eſt Interpretum ſententia. Hinc illa vox Sponſi Chriſti ad Virginem Sponſam cœleſtem: *una eſt Columba mea, perfecta mea, una eſt Matris ſuæ, electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ Sion, & beatiſſimam prædicaverunt: reginæ & concubinæ, & laudaverunt eum.* Unicè & maximè propriè, inquit Cornelius, competit hæc ſententia B. Virgini, ipſa enim eſt una columba, id eſt, una Sponſa SS. Trinitatis, præ omnibus hominibus & Angelis electa & dilecta: *Matri ſuæ, id eſt, Eccleſiæ Patriarcharum*, ait Rupertus, *& Regum juſtorum, ex qua progenita eſt, quorum ſecundùm fidem benedictionis, quæ ad illos repromiſſa erat, janua vel materia eſt. Et illi Matri & huic genitrici una & electa eſt, quia nec inter Angelos, nec inter homines ſimilem vel primam habet, vel ſequentem habitura eſt: verè columba, quia gratia plena; verè electa, quæ non ſolum ſalva exiſteret, verum etiam ipſam ſalutem pareret.* Quocirca SS. Trinitas totum ſuum amorem in eam transfudiſſe videtur, adeò

Cant. 6.

Digitized by Google

adeò ut B. Virginem ſolam plus diligat, quam omnes Angelos & homines ſimul ſumptos, quam ſententiam latè probavi à ratione & authoritate c. 39. Audi modò Guilielmum: *Una eſt columba mea, perfecta mea: una eſt Regina Reginarum, Domina concubinarum, nutrix adoleſcentularum. Hæc eſt columba per fœcunditatem, & mea per ſingularis partus novitatem: columba mea, cui ego ſingularis pullus ſum, perfecta mea, cui nihil deeſt ad gratiam & ad gloriam, cujus neque fœcunditas Virginitatem defloravit, neque Virginitas fœcunditatem ignoravit.* Addit poſt pauca. *Eſt etiam unicè electa genitrici ſuæ, ſingulariter electa ad miniſterium redemptionis & regenerationis gratiæ. Inſigne quippè & ſingulare miniſterium gratiæ redemptrici exhibuit in eo, quod ipſum Redemptorem ſibi, nobíſque genuit, ſibi nobíſque pro lacte aluit, atque ad annos maturitatis piâ maternæ ſolicitudinis ſedulitate perduxit.* Hæc, inter alias, cauſa eſt, quod B. Virgo dici poſſit Corredemptrix: exſibilaſſet proindè præclarus hic Interpres Pſeudo illud fictúmque monitum: *Nolite me vocare Salvatricem, aut Corredemptricem.* Audi & Honorium eadem Canticorum verba Virginis laudibus dedicantem: *Tu una omnium tranſcendis merita, & ideò præ omnibus ſola electa, columba mea, in qua transfudi ſpiritûs chariſmata: perfecta mea, quam perfudi perfectione per virtutum munera. Hæc una eſt immutabilis Matri ſuæ, ſcilicet præſenti Eccleſiæ, electa genitrici ſuæ, Angelorum frequentiæ. Viderunt eam oculis cordis filiæ Sion, id eſt, Eccleſiæ, & beatiſſimam prædicaverunt, ut ipſa dixit, beatam me dicent omnes omnes generationes. Et reginæ & concubinæ, activi & contemplativi, ita laudaverunt eam dicentes: quæ eſt iſta &c.* Porrò præclarè hujus Virginis Epitheti rationem deducit ex columbæ proprietatibus Abbas Rupertus, his verbis eam alloquens: *Columba ſine felle eſt, deindè nihil vivum comedit, pullos alienos nutrit,* (Lib. 3. in Cant.) *grana ſemper candidiora colligit, in petris nidificat, gemitum pro cantu habet, libenter juxta fluenta reſidet, ut venientem accipitrem ex umbra præcognitum, effugiat perniciter. Tu maximè ô miſericordiæ Mater, ſine felle: nihil enim umquam habuiſti invidiæ, nihil odii quod familiare eſt rapacibus corvis. Nihil vivum columba comedit, & tu longè ab illis es, de quibus ſcriptum eſt; qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis. Pullos alienos Columba nutrit, & nos qui vocamur alieni ſecundùm carnem à genere tuo, ecce vivimus tuis meritis. Grana candidiora Columba colligit, & tu conferens in corde tuo teſtimonia de Scripturis, creditum tibi conſervabas ſecretum Dei. Columba in petris nidificat, & tu in ſolitudine fidei permanens, evaſiſti ſerpentis antiqui venena. Columba gemitum pro cantu habet, & tibi gemere dulce fuit, eo quod præ cunctis mortalibus mente vulnerata eſſes. Columba juxta fluenta reſidet; tibi autem vel tuo pectori omne fluentum Scripturarum quam contiguum eſt. Numquam adventus ſpiritualis accipitris tibi eſt improviſus, aut te proſequi, imo nec tibi appropinquare potuit.* Quibus poſtremis verbis tradit, quod Divus Epiphanius, dum dixit Virginem

nem *Columbam puram*, quam frequenter etiam *immaculatam* appellat: perbellè autem Columba & puritas ſociantur, eſt enim amor munditiæ & puritatis, velut nativus Columbæ, *ſunt enim*, inquit Varro, *permundæ hæ volucres.* Quocirca Divus Epiphanius, ad exprimendam omnimodam Virginis puritatem, eam *Columbæ puræ* nomine inſignivit, quis enim dignè de Matre Dei, ac Sponſa SS. Trinitatis ſentiens, eam immundam aliquando fuiſſe, audeat vel ſolum cogitare?

SERAPHIM INCOMPREHENSÆ VISIONIS. Comparat hic Divus Epiphanius Virginem Seraphim illis de quibus ait Iſaias: *vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum: & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum: Seraphim ſtabat ſuper illud: ſex alæ uni: Duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes eius.* Quo geſtu ſignificabant Seraphim, teſte Sancto Hieronymo, incomprehenſibilitatem Deitatis, & Verbi Incarnationis, cujus majeſtatem ob emicantem gloriæ ſplendorem Seraphim nequeunt intueri, idcóque Domini faciem, quaſi Deitatem, & pedes, quaſi humanitatem alis ſuis ex reverētia obtegūt. Hūc autē irretorto obtutu intuetur Virgo, imò & *labra labris conjungens*, ut ait Epiphanius, *incomprehenſum ſalutabat*: ideóque meritò ab eodem dicta *Virgo multocula*, & *Seraphim incomprehenſæ viſionis*, hoc eſt, verè præſtans, quod Seraphim in relata Dei imperfecta viſione, præſtare non potuerunt.

Iſa. 6.

Epiſt. ad Damaſ.

VELAMENTUM QUODDAM INTELLECTUALE CORPORIS UNIVERSALIS. Primâ facie verba illa quamdam præferunt obſcuritatem; at diffugit, delectâ metaphorâ: per velamentum igitur intelligitur caro Chriſti aſſumpta ex Virgine; per *corpus univerſale* deſignatur Chriſtus: corpus enim univerſale eſt Sol iſte viſibilis, univerſalis ratione ſui effectus, cum totam illuminet ac vegetet terram, Chriſtus autem eſt *Sol juſtitiæ.* Solem itáque illum divinum, ad quem omnis creata acies hebetatur, quemque irretorto obtutu, ut in præcedenti vidimus epitheto, in viſione objecta Iſaiæ Seraphim intueri non poterant; Virgo explens quod illis deerat, facta velamentum Solis juſtitiæ, per circumdatum illi carnis tegumentum, nedum intueri, ſed & *cum deſiderio & oſculo ſalutare* potuit. Quocirca ita Virginem alloquitur Sanctus Germanus: *Thronus Cherubicus, immenſus, igneus ac ſublimis, Regem Dominum exercituum ſinu geſtans: ſuperum lumen cœleſtium arcanorum quod Seraphim alis tectus velat, his quidem facies, illis vero pedes.*

Orat. de Nat. B.V.

Juvenca numquam jugum experta, quæ vitulum genuit. Juvenca, & *juvencus* non ſolum de bobus, verum etiam de hominibus adoleſcentulis dicitur, quamvis in ea ſignificatione frequentius juvenculos dicamus, & juvenculas. Eſt igitur per ſimilitudinem Virgo Mater *juvencula*, ſeu adoleſcentula numquam jugum experta, libera enim ab omni jugo peccati, libera à corporis violatio-

violatióne, atque à partûs ſordibus & doloribus, *genuit vitulum*, id eſt, Chriſtum, vitulus enim ſymbolum eſt Sacrificii & Sacerdotii, Chriſtus autem ſacrificium eſt, altare, & ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Undè immediatè antè dicta etiam fuit à Sancto Epiphanio Virgo, *Ovis immaculata, quæ peperit agnum Chriſtum*, utráque enim ſimilitudine idem, ſervatâ proportione, ſignificatur.

THRONUS CHERUBICUS, CRUCIFORMIS, ET COELESTIS. Ratio, quare Virgo meritò ab Epiphanio intituletur *Thronus Cherubicus*, haud eſt difficilis: idem enim eſt, ac ſi diceretur, *fœderis Arca*, ac *Propitiatorium*; nimirum, quia in ipſa requievit panis ille vetus qui de cœlo deſcendit, Chriſtus, qui eſt *propitiatio* noſtra. Neque difficile eſt intellectu, cur dicatur *Thronus cœleſtis*, nimirum, ut, cum eam audimus vocari Arcam, mente ſublevemur, nec hæreamus in typica & terrena illa Arca, ſed agnoſcamus Mariam eſſe Arcam ſanctificationis, de qua propheta, *ſurge, Domine, in requiem tuam, tu & Arca ſanctificationis tuæ*: (*Pſalm. 131*) quæ tota cœleſtis eſt, & tota cœleſtia ſpectat. Supereſt igitur inquirendum, cur appelletur *Thronus cruciformis*. (*Arnold. Abb. in Deip. laud.*) Prima hujus nomenclaturæ ratio myſtica & ſpiritualis deſumitur à compaſſione Virginis Filii crucifixi, quæ tanta fuit juxta graviſſimos authores, ut Mater in eadem cruce cum Filio præ amoris magnitudine affectu & compaſſione cenſeatur fuiſſe ſuſpenſa: quò ſpectat, quod de doloroſa Matre canit Eccleſia: *Virgo Mater Chriſti juxta Crucem aſtitiſti, præparata mori propter amorem Filii.* (*Guiliel. in Cant. 7. Bernard. ſerm. in ſignum magnum.*) Secundò, & proximius menti Sancti Epiphanii Virgo eſt *Thronus cruciformis*, quia Chriſtum extenſis ulnis, inſtar vivæ crucis, portavit: Hæc enim ſunt Sancti Patris verba: *Dico Sanctam Virginem eſſe cœlum, Thronum ſimul & Crucem. Extendens enim ulnas ſuas, Dominum portavit. Thronus Cherubicus, cruciformis & cœleſtis.* Tertiò, nam Chriſtus natus ex Virgine, natus quoque dici poteſt de Cruce, eſt enim in eccleſia trita loquendi methodus, quâ mortui in gratia, dicuntur naſci cœlo: & dies obitus Sanctorum dici conſuevit *natalitius* aut *natalis*. De quo videndi Nyſſenus, & Tertullianus. (*Orat. de mortuis. lib. de coro. Milit.*) Multiplicem analogiam inter Beatam Virginem & Crucem continet proſa de eadem Virgine ad Crucem, comparatâ, quæ refertur à Clychtoveo, quam propterea adjiciam ad pleniorem hujus Epitheti dilucidationem: eſt enim Proſa antiqua, nec multum nota. (*Lib. 4. Elucid. Eccleſ.*)

Lignum vitæ quærimus,
Qui vitam amiſimus,
Fructu ligni vetiti,
Nec inventum noverit,
Qui fructum non viderit
Adhærentem ſtipiti.
Fructus per quem vivitur,
Pendet ſicut creditur,
Virginis ad ubera;
Et ad Crucem iterum,
Inter viros ſcelerum,
Paſſus quinque vulnera.

Digitized by Google

Hic Virgo puerpera,
Hic Crux ſalutifera,
Ambo ligna myſtica;
Hæc Hyſopus humilis,
Illa Cedrus nobilis,
Utráque vivifica.
Poſitus in medio,
Quo me vertam neſcio:
In hoc dulci dubio,
Dulcis eſt collatio.
Hic complexus brachiis,
Modis vagit variis,
Hic extendit brachia,
Complexurus omnia.
Charum Mater tenerè
Novit hîc tenere;
Charitas ſub latere,
Neſcit hîc latere:
Hic adhærens pectori,
Paſcitur ab ubere
Hic affixus arbori,
Paſcit nos ex vulnere.
Crux miniſtrat pabula,
Fructu nos reficiens:
Mater eſt præambula,
Fructum nobis nutriens.
Crux in loco paſcua,
Paſcit nos præcipuè;
Sed Virgo præcipua
Paſcit ipſa paſcua.
Tandem ad hoc trahitur
Finalis ſententia,
Quod nemo conſequitur
Unam ſine alia.
Qui crucem elegerit,
Nec ſi Matrem deſerit:
Cum ad Crucem venerit,
Matrem ibi poterit
Stantem invenire.
Nec qui Matrem eligit,
Crucem prorſus abigit;
Si modum intelligit,
Quo per Matrem contigit
Gladium tranſire.
Ergò qui utramlibet
Optat, illam adeat
Ex quo nil prohibeat
Quin utráque gaudeat.
Fili Matris unice,
Matris crucifixa
Nos de cruce reſpice
Fili Crucifixe.
Fructus ô vivifice,
Fructus ligni vitæ,
Nos te ipſo refice,
Nobis da frui te. Amen.

ANNOTATIO III.

Ad illa Sancti Epiphanii verba: Per Scripturas in cœlos incumbo, & conſpicio illam ab Angelis adorari.

ADVERSUS ISTUD CALUMnioſè ſuſpicioſum monitum Virgini adfictum: *Monit. ſalut. §. 8.*

Ne quidquam Deo detraxeris, ut me honores, ſicut Collyridiani. Noli me colere quaſi Deam ſubalternam.

Vidimus, quàm copioſâ ac illuſtri laude Virginem celebravit Epiphanius, quam ab Angelis noverat adoratam, quotquot tamen noviſſimis hiſce temporibus Neoantidicomarianitæ in Cultores B. Virginis deſæviunt, S. Epipha-

Epiphanium incomparabilem illum Virginis Encomiaſtem ac propugnatorem in ſuas detorquent partes, ducem eligunt, inſolenti jactantiâ Virgini Catholiciſque opponunt: atque univerſa ſancti Doctoris adverſus Collyridianorum hæreſim ſcripta, modernum Catholicorum Marianum cultum, velut idololatriam damnare, imponunt imperitis. Audiamus aliquot calumnioſorum clamorum ſpecimina:

In 5. Libr. S. Irenæi.

Nicolaus Gallaſius jactanter effutit: *Qui de ſuperſtitioſo Virginis Mariæ cultu jam olim damnato nonnulla notione digna videre volet, legat Epiphanium contra Collyridianos.*

In Evang. feſti Annunt. B.V.

Acclamat Nicolaus Selneccerus: *Invocatio Mariæ eſt idololatrica*, ait, *& teter error; qua de re Epiphanius contra Antidicomarianitas & Collyridianos graviter diſſerit.* Atque in hunc modum cæteri Neoantidicomarianitæ Epiphanio arma rapiunt quibus cultum ſanctiſſimæ Deiparæ invadant. Subſecutus eſt nuperrimè muſſitator aliquis, qui Catholicos cum prædictis graſſatoribus de idololatria ſuſpectans in colendo B. Virginem Mariam, cenſuit eoſdem ſeriò monendos, & quidem nomine ipſius B. V. Mariæ:

Monit. ſalut. §. 3.

Ne quidquam Deo detraxeris, ut me honores, ſicut Collyridiani. Nolite me colere quaſi Deam ſubalternam. Nolite me in parallelo ponere cum Deo vel Chriſto. Quam hic ſollicitus eſt, ne Deo ſuus detrahatur honos, nihil interim ſollicitus, ut in Sanctis, ac præcipuè in Sanctorum omnium Regina pro debito laudetur ac honoretur Deus & Chriſtus. Objicit ille tacitè Cultoribus B. Virginis idololatriam, quaſi ipſi non ſufficerent univerſi horridi ac calumnioſi clamores, quibus Hagiomachi omnes deteſtandum idololatriæ ſcelus hodie, & ante ſæcula nobis inſolentiſſimè exprobrarunt.

Erexerunt Mariomachi machinas ſuas adverſus Virginis Cultores, ipſumque ſanctum Epiphanium Cultorem ipſius nobiliſſimum, quem hæreſi ſuæ vel invitum compellunt ſubſervire: muneris noſtri modò erit, machinas ſubvertere, & Virginis Cultores ab idololatriæ, & Epiphanium ab Hagiomachiæ tetrâ labe liberare: quod ut præſtem felicius, primum cauſæ ſtatum, in quo velut cardine Epiphanii contra Collyridianos diſputatio verſatur, ex ipſo ſancto Doctore fideliter in medium producam. Impugnat ergò Epiphanius Collyridianos, aut potius Collyridianas, ſeu mulieres quaſdam Arabes, eò inſaniæ ac impietatis prolapſas, ut in unum convenientes, inauditum Virginem colendi portentum inducerent, eam Dei loco ſibi colendam ac adorandam publicè proponendo, ſimulque ſacrificia offerendo, novos ritus, contra omnem Eccleſiæ morem, ac ſacra inſtituendo. Audiamus ipſummet Sanctum rem totam enarrantem: *Admirati ſumus, quum audiviſſemus,* Hæreſ. 78.
alios nimirum rurſus ita deſipere, ut in tractatione de ipſa Sancta ſemper Virgine, pro Deo hanc introducere ſtuduerint, & adhuc ſtudeant, & furore quodam ac amentiâ ducantur. Narrant enim, quod quædam mulieres illic

in Arabia à partibus Thraces, hanc vanitatem invexerunt, in nomen ſemper Virginis collyridem quandam ſacrificent, & ſimul congregentur: Et in nomen ſanctæ Virginis ultra modum quid tentent aggredi, nefario ac blaſphemo negotio: & in nomen ipſius ſacra celebrent per mulieres: quod totum impium eſt ac nefarium, alienum à prædicatione ſancti Spiritûs: ut ſit totum diabolicum opus, & Spiritûs immundi doctrina. Impletur enim in his & hoc: Deficient quidam à ſana doctrina, attendentes fabulis & doctrinis dæmoniorum. Erunt enim, inquit, mortuis cultum divinum præſtantes, quemadmodum etiam in Iſrael coluerunt. Et Sanctorum juxta tempus in Deum gloria facta eſt aliis non videntibus veritatem in errorem Nam in Sicimis, hoc eſt in Neapoli nunc appellata, indigenæ ſacrificium faciunt in nomen puellæ, nimirum ex occaſione filiæ Jephtæ, quæ aliquando oblata eſt Deo in ſacrificium, & deceptis factum eſt hoc in detrimentum idololatriæ, & vani cultûs. Sed & filiam Pharaonis, quæ honoravit ſervum Dei Moſem, ſuſtulitque ac educavit, propter celebritatem tunc pueri, ultra decorum honoraverunt Ægyptii pro Deo, atque hoc in malam traditionem ſtolidis demandarunt ad ſuperſtitioſam religionem. Et adorant Thermutim filiam Amenoph filii Pharaonis, quoniam educavit, velut dixi, Moſem. Et multa talia ac ſimilia facta ſunt in mundo ad ſeductionem deceptorum: non quod Sancti ſint cauſa offendiculi quibuſdam, verùm quod cogitatio hominum non quieſcit, ſed ad prava evertitur. Sive enim mortua eſt ſancta Virgo & ſepulta, in honore ipſius dormitio, & in caſtitate mors, & in virginitate corona: Sive ſublata eſt, velut ſcriptum eſt, animam ipſius pertranſibit gladius: inter Martyres eſt ipſius gloria, & in laudibus Sanctum ipſius corpus, per quam lux orta eſt mundo: ſive manſit, nam non eſt impoſſibile Deo omnia facere quæ vult, finis enim ipſius nemini notus eſt: non convenit Sanctos colere ultra decorum, ſed honorare ipſorum Dominum. Ceſſet itaque error ſeductorum. Neque enim Deus eſt Maria.

Habes, Lector, hiſtoriam muliercularum ſtolidarum in cultu Virginis idololatrantium, quam repetit idem Epiphanius alio loco, addens ritum quo Virgini ſacrificabant: *Quædam enim*, inquit *mulieres currum quemdam, ſive ſellam quadratam ornantes, expanſo ſuper ipſum linteo, in die quadam illuſtri anni per aliquod dies panem proponunt, & offerunt in nomen Mariæ. Omnes autem pane participant.* Undè liquet, mulieres iſtas fanaticas, in ſuo Mariæ ſacrificandi ritu, fuiſſe imitatas ritum Catholicorum ſacrificii incruenti, quo Chriſtus ſub panis ſpecie offertur, & fidelibus adſtantibus communicatur. *Hæreſ. 79.* Hæſit autem hæreſis illa inter mulierculas aliquas; ut apertè teſtatur Epiphanius: *Hi enim*, ait, *qui hoc docent, qui ſunt præter mulieres? Muliebre enim genus lubricum eſt, erroneumque, ac intellectu humili præditum: Etenim & ipſi diabolo viſum eſt hoc mulieribus evomere.* *Ibid.* Et infrà: *Totum enim hoc, mulieris opinio eſt, & Eva rurſus decepta morbus.*

Ex

Ex deſcripta hactenus Collyridianarum hæreſi licèt colligere, ſanctum Epiphanium ex duplici præſertim capite mulierculas illas mariolatras impugnaſſe: Primò, quod Mariam velut Deum colerent, eique ſacrificarent: Secundò, quod ſacrificandi munus mulieres uſurparent. Atque in utroque capite omnes Catholici cum ſancto Epiphanio per omnia convenimus. Execramur enim ſtolidum ac impium illud mulierculatum ſtudium, Mariam loco Dei habentium, colentium ac adorantium. Profitemur quoque cum eodem Epiphanio, *Mariam eſſe creaturam, Joachim & Annæ filiam, corpus non habere de cœlo, ſed ex conceptione viri & mulieris, ſecundum promiſſionem velut Iſaac diſpoſitam: atque ita honoratam a Deo, ut ipſis Sanctis honoratior fuerit propter diſpenſationem myſterii quâ digna facta eſt: eximium quidem vas; intellectu & ſenſu in honore honoratum, velut corpora Sanctorum, & ſi quid amplius ad glorificationem dixerim, ſicut Helias ex Matre Virgo, & ſic manens in perpetuum, & tranſlatus, & mortem non conſpicatus; ſicut Joannes qui ſuper pectus Domini recubuit, quem diligebat Jeſus: ſicut Thecla ſancta. Et Maria adhuc honoratior. Factam eſſe Mariam Matrem viventium.* Hæc eximia elogia Virginis profitemur cum Epiphanio: at addimus cum eodem: *Neque tamen Deus eſt Maria; quam non convenit ultra decorum honorare Quis enim prophetarum præcepit hominem adorari,* (latriâ) *nedum mulierem? Non dominabitur nobis antiquus error, ut relinquamus viventem, & adoremus ea quæ ab ipſo facta ſunt. Coluerunt enim & adorarunt* (latriâ) *creaturam præter Creatorem, & ſtulti facti ſunt.* Profitemur & illa cum eodem: *Revera ſanctum erat Corpus Mariæ, non tamen Deus. Revera Virgo fuit ipſa Virgo & honorata, non autem propoſita eſt ad adorationem, ſed ipſa adorans eum qui carne genitus eſt ex ea. Sit in honore Maria: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus adoretur. Mariam nemo adoret, Deo debetur hoc myſterium. Maria in honore ſit, Dominus adoretur. Digna facta eſt habitaculum fieri Filii Dei, ad hoc electa eſt ex multis millibus Iſrael. Non tamen ut adoretur Virgo, neque ut Deum hanc efficeret, carnem induit Deus Verbum ex ſancta Virgine.* His conſonant, quæ Doctor noſter ſcribit adverſus hæreſim Arianam: videlicet, *ſtultum eſſe creaturam Deificare. Sancta verò Dei Eccleſia non creaturam adorat, ſed Filium genitum, Patrem in Filio cum ſancto Spiritu.*

Ibid.

Hæreſ. 69.

Subſcribunt in his omnibus Epiphanio univerſi Catholici B. Virginis Cultores, adverſus dictarum mulierculatum impia deliria, nimirum Mariam ut Deam, etiam ſubalternam, non eſſe adorandam, eique ſacrificandum: evidens enim eſt & receptum ab univerſis Catholicis, ſacrificium eſſe cultum uni Deo indiſpenſabiliter proprium. De adoratione quoque eadem Eccleſiæ mens eſt & ſententia, ſi illa ſtrictè, & in propria ſua uſurpetur ſignificatione, hoc enim pacto adoratio ad cultum latriæ reſtringitur; juxtà illud ſacri textus: *Dominum*

Matt. 4. *minum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Et ab hac adoratione prohibitus aliquoties fuit Joannes Apoſtolus, cum eam Angelo pararet impendere: aut potius, cum vellet Angelum adorare adoratione communi, Deum adoratione latriæ juſſus fuit adorare. In eodem ſenſu intelligendi ſunt omnes veteres Eccleſiæ Patres, qui cum aliàs ipſi Sanctos invocent, eos tamen adorari nolunt. Et Claudius quidem Taurenſis, Hagiomachorum ſui temporis Dux & Princeps, cum novis Hagiomachis noſtris impium idololatriæ ſcelus Catholicis exprobrabat, eo quod Mariam colerent & adorarent, cujus furioſos impetus validè expreſſit Jonas Aurelianenſis, liberè confitendo, Mariam à nobis non adorari, adoratione nimirum latriæ: Audi ejus verba: *Virginem, quæ peperit Chriſtum, non adoramus, ſed ſanctam Dei genitricem congruo honore veneramur, ejuſque interceſſionem apud Divinam majeſtatem humiliter flagitamus.* Hæc Catholicè vir ſapientiſſimus: Quotquot autem hodie, favente Deo, ſumus Catholici Virginis Cultores, hanc ipſam confeſſionem nobis uſurpamus, omnibuſque Mariomachis, qui cum tanta impudentia cũ Arabicis illis delirantibus mulierculis nos comparant, fidenter opponimus. Non enim quaſi Deam ſubalternam, aut ſupremam colimus Virginem alioquin ſanctiſſimam, ſanctorumque omnium Reginam: diximus enim ſemper, & uſque, dum erimus, cum Hieronymo, in noſtro ſenſu reſpondente Vigilantio effreni Hagiomacho, proteſtabimur: *Quis, ô inſanum caput aliquando Martyres adoravit? Quis hominem putavit Deum?* Et qui ô inſani Neoantidicomarianitæ, Mariam ut Deam, more Collyridianarum muliercularum, in Eccleſia putavit colendam ac adorandam, aut ſacrificium ei offerendum? His conſonam proponit quæſtionem, & reſponſionem ſanctus Thomas: Quærit enim: *Utrum Mater Chriſti ſit adoranda adoratione latriæ*: Reſpondetque abſque ambiguitate; ſolum Deum adoratione latriæ adorandum eſſe, ac proindè B. Virgini, utpotè puræ creaturæ, non latriæ adorationem, ſed ſolum duliæ venerationem, licet quidpiam amplius quam reliquis creaturis, hoc eſt, hyperduliam tribui oportere. At quid opus pluribus? Eſt hæc una Catholicorum mens & vox, ut proindè malevolè Antidicomaritæ Epiphanium Collyridianas impugnantem nobis opponant.

Apocal. 19 & 22.

Lib. 1. de cult. imag.

Lib. adver. Vigilant.

3. p. q. 25. art. 5.

Quamvis autem ſentiamus cum ſancto Epiphanio, nec non illis qui eum nobis cõminiſcuntur contrarium, Mariam non eſſe adorandam ut Deam, diſſidemus tamen ab Antimarianitis iſtis, quod adorationem ſtrictè ſumptam, ſeu latriæ, ſic Deo velint eſſe propriam, ut & Sanctis univerſis cultum & adorationem duliæ, ſeu honorariæ ſubjectionis, & hyperduliæ Mariæ ut Matri Dei pertinaciter negent exhibendam. Verum iſtud heterodoxum dogma tum ſacris litteris, antiquorum Patrum ſententiis manifeſtè

Serm. 18. Gen. 19. Joſue 5. Iudic. 6.

Dan. 10. feſtè advetſatur: In Scriptura ſanè
1 Reg 10. complures reperimus, etiam eximiè
Sanctos & laudatos viros, qui Angelos adoraverunt: Fecit hoc Abraham Patriarcha, ac nepos ipſius Loth, Joſue Iſraëlitarum Dux, Gedeon Princeps, & Daniel Propheta: neque dubitavit etiam Rex Saul ſancto Prophetæ Samueli, qui in ſpiritu ei apparuerat, hunc impendere honorem, ut inclinaret ſe ſuper faciem ſuam in terra, eumque adoraret. Nec mortuos ſolum Sanctos,
Reg 1. & Angelos legimus in ſcriptura fuiſſe
en. 34. adoratos, verum etiam frequenter vi-
xod. 18. vos à vivis: adoravit Nathan Prophetam ſanctus Rex David, Jacob fratrem ſuum Eſau, Moyſes ſocerum ſuum Jethro, David rurſum Jonatham: imò Abraham filios Seth, Ethnicos adoravit. Adeò latè patet nomen adorationis in ſcripturis, nec aliud eſſe videtur, quàm veneratio quædam externa conjuncta animi ſubmiſſioni, ſive illa fiat capitis detectione, ſive corporis inclinatione, ſive genuflectione, ſive oſculo. Eſt igitur nomen adorationis admodum commune ſacræ Scripturæ, & in Eccleſia pervetuſtum: quæ diligenter tamen ſemper diſtinxit adorationem latriæ, ſeu propriam Deo, ab adoratione duliæ ac hyperduliæ, quæ Sanctis, & Beatæ Virgini exhibetur. Hinc ſanctus Anaſtaſius Epiſcopus Theopoleos, cujus teſtimonium allegatur in ſecunda Nycæna Synodo,
. 4. præclarè inſtruit anxios nominis adorationis cavillatores: *Nemo*, inquit, *offendatur in adorationis vocabulo, ſiquidem & homines, & ſanctos Angelos adoramus, non autem quod latriam, hoc eſt, quod cultum divinum exhibeamus: inquit enim Moyſes: Deum tuum adorabis, & illi ſoli latriam præſtabis.* Deut. 6. *Quo loco diligenter obſervabis, quâ ratione poſteriori dicto, nimirum latriæ, adjecerit ſoli: adorabis verò hoc ipſum non eſt appoſitum. Quamobrem adorare licet. Quid enim aliud eſt, quam honoris alicui exhibiti, veluti emphaſis, adoratio? Latria verò nequaquam: neque enim licebit propriè adorare.* At verò luculentiſſimè in hanc rem loquitur ſanctus Joannes Damaſcenus magnus ille Hagiophilus: Hæc ejus ſunt verba: *Adoratio ſubmiſſionis & honoris eſt ſignum. Adorationis modos planè novimus eſſe differentes. Omnium prima eſt adoratio, quam ſoli Deo ſuapte naturâ adorando exhibemus per latriam.* Lib 4. de fide orthod. cap. 7. *Proximo ordine ſequitur, quam offerimus amicis ac famulis Dei, qui ſuapte natura ſolus venit adorandus; quemadmodum Joſue Filius Nave, & Daniel Angelum adorarunt.* Ioſ. 5. Dan 10. Pſal 13. *Aut ea quæ locis Deo conſecratis debetur: ut cum ait David: Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.* Atque etiam illa adoratio, quæ ſacris exhibetur imaginibus: Sanctus enim Baſilius, cum confeſſionem ſuæ fidei de cultu Dei & Sanctorum reddidiſſet Juliano Imperatori, hæc ſubdidit verba: Refertur Act. 4 Synod. Nyc 2 *Quam ob cauſam & hiſtorias imaginum illorum* (Sanctorum) *honoro, & palam adoro. Hoc enim nobis à ſanctis Apoſtolis non eſt prohibitum, ſed in omnibus Eccleſiis noſtris eorum hi-*

Digitized by Google

Lib. 1. Apol. ſtorias erigimus. Appoſitè denique dixit Theodoretus author antiquus & celebris : *Adorationem, quæ ſoli Deo debetur, Deo & Angelis ex æquo non partimur:* Norunt igitur Catholici, quod *alia eſt adoratio,* inquit Jonas Aurelianenſis, *quæ non niſi ſoli Deo debetur, alia quæ à mortalibus humilitatis & ſubjectionis gratiâ æquè mortalibus exhibetur.* *Lib 1. de cult. imag.*

Et hinc quidem liquidò conſtat, quo ſenſu Divus Epiphanius B. Virginem nolit adorari; adoratione nimirum ſtrictè ſumptâ, prout emanat à latriâ, qualem Collyridianæ (aſſerit enim inſanas tantum mulieres eò impietatis deveniſſe) Mariæ ſacrificando exhibebant: Si enim adorationem in latiori ſumamus ſignificatione juxta morem ſcripturæ, & Eccleſiæ ſenſum, negare nequaquam licet, Mariæ cultum adorationis poſſe impendi, & jure longè potiori, quam aliis quibuſvis in ſacro textu legatur exhibitus. Epiphanium autem ab hac univerſali Eccleſiæ Deiparæ invocatione ac adoratione nullatenus eſſe alienum, argumento eſt imprimis iſtud, quod ex ſacris ſe didiciſſe aſſerat litteris, *Mariam ab Angelis adorari*: Quam ſcivit adoratam ab Angelis, ſuâne indignam æſtimabit adoratione? Deinde, æſtimaveritne indignam adoratione, quæ ab ipſomet celebratur ut *ſublimior Angelis, ſuperior Cherubim & Seraphim; Cœlum, Templum, Thronus divinitatis, incomprehenſum Paradiſi monile, cœli & terræ mediatrix, per quam homines fiduciam habeant erga altiſſimum; quæ lapſum Evam erexerit, & Adamum è Paradiſo ejectum in cœlos miſerit, quæ cœlum clauſum aperuerit, quæ ſit Mater viventium, Theſaurus diſpenſationis plane arcanus.* Nequaquam profectò licet ambigere, quin devotiſſimus fuerit Virginis Cultor, qui his, aliiſque eximiis elogiis Virginem, ringentibus Antidicomarianitis, extulit: qui eam, ſolo Deo excepto, cunctis ſuperiorem agnoſcit, ipſiſque Cherubim, & Seraphim, & omni exercitu Angelico formoſiorem appellat: de qua demum *humanâ linguâ leviter non eſſe loquendum*, ſapientiſſimè præmonet. Tertiò, quid aliud de cultu Sanctorum judicaret Epiphanius, quam Hieronymus, cui admodum fuit familiaris, & Chryſoſtomus, Baſilius, Ambroſius fulgentiſſima Eccleſiæ lumina, quos ſcimus publicè Mariã, alioſq; Sanctos invocaſſe. Teſtatur deniq; alibi Epiphanius, de ſanctis Prophetis Hieremia & Ezechiele, horum ſepulchra jam tum ætate ſuâ, multis claruiſſe miraculis, & complures eò confluxiſſe, ſuaque vota & officia exhibuiſſe, qui orantes magna etiam beneficia fuerint à Domino conſecuti. Alieniſſimum igitur eſt à mente Epiphanii, Mariam legitimâ ac in Eccleſia ab antiquo uſurpatâ adoratione non poſſe honorari: calumnioſum quoque figmentum, quod eidem invocationi reſtiterit, aut ſuis ſcriptis damnaverit. Non deſunt interim præter ſanctum Epiphanium alii veteres Patres, qui Mariam adorandam eſſe diſertis profiteantur

Serm. de laud. B.V.

Digitized by Google

verbis: apertè enim aſſerit Leontius: *Qui Martyrem colit, Deum ipſum colit: qui Matrem ipſius adorat, ipſi honorem aſſignat.* Sed & ſancti Damaſceni eſt exhortatio: *Adoremus & latriæ cultum offeramus ſoli Creatori, & univerſitatis Architecto; quippè qui Deus ſuapte naturâ adorandus. Adoremus & ſanctam Virginem Deiparam, non tamquam Deum, ſed tamquam Matrem Dei ſecundum carnem.* His ſuffragatur Nicetas Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui præſcribens ordinem ad Mahometanos Eccleſiæ Catholicæ reconciliandos, hanc fidei confeſſionem à ſingulis jubet exigi: *Sanctam Virginem quæ Chriſtum in carne peperit, Dei propriè vereque Matrem eſſe credo & confiteor: eandemque ut revera Dei, qui homo factus eſt, Matrem, atque idcirco Dominam & Reginam omnis creaturæ Divina gratia effectam, adoro & revereor.*

Diſſert. contra Iudæos. Relat. Act. 4. Synod. Nycæni. Lib 3. Apol. Ex lib. 20. theſauri Orthodoxæ.

Hæc eſt Eccleſiæ, ſancti Epiphanii, aliorumque antiquorum Patrum de Dei, Deiparæque adoratione doctrina, Deum nimirum eſſe adorandum ut in ſe, & à ſe ſummè beatum, ac omnium ſupremum Dominum, à quo, quidquid exſtit, dependet in eſſe, & conſervari: Sanctos verò ut creaturas, & Dei ſervos ac amicos: Virginem verò cultu medio inter illum Dei ac Sanctorum, ratione Divinæ maternitatis: adoramus etiam Sanctos ut noſtros apud Deum Patronos; Mariam verò, ut Patronam ſingularem, nequaquam proindè ut Deum ipſum. Ceſſent igitur novi, cum antiquis Hagiomachis nobis impudenter inſultare, quaſi Mariam ut Deum adoremus; ceſſent nos Collyridianis comparare, ac Epiphanium nobis hoſtem mentiri. Obmuteſcat & muſſitator ille noviſſimus, abeatque cum ſuis indignis B. V. adfictis his monitis, quibus Cultores Virginis de Collyridianiſmo reddit ſuſpectos: *Cave ne quidquam Deo detraxeris, ut me honores, ſicut Collyridiani. Nolite me colere quaſi Deam ſubalternam. Nolite me in parallelo ponere cum Deo vel Chriſto.. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Et reliquis ejuſdem furfuris, & fermenti.

Monit. ſalut. §. 3. Matt. 4. v. 10.

Et hæc quidèm de primo capite, quod in Collyridianis impugnavit ſanctus Epiphanius. Alteri, ex quo meritò redarguit mulieres inſaniſſimas, quod ſacrificandi munus uſurparent, nón reor immorandum, extra omnem enim controverſiam eſt, mulieres inter Catholicos ſemper à ſacerdotali officio fuiſſe remotiſſimas, utpotè quibus Apoſtolus etiam perpetuum in Eccleſiis indixit ſilentium, quamvis hoc tempore, quo omnes divinæ ſanctiones à novis Reformatoribus infringuntur, mulierculæ magnâ arrogantiâ ac petulantiâ docendi munus viris rapiant: nec non ſacram ſcripturam legendi ac interpretandi licentiam ſumant, aut etiam à quibuſdam, neſcio qualibus, animarum curatoribus eam accipiant; at hoc eſt, inſanorum more, margaritas ſpargere ante porcos, contrà legem Evangelicam.

1. Cor. 14. 1. Tim. 2.

Digitized by Google

APPENDIX.

Monita verè ſalutaria B. V. Mariæ ad Diſcipulum ſuum. Ex Thoma à Kempis, Soliloq. Animæ cap. 24.

Diſcipulus. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Eja obſecro te Domina mea: Vel nunc parum loquere mecum ſancta Maria. Aperi os tuum in nomine dilecti Filii tui, qui te benedixit in omni gratia ſpirituali. „ *Vox* „ *Mariæ.* Ego ſum Mater misericor- „ diæ, plena charitate & dulcedine. „ Ego peccatorum ſcala, reorum ſpes „ & venia. Ego mœſtorum conſo- „ latio, & Sanctorum ſpiritualis læ- „ titia. Tranſite ad me omnes, qui „ diligitis me, & uberibus conſolatio- „ num mearum adimplemini: quia „ pia ſum & miſericors omnibus in- „ vocantibus me. Venite omnes juſti „ & peccatores, rogabo & Filium: „ ut repropitietur vobis per Spiritum „ ſanctum. Omnes invito, omnes „ expecto, omnes venire deſidero, „ nullum peccatorem deſpicio: ſed „ ſuper pœnitente peccatore etiam „ cum Angelis Dei magnâ charitate „ congaudeo: quia non perit pre- „ cioſus Sanguis Filii mei effuſus pro „ mundo. Accedite ergo ad me Fi- „ lii hominum: Attendite & videte „ zelum meum pro vobis ad Deum „ Filium meum Jeſum Chriſtum. Ec- „ ce ego iram ejus in me ſuſcipiam, „ placabo eum precibus ſedulis, „ quem vos offendiſſe cognoſcitis. „ Convertimini & venite, agite pœnitentiam & impetrabo vobis indul- „ gentiam. Ecce ego ſto inter cœlum „ & terram, inter Deum & peccato- „ rem: Et ne mundus iſte pereat, pre- „ cibus meis obtineo. Nolite ergo „ abuti miſericordiâ Dei & meâ cle- „ mentiâ: ſed omnem cavete offen- „ ſam, ne ſubitò ſuper vos redeat in- „ dignatio & intolerabilis vindicta. „ Præmoneo filios meos, obſecro di- „ lectos meos: eſtote imitatores Filii „ mei, & Matris veſtræ. Recorda- „ mini mei, quæ veſtri non poſſum „ oblviſci. Ego enim ſum omnium „ miſerorum miſeratrix: omnium- „ que fidelium piiſſima Advocatrix. „

„ *Diſcipulus.* O gratioſiſſimum „ verbum, omni cœleſti dulcedine ple- „ num! O vox ſublimis de cœlo ronans, „ ſuaviter influens, peccatores conſo- „ lans, & juſtos lætificans! O cœleſtis „ fiſtula, quam dulciter reſonas in de- „ ſperata conſcientia! Et undè mihi, ut „ alloquatur me Mater Domini mei? „ Benedicta tu Mater ſanctiſſima, & „ benedictum eloquium oris tui: nam „ mel & lac ſub lingua tua, & odor ver- „ borum tuorum ſuper omnia aroma- „ ta. Anima mea liquefacta eſt, ut lo- „ cuta es, ô Maria! Ecce ut facta eſt vox „ conſolationis tuæ in auribus meis, ex- „ ultavit in gaudio anima mea. Revi- „ viſcit namque intra me Spiritus me- „ us, & omnia interiora mea gaudio „ novo perfunduntur: quoniam bona „ & jucunda per te mihi hodiè nuncia- „ ta ſunt. Triſtis eram, ſed nunc „ gaudeo propter vocem tuam. „ Vox enim tua dulcis in auribus „ meis. Gravatus eram & deſolatus: „

Sed

Digitized by Google

„ ſed nunc relevatus ſum, & confortatus: miſiſti enim manum tuam de alto & tetigiſti me, convaluíque de infirmitate. Vix loqui poteram: ſed nunc libet etiam cantare, & gratias tibi magnificè agere. Tædebat vivere: ſed jam nec mori timeo: quia te Advocatam apud Filium ſciens pro mea cauſa teneo, cujus miſericordiæ me commendo ex hac hora, & deinceps omni in momento. Ex quo enim locuta es ad cor deſolati orphani tui, repente mutatus ſum in melius, & validè interius recreatus. Quodammodò deſperatus jacui: ſed acceſſit conſolatio tua, méque erexit, cum jucunditate dicens: „

„ *Vox Mariæ.* Quid eſt fili? & qui ſunt, qui volunt nocere tibi? Noli timere, ego videbo pro te fili mi. Vivo ego, & vivit Filius meus Jeſus frater tuus: qui eſt ad dexteram Patris, fidelis ubique Pontifex & interceſſor pro peccatis tuis. in ipſo ſummè ſperare debes, quia ipſe eſt dator vitæ, & deſtructor mortis. Ex me temporaliter incarnatus, ex Patre æternaliter genitus, toti mundo in ſalutem datus eſt. Ecce undè ſpes & conſolatio, & per quem fides & victoria. Sit Jeſus & Maria in tua ſemper memoria, & non timebis inimici jacula. „

„ *Diſcipulus.* O felix hora quando tribulato cordi meo adeſſe dignaris! ô piiſſima Virgo Maria! O ſi eſſet longior mora ad audiendum Verba tua conſolatoria! Nam vehementer me accendunt & afficiunt quando ex intimo me tangunt & inſtruunt. Beata ubera tua ô Maria: quæ numquam ceſſant dulciſſimum conſolationis lac fluere. Nam præ ubertate gratiæ lactentis olim pueri tui dilecti Jeſu, non potes innatam tibi miſericordiam denegare poſtulanti; ſed gratiam ſæpè exhibes etiam in multis delinquenti. O Mater ſummæ pietatis! maximæ miſerationis & charitatis! O Virgo incomparabilis! omnibus amabilis & venerabilis. O Genitrix ſingularis incomparabilis ex te nati Filii Dei! Sed & totius Chriſtianitatis Mater generalis, ac cuíque pro ſuæ devotionis affectu valdè cordialis & ſpecialis. O Virgo Virginum! Regina mundi & Domina Angelorum trahe me poſt te, ne jacens maneam ſub onere peccatorum effunde gratiam, rorem ſalvificum de cœlis miniſtra: ut veraciter merear ſentire, quia tu es Mater gratiæ & fons patens miſericordiæ. „

„ *Vox Mariæ.* Ego ſum Mater pulchræ dilectionis, caſti & ſancti timoris, piæ allocutionis & ſuaviſſimæ conſolationis. Audito ergò nomine meo, exulta in toto corde tuo, inclina reverenter, méque ſaluta libenter. Nam honorando Matrem honoras & Filium, qui Deum habet Patrem: ego enim ſum Maria Mater Jeſu, & hoc nomen mihi in æternum manebit. Jeſus autem quid? Chriſtus Filius Dei vivi: hic eſt Salvator mundi, Rex cœli & terræ, Dominus Ange-

„ lorum ac Redemptor fidelium. Ju-
„ dex vivorum & mortuorum. Ipſe
„ eſt ſpes piorum, conſolatio devo-
„ torum, pax manſuetorum, divi-
„ tiæ pauperum, gloria humilium,
„ fortitudo debilium, via errantium,
„ lumen cæcorum, baculus claudo-
„ rum, unctio aridorum, levamen
„ oppreſſorum, juvamen tribulato-
„ rum, & omnium bonorum ſin-
„ gulare refugium. Benedic Filium
„ cum Matre, & eris dilectus à Patre.
„ Da ei honorem & gloriam, quo-
„ ties mihi aliquam exhibueris reve-
„ rentiam, ejus gloria, mea lætitia,
„ & mea laudatio, ejus eſt venera-
„ tio. Pone me & Jeſum ut ſigna-
„ culum ſuper cor tuum: ut ſignacu-
„ lum ſuper brachium tuum. Stans
igitur aut orans, aut legens, ſcri- „
bens aut operans, creber in ore, ſem- „
per autem in corde Jeſus verſetur & „
Maria. „

„ *Diſcipulus.* Eja ament, Ser- „
viant tibi omnes populi, tribus & „
linguæ, & incurventur ante te om- „
nes creaturæ. Cœlum dicat, gau- „
de Maria. Terra reſpondeat: Ave „
in æternum & ultrà. Confiteantur „
ſimul omnes Sancti nomini tuo ma- „
gno, & exultent omnes devoti co- „
ram te, & Agno Jeſu Chriſto, Fi- „
lio tuo, Domino noſtro. Amen. „

Hæc ſunt monita verè ſalutaria B. V. Mariæ, quibus Pſeudo illa denuò abeunt in fumum; quorum proindè tandem celebratum eo exequias.

CAPUT XLVIII.

Exequiæ ac tumulus Monitorum *prætensè* ſalutarium B. V. Mariæ ad Cultores ſuos indiſcretos.

MOnitis illis à pluribus ſapientiſſimis Mariæ Virginis Cultoribus confutatis, ac Apoſtolicâ cenſurâ confixis, à nobis etiam pro viribus exiguis, at non exiguo in ſingularem Patronam debito affectu, non ſemel interfectis, veluti fœtido cadaveri promeritas paro exequias, nec non æternæ oblivionis, altiſſimíque ſilentii Sepulchrum, ne contagioſâ ſuâ mephiti inficiant inquieténtque amplius pios diſcretóſque B. V. Mariæ Cultores,

--- *Ac tumulo ſinerem ſuccedere terra.*

Initio

Initio autem forſan quis inquiret; num author ille Anonymus fuerit primus qui in hoc genere fraudis ac doli, nomine B.V. Mariæ in vulgus ſparſe tit Pſeudo-monita? Nequaquam: plures habuit Anteſignanos. Guilielmus Rodingus Sectarius, hoc B. Virginis adfinxit impium Monitum: *Deſine me ſalutare, & ſalutando venerari: deſine Sanctos & vitâ functos adorare, iſtam tuam ſalutationem, tuáſque preces execramur, ipſa in peccatorum ſordibus concepta, & in mundum nata ſum. &c.* An, & quoúſque noviſſimus noſter Monitor cum hoc ſentiat, relinquo aliis. Eraſmus quoque Roterodamus, magnus ille Eccleſiæ Momus, ridiculum, blaſphemum, ac inauditum de Dei Matre excogitavit figmentum; quaſi ſcilicet ipſa ſcripſerit epiſtolam Glaucopluto, cujus hoc eſt exordium: *Maria Mater Jeſu Glaucopluto S.D.* In qua hæc (inter plurima alia pudenda monita) Virgo inducitur monens. *Quod Lutherum ſequutus ſtrenuè ſuades, ſupervacaneum eſſe invocare Divos, à me quidem iſto nomine bonam magnámque iniſti gratiam, ſcito. Nam antehac tantum non enecabar improbis mortalium opplorationibus. Ab una poſtulabantur omnia, quaſi Filius meus ſemper infans eſſet, quia talis fingitur, pingitúrque in ſinu meo, ut ex nutu Matris adhuc pendeat, neque quidquam auſit negare petenti, videlicet metuens, ne ſi quid neget roganti, ego viciſſim ipſi negem mammam ſitienti. Clamat aulicus: Da verè confiteri in mortis articulo. Clamat ruſticus: Da tempeſtivam pluviam. Clamat ruſtica. Serva gregem, & armentum incolume. Si quid renuo, ilico ſum crudelis. Si relego ad Filium, audio: vult ille quidquid tu vis. Itane ego ſola & mulier, & Virgo, dabo operam navigantibus, belligerantibus, negotiantibus, ludentibus aleam, nubentibus, parturientibus, ſatrapis, Regibus & Agricolis? Atqui quod dixi, minimum eſt præ his quæ patior. Sed his negotiis nunc multo minus gravor: quo quidem nomine tibi, gratias agerem maximas, niſi commodum hoc incommodum maius ſecum traheret: plus eſt otii, ſed minus eſt honorum, minus eſt opum. Ante ſalutabar Regina Cœlorum, Domina mundi: nunc vix à paucis audio, Ave Maria. Ante veſtiebar gemmis & auro, abundabam mutatoriis, deferebantur aurea gemmeáque donaria: nunc vix tegor dimidiato palliolo, eóque corroſo à muribus. Proventus autem annui vix tantum eſt, ut alam miſerum adituum, qui accendat lucernulam, aut candelam ſebaceam.* Hæc ridicula quidem, & blaſphema monita Eraſmus ille adfinxit Dei parenti: pudet autem, ac piget commemorare cætera, quæ devotos Virginis Cultores poſſent offendere. Duo autem hic pandit Monitorum Antimarianorum fundamenta; unum, nimium ergà Virginem honorem ac fiduciam: alterum, exceſſivum imaginum Deiparæ ornatum, quo antè meditatam ab Eraſmo, cæteri que Mariomaſtigibus reformationem decorabantur: Non alia verò recentior ille Antimarianus Monitor ſuis monitis præſtruit fundamenta: Undè

Contra Scholas Ieſuitar.

Colloq peregrinat. Relig. ergo.

æquo-

æquorum Arbitrorum committo diſcretioni, quoúſque hic diſſideat ac conveniat cum Eraſmo. Ego interim noviſſimorum iſtorum Monitorum infauſtum, & exitialem pandam exitum, unáque perpetuum pergam parare tumulum.

Compulſa igitur ſunt ab annis paucis, reluctante veritate & religione, Monita illa inſalutaria prodire in publicum, quibus increatæ veritatis Mater falſos, temerarios, planéque ſcandaloſos circà cultum ſuum cogitur effari ſermones: qui lugendam in aliquot Chriſtianiſmi Provincias invexerunt tempeſtatem, & diffuſum Mariomachis cauſarunt plauſum: adeò námque infelici eventu proſecutus, aſſecutúſque eſt intentum Monitor doloſus, ut Hagiomachi Hollandi damnoſiſſima Monita, veluti Mariomachiæ in animis ſeductæ plebis ſtabiliendæ judicarint opportuniſſima, eáque propterea in vernaculam ſuam linguam translata (textui latino Monitoris è vicino reſpondente Batavica verſione) novo ampliorique honorarint prælo, blaſphemis etiam adjectis notis.

Cernite mecum, at non ſine fletu, non abſque ſuſpiriis ex intimis cordium tractis meditulliis (ô genuini Chriſtiparæ Cultores, & Zelatores!) Translatorem hæreticum in Monitorum lectione gaudio exorbitante exilientem. *Hunc*, ait, *legens libellum, taliter in eo mihi complacui, ut mihi inciderit cogitatio, Deum Regnum tenebrarum* (hoc nomine ab inſulſis hæreticis traducitur Catholica Eccleſia) *facilè traditurum interitui, hoc, & ſimilibus eventibus, quibus Deus in ipſo Papatu quorumdam excitat corda, quos modo incipit pudere craſſorum ac multiplicium errorum, & ſuperſtitionum: imò qui à propria convicti conſcientia, non erubeſcunt eiſdem erroribus, efficacibus rationibus atque expreſſionibus contradicere: quales in hoc libello, inter alios* (plures ergò fermentatorum dogmatum libellos, à quibuſdam tenuiter Catholicis ſparſos, ſibi adſciſcunt hæretici: Proh dolor!) *inveniuntur. Ita, ut, ſicut Eccleſiæ Chriſtianæ ruina è medio ejus à ſuis cauſata eſt Doctoribus, cogitem, quod Deus ejuſdem reſtaurationem maximè per ipſius cauſabit membra, prout de facto qui reformationem antehac inchoarunt ex ipſo Papatu ſunt excitati.* Hoc erroneo planéque temerario prævio ſibilo ac plauſu, hæreſim Hagiomachorum ex ſalutaribus illis Monitis, propriis Monitoris nocentiſſimi verbis deducit, confirmátque Monitorum Verſor & Interpres Sectarius.

Prodite modò lachrymæ, erumpite gemitus, perſonate triſtia ſuſpiria. Heu! ô negotium tragicum, undíque lugubre! ô res omni deflenda ævo, omni Orthodoxo! ô tempora, quibus ſana Sanctáque doctrina, juxta Apoſtolicum Monitum, non ſuſtinetur! ô mores perverſos, diabolicos, quibus ſub nomine Chriſti, honor cultúſque Chriſti interficitur in Chriſtipara. Libelli, qui à viris, qui ſe eminenter & impermixtè jactitant Catholicos, & non niſi charitatem,

Digitized by Google

titatem, ſpem, ac fidem ſpirare ſe præconiſant, conſcripti, atque ad præſumptam Eccleſiæ Reformationem in vulgus ſparſi, alium non nanciſcuntur exitum & finem, quam hæreticorum obdurationem, & Catholicorum enormia lugendiſſimáque ſcandala. Rurſum ingemino ac ingemiſco: ô tempora! ô mores, eò modò calamitatis fraudulentiæque devenimus, ut Pſeudo prædicantes, inaniúmque verborum Miniſtri, Catholicorum (ſi hoc digni digniſſimo nomine) ſcriptorum Libros Concionis vice, è cathedris peſtilentiæ ſuis prælegant Audientibus!

Verumenimverò Altiſſimo laus ſit & gloria) cum plurimi Orthodoxi Zelotes, doctiſſimis ſuis ſcriptis Monitoris iſtius inſalutaris & infauſti detexerint, refutarintque fraudes & dolos; cum Vicarius Chriſti meritiſſimo jure ejus confixerit interdixeritque Monita; inaniter prorſus noſtri ſibi plaudunt gratulanturque hæretici, quaſi verò Deus per hunc, aut ejuſmodi furfuris ac fermenti Novatores Eccleſiam ſuam permiſſurus ſit peſſumdari ac perimi. Meminerint Seductores iſti, Chriſtum divino oraculô promiſiſſe Eccleſiæ noſtræ Catholicæ, Romanæ, Apoſtolicæ, ſe ei adfuturum, *uſque ad conſummationem ſeculi*: adeóque nec omnes tenebrarum poteſtates cum ſatellitibus ſuis adverſus eam prævalituras: Mentiri enim impoſſibile eſt eum, qui rurſum ait: *Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Audiant & Auguſtinum: *Ipſa*, inquit, *Eccleſia Sancta, Eccleſia una, Eccleſia vera, Eccleſia Catholica, contra omnes hæreſes pugnans: pugnare poteſt, expugnari non poteſt. Hæreſes omnes de illa exierunt tamquam ſarmenta inutilia de vite præciſa, ipſa autem manet in radice ſua, in charitate ſua. Portæ inferorum non vincent eam.*

Matth. 28. 20. — *Matth. 16* — *Lib. 1. de ſymb. ad Catechum. cap. 6.*

Mendaciter proindè hæreticus ille Monitorum Tranſlator ſeductæ perſuadet plebi, Deum ullo umquam tempore Eccleſiæ excitaſſe membra, ad eam in fide reformandam. Quî enim illa abſque manifeſta cohærent repugnantia; Deum fundaſſe Eccleſiam indefectibilem *ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum: ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu*, & nihilominus ipſum Reformatores eidem excitaſſe? Si errare poſſint Apoſtoli, falli, aut fallere Prophetæ, ſi increata mentiri Veritas, tum ſolliciti ſint de Eccleſiæ in fide Reformatoribus. Comminiſcuntur tamen tumidæ humanæ mentes Eccleſiam errare, ut ejus habeantur prædicentiúmque Reformatores. At non hos excitat Deus, non Spiritus Chriſti, ſed Pater omnis mendacii, ſed ſpiritus Antichriſti: quo quidem ſpiritu hi in Papatu excitati & agitati, de Papatu quoque prodierunt, verum de Papatu non erant: Dilecto Domini Jeſu diſcipulo teſtante: *Nunc Antichriſti multi facti ſunt . . . Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent*

Epheſ. 2 — *1. Joan. 2.*

fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum: ſed ut manifeſti ſint quoniam non ſunt omnes ex nobis. Hi ſunt, qui ut membra putrida ac putridi, aut ex ſeqà corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, decidunt, aut à Chriſti in terris Vicario, & Eccleſiæ viſibili Capite gladio ſpiritus exciduntur, ac velut oves morbidæ expelluntur, ne ſanos in fide, ſuâ inficiant interficiántque contagione. Rem totam præclarè edocet Sanctiſſimus Martyr ac Epiſcopus Cyprianus. *Gratulandum eſt*, inquit, *cum tales de Eccleſia ſeparantur; ne columbas, ne oves Chriſti ſævâ & venenatâ contagione prædentur. Cohærere & conjungi non poteſt amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluvia cum ſerenitate, pugna cum pace, cum fœcunditate ſterilitas, cum fontibus ſiccitas, cum tranquillitate tempeſtas. Nemo exiſtimet bonos de Eccleſia poſſe diſcedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem ſolidâ radice fundatam procella ſubvertit. Inanes paleæ tempeſtate jactantur, invalidæ arbores turbinis incurſione evertuntur. Hos execratur & percutit Joannes Apoſtolus dicens: ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum. Hinc hæreſes* (nota benè Schiſmatice) *& factæ ſunt frequenter, & fiunt, dum perverſa mens non habet pacem, dum perfidia diſcordans non tenet* UNITATEM.

Lib. de unit. Eccle.

Porrò, Sanctus Auguſtinus luculenter exponit, quomodò quidam ſunt in nobis, non tamen ex nobis, in Eccleſia, non tamen de Eccleſia. *Sic*, inquit, *ſunt in corpore Chriſti, quomodo humores mali, quando evomuntur, tunc relevatur corpus, & mali quando exeunt, tunc Eccleſia relevatur. Et dicit quando eos evomit atque projicit corpus: ex me exierunt humores iſti, ſed non erant ex me. Quid eſt, non erant ex me? non de carne mea præciſi ſunt, ſed pectus mihi premebant cum ineſſent, ex nobis exierunt, ſed nolite triſtes eſſe, non erant ex nobis. Undè probas? quod ſi fuiſſent ex nobis: permanſiſſent utique nobiſcum. Hinc ergo videat charitas veſtra, quia multi qui non ſunt ex nobis, accipiunt nobiſcum Sacramenta, accipiunt nobiſcum Baptiſmum, accipiunt nobiſcum quod norunt fideles ſe accipere, benedictionem, Euchariſtiam, & quicquid in Sacramentis Sanctis eſt. Ipſius altaris communicationem accipiunt nobiſcum, & non ſunt ex nobis: tentatio probat, quia non ſunt ex nobis. Quando illis tentatio venerit, velut occaſione venti volant foras, quia grana non erant.* Hæc Sanctus Doctor. *Avolent igitur* (concludit Tertullianus) *quantum volunt Paleæ levis fidei, eò purior maſſa frumenti in horreum Domini reponetur.*

Tract.3. in Epiſt.Ioan.

Lib. de praſcript. hæret. c.3.

Ab initio autem Eccleſiæ Schiſmatici hujuſmodi ex ea exierunt, aut ipſos ut graves noxióſq; humores evomuit. Sic ex Climacho referunt Cornelius à Lapide & Salmeron, ex centum viginti qui in Pentecoſte ſanctum receperant Spiritũ, quatuordecim degeneraſſe in Hæreſiarchas. Sic exivit Arius, ſic Neſtorius, ſic Eutiches, ſic Pelagius, &

In 1.Ioan.2

Digitized by Google

& alii innumeri exierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis.

At quo prætextu? qua de cauſa exierunt? ſpecioſo illo, at confiсto, at ementito Reformationis Eccleſiæ errantis titulo; quaſi ea non divinâ infallibili Spiritus Sancti aſſiſtentiâ, ſed humanâ errori obnoxiâ regatur induſtriâ: quaſi verò illuſionibus foret ſubjecta ut humanæ adinventiones, ut Aſtronomorum conjecturæ, ut Augurum divinationes, quaſi ſuper arenam, non ſuper Petram, Chriſtum eſſet ædificata. Verum, quid demum effecerunt, quid profecerunt tot arrogantium Reformatorum colluvies? ubinam terrarum innumerabilium Sectariorum viget, quid dico viget? ubi vel languet, vel agonizat præſumpta Reformatio? cum ſuis Reformatoribus alliſa ad Petram, immobilem, inquam, ac indefectibilem Romanæ Eccleſiæ veritatem & authoritatem diſſiliit, diſperiit, ut nix ad conſpectum Solis, ut pulvis ante faciem venti, ut fulgur cum ſuis fabris & architectis deſcendit ad inferos. Hic exitus, hic interitus Hæreſiarcharum veterum, neque alius manet, cùm Omnipotenti viſum fuerit, ſectas ſuperſtites Lutheri, Calvini, & eorum ſymmiſtarum.

Illud proindè ſtupore planè dignum, tot omnibus ſæculis mille ſexcentorum annorum Hæreſiarchas ſpe fruſtratâ, imò in propriam perniciem Eccleſiam impugnaſſe, & nihilominus tempore præſente alios adeò inveniri excæcatos (quos inter ignotus ille, *Monitorum B. V. Mariæ ad Cultores ſuos indiſcretos,* Translator) ut, prædeceſſorum ſuorum exemplis nihilò meliores effecti, & ipſi non deſinant offendere in Petram, ac calcitrare contra ſtimulum, imò ex ipſa Eccleſia ſeductæ plebi Eccleſiæ polliceri ruinam, ob quorundam hæteroclitorum ingeniorum fermentata dogmata; At, ut dixi, mentitus non eſt Auguſtinus dicens: *Eccleſia Catholica contra omnes hæreſes pugnans: pugnare poteſt, expugnari non poteſt.* Impugnent ergo eam Lutherus & Calvinus armati, purô putô (ut quidem jactitant) Verbo Dei. Impugnent eam perversè contortâ, impiè expoſitâ doctrinâ Sancti Auguſtini, cujus nec nomen, verſipellis Witclef ſibi veritus eſt arrogare. Impugnent denique Eccleſiæ Sponſam Chriſti, quotquot damnata dogmata ut ſanam divenditant ebuccinántque doctrinam: *innumerabiles enim ſunt,* ait Auguſtinus, *qui ſe videntes, non ſolum jactant, ſed à Chriſto illuminatos videri volunt; ſunt autem hæretici.* Hi, inquam omnes collatis ſignis armíſque Eccleſiam aut in Capite aut cæteris membris impugnent, impugnari poteſt, *pugnare poteſt, expugnari non poteſt.*

Lib. 1. de ſymb. ad Catecum. cap. 16.

Tract. 45. in Ioan.

„ Hinc fratres dilectiſſimi, hinc admoneo pariter & conſulo, *cum* „ *Sancto Martyre & Epiſcopo Cypriano*, ne periculoſis vocibus te- „ merè credatis, ne fallacibus verbis „ conſenſum facilè commodetis, ne „ pro luce tenebras, pro die no- „ ctem, pro cibo famem, pro potu ſitim, venenum pro remedio, „

Epiſt. 40.

 „ mor-

,, mortem pro ſalute ſumatis. Ne
,, ætas vos eorum nec authoritas fal-
,, lat ; qui ad duorum Presbyte-
Dan. 3. ,, rorum veterem nequitiam reſpon-
,, dentes, ſicut illi Suſannam pudi-
,, cam corrumpere & violare cona-
,, ti ſunt, ſic & hi adulterinis
,, doctrinis Eccleſiæ pudicitiam cor-
,, rumpere, & veritatem Evangeli-
,, cam violare conantur. Clamat
,, & dicit Dominus : nolite audi-
Hier. 23. ,, re ſermones Pſeudo-Propheta-
,, rum, quoniam viſiones cordis
,, eorum fruſtrantur eos. Loquun-
,, tur, ſed non ab ore Domini.
,, Deus unus eſt, & Chriſtus unus,
,, & una Eccleſia, & Cathedra
,, una ſuper Petrum Domini voce
,, fundata. Aliud altare conſtitui,
,, aut Sacerdotium novum fieri præ-
,, ter altare, & unum Sacerdo-
,, tium, non poteſt .... Vi-
,, tate lupos, qui oves apoſtatare
,, fecerunt, vitate linguam diabo-
,, li venenatam, qui ab initio
,, mundi fallax ſemper & mendax
,, mentitur ut fallat: blanditur ut
,, noceat : bona promittit, ut
,, malum tribuat : vitam pollice-
,, tur, ut perimat. Lucent nunc
,, quoque verba ejus, & venena
,, manifeſta ſunt : pacem pollice-
,, tur, ne perveniri poſſit ad pa-
,, cem : ſalutem promittit, ne qui
,, deliquit, veniat ad ſalutem : Ec-
,, cleſiam ſpondet, quando id a-
,, git, ut qui illi credit, in to-
,, tum ab Eccleſia pereat. Nunc
,, eſt fratres dilectiſſimi, ut & qui
,, ſtatis fortiter perſeveretis, & ſta-
bilitatem veſtram glorioſam, quam ,,
in perſecutione tenuiſtis, perpetuâ ,,
firmitate ſervetis ; & ſi qui cir- ,,
cumveniente adverſario lapſi eſtis, ,,
in ſecunda hac tentatione Spei & ,,
paci veſtræ fideliter conſulatis. ,,
Nequaquam à veritate auditum a-
vertatis, ad fabulas & Pſeudo
Monita vos convertentes. Dies
mali ſunt, videte quomodo cautè
ambuletis.

A fundamentis igitur & radice fusè in ſuperioribus everſis ab excisis Monitis illis, B. V. Mariæ ad Cultores ſuos indiſcretos appictis: præſenti autem *Capite*, viſo ex ipſorummet hæreticorum verbis, quod non niſi Hagiomachiæ pabulum ſint & fomentum: attento quoque, quod proindè meritò à ſummo Pontifice, Chriſti in terris Vicario] ſint prohibita ut inſalutaria ; his, inquam, omnibus animo pacato nec præoccupato pondere Sanctuarii coram Deo omnium Judice & vindice perpenſis, nihil deeſſe arbitror eorum tumulo, quô, perpetuo ſilentio ac oblivione inter Catholicos teneantur ſepulta, ac æternæ requieſcant. Si quid verò deſideretur ad ſuperplenam Monitorum confutationem, peti & ſuppleri poterit à Cultoribus B. V. Mariæ ex aliis Sapientiſſimis Mariani cultûs zelatoribus qui Monita illa ſtrenuè, præclarè & ſolidè rejecerunt : quem in finem, eorum, quos videre licuit, ſubnecto Cathalogum.

Francifcus Ludoviſcius Bona ex dictatis.

Digitized by Google

dictatis Adm. R. & eximii Domini Nicolai du Bois Theologi & Juriſconſulti celeberrimi, in Univerſitate Lovanienſi Regii & Primarii SS. Theologiæ Profeſſoris, Cathedralis Eccleſiæ Brugenſis Canonici, Collegii Regii in eadem Univerſitate Præſidis, Librorum Cenſoris, &c.

R. Adm. noſter Exprovincialis & Magiſter meus P. Jacobus à S. Antonio in Univerſitate Lovanienſi SS. Theologiæ Profeſſor emeritus, ſub nomine *F. Mariani à S. Jacobo Ordinis Carmelo-Parthenici, Alumni*; Et ſub nomine *Theotocophili*.

Noſter R. Pater Gregorius à S. Martino, SS. Theologiæ in Univerſitate Duacena Profeſſor emeritus, fusè & præclarè eadem refutavit Monita.

R. Adm. Dominus Laurentius à Dript. O.S.B. Profeſſ. Gladb. SS. Theologiæ Lector, Reverend. & Celſ. Principis & Epiſcopi Paderb. in Eccleſiaſticis Conſiliarius, & in ſpiritualibus Commiſſarius Generalis.

Eximius Dominus Henricus de Cerf. Theologus Duacenſis, qui pſeudo Monitis B.V. Mariæ ad Cultores ſuos indiſcretos, verè ſalutaria ſubſtituit in perſona Chriſti Jeſu D. N.

R. Pater Hieronymus Heneguier SS. Theologiæ Licentiatus, nuper Generalis ſtudii Duaceni Ordinis SS. Prædicatorum Regens Primarius.

Alardus Cremerius (ut ſe vocat vir ille præclarus) S.T.B. Presbyter, compoſuit librum ſub hoc titulo. *Monita verè ſalutaria Glorioſæ, & Beatiſſimæ ſemper Virginis, Dei Genitricis Mariæ Reginæ Sanctorum omnium.* Quæ pſeudo Monitis jure ſubſtituit in perſona B.V. Mariæ.

Et quidem horum præclariſſimorũ virorum gaudeo libris ad defenſionem honoris Deiparæ doctiſſimè conſcriptis, ac propterea immortali laude dignis: nec deſunt alii eodem zelo ſuccenſi, quorum (quod deploro) digniſſima, pro eadem cauſa opera ad manus meas nondum pervenerunt. Hos inter imprimis nominandus ſpecialiſſimiſque præconiis Evehendus Illuſtriſſimus Dominus D. Adolphus Godefridus Voluſius Epiſcopus Diocletianopolitanus & Suffraganeus Eminentiſſimi Archiepiſcopi Moguntini: qui ut in omnibus eſt firmum Catholicæ Religionis fulcrum, ita ſolidum & pulchrum contra pſeudo monitorem librum in lucem edidit, ut mihi per litteras ſignificare dignatus eſt, noſter eximius Pater Magiſter Jacobus Emans in Univerſitate Colonienſi Publicus SS. Theologiæ Profeſſor, magnus quoque aviti cultus Mariani zelotes. Accedit R.P. Maximilianus Reicenberg, Societatis Jeſu, quem latè & egregiè eadem quoque inaudio refelliſſe Monita.

Tibi tandem, Monitor Anonyme, ſalutare venio daturus Monitum. *Memor eſto itaque unde excideris: Et age pœnitentiam, & prima opera fac*: (prima, antiqua, omiſſis novis, ſalutaria omiſſis nocivis, trade cultoribus B.V. Mariæ Monita) *ſin autem: venio tibi,* *Apoc. 2.*

ait Dominus, *& movebo candelabrum tuum de loco ſuo* (& nomen tuum de numero Cultorum Matris meæ, ſine qua neminem ſalvare decrevi) *niſi*
Matth. 12 *pœnitentiam egeris.* Si verò *de omni verbo otioſo reddituri ſunt homines rationem in die Judicii*, quale judicium de verbis tuis adeò ſcandaloſis & perniciofis, libello tuo longè latèque per plures Catholiciſmi & Acatholiciſmi Provincias ſparſis futurum ſit, ſeriò attentèque coram venturo ſummo Judice tempeſtivè meditare: non enim ille palliatis aut Monitis aut tergiverſationibus adverſus Matris ſuæ honorem excuſationis locum dabit. Neque confidas B. V. Mariam Turbatores ſuorum Cultorum, & Mariomaſtiges ex inferno ad pœnitentiam revocaturam, aut propter aridas, imò arefacientes devotiunculas (tua utor phraſi, ut efficacius monearis) in judicio defenſuram. *Procul à me ſit*, (B. V. Maria tuis te monet verbis) *ut ego hos degeneres meos Cultores in judicio defendam: accuſabo ego eos potius ob injuriam mihi illatam, quod me jactent Patronam injuſtæ & impiæ cauſæ ſuæ, & fautricem impœnitentiæ. Nec enim putandum eſt, quod ego compatiar, aut collachrymer illis qui à Filio meo damnantur. Voluntas ipſius, voluntas mea*
Prov. 1. 26 *eſt. Juſtam ipſius ſententiam ego approbo, & cum illo* ridebo in interitu ipſorum, & ſubſannabo eos *qui innixi fuerint baculo arundineo, putantes quod pietas interna ſufficiat. Meritò de illis dicet Judex*: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. *Ego enim meritò ab Eccleſia vocor* fons hortorum, puteus aquarum viventium, *quas in me pluit Filius meus ad irrigandam univerſam terram.* Hîc igitur age pœnitentiam, ſi peccatum adeò Chriſtianiſmo pernicioſum ante Judicii diem tibi optas dimitti. Non dimittitur autem peccatum, niſi reſtituatur ablatum: fraudi, dolo, infamationi venia non datur, niſi detegatur & tollatur: ſi verò illi, qui famoſis libellis hominum vulgarium denigrant famam, edito etiam ſcripto eam reſtituere adſtringantur; quantò magis, qui adeò ſcandaloſo libello ſanctiſſimæ Dei Matris honorem læſit & famam, eam libello viciſſim edito reddere, ſcandalaque exinde orta tollere tenetur. *Si verò dicunt*, inquit Epiſt. 72.
Baſilius Magnus, *quod reſipuerint, oſtendant ſcripto ſuam reſipiſcentiam... ſeparationemque ab hæreticis, ne ſimpliciores ſeducant.* Oſtende proindè ſcripto tuam reſipiſcentiam, revoca inſalutaria monita, ut pateat ſeparatio tua ab hæreticis, qui tua monita, ſua eſſe monſtrarunt. Jam tempus eſt, jam charitas Dei proximique urget, ut probes te charitatem etiam docere opere & veritate; non patitur enim charitas puſillos tam enormiter ſcandalizari, ut tuis contigit monitis, quæ proindè tamquam ſcandali occaſionem tollere & revocare teneris, ſi quidem à peccato cupis abſolvi.

Diſcite juſtitiam Moniti, & non temnere Divam,

CA-

Digitized by Google

CAPUT XLIX.

Honoro Matrem Mariam, & Patrem Eliam.

§. I.

Virgini Matri grates refero, vota, preceſque offero.

SCripſi, ô Virgo Auguſtiſſima! Cultoribus tuis, imò & detractoribus tuis *Monita ſalutaria* de tuo honore, cultu, laude, excellentia, quoad meæ tulerunt vires, & temporis præſentis mihi viſa fuit exigere calamitas, quo tuus honos & aperto Marte, & per cuniculos invaditur: feci quod potui, potui quod pia Mater dediſti. Exigua admodum mea eſt capacitas, ſobria nimis mea laus, tuæ incomparabili collata magnitudini & excellentiæ. Numquam proindè intendi calamo meo fragili & frigido deſcribere omnes laudes tuas, aut pro merito defendere honorem, cui negotio, etſi linguæ mihi eſſent Angelorum omnium & hominum, impar adhuc eſſem. Offero tamen tibi ac refero hunc qualemcumque meum laborem, ex obedientia inchoatum, ex obedientia finitum, ſciens te nec humilia & exigua pro inolita tua benignitate deſpicere, ſi devoto deferantur affectu: undè etiam atque etiam cum omni reverentia te, ô Auguſtiſſima Regina! oro & obſecro, ut hoc qualecumque obſervantiæ erga te meæ teſtimonium ratum & gratum habere velis, utque oblati muneris exiguitatem ſtudioſa offerentis voluntate metiri, ac tuo præpotenti Filio comprobare ac commendare digneris. Utinam defectus meus ſuppleatur ab idoneis tuis ſervis, ab Angelis, ab hominibus, à cunctis ſimul creaturis! Utinam omnibus infinita ad hoc ſint corda, infinitæ linguæ! Utinam pleni ſint cœli & terra majeſtatis gloriæ tuæ! Utinam nomen tuum laudetur ubique & ſemper! Utinam laus tua in omnibus legatur libris, in omnibus perſonet Cathedris & exedris! Utinam à te averſi, per te convertantur, teque amare ac laudare diſcant & conentur! Utinam omnes, quotquot mundus habet, imagines tuæ, una cum templis tuis eſſent ex auro obrizo! Utinam omne totius mundi aurum, argentum, unà cum omnibus unionibus, gemmis, & margaritis honori tuo & ſplendori dedicaretur! Nihil dixi, *nihil tibi ô Virgo* (inquit Anſelmus tuus) *æquale eſt,*

quid

quidquid enim eſt, aut ſupra te eſt, aut infra te eſt: quod ſuprà te eſt, ſolus Deus eſt, quod infra te eſt, omne id eſt, quod Deus non eſt.

Raymund. Dyptych. Marian. in fine.

Nunc ad te accedo ô pia Mater! nunc ante thronum Majeſtatis tuæ proſternor ô cœli terræque Imperatrix ſuper glorioſiſſima! decantaturus canticum laudis tuæ, quod tibi cecinit devotiſſimus tuus famulus Dominicus Pruthenus Carthuſianus Trévirenſis; ipſis Angelis repetentibus, quo ad imitationem Cantici SS. Ambroſii & Auguſtini collaudaris. Nihil veritus eos, qui non ſapientes ad ſobrietatem, ſobriam tibi monent offerri laudem.

Te cœli Reginam laudamus, te mundi Dominam honoramus.

Te laudant jure univerſa Creatura, Matrem immenſæ claritatis. Aulam ſummæ Trinitatis.

Sole divinitatis amicta, Lunam ſupplantans benedicta, tota glorificata, ſtellis es coronata.

Tu æterni Patris Filia dilecta, tu Filii Dei Genitrix electa, ſancta quoque Sponſa Paracleti.

Tibi omnes obediunt Angeli.

Te cœli cœlorum inæſtimabiliter amant.

Tibi Cherubin & Seraphin inceſſabili voce proclamant ſalve, ſalve, ſalve, ô Domina gloriæ.

Pleni ſunt cœli & terra, ſuavitatis gratia tua.

Tu Apoſtolorum Regina.

Tu Evangeliſtarum doctrina.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Prophetarum veneratur cuneus.

Tu Martyrum victoria.

Tu Confeſſorum es gloria.

Te paradiſi Roſa, Virgines formoſæ, laudant, ut & Continentes in choro ſuo canentes:

Ave Regina dulciſſima, gaude Domina noſtra digniſſima.

Quæ gratiam ſanctis infundis, quæ liberas animas de profundis.

Te ergo nos rei rogamus ô Genitrix Dei, ſuccurre populo iſti quem redemit pretioſus Sanguis Filii tui D. N. Jeſu Chriſti.

Supernâ fac & nos cum Sanctis gloriâ munerari.

Per te mereamur, Mater Sancta, piè ſemper conſolari.

Tot prærogativis ſanctitatis, coronata in gloria Patris.

Tot Privilegiis dignitatis, gaudens jure Matris.

Jucundare, lætare, gaude, major omni laude.

O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria.

Hæ ſunt voces meæ, ô Virgo digniſſima! Per univerſam hanc vitam, quibus te indeſinenter laudem ac prædicem, has enim exigit magnitudo tua immenſa, has mea exigit profeſſio, nam inter ſuos me numerare dignata es, inter fratres, inquam, tuos Carmelitas, qui tui ſunt, & præter te, & tua poſt Deum nil aliud tractant, deſiderant, ambiunt, hi te pleni vivunt, jam non ipſi, vivis verò

Orat. de SS. Deip. rò in ipſis. Unum denique te ſupplex oro, rogoque cum ſancto Athanaſio : *tribue nobis pro exiguis iſtis eloquiis, magna dona ex divitiis tuarum gratiarum. Tu quippè gratiâ plena es.* Tribue amare te, & mortalitatis hujus vinculis ereptis, cum ſanctis Angelis omnibuſque cœlitibus per totam quanta, quanta erit, æternitatem cum Filio tuo laudare te.

Celebravi, propugnavi triumphum Agni Euchariſtici, celebravi, propugnavi honorem, cultum, dignitatem Divinæ Agniparæ amabilis Matris & Dominæ noſtræ. *Dulcis Dominus*, (inquit ſanctus Petrus Damianus) *Serm. 11. in fine.* *dulcis Domina; quia ille Deus meus miſericordia mea; hæc Domina mea miſericordiæ porta: Ducat nos Mater ad Filium, Filia ad Patrem, Sponſa ad Sponſum qui eſt benedictus in ſæcula. Amen.*

§. II.

Sanctiſſimum Patrem Eliam in igneo curru, igneum exhibeo & prodigioſum Triumphatorem.

Flammeus ac triumphalis ille currus, ſtupendum illud meteorum (quod ex noſtris *meteoris ſacris* huc judicavi transferendum) quo ſanctiſſimus noſter Patriarcha raptus eſt in ſublime, cunctorum intuentium animos rapit in admirationem; nec mirum; eſt enim prodigium, nec viſum umquam, nec auditum. Porrò, quod ad prodigioſi hujus currus ſpectat naturam, fuit ille meteorum igneum apparens tantum, juxta communiorem Interpretum ſententiam, v. g. ſplendida nubes in formam currus, Angelorum miniſterio compacta, quæ rapido igneoque vento ab Angelis quoque excitato ac igniformi ſplendore perfuſo ſublata, Prophetam rapuit in ſublime. Ex eadem materia, juxta hanc opinionem, conformati fuêre rutilantes equi currum in cœlum evehentes. D. tamen Chryſoſtomus in ea videtur ſententia, quæ hunc currum, & equos ex formali realique igne cenſet efformatos: audiatur ſanctus Doctor ex *Homilia de aſcenſione Eliæ*, in fine: *Nunc jam*, inquit, *dilectiſſimi currus, equorumque igneorum, rationem breviter exponamus. Scriptum de Deo eſt: qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem urentem; horum natura cum ſit convertibilis, in eas ſe formas vertunt, quæ proſint cauſis, ob quas diriguntur neceſſariæ: diximus jam quibus* ex cauſis (ſcilicet ob igneum zelum honoris divini, & excellentiſſimas victoris de Domini hoſtibus reportatas) *oportuerit Heliam ſic ad ſuperna transferri, & ideò hic ignis eſt, qui & miniſter Dei, & ipſius juſſione Heliam levaturus ad cœlum, currus, & equorum forma executurus juſſa ſuſcepit.* Hanc eſſe hujus ſancti Doctoris mentem, confirmatur indè, quod dictum ignem comparet igni Babylonico; ſic enim habet loco citato: *Ignis eſt iſta natura, an aliqua illa cenſura verſatur, ut unus atque idem ignis, Propheta voluptatem tribuerit, hoſtibus minaretur incendia? Hoc quo magis cre-*

LIII das,

das, Babylonius te caminus edoceat, qui uno eodemque momento juſtis refrigeria, injuſtis verò movebat incendia. Utraque ſententia eſt probabilis, cum utrumque potuerit fieri, nec alterutrum habeamus revelatum. Hæc de curru & equis ſufficiat libaſſe: nunc ad Patriarcham noſtrum magnificentiſſimè in eo triumphantem me converto. Igitur à Matre ad Patrem, à ſtella ad Solem, à Maria, inquam, tranſeo ad Eliam, qui ex lingua Græca à D. Chryſoſtomo, aliiſque *Sol* interpretatur; nam *Sol* dicitur Græcè *Helios*: at verò *Sol* eſt Elias, qui mirabili divinaque metamorphoſi lucem ſuam à *Stella* Maria participat, illiuſque ſplendore coruſcat; cum alia ſpectabilis hujus mundi aſtra, luce à Sole mutuata, ab Aſtrologis ferantur adornari. Poëtæ, ac pictores Solis orientis imaginem confingentes, collocant eum miro lumine rutilantem, atque radiantem in curru fulgentiſſimo, qui equis fulgidis, fluctuque oceani ſublevatus è præruptis montium ſcopulis evadens, quaſi in cœlum cum ſplendidiſſimo ſuo onere videtur aſcendere. *Helias verè Helios*, inquit aureum illud os: verùm id amplius confirmatum eo ac illuſtratum, quò conſtet liquidius ipſum jure, igneo fulgentique curru ſolis inſtar in æthera ſublevatum. Sol igitur juxta eruditiſſimum Sceinerum (cui hac in parte præ cæteris eſt adhibenda fides, utpote qui præcipuum vitæ ſuæ ſtudium in ſideris hujus contemplatione impendit) eſt veluti maxima quædam & ardentiſſima cœli fornax, continuas copioſaſque evomens flammas. An non hinc conſtat Sole clarius, Solem quemdam ſeu *Helion* eſſe Heliam noſtrum? Hujus enim non ſolum præcordia fornacis inſtar æſtuabant zelo ardentiſſimo honoris divini adverſus impios defendendi, verum etiam, totus igneus, totus ardens foris apparuit ac reſplenduit. Nec mirum hoc, ſi quid mirabilius in ipſo præiſſe conſideretur; quod igne nimirum adhuc puſio fuerit enutritus, igne flammiſque indutus; teſte quippe D. Epiphanio, Metaphraſte, ac Dorotheo, quibus ſubſcribit Bonartius, & alii (quidquid obſtrepat Papebroech, abnegans auſu erubeſcendo quævis antiqua monumenta ſi quidpiam contineant, quo Patriarchatus Eliæ in Ordine Carmelitarum comprobari poſſit.) De maternis vivens uberibus, viſus fuit, non lac ex illis ſugere, aſt flammam ab illis rapere ac ſorbere: imò Patri ſuo Sabathæ antequam naſceretur, viſus eſt à viris albicantibus, igne velut faſciis involvi, atque igneis flammis velut cibo alimentari: igneus ſanè ſit qui igne paſcitur, igne veſtitur: Nihil enim notius naturalis Philoſophiæ peritis, nihil ipſa rerum magiſtra experientia exploratius, quam alitum contrahere ac continere temperaturam alimenti. Quis modò ambigat Heliam, igneum, flammeum, ardentem fornacem, Verbo *Helion*? En nunc erumpentes ex hac fornace flammas. An non ignivoma fornax *Helios* noſter, cujus ſermo ex ardentiſſimo profluens pectore, efficaciſſimus erat pariter ac vivaciſſimus,

Hom. de aſcen. Eliæ.
In Roſa Urſina.
Ad cap. 48. Eccleſ.

Digitized by Google

ſimus, velut faculæ ardentes, ac lampades flammarum, ignis inſtar penetrans, & adurens, ſeu doceret, ſeu minas Domini rebelli populo intentaret, ſeu ſceleratos pro merito ſupplicio afficeret? Imò *ignitum eloquium* Ierem. 23. *ejus vehementer, quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram.* Cui proinde Deum videor audire loquentem: *Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum iſtum in ligna.* 3. Reg. 18. An non flammas eructabat, an non *verba Domini ipſi in ignem, & populus in ligna* dum 450. Pſeudo Prophetas juſſit interfici? An non 4. Reg. 1. erant in ore ejus *Verba Domini in ignem, & populus in ligna*, dum binis vicibus illius imperio ignis de cœlo mirabiliter deſcendit, duoſque quinquagenarios cum ſuis devoravit? An non erant in ore ejus *Verba Domini in ignem, & populus in ligna*, cum increpans impium Regem Achabum, hoc in eum jecit tonitruum: *Vivit Dominus Deus Iſrael, in cujus conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluvia, niſi juxta oris mei verba?* Hom. 2. de Elia. Admirandos fulminis hujus effectus exponunt aureè aurea de eo Chryſoſtomi verba: *Cumque*, inquit, *Helias Propheta Sanctiſſimus populum prævaricatum aſpiceret, cumque Baal & Lucos, deſpecto Domino, coli à ſacrilegis perviderer: cumque Creatore deſpecto, figmentis ſeſe, nemoribuſque omnis populus addixiſſet: zelo Dei commotus, Judæam terram ſiccitatis ſententiâ, & pluviarum ſterilitate addixit. Tunc ſubitò anhelat terra, ſiccatur cœlum, ſiſtunt amnes, fontes areſcunt. Omnis humor ima petit, ſuperna deſerit, aer fervet, ſerenitas torquet, tranquillitas pœna eſt. Æſtuant noctes, dies areſcunt, ſata torrentur, arbuſta ægrotant, prata deficiunt, nemora languent, campi jejunant, ſqualet terra, herbas quas produxit, interimit, iram Dei univerſa creatura teſtatur, moleſta eſt fames, ubi quod eſurit neceſſitas, deeſſe invenit.* An non rurſum Helias *Helios*, ardenſque fornax, quem ignis inſtar exurgentem deſcribit Siracides: *Surrexit Elias Propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat*: juxta Syriacum autem: Eccli. 48. *Et Verbum ejus ardens quaſi clibanus ſuccenſus.* Si ſolum *verbum ejus quaſi clibanus ſuccenſus ardens* fuerit, quid de corde ejus cogitabimus? Æthna ſanè aut Veſuvius hoc fuerit neceſſe eſt, faculas, flammas, clibanos ſuccenſos amoris zelique divini honoris jugiter evomens. An non *Verbum ipſius quaſi facula ardebat*, dum loquebatur: *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum: quia dereliquerunt pactum tuum Filii Iſrael?* 3. Reg. 19. An non ut *clibanus ſuccenſus* erat, cum impio Regi Achabo, Eliæ Regni turbationem intentanti, intrepidè reſpondit: *Non ego turbavi Iſrael, ſed tu, & domus Patris tui qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim?* 4. Reg. 18. An non ut *clibanus ſuccenſus* erat, cùm flammas ſuas ſuper omnem Iſraelem effunderet, populumque idololatrantem increparet ac exhortaretur plus quam humano fervore: *Uſquequò claudicatis in duas partes. ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum, ſi autem Baal, ſequimini illum?* 3. Reg. 18. An non ut *clibanus ſuccenſus* erat, cùm ardentiſſimis ſuis pre-

 cibus

Digitized by Google

cibus è cœlo evocavit ignem holocauſtum devorantem, aquam etiam, cui innatabat, abſorbentem. Elias eſt *clibanus* ille *ſuccenſus*, ex cujus ore inſtante fine mundi, ignis erumpet in internecionem filii perditionis Antichriſti, eique adhærentium: juxta illud ſacri textûs: *Ignis exiet de ore eorum* (Enochi & Eliæ) *& devorabit inimicos eorum*. Verè, verè ô Parens zeloſiſſime!

Sermo tuus tonitru, vitaque fulmen erat.

Quod Nazianzenus tribuit Baſilio. Verum quid opus pluribus, ut ſolem manifeſtum faciam?

Quis enim celaverit ignem
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo?

Fruſtrà, inquam, Heliam *Helion*, ſeu clibanum ſuccenſum fore, demonſtrare pergerem, cum ignea illius virtus, ardentiſſimuſque zelus ſole ipſo ſit illuſtrior, utpotè in ſacris litteris, ſanctiſque Patribus ubique obvius, ſummè deprædicatus, & ad cœlum uſque laudibus elatus. Admirandos hujus *Solis* effectus, mundi illuminationem, fœcundationem, purificationem, loci hujus non capit anguſtia. Triumphalem tamen illius in cœlum elevationem, non poſſum (ut ſtem promiſſis) involvere ſilentio: ne verò rutilantiſſimi *Solis* ſplendor mei obfuſcetur ſermonis caligine, ſplendidiſſimis aurei oris verbis ejus exhibebo triumphalem aſcenſum. Exorditur, attenti ſitis.

„ Apud quoſdam veteres Reges, „ moris erat, ut ſi quis fortiter pro „ Rege feciſſet in bello, & corpus & „ animam periculis objicere non ti- „ muiſſet, curru, atque aliis regiæ dig- „ nitatis inſignibus donaretur. Igi- „ tur Reges terreni atque mortales, ita „ ſibi devotiſſimos remunerare con- „ ſueverunt. Quantò magis omni- „ potens Deus, quia Rex Regum, & „ Dominus dominorum eſt, Heliam „ ſuum tota ſe corporis & anima de- „ votione zelantem, poſt multorum „ laborum ſudores, poſt durarum per- „ ſecutionum graviſſimas fatigatio- „ nes, poſt tantorum bellorum mag- „ nas, illuſtreſque victorias, opima de „ mundo & diabolo ſpolia referen- „ tem igneo curru, atque equis flam- „ mantibus impoſitum in triumpha- „ li gloria præfulgente, ad ſua regna „ voluit pervenire? Oportebat nam- „ que errantis populi Rectorem gu- „ bernatorem ſacrorum, moderato- „ rem diſcrepantium voluptatum, Iſ- „ raelis aurigam, qui ad jugum ti- „ moris Dei, quoniam laſcivos & „ vagos animos revocavit, frœnis, lo- „ riſque adſtrinxit, & ad iter diſcipli- „ næ recto tenore currendum con- „ cordi quadam copulatione compo- „ ſuit; ad regna cœleſtia curru, at- „ que equis tranſvolaret evectus..... „ Igitur currus ignei ſimul & equi „ provecturum de ſæculo Prophe- „ tam præſtolantur intenti. Qui „ opifex hunc currum, quæ manus „

Hom. 1. de Aſcenſ. Eliæ.

illas

„ illas rotas in orbis volumine circumegit, temonem protendit, jugum inſuper aptavit, cæteráque compoſuit, cum materies omnium unus ignis arderet? quæ regio illos equos, quave ſtirpe progenitos, quorum natura ignis, deſtinavit? ſi animalia dixeris, ignis occurrit; ſi ignem crediderit, forma ſe animalis opponit. Aliud tibi forma, aliud tibi natura demonſtrat. Si animalia contrectare velis, ignis urit: Si ignem refugis, animalia non credis...... Interim ex improviſo currus, & equi apparuêre flammantes. Quis hos ad Heliam perduxerit equos, quis illis tam ſubitò currum ſtatuit, quis iter ſuum in aere currentibus demonſtravit, quò currum dirigerent, ubi aer ille onus exponeret: nullus omninò præterquam qui ſapit? Soli autem equi ſubito veniunt, Heliam ut viderunt ſubſiſtunt, & ut aſcenſuro currum præberent, terga ſponte convertunt. Statim verò pio onere ſuſcepto in auras ventóſque proſiliunt, & rapidis per inane paſſibus aeris ſpatia corripiunt. Hoc illis aer, quod campus erat: hoc inane, quod terrenum: quod dicas, an aliter dicas. Ubi rogo alternos figunt pedes, dum citis ſaltibus glomerant curſus? quod in aere ſolum, quod duro calcibus cornu feriunt? Ubi rotarum inſtabilis illa ſic currit inverſio, ut impetu globoſo continuo inſemet volubilitate redeunte, radiorum tibi diſcrimine velox vertigo confuſa luce ſurripiat, ut omninò dubitare poſſis an currant? Mirum prorſus & incredibile pene ſpectaculum, equis currere ſupinis uſque ad regna cœleſtia tendentibus. Stat ſecus auriga nec funditur, ſed omnia ignis erat, qui levitate naturæ, & per inane diſcurrit, & ad ſuperna ſemper inſurgit. Hoc ipſum magis mirum eſt, tenue ac liquidum corpus ignis, ſolidum auferre potuiſſe, aut ambulare non potuiſſe. Stat intrepidus ſuper ignem, ac ratem, nec incaleſcunt omninò veſtigia. Totum corpus ignis ambit, nec læditur, per colla, per latera flamma diſcurrit innoxia. „

Hiſce mirè declarat Chryſoſtomus, prodigioſum planè, divino favore ac privilegiis plenum Eliæ raptum. Quam verò ſplendidiſſimus hic Prophetæ triumphus extiterit principibus tenebrarum, toties ab ipſo profligatis inviſus ac formidabilis, idem aureum flumen, admirabili ornatiſſimóque Scemate demonſtrat deinceps. „ Quis itáque putat hos omnes ſpiritus vagos, inquietos, & ſemper exſomnes cum tanto, & tam præfulgente triumpho Heliam per aerem tranſeuntem ignorare potuiſſe? Accurrunt omnes, novum mirantur ſpectaculum, hominem vident, dubitant, cominus accedere cupiunt, ignem metuunt: & ſi quis improborum fuerit, plus in eum cuſtos & vector exarſit. Quocumque deindè currus impetum tulerat, ſpiritus nunc metu denſantur in agmina, nunc diſperſi, venienti locum turpi fuga citius derelinquunt. „ Hæc, &

alia plurima refert tam admirabili maximi Prophetæ digna triumpho.

Credibile quoque eſt, Angelos bonos, qui Eliæ in terris adhuc degenti aliquando præſtiterant obſequia, ejus quoque condecoraſſe triumphum; nec uno ſolummodo aurigâ, at verò numeroſo angelico comitatu plaudente ac jubilante ad cœleſtia Regna fuiſſe ſubvectum.

Cap. 48. Divinus inſuper Eccleſiaſticus Eliam triumphali currui inſidentem ac in ſublime commeantem hoc encomiaſtico comitatur alloquio: *Quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi ... qui receptus es turbine ignis, in curru equorum igneorum. Qui ſcriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & reſtituere tribus Jacob. Beati ſunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati ſunt. Nam nos vita vivimus tantum, poſt mortem autem non erit tale nomen noſtrum*: ut ſtatim à morte ſimus, dicamúrque beati atq; glorioſi, ut commentatur Palacius. Quis non obſtupeſcat, inquit Bonartius in hunc textum, igneum quoddam meteorum, ſimiliter & ſpeciem rutilantium ſonipedum, terris incumbere, & utrúmque Prophetam ſeparare: mox verò validum conſurgere & afflare ventum, quaſi igneis alis ſublatum, & ſubitò in ſublime rapere quadrigæ flammeæ inſidentem Eliam quaſi *Ilion*, Solem, cœleſtibus ſpiritibus aurigantibus, alipedéſque equos, carpentúmque gubernantibus?

Quo ſublimis abis, curruſque aurigáque gentis Iſacidum? Lib. 3. contra Marcion.

Inclamat abeuntem Prophetam Tertullianus: & reſpondet.

Sublatus curru Paradiſi vectus in aulam eſt.

Inquiret modò quiſpiam; quæ hujus tanti & inauditi eſt cauſa ſpectaculi? Undè Eliæ tam ſingulare Privilegium, ut cœleſtes genii, in cœleſti regione, cœleſti curru, cœleſtibúſque equis ejus peragant triumphum mortalium nulli conceſſum? Quid ambigis? ex nunc immemor es Heliam, *Helion*, Solem eſſe? Ubi verò Sol triumphat? nónne in cœlo? Addam plura. *Sol* eſt Elias, quid mireris igitur ſi undique, ſempérque in luce reſplendeat, fulgeat, imò mirum, ſi quandóque ac quadantenus tenebris macularetur. Et hoc arbitror eſſe cauſæ, in Sacris Litteris non deſcribi Eliæ tempora, annos, aut menſes, uti de aliis aſſolet fieri Sanctis: de Davide, *regnavit quadraginta annis*. De 2. Reg 2. Eliſeo, ubi Vulgata habet, *ſub Eliſeo Propheta*: legit Titus Boſtrenſis *tempore* Cap. 4. *Eliſei*: at verò in Elia dies plerúmque notantur: apud Lucam dicitur: *in diebus Eliæ*. Et in Regum Libris: *poſt dies* 3. Reg. 17 *ſiccatus eſt torrens*, de quo bibebat Elias. Item in Apocalipſi: *Prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta*, Elias & E- Cap. 11. noch. Ecce Elias habet *dies*, alii tempora & annos: nec abſque grandi myſterio, tempus enim complectitur tam noctis tenebras, quam diei clari-

Digitized by Google

claritatem: at poſtquam in Elia ſemel reluxit ſplendor divinæ gratiæ, non invenitur poſtmodum obfuſcatus tenebris fuiſſe culpæ: ubi ergò Helias, ibi *Helios*, ibi Sol, ibi dies, ibi perpetua claritas, nulla denſæ noctis obſcuritas, caligo nulla: teſtem advoco
In Pſal. 36 Sanctum Ambroſium. *In diebus*, inquit, *Eliæ, quando clauſum eſt cœlum, nox erat perfidis, ſed Eliæ lumen erat, clauſum erat perfidis cœlum, ſed Eliæ patebat.*

Sol ſidera cætera ſuperat claritate, cætera non ſplendent, niſi luce ab hoc mutuata. *Sol* eſt Helias virtutum radiis mirè emicans, humanúmque faſtigium excedens: hæc eſt D. Gregorii Nazianzeni de Elia ſententia: *quem*, ait, *virum dico*, *quem igneus quoque currus in cœlum evexit, ſignificans, ut opinor, ſingularem quandam hominis virtutem, atque humanum faſtigium excedentem.* An non humanum excedat faſtigium, claves cœli ore geſtare, verbis eum claudere & aperire, ex eò pro libito rorem, pluviam, ignem evocare, & quaſi Deum obſequentem ſibi habere: fidem non mihi, at Chryſoſtomo præſtandam
Serm. de Elia. poſtulo: *Non, quando tibi videbitur* (nomine Prophetæ loquitur Deo) *pœnæ finem facias, tibi enim pro clementia tua ſemper videtur miſericorditer agendum. Sed tunc, quando ego pro eis oravero, & judicavero quod dignam animæ ſuæ curam gerant, probéque reſipiſcant. Igitur propheticam ſententiam reveritus eſt Deus, & honorem juramenti illi dedit.* Hujuſcè ſententiæ &
Orat. 11. D. eſt Baſilius Seleucus. *Novi ego*, inquit *Elias, qui ſit impiis punitionis modus, niſi per verbum oris mei, non erit ros, neque pluvia; compulſus Eliæ poteſtatem fecit Deus, miſerans quidem eos qui dignè puniuntur, reveritus tamen Prophetæ zelum Univerſi Dominus, quid agat.*. Præmiſerat autem: *reveritus ſiquidem eſt Deus ardorem pietatis, & Eliæ creaturæ habenas permiſit.* An non humanum excedit faſtigium, purum hominem ante mortis ſolutum tributum, de terra ſublatum felicem eſſe atque beatum? an non humanum excedit faſtigium, ad terram eum rurſus rediturum, denuo contra perfidorum principem bella geſturum, novo triumpho exaltandum, novâque corona redimiendum? An non humanum excedit faſtigium, hominē, quo nihil, Chryſoſtomo teſte, pauperius, tot Regum, tot tyrannorum, tot impiorum idololatrium Sacerdotum, extitiſſe victorem, quo nihil glorioſius? An non humanum excedit faſtigium, exprimi hominem Symbolo divino, Eliam dico, igne; quem divinum eſſe ſymbolum, ex ſacra edocemur pagina: ubi primò, *Deus noſter ignis eſt.* Dein- *Deut 4.*
dè Moyſi Duci Iſraelis, *apparuit Deus* *Exod 3.*
in flamma ignis: quam apparitionem ponderans Sanctus Ambroſius, ſic præclarè loquitur ad præſens: *Specie* *Lib. 1. de Sp r S. cap 6.*
ignis exprimi, vel videri, divinæ eſt conditionis: atqui Sanctiſſimus Propheta Domini Elias exprimitur ac videtur *ſpecie ignis*, nam *ſurrexit quaſi ignis*, *Eccli. 48.*
atque igneo inſidens currui, igneis equis viſus eſt efferri in ſublime: *divinæ* igitur participatæ *eſt conditionis.* Nomen inſuper quo exprimitur divinum quid,

Digitized by Google

quid, humanúmque excedens faſtigium, præ ſe fert, divinis enim prærogativis excellentiíſque hoc eſt gravidum. Ex Hæbræo interpretatur à D. Hierony no, Athanaſio, aliíſque, *Dominus*, *Deus*, propter gratiæ, quæ eſt quædam divinæ participatio naturæ, copioſam magnitudinem. Ab aliis, *Deus Domini*. Ab aliis, *fortis Domini*, aut *Dominator*. Ex græco *Sol*, nunc, *Reſtaurans*; aliquando, *Dominus aſcendens*: aliàs, *Deus meus*. Quid porrò prætindicant tot ſupereminentia viri unius nomina ac epitheta, niſi præeximias ejus virtutes, dona, & prærogativas, quæ ſimplicis ſignificationis nomine exprimi nequeant? Sanctiſſime Patriarcha, *ſecundum nomen tuum ita & laus tua in fines terræ*. O in quantam proveheris dignitatem divinæ particeps factus appellationis! quam altè ſuper humanum faſtigium, ſplendidiſſimum erigis verticem! meritiſſimo proindè jure in cœlo triumphas, qui humanum excedens faſtigium, ſidera ipſa virtutum ſplendore transgrederis. Meritò triumphat in cœlo, qui tãto gratiarũ apice eſt ſublimatus, ut à Sancto Encomiaſte Chryſoſtomo, *terreſtris Angelus, homo cœleſtis* celebretur: eſt *terreſtris Angelus*, qui in terra Angelicæ fuit puritatis, Cherubicæ ſcientiæ, zeli, ac claritatis; Seraphici ardoris, charitatis jugíſque divinæ Majeſtatis, quod munus eſt Angelicum, contemplator: an non hoc clamat divina ipſius parœmia: *vivit Dominus in cujus conſpectu ſto?* Eſt *homo cœleſtis*, quia degens inter homines, converſabatur in cœlis, ab Angelis civibus cœli inviſebatur, confortabatur, ſolabatur, &c, quod longè præclariùs, cum Angelorum cœliſque Domino agebat & loquebatur. Sive igitur conſideres Eliam ut terreſtrem Angelum, ſive ſpectes ut cœleſtem hominem, cœleſtis eſt, cœlum petit, à cœlo petitur, cœlum, ſublime utróque, imò utróque uno, ipſi debetur titulo. Non igitur miremur ultra, hominem undique cœleſtem, igneo triumphali curru, igneis equis, aurigis igneis, ſupra quam viſum unquam aut auditum, elevari in cœlum: ut enim ſolitus Elianæ dignitatis præco Chryſoſtomus, inſolito auréoque advertit acumine; mira prorſus ratio, *ignis evehit*, *& munit*, *quidquid cœleſtis eſt naturæ*: terreſtria adurit, conſumit, devorat: cœleſtia ambit illæſa, munit, evehit, decorat. Alta igitur reor, cum Chryſoſtomo, diſpoſitum Providentia, ut Elias totus igne circumdatus, triumphando cœleſtia ſcandat, univerſo nimium, ut pateat orbi, igneus illius pro divino honore zelus, quodque *terreſtris ſit Angelus*, *homo cœleſtis*.

Pſalm. 46. — *In Caun.* — *Hom. de aſcen. Eliæ.*

Spectavimus uſque modò Sanctiſſimum Patriarcham, grande illud mundi prodigium, orbis miraculum, gratiæ & naturæ monſtrum, magnificentiſſimo triumpho, ſplendidiſſimo trophæo, mirabiliter raptum, per aera ſublevatum, igneo curru, equíſque igneis in cœlum ſubvectum: at nequeo ultra in triumphalem illum currum nimium luce coruſca micantem ac ſcintillantem intendere obtutum, refugit, palpitat oculorum acies ad fulgentes hoſce radios, mens in tantæ

gloriæ,

Digitized by Google

gloriæ, prodigii ac triumphi contemplatione deficit ac hebetatur. Ad vos igitur meus convertitur ſermo, quotquot maximi Prophetæ triumphi, adeſtis devoti benevolíque ſpectatores. Exiſtimatis, nullus ambigo, ter beatum, ter quatérque felicem glorioſiſſimum Parentem noſtrum, veſtra furſum ſpero, confido cum eo elevata raptáque vota & deſideria, omnéſque jam vultis eſſe ut ille, &, ubi ille, beati felicéſque: Et quis tantæ non cupiat eſſe particeps gloriæ, quis cum eo non toto anhelet ſubvehi affectu? laudo deſideria, vota probo: at media finem præcedere oportet: cogitandum primùm de pugna, tum de victoria, primùm de bello, tum de triumpho: ut cum Elia triumphes, arripiendus prius Eliæ flammeus gladius, eóque pro Dei cultu & honore ſtrenuè certandum, ac acies vitiorum expugnandæ, idola, inimici Dei, Martis, Veneris, cæteráque funditùs demolienda: prius ſufferendæ calumniæ ac perſecutiones Achabi; prius tolerandæ Jezabelis inſidiæ & infeſtationes, prius fames, ſitis, aliáque corpori moleſta patienda: Verbo, cœleſtis cum Elia prius ducenda vita, ſtrenuum fortéque contra inimicos Domini cum eo in terris gerendum bellum, quàm cœleſtem cum Elia agas triumphum. Quem in finem fidiſſimum ſpondeo magni Dei amici ſubſidium, ſi devotum glorioſo Triũphatori geras animũ, plurimis námque in neceſſitatibus fuit auxilio ac ſolatio, ut irrefragabilibus teſtimoniis & exemplis indubitatum reddit in Prophetæ vita, noſter R. Adm. P. Daniel à Virgine Maria totius Ordinis Hiſtoricus accuratiſſimus. *Part.3.c.2.* Quiſquis verò adſtas zoilus, cave, ac pave: vos, vos, inquam metuite, qui lividis oculis Prophetæ Dei triumphum excepiſtis, vos, quibus lubet magis impii Achabi ac Jezabelis Sanctiſſimum Dei Prophetam perſequentium, quam Eliæ impios trucidantis, inhærere veſtigiis: vos qui ſemper in Prophetam malignamini, ac temerè tangitis Chriſtum Domini, toties eum pungitis, toties gladio linguæ percutitis: vos, qui triumphi ejus ſplendorem obnubilare, triumphalémque ejus currum ſubvertere nitimini: vos, vos appello, qui Eliæ hæredes abnegatis, denigratis, traducitis velut fabulatores, impoſtores, nugivendulos, pſeudos Doctores, quando datum ſibi à Deo vindicant Patriarcham: Carmelique Ordinem, in quo melius ſplendidiúſque quàm in curru igneo triumphat, colitur, honoratur, Eliæ ſubtrahitis, ab eo inſtitutum pertinaciter pernegantes: Vos, inquam timete zelum Eliæ, non enim fruſtrà igneum portat gladium: ſed ad filiorum ſuorum defenſionem, ad timorem autem & ultionem Æmulorum. Stat Sanctiſſimus Patriarcha Cherubini inſtar ante Paradiſum ſuæ voluptatis, quem plantavit in Carmelo, quem poſſedit ab initio, flammeum ac verſatilem tenens gladium, ad cuſtodiendam viam, ne quis malevolus intret devaſtétque eam: cavete igitur

gitur à gladio, memoréſque ſitis terrificæ illius ſententiæ, quam in ſua Apocalipſi pronuntiat D. Joannes vibrátque in Eliam. Nominis hoſtes: *Si quis voluerit eos* (Enochum & Eliam) *nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum, & ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum mori.* Apocal. 11.

Sanctiſſime Patriarcha, cœleſtis triumphator, etiamnum è longinquo triumphalis tuus currus meos verſatur ob oculos, etiamnum te in ſublime ferri conſpicio: ſed priuſquam meis recedas ab oculis (numquam receſſurus à mente, numquam à corde) anhelis te ſubſequor votis, obnixis ad te, & poſt te inclamo precibus, è periculoſa mundi hujus Palæſtra, in qua tam ſtrenuè decertaſti, tam ſtupendas victorias reportaſti, è qua jam glorioſè triumphans aſcendiſti ad pacis locum, belli neſcium; hinc te invoco, ſumptâ fiduciâ à primo tuo diſcipulo Eliſæo, cui jam jam aſſenſurus dixiſti: *Poſtula quod vis, ut faciam tibi, antequam tollar à te*: Poſtula *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael & auriga ejus*: memor eſto congregationis tuæ, quam inſtituiſti ac poſſediſti ab initio; reſpice ſuper vineam iſtam, quam plantaſti in Carmelo, & flammeo tuo gladio à diripientibus eam defende, *tela novitia* Novitiorum æmulorum, quibus odioſa & inviſa eſt Ordinis tui antiquitas, ab eo arce & amolire: cupiunt illi, non lampades tantum ſuas illuminare, ſed & alienas extinguere, in quo fatuis Virginibus probantur invidentiores, ſecundum Emiſſenum, at tu Pater præſta, ut non extinguatur in atra Atrorum Calumniatorum nocte lucerna, ſplendor antiquitatis Ordinis tui: jactant illi voluminum ſuorum moles, quibus ſe credunt libros, quibus tuus tibi aſſeritur Ordo obruituros; *Libellus ille* (Carmeli tui Armamentarium intelligunt) inquiunt, *peribit, opera autem noſtra permanebunt*: at hi quantitate molis, diffuſo luxuriantéque vaniloquio, abundantibus calumniis, Satyris & Sarcaſmis metiuntur libros, non ubi & efficaciâ argumentorum, à qua ſola *Libri*: erit proindè, te patrocinante, ut libelli, ut ipſis videntur permaneant, *veritas* enim permanet *& prævalet*; veritas autem eſt, te primum Carmelitarum eſſe inſtitutorem Patriarcham: tradunt hanc veritatem, eámque in humanæ fidei apice collocant, ſeptem Romani Pontifices, Joannes XXII. Alexander V. Sixtus V. Et apertis verbis aſſerunt: *Ordinem Carmelitarum per Eliam & Eliſæum in monte Carmeli inchoatum.* Sixtus IV. Julius II. Gregorius XIII. qui dicunt Patres Carmelitas *ab Elia & Eliſæo hæreditariam ſucceſſionem tenere.* Clemens autem VIII. in Bulla, *in Apoſtolicæ dignitatis.* Et in alia,

4. Reg. 2. Ibid.

Hom. 7. ad Monach.

3. Eſdr. 4.

alia, *Dominici gregis*, item in Epiſtola ad Regem Perſarum, expreſsè ait: *Religionis hujus Profeſſores, ſui inſtituti Auctores habere ſanctos Prophetas Eliam & Eliſæum.* His ſeptem cohærent alii quinque Paulus V. Urbanus VIII. Innocentius X. Alexander VII. Clemens X. qui approbarunt officia Ordinis tui contenta in ejuſdem Breviario, in quibus, Patriarcha diviniſſime, celebraris, invocaris *Pater, Inſtitutor, Auctor* Carmelitani tui Ordinis. Accedit cauſæ tuæ multiplex robur à Congregatione Eminentiſſimorum Cardinalium ſub diverſis Romanis Pontificibus: Una anno 1618. die 14. Junii ita declarat: *Hiſtoria, quæ in Breviario per Sanctam ſedem Apoſtolicam approbato recitantur, ut maximè vera ab Eccleſia venerantur.* Hinc probatur adventus, & prædicatio ſancti Apoſtoli Jacobi in Hiſpania: ſtigmata ſancti Franciſci: Revelatio ſancti Thomæ Aquinatis, *bene ſcripſiſti de me Thoma.* Revelatio facta ſancto Ignatio: *Ego Romæ vobis propitius ero.* Et aliæ innumeræ Revelationes, ſanctæ Thereſiæ, Magdalenæ de Pazzi, Andreæ Corſino Carmelitis, atque adeò & illa facta noſtro ſancto Petro Thomæ circa viſionem ei factam à B. Virgine de perpetuitate Ordinis tui, jam olim à te, Patriarcha, impetrata à Chriſto in Monte Thaboris. Inconcuſsè quoque probatur veritas Patriarchatus tui in Carmelo ex antiqua, perpetua, conſtantique traditione abſque aliqua varietate, dubitatione, ac controverſia, deveniente per manus innumerabilium Sanctorum, quibus Ordo tuus à Deo eſt illuſtratus: de traditione autem ait Chryſoſtomus: *Traditio eſt, nil quæras amplius.* Accedunt auctores domeſtici, exteri innumeri, argumenta irrefragabilia, eorumque impugnationum ſolutiones palpabiles apud tuum fidum Filium R. Adm. P. Franciſcum Bonæ Spei, Lezanam, Sylveiram, Danielem à Virgine Maria, Philippum à SS. Trinitate, & alios tuos Apologiſtas. Nihil ut cauſæ tui Carmelitani Patriarchatus deſit, niſi *integer, & ſincerus animus*, ut viri præſtantiſſimi, & Academia Regia Conimbricenſis Sylveiræ eſt proteſtata. Unicè verò tui Novitii meminerint æmuli; licet fortè Romani Pontifices alicui hiſtoriæ, aut eventui Bullis ſuis inſerto novum non addant robur (quod tamen nullatenus admitto) certum eſſe, quod Bullas ſuas Apoſtolicas non fœdent falſitatibus, fabulis, impoſturis & commentis, cujus generis noſtram à te, Elia Pater digniſſime, ſucceſſionem rentur, ac comminiſcuntur. Meminerint porrò maximè, Vicarios Chriſti non permittere, non approbare ut in Eccleſia Univerſa per quam tuus viget Ordo, ſolemniſſimè colantur, celebrentur falſæ fabulæ ac ingenioſæ confictiones, ut foret, ſi verum eſſet, quod Novitii Ordinis tui infeſtatores nimis inſcienter, cæcè prorſuſque infundatè ſpargunt, ac actis Sanctorum cum tetra Nota, omniumque pene ruina inſpergunt.

2. Theſſ. 2. hom. 4.

Part. 1 & 2. Carmeli Armament.

In 4. tom. Annal.

toto Opuſ. 1.

In Vinea Carm. & magno Spec. Ord.

In Hiſtoria Carmel.

Digitized by Google

Hæc luculentiſſima ſolidiſſimaque veritas eſt, quam complectitur, illuſtrat, ac corroborat liber *Armamentarii Carmeli*, Filii tui Franciſci Bonæ Spei, quem ob exiguã chartæ molem, *libelli* nomine, exſibilant tantum *novitiorum telorum* fabri: *quaſi hoc ſit reſpondere poſſe, quod eſt tacere non poſſe*, ait S. Auguſtinus: attamen magnus ſit oportet liber, qui continet, ac ſtrenuè, præclarè & ſolidiſſimè tuetur Patriarchatus tui in Carmelitano Ordine veritatem: *magna* enim *eſt veritas, & prævalet*, inquit ſacer textus, magnus proindè eſt *liber* qui veritatem dilatatam, expoſitam, propugnatam complectitur, *magna* enim *veritas*, quî exiguo concludetur *libello*?

3 Eſdr. 4.

Lib 2. contra Max.

Tandem te rogo, ſanctiſſime Patriarcha: Potens es opere & ſermone, non ſolum dum adhuc in terris degeres, at magis poſtquam hinc beatior ſublatus, clarior & familiarior factus es Deitatis contemplator: ſcimus te priſtino honoris divini zelo ſuccenſum, deque filiorum tuorum ſalute paternâ etiamnum curâ ſollicitum: ſalva ſunt tibi præmia tua, ſecurus de gratia, ſecurus de æterna gloria: curam habe de noſtra tot inter pericula adhuc dubia & incerta: toties, Pater amantiſſime, in terris exiſtens, ignem è cœlis in terram evocaſti, mitte nunc è cœlo ignem in terram, impetra nobis ignem ac zelum divini amoris ac honoris quo tantopere arſiſti: excute à filiis tuis ſomnum, excute torporem, non porrigas illis ignem & aquam, ne fiant tepidi, at utramque eorum manum igneo confirma gladio, ut æquè ardeat amore zeloque divino eorum ſiniſtra adverſitatis, quam dextra proſperitatis, ferveantque amore Dei ac proximi; etiam pro inimicis ordinis tui hoc exoro: Et hos amoris igne accende, & ceſſabit ignis invidiæ & rancoris, *charitas* enim *patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non cogitat quæ mala ſunt, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati*, quam defendimus, dum Carmeli Ordinem tibi aſſerimus.

Benigniſſime Pater, ſupplicum filiorum preces ſuſcipe, ac pro te in terra certantes, te in terra laudantes, è cœlo reſpice, & duplicem nobis ſpiritum tuum obtine: finio verbis quæ in tuo officio nobis præſcripſit Mater Eccleſia.

In hujus vitæ fluctibus
Nos Rege tuis precibus.

Nos numquam auxilium deſtituat, PATER;
Optatuſque tuus perpetuò favor:
Nobis quin potius munera ſpiritûs
Augeri prece poſtula.

Quò tecum triumphemus per ſæcula. Amen.

GRA-

GRATIARUM ACTIO

Sanctiſsimæ Trinitati.

Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, ô beata, & benedicta, & glorioſa Trinitas : Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.

Sanctiſsimæ Virginitati.

Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, ô beata, & benedicta & glorioſa Virginitas : Filia Dei Patris, Mater Dei Filii, Sponſa Spiritus Sancti. O Clemens, ô pia, ô dulcis Virgo

MARIA.

FINIS

Impoſitus in profeſto Virginis Immaculatæ.
1677.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

A

Abuſus.

ABuſus contra Catholicos à Novatoribus confinguntur & exaggerantur. fol. 177. 192. 193 194.
Abuſus in cultu Sacrarum imaginum quomodo corrigendi. 287. 288.
Propter abuſus non ſunt tollendi boni uſus. 190. 191. 287. 288. 371.
Abuſus confícti à quodam Anonymo contra Religioſos & Clerum. 369. 370.
Abuſuum Reformatoribus regulæ præſcribuntur. 370
Abuſus etiam in res Sanctiſſimas irrepunt. 371.

Adorare. Adoratio.

Adorare Deum in ſpiritu & veritate, quid ſit. 155. 156.
Adoratio quid, & quotuplex ſit. 633.

Agnus Dei.

Agnum Dei ſequuntur Sancti, maximè SS. Deipara, quocúmque ierit. 395. 396.

Angeli.

Angeli fuêre ab hominibus cultu Religioſo adorati. 479. 633.
Angeli honorant V. Sacramentum. 308.

Argumenta.

Argumenta 50. pro Catholicorum Proceſſionibus in quibus V. Sacramentum cum Sanctorum imaginibus circumfertur. 375. & ſeq.

Avaritia.

Avaritiæ crimen hæretici certatim Eccleſiæ Miniſtris adfingunt. 186. 187. 465. 466. & ſeq.

S. An-

Digitized by Google

S. Auguſtinus.

S. Auguſtini authoritas expenditur. 17. & ſeq.

S. Auguſtini authoritas perperam opponitur Bullis Summorum Pontificum. 20. & ſeq.

S. Auguſtinus, *ſi plus feciſſet, plus retractiſſet*, ait Epiſcopus Guido Carmelita. 18. 21. 22.

S. Auguſtinus dum fatetur ſe erraſſe, loquitur *humiliter & veraciter*. Idem ibid.

S. Auguſtini ſcripta cautè ſunt legenda. 24.

S. Auguſtini authoritas non cogit à cæteris Patribus recedere. 24.

S. Auguſtinus Summo Pontifici doctrinam ſuam ſubjicit *emendandam*. 15.

S. Auguſtinus Romano Pontifici Eccleſiæ Primatum adſcribit. 16. 47. 48.

S. Auguſtinus omnes invocat Sanctos. 471.

B

Baius prohibitus.

A Baianis propoſitionibus ac phraſibus præcepit Philippus II. ex Theologorum judicio, abſtinere. 23.

C

Calumnia.

CAlumniæ contra Religioſos redundant in grave Eccleſiæ præjudicium. 82. & ſeq.

Calumnias non debent Religioſi ſub prætextu humilitatis diſſimulare. ibid.

Calumnia exorbitans, Authori adſicta, diluitur. 337. & ſeq.

Calumniæ & commenta contra Mariæ Cultores diſpelluntur. 521.

Catholici.

Catholici inconſtantes deficiunt hæreſi graſſante. 642.

Catholici quomodo verum Scripturæ ſenſum à falſo queant diſcernere. 14. 15.

Catholici inconſtantes, ſunt ut noxii humores in corpore Eccleſiæ. 642.

Carmelitæ.

Carmelitarum erga Mariam devotio. 458.

Carmelitæ deprædicant laudes & patrocinia Patronæ ſuæ Mariæ. 101. & ſeq.

Carmelitæ non celebrant Feſtum Patronæ ſuæ Mariæ cum injuria honoris Chriſti. 560. 561.

Carmelitis vocantibus *Fratres B. V. Mariæ*, conceſſæ Indulgentiæ, 565. 566.

Carmelitarum Ordinem edidit, & fovet B. V. Maria. 566.

Ceremoniæ.

Ceremoniarum neceſſitas. 131. 133. 134.

Ceremoniis interna accenditur devotio. 134. & ſeq.

Cere-

Digitized by Google

Ceremoniæ qualiter ſpectent ad Fidem. 158.
Ceremoniæ non contemnendæ, etſi non forent neceſſariæ. 158.
Ceremoniæ ſunt conjungendæ devotioni internæ. 159.
Ceremoniarum multiplex utilitas. 134. 159. 160.
Ceremoniæ qualiter à Chriſto ſint inſtitutæ. 166. 167.
Ceremoniæ à quo, Prælato Eccleſiæ ſint immutandæ. 161. 162.
Ceremoniæ Judæorum fuêre ex ſe bonæ. 170.
Ceremoniæ Judæorum quas ob cauſas fuerint Deo exoſæ. 170. 178. 179.
Ceremoniis Catholicorum ineptè Judaiſmi nota inuritur. 170. 171. 178.
Ceremoniæ promovent cultum internum. 171. & ſeq. 180. & ſeq.
Ceremoniæ non ſunt totus Chriſtianiſmus. 178.
Ceremoniæ non ſunt ſenſualitatis fomenta. 179. & ſeq.
Ceremoniæ cur ab hæreticis impugnentur. 129 130.
Ceremoniarum & Religionis nexus. 131.
Ceremoniæ etiam minimæ, magni faciendæ. 130. 131.
Ceremoniis Fideles ædificantur. 132.
Ceremoniæ à Concilio Tridentino commendatæ. Ibid.
Ceremoniarum antiquitas. 132. 133. 219. 220.
Ceremoniarum uſus ab Apoſtolis edoctus. 133. 134.
Ceremoniæ quædam Ethnicorum ac Judæorum ritè transferuntur ad cultum Dei. 219. & ſeq.

Chriſtus.

Chriſtus Mediator principalis. 498.
Chriſti cum Rege terreno comparatio. 273.
Chriſtus ſequitur Matrem ſuam. 281.
Chriſtus & Maria ſimul laudandi. 378. & ſeq.
Chriſtus ſuâ præſentiâ honorat peccatores. 380.
Chriſtus honoratur à Sanctis, ut Rex ab aulicis, Dominus à ſervis, & Pater à filiis. 381.
Chriſti cum Cœlitibus in Cœlo Proceſſio in Purificatione B. V. Mariæ. 385.
Chriſtus ulciſcitur injuriam Matri ſuæ illatam. 397.
Chriſtus & Maria connexi ſunt ut Sol & Luna. 397. 398.
Chriſtus patitur in Sanctis, ut in membris ſuis. 485. 513.
Chriſtus, quos ad ſe vocat, à Sanctis non avocat. 511.
Chriſtus eſt Caput Martyrum.
Chriſti notitiæ tres ſunt gradus. 542.
Chriſti ad Matrem verba exponuntur. 545. & ſeq.
Chriſtus ad Matris petitionem acceleravit Miraculum in Nuptiis. 548.
Chriſtus numquam eſt ſeverè Matrem allocutus. 546. & ſeq. 551. 552.
Chriſti ad Matrem de Cruce verba fuêre plena ſolatio. 549.
Chriſti ad Joannem de Cruce verba exponuntur. 549. 550.
Chriſtus cur Matrem vocarit Mulierem

Digitized by Google

rem. 550. 551.
Chriſti Crux qualiter adoretur. 430.

Charitas.

Charitas, ſeu amor Dei, ſumitur à S. Auguſtino in ſenſu multiplici. 532. 533.
Charitas alia perfecta, alia imperfecta. 536.
Charitas perfecta non requiritur, ut aliquis verè & proficuè colat B. V. Mariam. 538. 539.

Clerus.

Clerus non debet ſe præferre Regularibus: nec èconṫra. 39. & ſeq.

Concordia inter Clerum, & Regulares.

Concordia Clericorum & Regularium ſtabilitur. 35. & ſeq.
Concordia Clericorum & Regularium neceſſaria eſt defendendæ Eccleſiæ. 38.
Concordia Clericorum & Regularium non obtinebitur, niſi ſimpliciter acquieſcant ſententiæ definitivæ Summi Pontificis. 42. 43.
Concordiæ Clericorum & Regularium baſis eſt, authoritas ſummi Pontificis. 46. & ſeq. 56.

Colores.

Colores pulchri ad ornatum templorum commendati. 183.

Collyridiani.

Collyridianorum hæreſis relatata & confutata. 629. & ſeq.
Collyridianis inneptè comparantur Cultores Catholici B. V. Mariæ. 631. & ſeq.
Collyridianorum hæreſis à muliercu-lis inchoata. Ibid.

Communio cum Chriſto & Sanctis.

Communio Sanctorum, in quo conſiſtat. 126. 127.
Communio noſtra cum Chriſto, quæ ſit. 127.

Communio Euchariſtiæ.

Communionem Euchariſtiæ accipientium variæ conditiones. 226.
Communicaturi diſpoſitio duplex, eſſentialis, & accidentalis. 226.
Communicare dignè, quid ſit. Ibid.
Communionem frequentem nauſeantium differentia triplex. 227.
Communio non eſt omittenda ob ſibilos hominum mundanorum. Ibid.
Communio frequens ſuadetur. 228. & ſeq.
Communio primitivis Chriſtianis erat quotidiana. 231.
Communionem frequentem inculcat Concilium Tridentinum. 232.
Communio frequens probata ex S. Scriptura. 228.
Communio frequens probata ex Conciliis. 231.
Communio frequens probata ex SS.

Digitized by Google

Patribus. 233. 238.
Communicantis diſpoſitio. 236.
Communicans magis honorat Deum, quam abſtinens. 236. 237. 242.
Communionem frequentem impedientes redarguuntur. 237. 238.
Communio frequens commendatur Sanctorum exemplis. 237.
Communio frequens rationibus perſuadetur. 241. & ſeq.
Communio afficit Chriſtum gloriâ & voluptate. 243.
Communicandi frequentia quâ ratione dirigenda. 243. & ſeq.
Communio frequens, tepidis ſuadenda. 244.
Communionem frequentem faſtidientium excuſationes præcluduntur. 247. & ſeq.
Communio frequens à Chriſto edocta. 247. 248.
Communio annua, non excludit frequentiorem ex conſilio. 248.
Communio rarior quorumdam Sanctorum, non eſt trahenda in exemplum. 249.
Communicantium dignitas, non eſt metienda ex temporis intervallo. 250. & ſeq.
Communio una diſponit ad aliam. 250. 251.
Communio frequens auget in bonis reverentiam erga Chriſtum. 251.
Communicantium dignitas eſt triplex. 255.
Communionis fructus undè dignoſcendus. 256.
Commmunio ſpiritualis tantum, quæ ſit. 256. 257.
Communio Sacramentalis & ſpiritualis præfertur ſpirituali tantum. 257.
Communionem negligentium periculoſa eſt conditio. 258.

Confraternitas. Vide Sodalitium.

Confraternitati B. V. Mariæ adſcribi, qualiter ſit Cultorem Virginis effici. 538. 539.

Conſuetudo.

Conſuetudines laudabiles reverendæ ſunt, & conſtanter ſervandæ. 340. & ſeq.
Conſuetudinum legúmq; mutatio, parit earumdem contemptum, & Reipublicæ turbationem. 342. 346.
Conſuetudinibus diverſis & particularibus obmurmurantes, redarguuntur. 346. & ſeq. 362. & ſeq.
Conſuetudines unius Diœceſis nequaquam facile invehendæ in aliam. 340. & ſeq. 352.
Conſuetudo vim obtinet legis. 349.
Conſuetudines antiquas abrogantes, turbant Communitates. 350. & ſeq.

Concio Mariana.

Conciones panegyricæ de B. V. Maria, ſemper fiunt cum laude Chriſti. 357.

D

Devotio Mariana.

Devotio erga B. V. Mariam commendatur. 91. & ſeq. Vide Verbo *Maria.*

Devotio

Devotio erga V. Sacramentum, aut B. V. Mariam in Proceſſionibus, non eſt metienda ex locali interval-lo. 354. 355. 359.

Deus.

Deus in Sanctis eſt laudandus. 120.
Deum magnificare, quid ſit. 275.
Deus qualiter, quaſque ob cauſas à nobis ſit magnificandus. 275. 276.
Deus utitur creaturis ad ſuam gloriam, & hominum ſalutem. 278. 294.
Deum inter & Reges terrenos convenientia & diſconvenientia. 279. & ſeq.
Deo omnia ſerviunt, omniáque debentur, quamvis nullius egeat. 280.
Deus laudandus eſt in ſuis operibus. 380.
Deus per ſuas creaturas nobis auxiliatur. 464. 472. 494.
Deo in Sanctis ſuis regratiamur. 472. 493.
Deus, & Sancti honorantur in ſuis Imaginibus. 472. & ſeq.
Deus in uno potius loco, quam in alio vult invocari. 477. 478. 480.
Deus eſt objectum Spei noſtræ ſub multiplici ratione. 481. 485.
Deus per Sanctos nobis Spem addit & fiduciam. 485. 486. 494.
Deo ſecluſo, non licet ſperare in Sanctis. 487. & ſeq.
Deus quomodo ex toto corde ſit diligendus. 513.
Dei amor non excludit amorem B. V. Mariæ. 513. 514.
Deus quo ſenſu ſit ſolus adorandus. 514.
Dei ſervitus non excludit honorem & obſequia erga Sanctos. 514.

Dilectio proximi.

Dilectionis proximi præceptum exponitur. 543.

Diſcordia.

Diſcordia Eccleſiaſticorum eſt cauſa hæreſum. 35.
Diſcordia Eccleſiaſticorum arcet infideles ab Eccleſia. 47.

S. Dionyſius Areopagita.

S. Dionyſii de B. V. Maria dictum memorabile. 411.

Dulia.

Dulia, hyperdulia, latria exponuntur. 429. & ſeq.

E

Eccleſia.

Eccleſiæ Primitivæ indiſcreta æmulatio, hæreſes cauſat. 184.
Eccleſia Primitiva cur paucas habuerit Ceremonias. 185.
Eccleſia moderna non tenetur ad Ritus Primitivæ. 184.
Eccleſia ſenſim crevit in Ritibus & Ceremoniis. 185. 186.
Eccleſia Sanctos colendo non poteſt errare. 265.

Digitized by Google

Eccleſiæ Miniſtri in præſentia V. Sacramenti incenſatione honorantur. 381.

Eccleſia Collegiata SS. Michaelis & Gudulæ approbat circumlationem V. Sacramenti cum Imagine B. V. Mariæ. 383.

S. Elias Carmelitarum Patriarcha.

S. Eliæ Prophetæ prodigioſus Raptus exhibetur. 649.

S. Eliæ ardentiſſimus zelus. 650. & ſeq.

S. Eliæ Elogia ex Eccleſiaſtico. 654.

S. Eliæ magna dignitas. 655. 656.

S. Eliæ in Ordine Carmelitarum Patriarchatus conglobatis probatur argumentis: Novorum Æmulorum, ſatyræ & impoſturæ diſpelluntur. 658.

Epiſcopus.

Epiſcopi non poſſunt mutare Ceremonias majoris momenti ſine conſenſu Summi Pontificis. 55.

Epiſcopi ſubjiciuntur Summo Pontifici. 161. 162.

Ab Epiſcopis jure appellant Regulares ad Summum Pontificem. 164.

Epiſcopi plurimi defenſi contra calumnias Novatoris Anonymi. 339. 344.

Epiſcopi plurimi circumferunt V. Sacramentum cum Sacris Sanctorum Imaginibus. 339.

S. Epiphanius.

S. Epiphanius fuit eximius Cultor B. V. Mariæ. 634.

S. Epiphanius perperam torquetur contra cultum B. V. Mariæ. 629. & ſeq.

Euchariſtia.

Euchariſtia eſt panis noſter quotidianus. 228.

Euchariſtia eſt Manna: fiduciæ vinculum, ſpes, ſalus, lux, vita. 230. Eſt gloria Dei. 233. 253. Arma contra principem Mundi. 235. Unio charitatis cum Deo: remiſſio peccatorum. 236. Myſticæ Nuptiæ cum Chriſto. 237. Tutela, munimentum. 241. gratiæ augmentum. 242.

Euchariſtiæ frequens expoſitio probatur exemplo Eccleſiæ Romanæ & Colonienſis. 371.

Euchariſtiæ frequenti expoſitione ac circumlatione conſervatur erga eam fides & devotio. 373.

Euchariſtia remota ab oculis, etiam removetur à corde. 374.

Euchariſtiæ Remonſtrantiis apponuntur Imagines Sanctorum. 379.

F

Feſta.

Feſta Chriſti & Sanctorum cur ſint reſpectivè multiplicata. 560.

Fides. Fideles.

Fides Catholica docet Deum in Sanctis laudare. 119.

Fides ſine operibus mortua eſt. 157. 177.

Fides

Digitized by Google

Fides Romano-Catholica per totum prædicatur Orbem. 461.
Fideles ſunt Corona Domini, & Epiſcoporum. 327.

Figuræ Sacræ.

Figurarum Sacrarum ac ſimilitudinis uſus exponitur. 322.

G Vacat.

H

Hagiomachi.

Hagiomachi convincuntur dilemmate deſumpto ab honore parentum. 10.
Hagiomachi anathematizantur. 301. 302.
Hagiomachi adjuvant regnum diaboli. 304.
Hagiomachi lupis comparantur. 324.
Hagiomachi perſtricti apologo lupi & agni. Ibid.

Hæreſis. Hæretici.

Hæreticorum familiaritas diſſuadetur. 2. 4. 5.
Hæreſis peſti ſimilis. ibid.
Hæreſis exoriens mox extirpanda. 3.
Hæretici ſimulatâ charitate, & Sacramentorum adminiſtratione decipiunt ſimplices. 3. 4.
Hæretici obtrudunt linguâ vernaculâ vulgo ſuas hæreſes. 7.
Hæretici per vulgus, & mulierculas Eccleſiam invadunt. 8.
Hæretici initio ſimiles vulpibus, dum prævalent, leonibus. 9. 10.
Hæretici quantò inculpatius in ſpeciem vivunt, tantò magis nocent. 11. & ſeq.
Hæreticorum ſtupenda hypocriſis. ibid.
Hæretici errores ſuos palliant Scripturis, & S. Auguſtini authoritate. 13. 14. 30. 171.
Hæretici dicunt pro defenſione ſui Magiſtri: verba ejus malè allegaſti. 24.
Hæretici ſub prætextu vitationis vitiorum, proſiliunt in hæreſim. 31.
Hæretici in totam Eccleſiam confingunt abuſus, & crimina. 31. 32.
Hæretici adfingunt Catholicis crimina, ut ipſi liberius in iis volutentur. 32.
Hæreſeos triplex eſt gradus. 33.
Hæretici quidam ſunt, qui apertè ab Eccleſia non diſcedunt. Ibid.
Hæreſis intrat per auditum, & lectionem librorum Novatorum. ibid.
Hæreſi graſſante, etiam fervidis Catholicis opus eſt cautelâ. 34.
Hæretici ſimplices circumveniunt. 120.
Hæretici ſub prætextu abuſuum, bonos uſus impugnant. 177.
Hæretici cum ſint carnales, videri volunt ſpirituales. 179. 180.
Hæretici ſunt in omnibus Catholicorum Momi. 359.
Hæreſis deturbat intellectum à ſua ſede. 460.
Hæreſis non eſt Religio, ſed ſuperſtitio. 461.

Hæreticorum ignorantia, & impudentia. 464.
Hæretici ſunt deteriores Idololatris. 470.
Hæretici 14. ex 120. qui in Pentecoſte receperant Spiritum Sanctum. 642.

Hyperdulia.

Hyperdulia eſt cultus ſpecialis debitus B. V. Mariæ. 429. 632. Vide Verbo Maria.

I.

Iconomachi.

Iconomachorum in Catholicos exorbitantes calumniæ. 462. 463.

S. Ignatius Martyr.

S. Ignatii Martyris Epiſtolæ plenæ laudibus B. V. Mariæ. 402. 403.

Imagines Sacræ.

Imaginum Sacrarum cultus exponitur. 128. 129.
Imaginum honos redundat in prototypum. 265.
Imagines deformiter efformatæ non debent minuere devotionem. 282.
Imagines quandóque tantum exhibent res probabiles. 283.
Imagines ordinariæ non præbent periculoſi erroris occaſionem. 283.
Imaginum reformatio non temerè uſurpanda. 284.
Imaginum temeraria abolitio ſcandalum eſt puſillis. 284. 285.
Imaginum cultui invidet diabolus. 285.
Imaginum vilis ornatus, fide fit pretioſus. 285.
Imaginum pretioſus ornatus probatur. 286. 287. 289. 290.
Imagines ornandi modus. 288.
Imagines ſunt ſervandæ mundæ & nitidæ. 288. 289.
Imaginum & V. Sacramenti circumlationis ordo. 289.
Imagines Sanctorum ſunt ritè appoſitæ Remonſtrantiis V. Sacramenti. 310.
Imagines Sanctorum jure cum V. Sacramento circumferuntur. 317. & & ſeq.
Imagines Sanctorum non debent neceſſariò circumferri cum V. Sacramento. 328.
Imaginum cultus eſt tenaciter ſervandus. 342. 343.
Imaginum Sanctorum circumlatio ordinata eſt in Synodo Colonienſi ſub Carolo V. 348. Hanc praxim ſervat Germania, Bohemia, Hiſpania. Ibid.
Imagines non ſunt ob hæreticorum ſcandala à V. Sacramento in Proceſſionibus ſeparandæ. 359.
Imagines ſi non liceat venerari in Proceſſionibus cum V. Sacramento, nuſquam licebit. 362.
Imagines promovent animam ad unionem cum Deo. 366.
Imaginis B. V. Mariæ aſpectu converſa eſt Maria Ægyptiaca.

Imagi-

Digitized by Google

Imaginis cruentati Salvatoris contemplatione compungitur S. Tereſia. 367.
Imagines Chriſti & Mariæ continenter geſtabat S. Tereſia, 367.
Imagini B. V. Mariæ tradit S. Tereſia claves Monaſterii. Ibid.
Imagines Iconomachus Iſaurus callidè removebat ab oculis & oſculis 374.
Imagines Divæ Neapolitanæ colunt Carmelitæ Belgæ. 379.
Imagines B. V. Mariæ depictas à S. Luca venerantur Fideles. 405.
Imago Sacra non eſt tantum lignum. 459. 460.
Imagines præcepit Deus fieri. 461.
Imaginum cultus ab Apoſtolis inductus. 462.
Imagines ſunt inſtrumenta divinorum beneficiorum. 472.
Imaginum B. V. Mariæ multiplex eſt utilitas. 527. 528.
Imagines ſunt libri ſimplicium. 528.

Incarnatio Verbi.

Incarnationis myſterium fuit ſenſim promulgatum. 417.

S. Joannes Baptiſta.

Fuit magnopere à Chriſto honoratus. 378.

Judæi.

Judæis præter terrena, fuère etiam ſpiritualia facta promiſſa. 197.

L

Libri. Libelli.

Libelli Novatorum initio prodeunt anonymi. 6.
Libellorum anonymorum Authores prodit aperta, aut palliata hæreſis. Ibid.
Libri Catholicorum aliquando ob malevolorum potentiam prodeunt anonymi. 7.
Libelli Novatorum quam Reipublicæ pernicioſi. 8.
Libelli Novatorum ſimiles vulpeculis vineas demolientibus. 9. 10.
Librorum Novatorum lectio diſſuadetur. 10. 11.

S. Lucas Evangeliſta.

Depinxit B. V. Mariam. 405.

Luminaria.

Luminarium uſus in Eccleſiis probatur. 261. 285. 286.

M

Maria eſt pacis cauſa & exemplar. 85. & ſeq.
Mariæ cultus commendatur. 91. & ſeq.
Maria Cultoribus ſuis quam benefica. 93.
Mariæ erga peccatores miſericordia. 94. & ſeq. 453. & ſeq.
Maria eſt Domina & Regina, non Conſer-

Digitized by Google

Conſerva noſtra. 95. & ſeq. 445. 479. 515. 524.
Maria quomodo ſit ſpes deſperantium. Ibid.
Per Mariam quomodo appelletur à Tribunali juſtitiæ ad thronum divinæ miſericordiæ. 101.
Mariæ miſericordia revelationibus comprobata. 104. 105.
Mariam contemnentes non ſunt amici Dei. 105.
Mariam ſalutandi formula divinitus revelata. 106.
Mariam colendi tituli & cauſæ. 107. & ſeq.
Mariæ cultus ac Patrocinium commendatur à S. Anſelmo. 110. & ſeq.
Maria quotidie communicabat. 254. 255.
Mariam Chriſtus in throno ſecum collocat. 293.
Mariæ in præſentia V. Sacramenti laudes decantantur. 296.
Maria honoratur feſtivè ab Angelis in Cœlo. 297. 298.
Maria cum Chriſto honoranda ac invocanda. 298. 300.
Mariæ laudibus ineptè obſtrepunt hæretici. 357.
Mariæ laus, laus Dei eſt. 365.
Mariæ honori detrahens, detrahit honori Dei, Angelorum, Prophetarum & Apoſtolorum. 365.
Marianæ Imaginis cultus cum V. Sacramento, contra conglobatas argutias vindicatur. 383.
Maria cum Agno Euchariſtico triumphat in Proceſſionibus Sacris. 386. & ſeq.
Mariani triumphi Crux eſt, abolitio ſui cultus. 387.
Mariæ cum Chriſto in Proceſſionibus triumphantis figura eſt, Judith triumphans. 387.
Marianæ Proceſſionis quænam ſint faces. 388.
Mariani triumphi roſæ. 388.
Mariani triumphi currus. 389.
Maria thronum habet juxta Filium. 389.
Mariæ Patrocinium omnium Sanctorum efficaciſſimum. 390.
Maria cur paſſim cum Chriſto invocetur, ac laudetur. 391.
Maria varias cum Chriſto, præſentibus Sanctis Angelis, fecit Proceſſiones. 391. & ſeq.
Mariâ cum Filio procedente corruunt idola. 392.
Maria eſt clibanus, & altare panis Euchariſtici. 394.
Mariam ſequitur Chriſtus ut Agnus Agnam. 395.
Maria viſa inſidere Sacræ Hoſtiæ. 396.
Maria invocatur in Miſſa à S. Chryſoſtomo. Ibid.
Mariæ templa, altaria, Proceſſiones dedicantur. 397.
Maria quem deſerit, deſerit & Chriſtus. 397. 398.
Mariani cultûs abrogatio, multorum malorum cauſa. 397.
Maria interemit hæreſim Antidicomarianitarum. 398.
Mariæ gloriæ invidetur à Novatoribus. 399.
Mariæ mancipium ſe vocat Petrus Cellenſis. Ibid.
Mariæ gloria omni ſtudio propaganda.

Digitized by Google

da. Ibid.
Mariæ laudi impares omnes humanæ vires. 400. 418.
Maria non colitur à Catholicis ut Dea. 400. 430. 431. 478. 479. 602. 603.
Maria à Deo ab æterno honorata. 400.
Maria honorata ab Angelis in ſtatu viæ & Beatitudinis. Ibid.
Maria ab omnibus colitur creaturis. 401.
Maria ab origine Mundi figuris & Prophetiis prædicta. Ibid.
Maria degens in hac vita mirificè à Fidelibus honorata. Ibid.
Maria eſt cœleſte prodigium. 402.
Mariæ malè affectus, non eſt Fidei amicus. Ibid.
Mariæ detrahitur à Scribis & Phariſæis. Ibid.
Mariæ eſt à Chriſto relictum Fidelium magiſterium. 403.
Mariam omnes honorant Apoſtoli. 403. 404.
Mariæ adhuc viventi fuêre templa dedicata. 404.
Mariæ ſumma laus, quod ſit Mater Dei. 405. 415. 418. & ſeq.
Maria non vixit ignota Mundo. 405. 406. 411. 516.
Maria poſt Filii Aſcenſionem patravit miracula. 407.
Maria Apoſtolorum Magiſtra. 408. 413. 414. 416.
Maria pro peccatoribus ſollicita. 408. 409.
Maria Chriſtianos docuit. 410. 411.
Maria præſedit Collegio Virginum. 412.
Mariæ Epiſtola ad S. Ignatium Martyrem.) 411.
Mariam videre Fideles Primitivi deſiderabant. 414.
Maria Quæſtionem de Legalibus ſolvit. 416.
Maria prima eſt inter Apoſtolos. 416. 417.
Mariam cur Angelus laudarit ſine Arbitris. 417.
Mariæ laus, quia Chriſtum ſecundum carnem genuit. 418. & ſeq. 434. 435.
Mariæ laus quo magis opprimitur, magis extollitur. 420.
Mariæ uterus à SS. Patribus laudatus.
Maria ex unione cum Filio inæſtimabiliter eſt dignificata. 422. 423.
Maria à Chriſto verbis & factis laudata. 426. & ſeq.
Maria contrivit caput Serpentis. 426.
Maria quia mulier appellata, præclarè honorata. 427.
Maria cur à Filio non copioſius & expreſſius laudata. 427. 428.
Mariani cultus antiquitas. 428. 429.
Maria cultu digna ob contactum Chriſti. 430. 431.
Maria ſuperat ſanctitate omnes Sanctos collectivè ſumptos. 431. & ſeq.
Mariana elogia coacervata ex Patribus. 432. & ſeq. 437. 438.
Maria à S. Anſelmo dicta, Reparatrix perditi orbis. 433.
Maria eſt Domina & Regina omnium creaturarum. 434. & ſeq. 439. 443.
Mariæ maternitas eſt dignitatis infinitæ, & omnium ejus prærogativarum radix. 434. 435. 441. 444.
Maria habet dignitatem capitis reſpu omnium,

omnium. 437.
Maria quo ſenſu dicatur Corredemptrix, Salvatrix, Mediatrix. 437. 438. 439. 445. 526. 602. 603. 608. 625.
Mariæ mirandus per Orbem cultus. 440.
Maria præclarè à Deo laudata. 441.
Maria colenda ſpeciali cultu hyperduliæ. 429. & ſeq.
Mariæ dominium perperàm comparatur cum dominio Auguſti, Tyberii, & Herodis. 444.
Maria felix quia Chriſtum ſecundum carnem peperit. Ibid.
Mariæ maternitas non eſt præſcindenda à donis gratiæ. 445. 541.
Maria ſtellæ aſſimilata. 446. & ſeq.
Maria invocata & honorata ducit ad Jeſum. 446. 687. 688.
Maria immaculatè concepta. 447. 448.
Maria plena omni gratiâ. 448. 515.
Mariæ ſumma humilitas, & ſublimitas. 448. & ſeq. 522. 523.
Mariæ quæ Deus fecerit Magnalia. 449. 450.
Maria minima humilitate, maxima dignitate. 451.
Maria qualiter omnipotens. 451. & ſeq. 506. 519.
Maria elevat deſperatos in ſpem ſalutis. 452. 453. 457. 534.
Maria peccatores & juſtos illuminat. 452.
Maria eſt Mediatrix ad Mediatorem. 454. 518. 519. 533. 534.
Mariæ intercedentis potentia. 454. 457. 458.
Mariæ qualiter commiſſum regnum miſericordiæ, 455. 456.
Marianâ miſericordiâ commendatur divina. 455. 603. 608.
Maria Regina miſericordiæ, Imperatrix clementiæ. 455.
Mariani nominis elogia. 457. 458.
Maria injuriam ab Iconomachis ſibi illatam ulciſcitur. 462.
Miracula per Mariam à Deo patrata inſulsè ſuſpectant hæretici.
Maria mirè laudatur à Sancto Cyrillo Alexandrino. 471.
Mariæ opem implorans, Deum non deſerit. 475. 519. 520. 603.
Mariæ potius quam aliarum creaturarum auxilium implorandum. 475. 476.
Mariam invocans, non cenſet eam Deo benigniorem. 476. 477.
Mariam vult Deus potius in uno, quam alio loco honorari. 478. 480. & ſeq.
Mariæ Imago eſt Maria repreſentativè. 478.
Maria eſt ſecundarium objectum Spei noſtræ. 483. 486.
Maria multa paſſa eſt pro hominum ſalute. 484. 497.
Maria privatim docuit. 484.
Maria, quod donat, à Deo impetrat. 487. 498. 519.
Mariam qui negligit, Deum negligit. 487.
Maria omnium ſuarum gratiarum Deum agnoſcit Authorem. 493. 524.
Mariam orans ac laudans, Deum orat ac laudat. 493. 509. 518. 519.
Maria eſt cauſa ſecundaria noſtræ redemptionis: idque triplici titulo. 495. 497. 496. 500. 501. 626.

Ma-

Digitized by Google

Mariæ compaſſio erga Filium patientem. 496.
Maria quatenus poſſit comparari cum Chriſto. 505. 511.
Maria vocatur Domina & Regina ſine detrimento honoris Dei. 506. & ſeq.
Mariam non colimus cultu latriæ. 508. 519. 520. 525. 602. 603.
Maria non eſt redigenda in ordinem cum aliis hominibus. 515. 522. 523.
Mariæ non vanè adulantur Monachi. 516.
Mariæ honori detrahens, detrahit Eccleſiæ & S. Scripturæ. 516. 517.
Mariæ Cultores jure vocantur Mariæ ſervi. 517.
Mariæ honos ſub pretextu propugnationis ab hæreticis impugnatur. 518.
Maria exaltata eſt ſuper Choros Angelorum. 518. 519.
Mariæ humilitas non eſt abjectio & vilitas, ſed voluntaria ſubmiſſio. 522. 523.
Maria eſt ſcala Cœli. 523. 604. 605.
Maria perperàm dicitur nihil. 523. 524.
Mariæ laus non debet eſſe ſimplex & ſobria. 524.
In Maria laudandus Deus. 524. 527.
Mariam non colimus inanibus & aulicis ſubmiſſionibus. 525.
Mariæ apparitiones & miracula defenſa contra hæreticos. 526. 527.
Mariæ cultus ut Deo ſit gratus, non debet procedere ex amore Dei perfecto. 529. & ſeq.
Mariam non coli in vanum à peccatoribus, eſt dogma fidei. 533. & ſeq. 537. 538.
Mariæ laus in ore peccatobus eſt fructuoſa confeſſio, etſi non ſpecioſa laudatio. 534. 535.
Mariæ cultus eſt in peccatore ſignum inchoatæ converſionis. 535. 536.
Maria rectè colitur ex affectu & motivo fidei, Spei, & timoris. 537.
Maria amavit Chriſtum, quia ejus caro de ſua carne propagata eſt. 540. & ſeq.
Maria quaſi duplicato amore Patris & Matris amavit Chriſtum. 541.
Maria quomodo amaverit Chriſtum ſecundum carnem. 542.
Maria dilexit Chriſtum ſicut ſeipſam: reſpondetur lepido cavillo. 543.
Maria amat geſtantes Sacras Teſſeras ad ipſius honorem. 544.
Maria cur in anima fuerit Martyr. 552.
Maria eſt Scala quâ aſcenditur ad Deum. 553. 554.
Maria diligentes ſe diligit. 536. 568. 570.
Maria habet influxum moralem in executionem prædeſtinationis. 569.
Mariæ conſtanter devotus moraliter certus eſt de ſua ſalute. 569 576.
Mariæ-formis vita in quo conſiſtat. 585. & ſeq.
Maria eſt collum Eccleſiæ. 586.
Maria & Jeſus ſimul regnant in anima devota. 586. 587. 591.
Mariæ & Dei amor unus eſt: fertúrque per Mariam in Deum. 588. 589. 592.
Mariæ & Jeſu vita noſtra dicanda. 590. 591.
Maria quomodo colenda ut Regina &

Digitized by Google

& Mater. 590. 591.
Marianæ laudes copioſiſſimæ ex S. Ephrem. 593. & ſeq. 606. 607.
Mariæ lamentationes & dolores. 608. & ſeq. 627. 628.
Marianæ laudes copioſiſſimæ ex S. Epiphanio 616. & ſeq.
Maria cur multis appelletur nominibus. 597. 598.
Maria variis nominibus in Sacris Litteris adumbrata. 598. 599.
Mariæ cultus protervè ab hæreticis impugnatur. 600. 601.
Mariæ Cultores Chriſto ſuum tribuunt honorem. 602.
Maria præbet copioſam laudis materiam. 605.
Maria hymnis antiquis honorata. 606. 648.
Mariæ cultûs antiquitas. 607. 608.
Maria columbæ aſſimilata. 625.
Maria Seraphim appellata. 626.
Maria juvencula cur dicatur. 626.
Maria eſt Thronus Cherubicus, & cruciformis. 627. 628.
Mariæ qualis impenſa adoratio. 635.
Mariæ grates refert Author. 647. & ſeq.

Monita prætensè ſalutaria B. V. Mariæ.

Monita illa refutantur à capite. 38. & ſeqq.
Monitum verè ſalutare B. V. Mariæ ad Monitorem inſalutarem. 106. 645. 646.
Monita prætensè ſalutaria ab hæreticis verſa ſunt in linguam vernaculam, additis Notis. 342. 640.
Monita ab hæreticis B. V. adficta. 638 639.
Monita verè ſalutaria B. V. Mariæ. 636. 637.
Monitorum prætensè ſalutarium Exequiæ & tumulus. 638. & ſeq.

Mulier Evangelica.

Mulieris Evangelicæ de turba erumpentis in laudes Mariæ, laus & defenſio. 419. & ſeq.

N

Nova. Novatores.

Novatores latibula quærunt. 7.
Novatores vocant defenſores avitæ Fidei turbatores. 25. 331.
Novatores jubent Catholicos animo pacato videre fidem deſtrui. 26.
Novatores pacem turbant, & fideles ſcandaliſant. 75. 77.
Novitates in Religione multis titulis damnandæ. 76. 77. 78.
Novitates inducunt, qui aboletos uſus recudunt. 78. 79.
Novatores perſtricti. 288.
Novator innominatus orthodoxam doctrinam coram vulgò irridet. 312. 313. 321.
Novatoris innominati impoſturæ, & calumniæ. 273. & ſeq.
Novator innominatus hallucinatur circa uſum figurarum S. Scripturæ. 318. & ſeq.
Novator innominatus ſibi contradi-

CH.

Digitized by Google

cit. 319. 320.

Novitas in cultu Sanctorum, eſt Hagiomachis occaſio Eccleſiam calumniandi. 342. 343.

Novatoris Anonymi vana jactantia. 329. 372.

Novator Anonymus perſequitur Concionatorem Catholicum. 329. 350. 333.

Novatores jactant ſe doctiores Catholicis. 330.

Novatores Epiſtolis & libellis turbant Catholicos. 331.

Novatores Chriſtianorum vitam callidè obſervant. 332.

Novator Anonymus avocat populum à Religioſorum Concionibus. 332.

Novator Anonymus amplam ſibi arrogat reformandi authoritatem. 333.

Nova non omnia noxia. Ibid.

Novitates noxiæ Novatoris Anonymi. 334. 335.

Novator Anonymus traducit Religioſos ut rebelles & ſeditioſos. 336. 349.

Novatoris Anonymi inſignis contradictio & callida Religio. 345. 346.

Novatoris Anonymi adulatio, & mala conſilia. 351. 352. 360.

Novatores mulierculis Biblia, ut porcis roſas obtrudunt. 635.

Novatorum quorumdam libelli mirè placent Batavis hæreticis. 640. 641.

Novatores fruſtra Eccleſiæ moliuntur excidium. 641. 642. 643.

Novatorum technæ detectæ. 643. 644.

Novatores per indiſcretam antiquorum Canonum reſtitutionem turbant Eccleſiam. 573.

Novatoris Anonymi detrahendi ſtudium. 338.

Novatores exeunt de Eccleſia, ſed non ſunt de Eccleſia. 640. 641.

O

Obedientia.

Obedientia permittit, aliquando Superiorum Decreta ſuſpendere ab executione. 350.

Odores.

Odores ſuaveolentes in Templis commendati. 172. 183. 196.

Opera bona.

Opera bona externa approbantur. 129. & ſeq.

Opera bona non debent omnia eſſe præcepta. 165. & ſeq.

Opera majora oportet facere, & minima non omittere. 171.

Opera externa non omittenda, etſi interna ſint meliora. 190. 191. 194. 195.

Opera bona quomodo ſint occultanda. 224. & ſeq.

Oratio.

Orationes Sanctorum Deo offeruntur phialis aureis. 381.

Ornatus. Vide verbum Templum: & Imagines ſacræ.

P.

Parochi.

PArochi non poſſunt ſe coæquare Præſulibus Eccleſiæ. 38.

Pſalmodia.

Pſalmodiæ, ſeu Cantus Eccleſiaſtici utilitates. 180. 181.

SS. Patres.

SS. Patrum ſententiæ ſunt interpretandæ juxta Decreta ſummorum Pontificum. 16. 17.
SS. Patrum doctrina non eſt ex ſe Regula Fidei. 17. & ſeq.

Peccator.

Peccatores quos Deus non exaudiat. 539. 540.
Peccatores fructuosè exercent opera bona externa, B. V. Mariam colendo, &c. 540. 103. 104.

SS. Pontifex.

Pontifex Romanus eſt ſupremus Judex Controverſiarum in fide & Religione. 43. 44. 164.
Pontifici rebelles turbant Eccleſiam. 164.

Preces.

Preces aliæ laudis, aliæ poſtulationis. 503.

Primatus SS. Pontificis.

Primatum Summi Pontificis impugnant hæretici ut liberius ſpargant hæreſes. 16. 17.
Primatûs Summi Pontificis impugnatio eſt Schiſmatis præſagium. 17. 644.
Primatus Eccleſiæ eſt in S. Petro collatus Romano Pontifici. 44. & ſeq.

Privilegia Regularium.

Privilegia conceſſit Pontifex Regularibus gravibus de cauſis. 69. 72. 73.
Privilegiis Regularium ſublevantur onera Parochorum. 69. & ſeq.
Privilegiorum Regularium impugnatio redundat in Summum Pontificem. 70.

Proceſſio Eccleſiaſtica.

Proceſſio Eccleſiaſtica, quid ſit. 259.
Proceſſio cum V. Sacramento eſt Triumphus Chriſti. 259. 269.
Proceſſionum antiquitas. 259.
Proceſſionum Momi. Ibid.
Proceſſionum apparatus & Ritus. 260. & ſeq.
Proceſſiones cur Crux præcedat. Cur in labaro B. Virgo depingatur. 260.
Proceſſio cur fiat per loca publica. 261.
Proceſſio Defunctorum cur labaro careat. Ibid.
Proceſſiones cur luminaribus honorentur. 261. 262.
Proceſſio cur fiat à binis & binis. 262.

Pro-

Digitized by Google

Proceſſionum Muſica. Sparſi flores: Thura, aromata. 262. & ſeq.
Proceſſionum altaria honoraria. 264.
Proceſſionum campanæ, tormenta exploſa. 265.
Proceſſio V. Sacramenti Sanctorum imaginibus honoranda. 267. & ſeq.
Proceſſio Agni in Cœlo comitibus Virginibus eſt figura Proceſſionis V. Sacramenti cum Sanctis. 304.
Proceſſiones V. Sacramenti honorantur ab adoleſcentibus Angelorum ſymbolis ornatis. 309.
Proceſſionis legis antiquæ cum Arca ſunt figuræ Proceſſionis V. Sacramenti cum Sanctis. 312. & ſeq.
Proceſſiones quam reverenter peragendæ. 314. & ſeq.
Proceſſiones V. Sacramenti convenit fieri præcedente turbâ cum Imaginibus Sanctorum. 358.
Proceſſionibus V. Sacramenti irreverenter aſſiſtentes potius ab eis arcendi, quam Imagines Sanctorum. 362. & ſeq.
Proceſſiones & benedictiones V. Sacramenti faſtidiunt libertini. 371.
Proceſſiones Chriſti cum Matre & Diſcipulis. 378.
Proceſſiones V. Sacramenti comitibus Sanctorum imaginibus confundunt Iconomachos, & Sacramentarios. 382.
Proceſſiones iſtæ ſunt in Belgio antiquiſſimæ: ab Epiſcopis frequentatæ. 382.
Proceſſiones iſtæ abrogatæ aperirent ora hæreticorum, & Catholicos ſcandaliſarent. 382.
Proceſſiones V. Sacramenti cum Imagine B. V. confundunt Antidicomarianitas. 393.
Proceſſiones V. Sacramenti cum Imagine B. V. roborat fidem Incarnationis Chriſti. 393. & ſeq.

Q. Vacat.

R

Reformatores indiſcreti.

Reformatores indiſcreti ab Eccleſia perſtricti. 342. 344.
Reformationis novæ & diſtortæ ſpecimen. 398.

Recidivi.

Recidivi in peccata non ſunt paſſim dimittendi inabſoluti. 80.

Religioſi.

Religioſorum Ordinum ſplendor, hæreticorum oculis inviſus. 27. & ſeq.
Religioſi ab hæreticis mimicè irridentur. 29. 30.
Religioſi non ſunt traducendi ut rebelles, dum ab Epiſcopis ad Summum Pontificem appellant. 55.
Religioſi parochorum jura promovent. 57.
Religioſi ſunt à Clero multis titulis amand. 58. & ſeq.
Religioſi quam uberes in Eccleſia produ-

producant fructus. 60. 61. 69.
Religioſi concionando, Sacramenta quædam adminiſtrando, non invadunt jura Parochorum. 63.
Religioſorum Eccleſiæ jure à Fidelibus frequentantur. 65.
Religioſorum Eccleſiæ irrationabiliter Fidelibus diſſuadentur. 66.67.

Rex.

Reges terreni patiuntur in ſua præſentia honarari Aulicos. 291.

S

Sancti.

SAnctorum cultûs defenſio utilis & neceſſaria. 1. 2.
Sanctorum honor & cultus, eſt honor Chriſti. 266. 271. & ſeq. 295. & ſeq. 302.
Sancti ſunt ſpolia & Trophæa Triumphi Agni Euchariſtici. 268. 269.
Sancti ſunt Chriſti Legati, & milites. 269. 270.
Sancti ſunt currus, & corona Chriſti. 271. 272.
Sancti honorant Chriſtum in proceſſionibus, ut Proceres Regem. 273. & ſeq.
Sancti honorant Agnum Euchariſticum in ſuis imaginibus multis modis. 282. & ſeq.
Sancti triumphant in conſpectu Dei. 281.
Sanctorum gloria non eſt contentioſè diſquirenda. 289.
Sanctos ſi non licet colere in Proceſſionibus V. Sacramenti, nuſquam licebit. 291. 356. 357.
Sancti ſunt Amici, & Filii Dei adoptivi. Chriſto in throno conſedent. 292. 294. 384.
Sanctos plus honorat Chriſtus, quam Rex Aulicos. 292. 293.
Sanctos vult Deus ſecum honorari. 293.
Sancti cur Dii dicantur. 292. 294.
Sancti ſunt hæredes Dei, Reges Regum, Commenſales Agni, promptuaria Dei. 294. 295.
Sanctorum honos fluit à Chriſto, & in eum refluit. 295. 364. 365. 502.
Sanctorum interceſſione ſacrificia noſtra Deo fiunt accepta. 296. 377.
Sancti ab Angelis honorati in Chriſti præſentia. 296. & ſeq.
Sanctorum veneratio non eſt diviſio devotionis à Chriſto. 297. 298. 355. 361. & ſeq.
Sanctorum gloriæ invidet diabolus. 300. 363.
Sanctos perſequuntur hæretici ſub prætextu pietatis in Chriſtum. 301. 360.
Sancti vincunt hoſtes ſuos. 304.
Sancti fuerunt à 24. Senioribus in Cœlo honorati. 305. 306. 381.
Sancti à nobis invocandi, licet non fuerint invocati viventibus Apoſtolis. 307.
Sancti honorandi in præſentia V. Sacramenti. 308. 309. 314. & ſeq. 355.
Sanctorum Imagines & Reliquiæ

cum

cum V. Sacramento ritè circumferuntur. 311. 312.
Sanctis illata injuria non diſſimulanda. 314.
Sancti ſunt ZONA AUREA Chriſti. 325.
Sancti invocati ad Chriſtum nos ducunt, non abducunt. 355. 358. 359. 381.
Sanctorum invocatio multarum virtutum includit exercitium. 356.
Sanctorum invocatio in Chriſti præſentia, eximia eſt Chriſti gloria. 356.
Sanctorum cultus antiquitas. 362. 555. 559. 492.
Sanctorum cultu eximiè affici, eſt ſalutis indicium. 366.
Sanctorum cum Chriſto admiranda unio. 375. 376.
Sancti ſunt Dei gloria. 377.
Sancti erunt Aſſeſſores Chriſti in die Judicii.
Sancti honorantur ab univerſis Fidelibus cum V. Sacramento. 385.
Sanctorum auxilium in neceſſitatibus implorandum. 390.
Sanctos conſtituit Deus diſpenſatores ſuorum bonorum. 470. 471. 476. 477. 490. 505.
Sanctos qui præterit, Deum præterit. 471. 472.
Sanctorum invocatio non eſt ſignum diffidentiæ erga Deum. 473. & ſeq. 492.
Sanctorum invocationis utilitates. 473.
Sancti invocati non avocant à Deo affectum. 474. & ſeq. 489.
Sancti viventes, ſed magis beati exiſtentes ſunt invocandi. 475. 476. 500.
Sancti nos ſalvant poteſtate à Deo ipſis delegatâ. 477.
Sancti ſunt Salvatores ſecundarii. 485. 486. 500. 488. 499. & ſeq.
Sanctos invocans ut Interceſſores, invocat Deum ut omnium datorem. 490. & ſeq.
Sanctorum bona ſunt Dei bona, & econtra. 491.
Sancti poteſtate Chriſti operantur miracula, & conferunt beneficia. Ibid.
Sancti virtute Paſſionis Chriſti ſunt Miniſtri noſtræ ſalutis. 496.
Sancti vident in Verbo æterno quæ apud nos aguntur. 498.
Sancti præmia & pœnas decernunt. 508.
Sancti ſunt lux mundi: & qualiter via & veritas. 512.
Sanctorum precibus & meritis applicantur nobis merita Chriſti. 512. 515.
Sancti quando colantur cultu prophano, quando religioſo. 528. 529.
Sancti ſunt colendi ob miracula quæ patrant. 529.
Sanctorum cultus viguit ante Gregorium Magnum. 555. & ſeq.
Sanctorum memoria in Miſſa, quam antiqua. 557. 558.
Sanctos cur non mox coluerint Primitivi Chriſtiani. 559.
Sanctorum cultus cur non latiùs deſcriptus in novo Teſtamento. ibid.
Sancti adorantur adoratione duliæ. 635.

Salutatio Angelica.

Salutatio Angelica defenditur. 502.

& ſeq.

Scapulare Partheno-Carmeliticum.

Scapulare Marianum approbatum à variis Pontificibus. 562. & ſeq.
Scapulari Mariano detrahentes compeſcuntur à Pontificibus. 563. 564.
Scapulare Marianum Indulgentiis decoratum. 564.
Scapulare Marianum per Orbem celebre. Ibid.
Scapularis Mariani uberes fructus. 567.
Scapulare Marianum qualiter ſit nota prædeſtinationis, 569. 570.
Scapularis Mariani defenſores. 572.
Scapulare Marianum irrident hæretici, & frigidi Catholici. 571.
Scapulare Marianum ineptè objicitur eſſe Sacramentum. 573.
Scapulare Marianum qualiter ſit ſignum ſalutis. 574. 575.
Scapularis Mariani ſpeciale Privilegium. 575.
Scapularis Mariani beneficio peccatores miraculosè converſi.

Sequelæ enormes.

Sequelæ enormes ex hoc dogmate. *Chriſtus nullâ externâ gloriâ redditur honoratior.* 277.

Signa Sacra.

Signa, ac Sacræ Teſſeræ ineptè à Novatoribus irridentur. 464. 544.
Signa ſalutis varia. 575. 576.

Sodalitium. Sodales Mariani.

Sodales S. Scapularis Mariani ſunt Filii adoptati B. V. Mariæ. 565. 566.
Sodales Scapularis Mariani mirificè à Maria exaltati. 567.
Sodales Mariani potiuntur ſpeciali affectu B. Virginis. 570.
Sodales Mariani qualiter certi de ſua ſalute. 573. 574.
Sodalitii Scapularis Mariani nobilitas & utilitas. 577. 581. 582.
Sodalitii S. Scapularis Mariani leges: earúmque facilitas. 578. 584.
Sodalitii Scapularis Mariani leges non obligant ſub peccato. 579.
Sodalibus Marianis impetrat Maria gratiam pœnitentiæ. 580. 581.
Sodalibus Scapularis Mariani non ſtruitur laqueus ſub prætextu facilis devotionis externæ. 582. & ſeq.

Spes.

Spes in creaturis non tollit ſpem in in Deo. 463. 464.
Spei noſtræ objectum Primarium Deus. Secundarium Sancti. 464. 474. 482. 485. 486. 513. 487. 498.

T

Templum. Templorum ornatus

Templorum ornatum contemnunt hæretici, & frigidi Catholici. 195. & ſeq.
Templorum ornatus magnificus probatur primo ex veteri Teſtamento. 196.
Secundo ex Novo Teſtamento. 199.

Tertio

Tertio ex Conciliis. 201.
Quarto ex SS. Patribus. 203.
Quinto Miraculis. 204.
Quæ huic argumento objiciuntur, ſolvuntur. 404. 467. & ſeq.
Sexto exemplis Sanctorum. 205.
Septimo rationibus. 206.
Templorum ornatus movet ad Deum glorificandum, & amandum. 197.
Templa Chriſtianorum deberent in ſplendore excedere Judæorum. 198.
Templorum ornatus non ſapit Judaiſmum. 198. 200.
Templorum ornatus probatur exemplo pauperis viduæ Evangelicæ, & Magdalenæ. 199.
Cavilla huic argumento objecta ſolvuntur. 200.
Templa Chriſti ideo auro ornanda, quia ipſe aurum pro nobis contempſit. 201. 218.
Templorum ornatum commendat ſeptima Synodus. 201.
Templorum ornatum Sancti remunerant. 201.
Templorum ornatum contemnentes redarguuntur. 202. 205. 213.
Templorum ſplendor tempore Damaſi Papæ, Chryſoſtomi & Hieronymi. 199. 202. 203.
Templorum ornatus eſt pauperum fructus & ſublevatio. 204. 218.
Templorum ornatus Deo gratus, etſi miraculis non probatus. 205.
Templorum ſplendidus ornatus quam antiquus. 205. 215.
Templa ſunt figura Cœli Empyrei. 206.
Templorum ornatus multarum virtutum eſt exercitium. 207.
Templorum ornatus commoda corporalia & ſpiritualia. 207. 215. 216. 218.
Templorum ornatus fit Chriſto, non lignis & lapidibus, 207. 208.
Templorum ornatus eſt Deo gratiſſimus. 208. 209. 210. 213. 216.
Templorum ornatus non ideo arrodendus, quia ſine eo poteſt abſolutè Deus amari. 209.
Templorum ornatus debet procedere ex devotione interna. 211. 212.
Templa Chriſti laudabiliter inſtituuntur hæredes. 213.
Templorum ornatus quo ſenſu à SS. Patribus improbetur. 214.
Templorum ornatus lepido impugnatur Sophiſmate. 216. 217.
Templorum ornatui rectè dicantur res prophanæ, veſtes &c. 220. & ſeq.

Teſſera Sacra.

Teſſeræ Sacræ proſunt ſine perfecta charitate. 544.

S. Tereſia.

S. Tereſiæ devotio erga ſacras imagines. 172. 366. & ſeq.
S. Tereſia à B. V. Maria in filiam adoptata. 366
Ejus converſio ſacris Imaginibus adſcribenda. Ibid.
B. V. tradit claves Monaſterii. 172.
Commendat aromatum uſum in divinis Officiis.

Thomas Waldenſis.

Thomæ Waldenſis dictum notabile de corruptione doctrinæ S. Auguſtini. 19.

Thomas Waldenſis confutavit hæreſes Witcleff ex ſpeciali Commiſſione Pontificis. 38.

Triumphus Agni Euchariſtici.

Triumphus Agni Euchariſtici cum Sanctis in ſuis Imaginibus deſcribitur. 263. & ſeq.

V

Vexilla ſacra.

VExilla Sanctorum imaginibus inſignita circumferuntur cum V. Sacramento. 380.

Z

Zelus indiſcretus.

ZElus indiſcretus aliquando Schiſma inducit. 337.

Finis Indicis rerum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

9 - 1 - 3 - Ellas

ed by Google